QVod magno iudicio sanctus ecclesiæ Catholicæ doctor Augustinus censuit, codicibus emendandis primitus debere inuigilare solertiam eorum qui scripturas diuinas nosse desiderant, vt emendatis non emendati cedant: non absre & ad legum volumina, cæterarumque disciplinarum libros transferri debere quis dixerit. Nam & Theodosius imperator edicto quod de responsis prudentum ad Senatum misit, inter cætera & hoc quoque summa prouidentia edixit, vt ita demum ratæ firmæque sententiæ veterum iurisconsultorum essent, si eorum libri propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmarentur. Quod à Triboniano cæterisque Iustinianei iuris compositoribus diligenter curatum, & (ni fallor) præstitum, secura bonarum artium posteritas & barbarum seculum facere desiit. Quantas vero tenebras iuris studiosis neglecta huius rei cura offuderit, docuerunt superioribus annis Politianus, Budæus, Alciatus, Erasmus, Haloander, Eguinarius Baro, & iustis quoque voluminibus Antonius Augustinus. Quorum omnium cum excitatus exemplo, tum auctoritate persuasus, cum primis studiorum annis huic curæ pro virili incumbere cœpissem, contigit eorum penè tempore typis excudi Florentinum exemplar. Ea editio magnum mihi inchoatæ emendationis attulit compendium. Nam cum non futilibus argumentis Taurellus vir doctissimus, eius editionis procurator, monstret omnia quæ vbique habentur, ab illo descripta esse Pandectarum volumina, nec credibile sit virum bonum ad eam rem persuadēdam ingeniosa excogitasse mendacia, statui tum Pandectarū emendationi & collationi supersedere. frustra enim & stultè post authenticum exemplar editum, cætera ab eo multis seculis descripta contulissem, quæ vt essent quàm emendatissima, suo tamen archetypo non possent esse emendatiora, contra vero multis locis possent esse mendosiora: quando vix humana imbecillitas præstare potest, vt tam prolixa volumina per omnia fidem authentici exemplaris seruent. Sed restant (inquies) etiam in ipso Florentino volumine menda non pauca, & plura quàm vt vnum ex authenticis Iustiniani exemplis æstimari possit: quæ si non aliorum librorum comparatione, saltem acri iudicio & solerti obseruatione auferri possunt. Equidem sicut inficiari non ausim, plurima in eo exemplari subesse menda, sic eorum permulta esse contendo, quæ calami seu librarij seu manus sint potius errata, quam Triboniani, aut auctorum ex quibus Pandectæ sunt confectæ: cuius generis menda quiuis vel proprio ingenio, vel solo glossarum subsidio, quæ hanc curam non neglexerunt, reponenda sit animaduersarus. Sed multi plerunque hoc solo argumento mendosam lectionem esse affirmāt, quòd ei contraria sententia alio loco sit posita: atque quos iuris nodos adhibita subtili diuisione dissoluere nequeunt, vsurpata quadam temeraria & legibus vetita correctionis audacia, incidere non verentur, malis poëtis haud dissimiles, qui vitiosa argumenta cum excogitarint, quibus extricare se nequeant, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς repente excitant. Hæc audacia à Martino & Azone, si quod de eo dictatur, verum est, & quibusdam veterum, in aliquot recentiores adeo serpsit, vt hac potissimum peritia censeantur. Ego vero totum hoc negotium semper existimaui esse periculosissimum, & pessimi exempli: studuique in eo meum qualecunque iudicium exercere, quemadmodum lectionem veterem à molestis istis correctoribus, simulque Triboniano ab omni errato, &, vt illi putant, facinore aut flagitio vindicarem, quam vt mihi Aristarchi cuiusdam partes aut censoris arrogarem. Sed quàm strenuè id præstiterim, præstaréue adhuc possim, alius erit docendi locus: tametsi qui mea voce fruuntur frequentes studiosi, id satis euidentibus exemplis ex meis prælectionibus edocentur. Editione igitur Florentina contentus, eam ex aliis libris nō modò emendandam, sed ne cum his quidem comparandam arbitratus sum, eamque meram vt ederent, optimis viris chalcographis nostris auctor fui. ad Codicis verò & Institutionum emendationem & comparationem reliquus mihi insumptus est labor. Et Institutionum quidem à me emendatarum exemplum in lucem ex hac officina sub Io. Morillerij illustrissimi viri nomine ante biennium prodire passus sum. Codicis autem emendati specimen hoc tibi lector, & publicæ iuris studiosorum vtilitati tandem post multas multorum editiones exhibeo. Summa meæ emendationis hæc fuit: Ex magno Codicum manuscriptorum numero editionem nouissime typis excusam emendaui quanto potui iudicio, comparata etiam Haloandrina, & eiusdem officinæ editione, quæ facta est anno 1542. ea enim plerisque in locis posteriore editione emendatior est: vt hinc animaduertere liceat, quanta sit impostorum turba, qui simplicibus & minime fucum agnoscentibus typographis persuadent nouam se aliquam industriam attulisse, cum excusos antea libros variis sed falsis lituris dispunctos venditant: verbi gratia in l. j. C. si quacunque præditus dignitate &c. recte in illa editione erat excusum, honore abierit. & idcirco in nouissima editione perperam emendatum, honorem ambierit. Item in l. ambiguitatem. C. de vsufruct. recte erat excusum, ambiguitatem antiqui iuris: & postea non tam emendatum quàm deprauatum, ambiguitatem antiquioris. hæ fraudes quoties occurrerunt (occurrerunt autem sæpissime) satis habui priorem & veram lectionem reponere, nulla ad marginem admonitione

ne addita. hoc enim solummodo mihi studium fuit, ne margines librorum repetitis annotationibus obruerentur. Vsum etiam me non diffiteor Azonis ad singulas leges duodecim librorum Codicis commentariis manuscriptis, quos nunquam typis excusos iisdem chalcographis misimus publica & communi luce donandos: ex quibus Accursius optimam glossarum partem decerpsit, atque interdum tanta iniscitia, vt pessima elegerit, optima reliquerit, verba Azonis magistri non satis intellexerit. In l. nec honore. C. de episcopis, pro admitti ad testimonium, Azo legit, addici ad testimonium, vt significet adigi ad testimonium episcopum non debere. & in l. j. C. de alienatione iudicij mut. cau. fac. magis probat hanc lectionem, cum in rem actioni possessio pariat aduersarium, quam lectionem hactenus receptam, cum in rem actionem possessio pariat aduersario. quæ nouissima lectio plerosque ferè omnes in pernicioſum errorem traxit, vt inde confici putarent, rei vindicationem nasci ex possessione possessoris, & possessionem aduersarij eius actionis esse causam: & ideo necessario possessionem aduersarij in libello conuentionis exprimendam esse. quod falsò dici apparet ex. l. vlti. ff. de rei vindicatione, & ex veteribus formulis rei vindicationis, quæ passim apud Ciceronem pro Murena & in Verrem leguntur. Neque verò rectius inferunt, Actio in rem non potest exerceri nisi sit aliquis qui possideat, contra quem agat: ergo possessio alicuius, est causa illius actionis: quàm si ita argumentarentur, Pater non potest esse sine filio: ergo pater ex filio oritur, aut filius est causa patris. debet enim quisque fundare actionem suam ex iure quod habet, id est, dominio suo, aut obligatione, non ex alterius aut aduersarij iure. l. vti frui. ff. si vsus f. pet. Ergo possessio non parit actionem in rem, sed parit aduersarium actioni in rem. Cum igitur vtramque lectionem in manuscriptis reperissem, eam tamen probaui & edidi, quæ iudicio meo rectior visa est. Sanè cum in plurimis locis mira sit codicum varietas, nullaque sit ferè tam deprauata lectio, quæ non aliquem inueniat suo errori confirmando codicem: non cuiusuis est, legum libros, quamuis optimis manuscriptis onustus sit, emendare: sed eius qui iusto & longo tempore ac labore cum aliquo iudicio in ea professione sit versatus. Cæterum quod ad inscriptiones attinet, & ἀδιαφόρας pleraſque lectiones, tanta est diuersitas, & tam parui momenti, vt ab initio hanc totam lectionis varietatem prætermittere decreuerim: sed propter quorundam morositatem, qui multis verbis docent an in quibusdam Diocletiani legendum sit, Iidem AA. Mucarolo, an Muccataulo militi, an Muccatraulo, an Muccatraolo, an Mucatraoli, an Mutrolo (tantam enim diuersitatem reperi) multitudini, tametsi meo interdum iudicio refragante, satisfacere malui, ne quid esset quod à librariis desideraretur, qui non solum bonis, sed etiam pluribus studeant placere. Eas dictiones quas barbarum seculum præue inflexerat, aut mutarat, nulla addita nostræ emendationis admonitione reposuimus: vt pars diuersa, pro pars aduersa. decessor pro prædecessor. amicalis pro amicabilis, &c. In l. tamen qui contra. C. de incest. nup. vbi in plerisque codicibus acrissimo pro acerrimo legebatur, quomodo & Albericus legi admonet in suo dictionario iuris, eam lectionem reliquimus, & pleraque quæ recentiorum grammaticorum canonibus non congruunt. In etymologiis eam simplicitatem tenuimus, vt quæ vsus aliter hodie scribi obtinuit quàm olim, & quàm in manuscriptis repererim, ea intacta reliquerim: vt vrgere pro eo quod in veteribus scriptis reperi vrguere, intelligere pro intellegere, illicitas pro inlicitas, recuperare pro reciperare, emptionem pro emtionem. Græcas constitutiones quæcunque ante alienis locis & per satyram ac sparsim excusæ sunt, & quæ postea prodierunt, aut quas prece vel pretio comparare potui, suis locis restitui: aut his deficientibus, earum argumenta ex Institutionibus & Theophilo, vel Græcis commentariis, & libris βασιλικῶν, Harmenopulo, Eustathio περὶ χρονικῶν διαταγμάτων, Nomocanone Græco Photij, Theodoro Balsamone, & huius generis subsidiariis libris. Titulum. 43. lib. 3. de alea. lu. & aleat. antea obliteratum, & duas eius tituli Græcas constitutiones ex Græco olim conuersas & in vnum confusas, partim restituimus, partim auctiores edidimus ex Græco Nomocanone Photij, ex quo quinque iudorum species & eorum nomina restituimus, addita equorum ligneorum explicatione. Titulum de officio comitis sacri patrimonij perperam suppositum ti. de officio Proconsulis & legati, reduximus in proprium locum, & sub eo Græcas constitutiones deesse adnotauimus. In l. iubemus. C. de sacrosanct. eccle. vulgo impressum erat, religiosas ecclesias, falsissimè. Nam nouella. 7. ait eam legem dumtaxat ad ecclesiam Constantinopolitanam pertinuisse, eamque extendit ad omnes ecclesias. Restituimus & titulum. 48. lib. 6. Codicis, qui inscribitur, De incertis personis, cum Græcæ sub eo positæ legis argumentis & capitulis, qui titulus antea ex Codice secesserat, & penitus obliteratus fuerat. Multa à cæteris non animaduersa reposui, quorum pleraque eiusmodi sunt, vt si in ambitiosos incidissent, singulis verbis singula etiam prolixa emendationum capita dicassent: quæ sat habui vno verbo indicare: vt in l. vlti. C. de hæreditat. decurionum, vbi antea legebatur, hereditatem fabricensis ad eos redire debere, qui quasi creditores decedentium attinebant: reposui creatores pro creditores. Creatores autem intelligo eos qui & aliàs nominatores dicuntur. Itaque hereditates fabricensium ad ipsorum nominatores redire debent. nec pluribus verbis opus esse putaui in refutanda vulgata lectione, & mea emendatione cõfirmanda. Similiter quoque videtur emendanda lex, si quis spontaneos. C. de decurionibus. Id quoque non indignum admonitione existimaui, in omnibus Iustinianeis subscriptionibus, in quibus hæc subscriptio hactenus reperiebatur, Recitata septimo in palatio dn. Iustiniani, legendum potius esse, Recitata Septimiliario in nouo consistorio palatij Iustiniani. Locus enim erat in quo palatium erat à Iustiniano ædificatum. quam etiam subscriptionem in vno meo manuscripto codice paulusum à vera lectione deflexum sic inueni: Recitata septimo miliario huius inclytæ ciuitatis in nouo consistorio palatij Iustiniani. Item in l. pen. C. depositi. in alio meo manuscripto sic: Recitata. 4. miliario, &c. vbi scilicet librarius putabat esse scriptum IIII. cum scriptum esset VII. Constitutiones autem quæ talem subscriptionem habent, præter iam numeratas, hæ sunt l. generaliter. C. de iudiciis. l. vltima. C. de legitima tutela. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. l. in rebus. C. de iure dotium. l. vlt. C. de

C. de bonis libertorum. l. vlti. C. de iure patronatus. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. l. cum oportet. de bonis quæ liberis. l. litibus. C. de agricolis & censitis. Eam etiam integram & illibatam subscriptionem reperi in epitome Nouellarum Iustiniani à Iuliano Antecessore facta ad Nouellam 109. de hereditatibus ab intestato. Quia vero multi vnam & summam hanc emendandi Codicis Iustinianei rationem esse profitentur, si ex Codice Theodosiano eum Codicem emendent, & ei aut addant aut detrahant quæ in Theodosio inuenerint detracta aut addita: occurrendum mihi fuisse fateor grassanti iam & inualescenti tantæ correctorum turbæ. Verendum enim fuit, ne si longius serperet audacia, sensim nobis Codicem Theodosianum transfunderet in Iustinianeum, & pro Iustinianeo venditaret. Neque vero illi vt primum aliquid repererunt in Theodosiano, mox in Iustinianeum transferre debuerunt: vt in l. 2. de exhibendis reis, ea verba, & in pœnam reciproci stilo trepidante recauerit, temere in nouis editionibus adduntur ex Theodosiano, aduersus veterum tam manuscriptorum quàm impressorum fidem. & in l. 2. C. quando & quibus quarta pars, eadem temeritate editur versus integer ex libro Nouellarum Theodosij olim in Germania impresso. quę additio etiam libros ante. 12. alios im pressos contaminauit. Eodem audaciæ genere, ac etiam maiore irrepsit in locum. l. 2. tit. de feriis quædam Aniani interpretatio, quæ extat totidem ferè verbis in breuiario Alarici, titu. de feriis: quam nec Azo, nec Accursius, nec vlli manuscripti libri agnouerunt. Similiter fere in l. Iudæos. C. de Iudæis, aduersus rectam lectionem ex C. Theodosiano quidam alia verba inuehere ausi sunt, ex quibus tamen nulla idonea sententia confici potest. Sic perperam mihi videntur emendare. l. 2. C. de bono. pos. contra tab. liberti. Liberti operis electis, repelli patronum à bonorum possessione. quomodo rectè legitur in Iustinianeo Codice: neque ex Theodosiano est reponendum inlectus, pro electis. Sed & si interdũ Codicis Theodosiani lectio videbatur rectior, eam tamen addere nolui, si diuersa lectio Iustinianei Codicis librorum manuscriptorum collatione cõfirmabatur: verbi gratia, in l. j. C. de summa trinitate, Cunctos populos quos nostræ clementiæ regit imperium, constanter legitur in codicibus Iustinianeis manuscriptis. nolui itaque reponere, Quos nostræ clementiæ regit temperamentum, tametsi rectior ea videri possit lectio, & ea primitiua sit lectio, quæ & in Codice Theodosiano extat, & apud Cassiodorum in tripertita historia. Verum si quando codices manuscripti inuenti sunt varij, tũc eam lectionem me secutum non diffiteor, quam Theodosianus suggerebat, si & ratio iuris nostri, & cæteræ coniecturæ patiebantur, nihilque incommodi ex ea sequebatur: vt in l. addictos. C. de episcopa. audien. reposui prosecutione, sed partim ex manuscriptis, partim ex Theodosiano, cum perperam legeretur, persecutione. Inscriptiones quoque & subscriptiones, dies & consules, ex eo codice intrepidè restitui: & vt omnium votis satisfacerem, notis breuissimis indicaui, ex quibus libris & titulis singulæ leges à Theodosiano codice desumptæ essent: multasque deprehendi ex eo codice desumptas, quas antea nemo adnotauerat desumptas. In l. vltima. C. de interdictis, illa verba, ruptis veteribus ambagibus, hactenus à nemine explicata, ex codice Theodosiano lucem accipiunt, ex quo desumptam legem illam animaduerti. est enim pars longioris cõstitutionis collocatæ sub titulo de denunciatione & editione rescripti, lib. 2. C. Theodosiani, vbi veteres ambages appellantur certi temporum cursus & lapsus, lapsuumque reparationes, quæ olim ab editione facta vel denunciatione numerari debebant. Fragmenta Nouellarum Iustiniani, quibus leges Codicis abrogantur vel corriguntur, ab Haloandro expuncta, reposui cum quibusdam à Cypriano vetere glossographo compositis, & nusquam impressis. nam cum Iustinianus iubeat omnes leges abrogatas pro veteribus fabulis haberi, consequens esse videbatur, vt leges Codicis per nouellas abrogatæ exploderentur. Sed rectius fecit Irnerius, aut si quis alius ea fragmenta appoluit, dum legibus abrogatis fragmenta noui iuris continuò subiecit. Hæc habui quæ pro suscepti laboris ratione tibi lector exponerem: quæ si grata fuisse sensero, conabor & nouis laboribus tuis commodis inseruire, Vale. Dat.

Kal. April. ex metropoli Biturigum,
anno Domini Iesu Christi.
M.D.LXV.

IN NOMINE DOMINI. *Iustinianus generis humani director, in præsenti rubrica, siue intitulatione tria facit: quia primo ponit diuini nominis inuocationem per quam Deus veneratur. Secundo ponit propriam & appellatiuam descriptionem, per quam præsens opus denominat. Tertio subdit intitulationem, per quã præsens opus proœmialiter inchoatur. Secunda ibi, Codicem domini &cet. Tertia ibi, repetitæ prælectionis. vsque in finem rubricæ. hoc dicit secundum Bald. Vel aliter: Diuiditur ista rubrica in tres partes. Prima est generalissima ad omne opus inchoandum: vsque ibi, codicis. Secunda generalis ad totum istud volumen duntaxat: vsque ibi, De nouo Codice faciẽdo. Tertia specialis ad istam primam constitutionem. h. d. secundum Paul. de Cast.*

a In nomine domini. *Incipit à Deo: vt infra de officio præfecti prætorio Africæ. l. in nomine domini.*

b Iustiniani. *quia Iustini filius fuit, vt insti. de dona. §. est & aliud. Et dicitur hoc ad differẽtiam trium codicum, de quibus infra fit mentio in constit. ij. Accur.*

Iulio Cæsari, & Theodosio, & ceteris auctoribus diuorum codicum Græcorum & Hermogeniani, Luce 2. Roma. 13.

c Sacratissimi. *quia inuictus, vel quia sacras leges nobis tradidit.*

d Perpetui. *id est generalis, vt insti. de satisdat. tuto. & ca. ij. respon. sic infra de eden. l. edita. vnde illud, Exijt edictum, &c. & in epistola: Omnis anima, &c. ponitur & aliter, vt diximus. ff. pro soc. lege prima.*

e Augusti. *ab augeo quo ad propositum: vt & matrimonium dicitur res mihi uidua, dicet quandoque diuidatur: vt insti. de pa. po. in prin. & C. de vepu. l. consensu. Vel dicitur ab Octauio Augusto, dicto ab auguror, quod est diuinare.* ADDITIO. *Hic solet quæri, an donatio facta per Constantinũ Papæ Syluestro, quia per eam deminutum est imperium, valeat: vide. An. Areti. in superscript. insti. & eos ad quos ipse remittit, quibus adde Abba. consi. lxxxiiij. versi. sed in casu nostro. & glo. in verbo, Constantinum. in Cle. j. §. porro præter. versi. ipsaq; omnia. de iure iurando.*

f Repetitæ. *Iussit enim fieri primo Codicem ex tribus, & iterum iussit dissolui, vt ibi apponeret quasdã decisiones, quæ postea fecerat: & sic iterum iussit ligari, & ideo dicit repetitæ: vt j. de emen. Iusti. co. per totum. & §. in antiquis enim &c. Item quod dicit, prælectionis, i.*

a Multiplicis figuratum species *te ablata. in c. forus. extra. de ver. sig.*

lectionis. & est figura prothesis. a sic ponitur. ff. de dote præle. per to. tit.

g DE NOVO CODICE FACIENDO. *Superior rubrica est communis ad totum librum: sed quod sequi-*
ponit glo. in tur, scilicet de nouo Codice confirmando, ad constitutionem istam tan-
verbo, par- tum. Azo.

In nomine[a] domini nostri Iesu Christi. Codicis domini Iustiniani[b] sacratissimi[c] principis, perpetui,[d] augusti,[e] repetitæ[f] prælectionis, incipit constitutio prima.

DE NOVO CODICE faciendo.

Retro visa communiter vtilia, litiumq; decisiua, audaciter sunt adtentata, superfluitate resecanda. h. d. secundum Salyceum. Vel sic. Ista sunt quædam epistola Iustiniani imperatoris, quam dixerat senatoribus vrbis Constantinopolitanæ: vt pateret in fine eius. h. d. secundum Paul. de Cast.

Imp. IVSTINIANVS Augustus ad Senatum vrbis Constantinopolitanæ.

HAec, h quæ ne cessario corrigenda esse multis retro principibus * visa sunt: inter ea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est: in præsenti i rebus donare communibus k auxilio Dei omnipotentis censuimus, l & prolixitatem † litium m amputare; n multitudine o quidem constitutionũ quæ tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano, atque Theodosiano continebantur, illarum p etiam quæ post eosdẽ codices à Theodosio diuinæ recordationis, alijsque post eum q retro principibus, r & à nostra etiã clementia positæ s sunt, resecanda: t vno autem codice sub felici nostri nominis * vocabulo componendo, in quẽ colligi tam memoratorum triũ codicum quàm nouellas u * post eos x positas y constitutiones oportet.

Pro magnitudine rei gerendæ sunt artifices eligendi. h. d. secundũ Salyceum.

Ideoq;[z] ad hoc maximũ,[a] † & ad ipsius reipublicæ [b] sustentationem [c] respiciens [d] opus efficiendum, elegimus [e] tanto fastigio [f] laborum, tantæque sollicitudini sufficientes, [g] Ioannem † virũ excellentissimum exquæstore [h] * nostri sacri palatij, cõsularem [i]

C

D

1 Cor. cũ hoc tex. ele. dispendium. de iudi. et ca. dispendia. de rescrip. li. 6.

* sic in mẽbr. nusci. non, nummis.

* extãt hodie pleraq; eorum in breuiario Alarici.

† Latius, ad hoc maximũ opus efficiendũ & ad ipsius rei sustentationẽ respiciens, eleg. &c.

† Dicit gl. in præcedẽ lib. 6. decre talium super verbo doctorẽ, quòd la viri erãt glariosi, nõ solũ scientia legum, sed etiam experientia rerum.

* exquæstorem.

Ideoq; quia iam nos diximus quòd volebamus illos tres codices & extrauagantes constitutiones in vnum codicem redigere. ideoque.

a *Maximum.* si habes maximũ, plana est: si habes maximè, sic expone: nam non solum istos decem viros elegimus ad hoc opus, sed etiã ad alios libros faciendos: sed maximè ad hoc.

b *Reipublicæ.* id est imperij.

c *Sustentationem.* quia per leges sustentatur respub. sicut & per arma.

d *Respiciens.* aliàs respicientes. & tunc plana. aliàs, respiciens: & tunc sic construe: Ideoque elegimus viros ad hoc maximum opus efficiendum: opus dico respiciens ad sustentationem ipsius reipublicæ, id est imperij. Legib. sustentatur respublica.

e *Elegimus.* scilicet homines qui ibi ponuntur.

f *Fastigio.* id est altitudini vel magnitudini. & scribe per. g. non per. d. Accursius. Fastigium.

g *Sufficientes.* s. viros infra scriptos.

h *Exquæstore.* nomen est dignitatis. sicut dico in expræfecto, & exconsule, secundum Io. vt j. de aduo. diuer. iudi. l. petitionẽ. §. egredientem. sicut exquestor: vt ff. de offi. c. quæst. l. j. in fin. Alii dicunt eum exquæstorem, qui quæsturam dimisit. & sic exconsul qui consulatum dimisit. Exquæstor. Expræfectus. Exconsul.

i *Consularem.* consularis est qui insignia consulum beneficio principis consequitur: sed cõsules sunt in ipso actu gerendi: vt j. de consul. l. iij. & iiij. lib. xij. Consularis. Consul.

a *Patricium*. expone vt inſtit. quibus modis patri. pote. ſol. §. A filiusfamilias.
b *Prætorio*. natum vel vocatum.
inter agentes. c *Inter agentes*. inter agentes dicũtur qui ſunt inter eos qui res imperiales adminiſtrant. Vel, qui agunt, id eſt morantur circa latus principis.
vnde habes. j. titu. de principibus agentium in rebus. lib. xij.
**ſic in vet.* d *Largitionum*. i. donationum, quæ fiebant in aula regia.
e *Inter agentes*. quidã habẽt inter agẽtes, ſed male. Dic ergo inter agentes, & id expone, vt §. Accuſius.
**exproconſulem.* f *Vrbe*. ſ. Conſtantinopolitana.
g *Quibus ſpecialiter*, &c. Sunt ergo decem: & ſic decem fuerunt in petendis tabulis: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. exactis. Tres vero in inſtitutis. xvj. in compilatione Digeſtorũ: vt inſtitu. in præcomio. §. cumque hoc Deo. & §. quas ex omnib⁹. & infra de vete. iur. enu. l. ij. §. quæ omnia. Item quinque in compilatione noui Codicis: vt j. tit. ij. §. ſed cum nouellæ.
h *Permiſimus*. ſcilicet præcipiendo. Et not. quòd decẽ facit præcepta.
i *Quantum*. q. d. ſolidæ, id eſt integræ leges remaneant, reſecatis ſuperfluis.
k *Legum*. eccę primũ præceptum.
l *Soliditatem*. quia medulla legis bene eſt ſolida ſine ſuperuacuis præfationibus.
m *Præfationibus*. nota. ſuperuacuis. aliàs contra ff. de orig. iur. l. j.
n *Quàm*. eccę ſecundum.
o *Similibus*. ad hoc eſt contra. ff. de diſtra. pi. l. arbiter. & l. vlti. ſed fuit vitium ſcriptoris. Item & aliàs in multis locis ſunt ſimilia, quæ omnia ſolue. vt j. de vete. iure enu. l. ij. §. ſi quid.
p *Contrarijs*. eccę tertium.
q *Præterquam*. ſimilibus dico, præter. q. d. id eſt pleniore indagine: vt infra tit. j. §. ſed cum ſit. & infra de vete. iure enu. l. ij. §. ſi quid. Item probatur ex duobus: vt infra de iur. & fac. igno. l. ſi poſt diuiſionem: &. ff. fa. er. l. cum putarem. non autem refertur ad id quod dixerat de contrarijs: quia nullum contrarium inuenitur: vt infra de vete. iur. enu. l. ij. §. contrarium. Vel etiam ad cõtrarium poteſt referri. & tunc patet exemplum. in ll. ſuprad. cti⁹. l. ſi poſt diuiſionem. & l. cum putarem.
Contrariæ nulla eſt in legibus.
r *Diuiſione*. id eſt additione.
s *Adiuuentur*. illa. ſ. ſimilia.
t *Illis*. ſ. reſecatis.
u *Quæ*. eccę quartum.
x *In deſuetudinem*. ſic inſtit. in procœmio. §. igitur poſt. in fi. & j. de vete. iur. enu. l. j. §. ſed & ſi quæ. iij. col. Accur.
y *Certas*. in ſui reſpõſione. vnde in fi. huius legis vocat indubitatas: & hoc fallit vbicunque eſt diſſenſio doctorum: & in ff. ſæpe fallit in Scæuola.
z *Breui*. hoc fallit in legibus Iuſtiniani quandoque.
a *Nouellis*. quæ ſunt extrauagantes.
b *Leges*. ſic reddit docciles. nam docilem facit, qui ſummam rei breuiter comprehendit. Accur.
c *Congruis*. eccę quintum.

atq; patriciũ: [a] Leontiũ virũ ſublimiſſimũ magiſtrũ militũ expræfecto* prætorio, cõſulare atq; patriciũ: Phocam virũ eminentiſſimum magiſtrũ militum, conſulare atq; patriciũ: Baſilidem virũ excellentiſſimum expræfecto* prætorio[b] Orientis, atque patricium: Thomã virum glorioſiſſimũ quæſtorem ſacri noſtri palatij, & excõſule: * Tribonianum* virum magnificum, magiſteria dignitate inter agentes[c] decoratum: Conſtantinum virum illuſtrem, comitem ſacrarũ largitionum[d] inter agentes,[e] & magiſtrum ſcrinij libellorũ, ſacrarumque cognitionum: Theophilum virum clariſſimum, comitem ſacri noſtri cõſiſtorij, & iuris in hac alma vrbe[f] doctorem: Dioſcorum & Præſentinum diſertiſſimos togatos fori ampliſſimi prætoriani.

Imperator electis viris tradit formam veram vt inutiles præfationes & ſimilia, ex quibus non augetur effectus, & contraria reſecarent, & ſimiliter ea quæ erãt abolita rationabili conſuetudine, & claras & apertas leges ex tribus codicibus, & nouellis traderent, ipſiſq; adderent & detraherent & earum ſenſum clariorem efficerent vbi opus foret, & in vnum codicem componerent. h.d. ſecundum Bald.

Quibus § ſpecialiter permiſimus [b] (reſecatis tam ſuperuacuis quantum ad[i] legum[k] ſoliditatem[l] pertinet, præfationibus, [m] quàm [n] ſimilibus, [o] & cõtrarijs, [p] prę-

terquam [q] ſi iuris alia diuiſione [r] adiuuentur: [s] illis[t] etiã quæ [u] in deſuetudinẽ [x] abierunt) certas, [y] & breui[z] ſermone conſcriptas ex ijſdem tribus codicibus & nouellis[a] conſtitutionibus leges [b] cõponere, & congruis [c] titulis ſubdere: [d] adijcientes [e] quidem & detrahẽtes, [f] immo [g] & mutantes[h] verba earũ vbi hoc rei commoditas exigeret: colligentes[i] vero in vnã[k] ſanctionem quæ varijs conſtitutionibus diſperſa ſunt, & ſenſum earum clariorem efficientes: ita tamen vt ordo temporum earum conſtitutionum non ſolum ex edictis diebus [l] conſulibuſque, ſed etiam ex ipſa compoſitione[m] earum clareſcat: primis quidem in primo loco, poſterioribus vero in ſecundo ponendis. [n] & ſi quæ earum ſine die[l] & conſule in tribus veteribus codicibus, vel in quibus nouellæ cõſtitutiones receptæ ſunt, inueniãtur: ita his ponendis, nullaque dubietate * [o] ex hoc oriunda: ſicut & illas vim generalis conſtitutionis obtinere palam eſt, quæ ad certas[p] perſonas [q] reſcriptæ, [r] vel per pragmaticam [s] ſanctionem ab initio datæ, eidem nouo Codici propter vtilitatẽ ſanctionis inſertæ [t] fuerunt. [u]

Imperator ſuperius poſuit ſuam intentionem & operis commiſſionem in generali, nunc verò ponit formam in ſpeciali. & ad hoc. j. titu. j. ibi dum dicit, ſub certis finibus magnum laborem commiſimus. h. d. ſecundum B. al.

Hæc igitur ad veſtram notitiam[a] ferre properauimus, vt ſciatis quanta nos diuturna ſuper rerum cõmuni vtilitate cura ſollicitet, ſtudẽtes certas & indubitatas, [b] & in vnum codicem collectas eſſe decetero cõſtitutiones, vt ex eo tantummodo ſub felici B noſtro nomine nuncupando codice, recitatio conſtitutionum in omnibus ad citiores[c] litium deciſiones[d] fiat [e] iudicijs. Dat. Idib. Febr. C P. D D. Iuſtiniano P P. A. II. Cos.

DE IVSTINIANEO CODICE confirmando. [f]

Iſta fuit epiſtola directa ad præfectum prætorio, poſtquam viri de quibus in præcedenti dictum eſt, opus eũ commiſſum expleuerunt, per quam imperator confirmat eodem nouiter factum per illos, & mandat ipſum publicari & ſeruari. h.d. ſecundum Pau. de Caſtro.

Imp. IVSTINIANVS, pius, felix, inclytus, [g] victor, ac triumphator, ſemper Auguſtus, Mennæ[h] præfecto prætorio, expræfecto[i] huius C vrbis [k] CP. ac patricio.



Vmma[l] reipublicę tuitio de ſtirpe duarum rerum, armorum. ſ. atque legum venies, vimque ſuam exinde muniẽs, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationib⁹ omnibuſque gentibus dominari tam præteritis effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet. iſtorum etenim alterũ alterius auxilio[m] ſemper eguit: & tam militaris res legibus in tuto collocata eſt, quàm ipſæ leges armorum præſidio [n] feruatæ [o] ſunt. Meritò Pigitur [q] ad primam[r] communium[s] rerũ ſu-

**falſa quæ hactenus obtinuerat lectione deceptus Accurſius, hãc*

ſtentationẽ, noſtrã ſententiã & mentem laboresq; noſtros referentes, militaria quidem agmina[t] multiplicibus, & omnẽ prouidentiã continẽtibus modis correximus, & tã veterib. [u] † ad meliorẽ ſtatũ breui tẽpore ductis, q̃ nouis ſolum exquiſitis, [x] ſed etiã recta diſpoſitione noſtri nominis ſine nouis expenſis publicis cõſtitutis, primo ſeruando poſita, y deinde noua ponẽdo, firmiſſima[z] ſubiectis effecimus. Sed cũ ſit neceſſarium multitudinẽ conſtitutionũ tã in tribus veteribus codicibus relatarũ, q̃ poſt earũ cõfectionem poſterioribus tẽporib⁹ adiectarũ ad breuitatem reducendo, caliginem earũ rectis iudicũ definitionibus inſidiantẽ [b] penitus extirpare: ad hoc cõmune præſtandũ beneficium Deo præſule prono animo nos dedimus: [c] & electis viris glorioſiſſimis, tam doctrina[d] legum, q̃ experientia [e] rerum ſtudioq; reipublicæ indefeſſo, [f] & laudabili propoſito pollẽtibus, ſub certis finibus magnum laborem commiſimus. per quem tam trium veterum Gregoriani, Hermogeniani atq; Theodoſiani codicũ cõſtitutiones, q̃ plurimas alias * poſt eoſdem codices à Theodoſio diuinæ memorię, ceteriſq; poſt eũ retro principibus, a noſtra etiã clementia poſitas, in vnum codicẽ felici noſtro vocabulo nũcupandũ colligi præcepimus. Tollẽdis quidem tã præfationibus nũllum ſuffragium ſanctionibus conferentibus, § quàm cõtrarijs cõſtitutionibus, quæ poſteriore promulgatione vacuatæ ſunt: ſimilibus [h] etiam præter eas, quæ eadem pene ſanciendo, diuiſionem * iuris

**ſubaudi Nouellas, vel in ſupervenientibus conſtitutionibus.*

¶ In nõnullis exẽplaribus legitur, & tã legibus veteribus ad meliorẽ ſtatũ breui tẽpore reductis quàm nouis nõ ſolũ exquiſitis, ſed etiã rectis diſpoſitione noſtri nominis, ſine nouis expenſis publicis conſtitutis, primo ſeruando poſita, deinde nouæ ſo. firmiſſimas, quæ lectio ſignificat ſecundum correctionẽ. alias verò lectio poſita in textu ſignificat armorũ correctionẽ. Contius.

**al. deciſionẽ. al. diſtinctionem. Indefenſus ſumitur adplicater.*

Ingenium acutius eſt in primis horis diei.

a *Notitiam*. ad ſenatores loquitur.
b *Et indubitatas*. & ponitur pro id eſt.
c *Ad citores*. propria poteſt intentio Iuſtiniani hic notari: ſed & beneuolentia Accurſius.
d *Deciſiones*. alias, diuiſiones.
e *Fiat*. eccę propria Iuſtiniani intentio.
f DE IVSTINIANEO CODICE CONFIRMANDO. *Superior conſtitutio fuit facta nondum facto Codice, hæc cum iam eſſet facta: vt in fra ea. l. §. lotendis. ibi, ijſdem prudentibus.*
g Inclytus. *id eſt bene auguratus. totum expone vt in procœmio. ff. in prin.*
h Mennæ. *ſupple miſſa fuit ex præcepto, &c. Accurſius.*
i EX *præcepto*. Pro huius cõſtitutionis caſus poſitione diuide eam ſecundum Viuianum in quatuor partes. Prima pars communit leges & arma, & vnum dicit egere auxilio alterius: & factũ armorum ſe bene expediſſe, & qualiter expediuit. Secunda dicit qualiter expediuit ſe de legibus per. x. viros. & ſic recipit ad ſuperiorem conſtitutionem. Tertia mandat hunc codicem ſeruandum aliis codicibus præterm iſſis, qualeſcunque ſint leges: ex quo erunt in hoc volumine. Quarta commendat hunc codicẽ, eum extendens inter ſubiectos. Secũda ibi, ſed cum. Tertia ibi, hunc igitur. Quarta ibi, illuſtris. Ex textu not. primo in principio quid fuit quod fecit antiquitus Romanos præcellere & dominari cunctis nationibus. Not. ſecundo in verſicu. hunc igitur, quod imperator prohibet aliquos legari veteres codices. Tertio not. ibi, falſi criminis, quòd allegans leges abrogatas, incidit in crimen falſi: quod quando ſit verum, dic vt not. in. c. nouit. extra de iud. in glo. quicunque. & per Bartol. in l. fina. ff. de fal. Vltimo not. in §. ſi quæ vero. & ad hoc ſemper allegatur, q̃ per nouam legem vel ſtatutum non cenſentur reuocata priuilegia conceſſa ſingularibus perſonis, & nõ comprehenſa in corpore iuris vel ſtatuto, ſecundum Pau. hic.
Expræfecto. aliàs, ex præcepto almę vrbis conditoris Conſtantini. &c.
k *Vrbis*. ſubaudi, conditoris. Et ſic patet quòd de noua Roma, cum eam fecerit Conſtantinus: non de veteri, cum eam fecerit Romulus. Et dic quòd Conſtantinus* præcepit hic duo: ſcilicet quòd arma & leges eſſent ad tuitionem reipublicæ: & hoc ſi habes, Conſtantini. ſed aliàs eſt, Conſtantino & patricio: ſunt tunc dicitex præcepto, ſcilicet diuino ſumma tuitio venientes, Conſtantino j. &c. & ſic ſunt datiui caſus. & ſemper incipit cõſtructio, ſumma, &c. & facit inſti. in procœmio in prin. imperatoriam, &c.
A I *Summa*. aliàs, ſumma tuitio. & aliàs, ſumma reipublicæ tuitio. Et nota quod Pynus hic, Summa, &c. incipit legem. ſed alibi ſic, ex præcepto huius almæ vrbis Conſtantini atque patricij. & quòd dicit, vrbis, ſubaudi, conditoris.
m *Auxilio*. Nam & leges indigent armis: vt. ff. de rei vin. l. qui reſtituere. Item ad punieudos rebelles: vt j. de epiſc. & cle. l. ſi quis in hoc. & arma legib⁹, vt ff. de re mi. l. ij. §. miles vſq; in fi. legis.
n *Præſidio*. i. auxilio.
o *Seruate*. aliàs, ſeruandæ.
p *Merito*. hic dicit imperator qualiter ſe habuit ad arma.
q *Igitur*. cum prædicta duo, ſcilicet arma & leges fecerint Romanum populum omnibus alijs nationibus dominari, & ſunt duo brachia mũdi: merito ergo imperator fecit ſi habuit curam circa ea: & quare habuerit dicit: & primo circa arma tanquam digniora. Accur. ADDITIO. An arma ſint digniora legibus. & ſic miles præferendus ſit doctori, vide Bal. in procœmio. ff. veteris. in fi. & Ang. Aret. in procœm. inſtit. j. reſpon.
r *Primã*. ſcilicet maximam. & hoc vt tollas contrarium infra l. proxi. in princ. vbi dicit q̃ primo ad leges.
s *Communiũ armorũ*.
t *Agmina*. milites in agminibus.
u *Veteribus*. ſcilicet agminibus.
x *Exquiſitis*. ſ. expẽſis publicis.
y *Poſita*. ſ. agmina, iũxta illud Ouid. Nõ minor eſt virt⁹ quã quærere, parta tueri.
z *Firmiſſima*. ſ. agmina.
a *Sed cum*. hic dicit qualiter ſe habuit ad leges.
b *Inſidiantem*. nã quando legem non intelligis tibi inſidiatur.
c *Dedimus*. id eſt deputauimus. vel edidimus. i. ad hoc dedimus noſmetipſos.
d *Doctrina*. quo ad cognitionem.
e *Experientia*. quo ad operationem.
f *Indefeſſo*. i. non fatigabili. aliàs indefenſo ſtudio, id eſt quia nul- Ius defendit hoc ſtudium non eſſe bene factum. vt ſic hæc dictio, in, exponatur, id eſt non, vt & aliàs. Vel melius dic indefenſo. i. multum defenſo per iſtud opus. & ſic ponitur in, pro valde. & ſic etiam ponitur increſcit aqua, i. valde creſcit, vt ff. de aqua plu. ar. l. j. §. j. & indifficilis, i. valde difficilis. ff. de lib. & poſtu. l. Gallus. ille caſus. aliàs eſt indefeſſo, & tunc eſt plana, quia iſti nunquam erant ſeſsi donec complerent, & ſem per erant recentes. vnde colligitur quòd melius fecerunt, nã in primis horis diei, vel poſt ſomnum quando aliquis eſt recens, melius facit, vt ff. de verb. ſign. l. ij. in fin.
g *Conſentibus*. Quandoque enim conferunt, vt patet j. de ca. tol. in prin. & de rei vxo. act. l. j. in prin. Et de his dic vt diximus in ſuperiore conſtitutione.
a *Similibus*. ſcilicet tollendis.

legum putabat eſſe Cõſtantini. Contius.
Leges armis cędit, & econtra.

a *Ex qua.* scilicet diuisione.
b *Alijs.* tollendis repete, quæ olim erant scripta.
c *Pertinentibus.* scilicet si tollantur.
d *Mandatus.* i. electis.
e *Annuit.* i. suum præbuit assensum: exhibuit voluntatem: præstitit fauorem, & sic per id quod fecerunt apparet: quòd ea quæ ei commissimus, feliciter compleuerunt. & hoc dicit vsque ibi, ad istum enim, &c.
f *Electi.* verbum huius nominatiui est longe. infra videlicet ibi, ad prosperum tulerũt, &c.
g *Sedula.* i. continua.
h *Industria.* id est valde exoraturos eos vt de hac compositione deliberarent. Azo. Vel dic quòd determinat sequentia.
i *Digestione.* id est deliberatione.
k *Communibus.* id est proprijs singulorum. & ita expone. ſ. & j. semper. nam non erant omnia communia cõmunicatione.
l *Hunc igitur.* tertia pars.
m *In æternum.* ponit pro perpetuo.
n *Cubiculi.* Loquitur Mennæ præfecto prætorio.
o *Intimare.* id est mittere: vt j. in fi. sed senatoribus tantum significauit: vt ſ. cõſtit. proxi. in fi.
p *Certaminibus.* id est in iudicijs.
q *Necesse.* Nisi imperatores post nos aliqua correxerint: sicut & nos facimus de legibus aliorum. Nam nouæ derogant antiquis, vt infra de vete. iure enu. l. tãta. in prin. & ff. de legi. & ſc. con. l. non est nouũ. Et nota hic non esse trahendum argumentum ex legibus abrogatis. & infra de Lau. lib. tol. l. j. circa prin.
r *Crimini.* id est accusationi, crimini enim nõ lex vel imperator, sed ipsi se subijciunt. & facit. ff. ad leg. Cornel. de fal. l. ſi.
s *Recitatio.* scilicet in iudicijs.
t *Compositæ.* alias, cõponite.
u *Procul dubio.* super hoc & superiori dicto potes dicere contraria quæ diximus. ſ. tit. j. in fi. Accursius.
x *Veterũ.* scilicet triũ Codicum.
y *Commendare.* nõ allegare.

*al. exequestor.

*in omnibus vet. Tribunianus.

Argumentũ non est trahendum ex legibus abrogatis.

*al. commeniret.

aliquam facere noſcuntur: ex quaa diuidendo vetera, nouũ aliquid naſci videtur: multis insuper alijsb ad rectam huius Codicis compositionem pertinentibus, c iiſdem prudentiſſimis viris à nostro numine mandatis: d & nostro studio pro republica instituto, suum præſidium Deus omnipotens annuit. e

Ad istũ enim laboré, & tãti operis consummationem electi, f vir excellentiſsimus exquæstore* nostri palatij, consularis atq; patricius Ioannes: & vir sublimiſsimus ex præfecto prætorio cõsularis atq; patricius, Leontius: vir quoq; eminẽtiſsimus magiſter militum, consularis atq; patricius Phocas: ctiam vir excellentiſsimus ex præfecto prætorio per Orientem, & patricius, & nũc præfectus prætorio per Illyricum, Basilides: & vir gloriosiſsimus quæstor sacri nostri palatij, & exconsul Thomas: imò & vir magnificus magisteria dignitate inter agẽtes decoratus, Tribonianus: * & vir illustris comes sacrarũ largitionum inter agentes, & magiſter scrinij & libellorum & sacrarũ cognitionũ, Constantinus: & vir illustris ex magistro, & iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus: viri etiam diſertiſsimi togati amplisſimi fori tuæ sublimitatis Dioſcorus atque Præſentinus omnia quæ eis mandauimus, cũ sedula g & peruigili industria, h moderataq; digestione, i cũ Dei auxilio ad prospe rũ tulerunt terminũ, & eundẽ nouum Iuſtinianeum Codicẽ nobis obtulerunt ita compoſitum, & vt rebus profuturus esſet cõmunibus, k & nostro cõueniſſet* imperio. Hunc igi turl in æternumm valiturũ iudicio tui culminisn intimare o perſpeximus, vt sciant omnes tam litigatores q̃ diſertiſsimi aduocati nullatenus eis licere de cetero cõstitutiones ex veteribus tribus codicib, quorum iam mentio facta est, vel ex ijs quæ nouellæ constitutiones ad præsens tempus vocabuntur in cognitionalibus recitare certaminibus, p ſed ſolum eidem nostro Codici insertis constitutionibus neceſſe q esſe vti: falſi criminir subdendis his, qui contra hoc facere ausi fuerint: cum sufficiat. earundem constitutionũ nostri Codicis recitatio, s adiectis etiam veterum iuris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites: nullaq́e dubitatione emergenda vel eo quòd t sine die & cõſule quedam compoſitę t sunt, vel quòd ad certas perſonas reſcriptæ sunt, cum omnes generalium cõſtitutionum vim obtinere proculdubio u est. ſed & ſi quæ earum constitutionum detractis vel additis vel permutatis certis verbis (quod & ipſum præfatis excellentiſsimis viris ſpecialiter permiſimus) compoſitæ sunt: nullis cõcedimus ex libris veterumx iuris interpretatorum aliter eas habentes recitare, ſed ſolam iuris interpretatorum ſentẽtiam cõmendare: y tũc z teneat, cũ minimè aduerſetura eiusdem nostri Codicis cõſtitutionibus. Si quæb vero pragmaticæ c ſanctiones, quæ minimè in eodem nostro Codice receptæ sunt, ciuitatibus fortè, vel corporibd, vel ſcholis, vel ſcrinijs, e vel officijs, vel alicui perſonæ impertitæ f sunt: eas, ſi quidem aliquod priuilegium g ſpeciali beneficio indulgent, omni modo ratas h manere: ſiverо pro certis capitulis i factæ sunt, tum tenere, cum nulli nostri Codicis aduerſantur cõſtitutioni, præcipimus. Sed & ſi quak re gestal in tui culminis iudicio, vel in alijs iudicijs ciuilibus vel militaribus, m vel apud principia numerorum, pro publicis expensis, n vel quibuſcunque titulis ad publicum pertinentibus posita o sunt: ea etiam prout communis rei commoditas exigit, firmã esſe censemus. p Illustris q igitur & magnifica auctoritas tua r pro innato s sibi circa remp. blicam nostrasque diſpoſitiones explendas ſtudio, ad omnium populorum notitiam eundem Codicem editis ex more propoſitis t peruenire faciat ipſo etiam textu Codicis in ſingulas prouincias nostro ſubiectas imperio cum nostra diuina ſubnotatione u mittendo, vt eo modo ad omnium notitiam ciuſdem nostri Codicis conſtitutiones valeant peruenire: x & vt extantibus y * feſtis diebus, z id est ex die ſextodecimo Kalendarum Maij præſentis ſeptimæ a indictionis, cõſulatu Decij viri clariſsimi

a *Ex qua.* scilicet diuisione.
b *Alijs.* tollendis repete, quæ olim erant scripta.
c *Pertinentibus.* scilicet si tollantur.
d *Mandatus.* i. electis.
e *Annuit.* i. suum præbuit assensum: exhibuit voluntatem: præstitit fauorem, & sic per id quod fecerunt apparet: quòd ea quæ ei commisimus, feliciter compleuerunt. & hoc dicit vsque ibi, ad istum enim, &c.
f *Electi.* verbum huius nominatiui est longe. infra videlicet ibi, ad prosperum tulerũt, &c.
g *Sedula.* i. continua.
h *Industria.* id est valde exoraturos eos vt de hac compositione deliberarent. Azo. Vel dic quòd determinat sequentia.
i *Digestione.* id est deliberatione.
k *Communibus.* id est proprijs singulorum. & ita expone. ſ. & j. semper. nam non erant omnia communia cõmunicatione.
l *Hunc igitur.* tertia pars.
m *In æternum.* ponit pro perpetuo.
n *Cubiculi.* Loquitur Mennæ præfecto prætorio.
o *Intimare.* id est mittere: vt j. in fi. sed senatoribus tantum significauit: vt ſ. cõſtit. proxi. in fi.
p *Certaminibus.* id est in iudicijs.
q *Necesse.* Nisi imperatores post nos aliqua correxerint: sicut & nos facimus de legibus aliorum. Nam nouæ derogant antiquis, vt infra de vete. iure enu. l. tãta. in prin. & ff. de legi. & ſc. con. l. non est nouũ. Et nota hic non esse trahendum argumentum ex legibus abrogatis. & infra de Lau. lib. tol. l. j. circa prin.
r *Crimini.* id est accusationi, crimini enim nõ lex vel imperator, sed ipsi se subijciunt. & facit. ff. ad leg. Cornel. de fal. l. ſi.
s *Recitatio.* scilicet in iudicijs.
t *Compositæ.* alias, cõponite.
u *Procul dubio.* super hoc & superiori dicto potes dicere contraria quæ diximus. ſ. tit. j. in fi. Accursius.
x *Veterũ.* scilicet triũ Codicum.
y *Commendare.* nõ allegare.

a *Adnersetur.* id est cõcordat. tunc enim allegatur non tanquam antiqua, ſed tanquam noua: niſi velit ſubdi crimini falſi.
b *Si quæ.* quarta pars.
c *Pragmaticæ.* dictum est. ſ. de cõſtitutionibus clauſis in corpore iuris: hic de his quæ sunt extra ſanctiones, vt sunt reſcripta.
d *Scriniis.* his ſcilicet qui præerant ſcrinijs. l. officijs quorum acta reponũtur in ſcriniis.
e *Impertitæ sunt.* i. nobis aut ab alijs post nos, vel ante nos.
f *Penultegium.* faciendi quid, vel nõ faciendi.
g *Rataa.* siue aduerſetur siue non conſtitutioni Codicis. & sic est contra infra de preci. imp. offe. l. reſcripto. & de fac. ſan. eccle. l. priuilegia. ij. reſpon. Sol. hic nullius impetratione fuit conceſſum, ibi ſic. Vel hic non lædebat alium ibi ſic.
h *Capitulis.* non pro priuilegio, ſed iure cõmuni.
i *Si qua.* ante huius Codicis compoſitionem. Accur.
k *Regesta.* id est cauſa actitata.
l *Militaribus.* quia magiſter militum dat ſententias. j. de numerarijs. lib. xij. per totum. Azo.
m *Expensis.* ſcilicet publicarum perſonarum, puta iudicum, & aduocatorum, & exercitorum, & militum.
n *Posita.* i. ſtatuta.
o *Censemus.* nõ vt vicem legum teneãt ſecundum H. ſed tãtum contra eos: niſi forte ex principis permiſſu de iure reſpouderunt.
p *Illustris.* quinta pars & vltima.
q *Tua.* ô præfecte. Accurſius.
r *Pro innato.* quia ante natiuitatem & post natiuitatẽ fuit ſtudioſus.
s *Propoſitis.* id est publicè poſitis.
t *Subnotatione.* id est ſubſcriptione. Accur.
u *Peruenire.* quidã nõ habent hic plus.
x *Extantibus.* i. cũ feſtum erit celebre, legetur de eo quantum poterit.
y *Diebus.* ſ. feſtiuis Paſchalibus extantibus, id est aduenientibus.
z *Septimæ indictionis.* Immo videtur. xij. vt j. de vete. iu. enu. l. ij. §. leges. quæ est contra. Solu. verbum indictiõis, diſſimiliter hic & ibi

z *Tunc.* quod est in trib⁹ Codicibus.

*nam lex j. l. j. C. Thr. eas abrogabat: vt nos tamen ad superiorem constitutionem.

*in vno manuscripto reperi ſiqua gesta. ſed excuſa lectio in pluribus manuſcriptis reperitur.

& ibi accipitur. nam olim. xv. anni erant conſtituti, & in primo quinquennio imperatori pro tributo offerebatur aurum: in ſecundo quinquennio argentũ: in tertio, æs: & primi quindecim anni dicebãtur prima indictio: ſecũdi, ſecũda: & ſic de ſingulis. & ſic erat. vij. indictio hic: id est reuoluti ſeptem vicibus quindecim annis: quæ reuolutio inducebat ſeptimam indictionem. & quod ibi dicitur. xij. id est duodecim annis ſeptimæ indictionis, quę fiebat in ſeptima reuolutione quintidecimi anni. & ſic est idem tempus hic & ibi, ſed hoc non placet: nam nec idem conſulatus, nec eædẽ Kalendæ adſignantur hic & ibi, & ita non est idem tempus. Dic ergo q̃ hic adſignatur indictio in qua fuit factus Codex & publicatus: ibi verò adſignatur indictio in qua fuerunt Digeſta correcta, & Inſtitutiones factæ & publicatæ: vt ibi aperte dicitur: Sed contra hoc esſe videtur quod in eadem lege dicitur. §. omni igitur. nam dicitur ibi in tribus annis post cõpoſitionẽ Codicis fuiſſe correcta Digeſta, & Inſtitutiones factas, & in ſeptima indictione fuit Codex publicatus, vt hic dicit. ergo ibi deberet dici decima indictione. Ad hoc reſpondet, quòd duo anni fuerunt interpoſiti post compoſitionem Codicis ante inceptionem Digeſt. & in tertio correcta. Vel dic quòd ſtatim post compoſitionem Codicis fuerunt inchoata: licet post continuationem ſteterint per duos annos antequam publicarentur, & in tertio fuerũt publicata. Vel dic melius, quòd de indictione loquitur hic, quæ currebat tempore quo factus est primus Codex: in quo non erant Extrauagantes conſtitutiones: qui fuit postea diſſolutus: & non de Codice nouo, qui non fuit poſtea mutatus. Item nota quod tabelliones cum dicunt, indictione prima vel ſecunda, in inſtrumentis, intelligitur primus annus indictionis: & ſic de ſingulis. Item ſi vis inuenire indictionem cuiuſlibet inſtrumenti publici quando factum fuerit, vel quæ indictio ſit, currat, vel currebat quolibet anno: accipe annos domini illius inſtrumenti, vel eius anni de quo queris, & diuide per quindecim, & adde ad tres annos, quia tot erant tempore natiuitatis Chriſti, & reijce quindenarium numerum, donec habeas eum completum: & quod remanet, tota erit indictio: vel ſi nihil, tunc prima. ADDITIO. Nota hic q̃ dicitur indictio ab indicendo: quia in ſingulis quindecim annis indicebantur tributa à Romanis. Nam in primis quinque annis dabatur Romanis tributum in ferro pro armis, in ſecundis in argento pro ſtipendiarijs, in tertijs in auro ſeruando pro republi. vt per glo. in verbo, indictionis. in authen. vt præpo. nomen impe. in prin. col. v. & G. ſuper rubr. de indictio. lib. x. Simile notatur de triplici corona imperatoris: de quo per glo. in verbo, veſtigijs, in cle. Romani. de iureiurando. De hac materia vide etiam pulchram glo. ſuper verbo, indictionis. in ca. inter dilectos. extra de fide inſtru.

a *Recitationes.* in publicis. & ſic inter plures vices, cum non poſſet totus legi vna die.

DE EMENDATIONE CODICIS Domini Iuſtiniani, &c. Codex.

recitationes a conſtitutionum ex eodem noſtro Codice fiãt. Da. VII. Id. April. CP. Decio. V. C. Cos.

DE EMENDATIONE Codicis Domini Iuſtiniani, & ſecunda eius editione.

Imperator b Cæſar, Flauius, IVSTINIANVS, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus Anticus, Alanicus, Vuandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, ſemper Auguſtus, Senatui vrbis Conſtãtinopolitanę. S.

e *Simili modo.* & hoc videtur superfluũ per l.supra eo.id quod pauperibus.sed & illud de singularib.relictis.Sed licet euitetur hoc modo Falcidia iure institutionis, an euitatur *Filius bona potuit quã ecclesia sunt relinquenda.* Falcidia iure naturæ, vt possit ex heredari filius vel præteriri? Respon.non. nam qui vult Deum instituere, & filium exheredare: alium pro cõsilio quærat,& accipiat,nõ Augustinũ.xvij.q.iiij.c.fi.

f *Degeve.* vbi de lare. scilicet dubitabatur.sic & supra eod.l. nulli.§. sin autem persona. & §. quòd si testator, & ar.ff.de cond.& demõ. l.quę cõditio.§. cũ ita.

g *Se mouentium.* quid de immobilibus? certe idem eadem ratione.

h *Minui.* sic & Deus potest heres instituiDie quod ille vers. & versic. seq. videntur hodie correcti per tex. in §.si quis autempro redemptione. in authen. de eccl.tit. vbi dicitur indistincte, quod est in arbitrio episcopi quomodo velit ad municipium. quæ tale relictũ permittebat distribuere: Falcidiam de legato quod seruat relicto Deo. Vel aliud episcopo de quando Deo , aliud consuetudine quando relinquitur ad pias causas. Alij vt Bart.ibi. Ar. & R. dicunt quod tunc demum cessat Falcidia in legato ad pias causas relicto,quando heres fuit contumax in soluendo: & sic intelligunt dictam auth. de ec tit.§. si autem heres.colla.ix. vt in authen.de eccl.titu.§.si quis in nomine. coll.ix.& ei legari, vt ff. ad legem Falcid.l.j. §.ad municipium. Idẽ de aliquo sanctorum. vt in authen. de eccle. §. si quis autem vnum sanctorum. & in his omnibus casib. videtur cessare Falcidia, cũ ad pias causas sunt relicta: vt in authen.de eccl.tit.§. si autem heres, & sic corrigitur.l. illa.ff.ad l. Falcid.l.j.§. ad municipium. quæ permittebat detrahi Falcidiam de legato relicto Deo. Vel aliud quando Deo , aliud quando relinquitur ad piam causam. Alij vt Ar. & R. dicunt quod tunc demum cessat Falcidia in legato ad pias causas relicto,quando heres fuit contumax in soluendo: & sic intelligunt dictam auth. de ec tit.§. si autem heres.colla.ix.

XLIII. Imp. IVSTINIANVS. A. IOANNI. PP.

SI quis ad declinandam [a] legem Falcidiam,[b] cum desiderat totam suam substantiã pro redemptione captiuorũ relinquere, eos ipsos captiuos scripserit heredes , ne videatur quasi incertis personis heredibus institutis iudicium suum oppugnandum reliquisse:[c] sancimus eiusmodi & talẽ institutionem pietatis intuitu valere ,[d] & non esse respuendam. Sed & si pauperes quidẽ scripserit heredes , & non inueniatur certum ptochotrophium, *vel certę ecclesiæ pauperes de quibus testator cogitauerit, sed sub incerto vocabulo pauperes fuerint heredes instituti : simili modo [e] & huiusmodi institutionem valere decernimus. Et si quidem captiuos scripserit heredes ciuitatis in qua testator larem fouere ac degere,[f] noscitur, episcopus & œconomus heredi tatem suscipiant : & omnimodo in redemptionem captiuorum procedat hereditas siue per annuos reditus , siue per venditionem mobilium seu se mouentium[g] rerum sit: nullo penitus ex hoc lucro , vel œconomo , vel episcopo , vel sacrosanctæ ecclesiæ relinquendo. Si enim propter hoc à speciali herede recessum est, vt non Falcidiæ ratio inducatur: quomodo ferendum est hoc , quod in sacrum venerit per Falcidiam vel aliam occasionem minui?[h] Vbi autem† indistincte [i] pauperes scripti sunt heredes , ibi xenonem [k] eius ciuitatis omnimodo hereditatem nancisci: & per xenodochum in ægrotantes fieri patrimonij distributionẽ , secundum quod in captiuis constituimus vel per reditũ annaliũ erogationẽ , vel per venditionem rerum mobiliũ, vel sese mouentium, vt ex his res immobiles comparẽtur,[l] & annuus victus ægrotantib. accedat. Quis enim pauperior est hominibus qui & ino pia tenti sunt, & in xenone re positi , & suis corporibus laborantes, necessarium victum sibi non possunt afferre? Licentia [m] omnino danda & in priore [n] & in secunda [o] specie & actionem mouere, & debita exigere: [p] vt in captiuos vel in ægrotantes consumantur. Si enim heredum eis[q] & ius & nomen dedimus, sine [r] Falcidię tamen legis emolumento: necesse est eos debita exigere, & creditoribus respondere. Sin autem [s] ampliores in ciuitate xenones vel ptochotrophia[a] sint: ne incerta videatur pecuniarum datio, [t] tunc ei xe noni vel ptochotrophio , qui pauperior [u] esse dignoscitur, easdem res vel pecunias adsignari censemus , hoc videlicet discutiendo à viro reuerendissimo locorũ antistite, [x] & sub eo constitutis clericis. Sin autem nullus xenon in ciuitate inueniatur : tunc secundum de captiuis sanctionem [y] pro tempore œconomus sacrosanctæ ecclesiæ vel episcopus hereditatem accipiat, & sine Falcidiæ ratione pauperib[b] qui in ciuitate sunt vel penitus mendicatibus vel alia sustentatione egentibus eædẽ pecuniæ distribuantur.

Hæc tamen omnia locũ habere sancimus, quando non certi xenonis vel certi ptocho trophij, vel certæ ecclesiæ nominatio à testatore subsecuta est , sed incertus est eius sensus . Sin autem in personam certam venerabilémve certam domum respexerit, ei tantummodo hereditatẽ vel legatum competere sancimus nulla Falcidia nec in hac parte intercedente. In omnibus autem huiusmodi casibus cęlestes iracundias, sacrosanctarum rerum administratores expectent, si qualecunque lucrum ex huiusmodi gubernationib[b] sibimet acquisierint, vel si hoc committi ab alio consenserint, [z] & non grauissima pœna & interminatione, quod perperã factum est, studeant corrigere.

IN AVTHENTIC.

vt cum de ap.cog.§. si vnũ de prædictis. coll.viij.cõstitu.xj.

Negligens redimere testatorem vel cognatum à carcere , eius successionem sperare non debet : quia applicatur ecclesie, expendenda in redemptionem captiuorum, saluis aliis capitulis testamenti, parcitur tamen minori. xviij. annis. & qui propriam non habet pecuniam , potest vendere res captiui pro ipsius redemptione, qui cogitur habere ratum. Bald. vel sic: Spernans heredi tatem alicuius ex testamento, vel ab intestato , si non redimat illum de carceribus cum potest, & ille ibi moriatur, priuatur eius successione , & denoluitur ad ecclesiam distribuenda in redemptionẽ captiuorum. Pau.de Cast.

SI captiui[a] alicuius liberi seu cognati[b] redemptionẽ eius neglexerint: nõ solum exhere

i *Indistincte.* aliàs indiscrete.

k *Xenonem.* quasi heredem. & hoc quando est vnus xenon. & alius non dicat spectare ad se hereditatem.

l *Comparentur.* hoc est *ptochia, plus in pauperib. quã & sic deius in captiuis, quia ibi nõ ceps. emuntur aliæ possessiones.

m *Licentia.* omnino danda scilicet episcopo vel xenoni , quos quasi heredes dicimus.

n *Et in priore.* vbi captiui sunt heredes scripti.

o *Et in secunda.* vbi pauperes.

p *Exigere.* s.episcopum.

q *Eis.* s.episcopis & œconomis.

r *Sine Falcidie.* est ergo heres nomine, sed non re, vt instit. de fideicom.here.§. restituta.& ff. de cu.fu. l. pe. Hodie etiam si certa persona instituitur, cessat Falcidia in relicto ad pias causas, vt j.dicitur.

s *Sin autem ampliores,* id est plures.

t *Datio.* i. relictum à testatore vt detur.

v *Pauperior.* Et prodest paupertas, vt hic. & ff.de transa.cũ hi. §. in persona.& §.fi in annos.& j.de op. lib. l.j. & ff.man.l.si procuratorem.§.si ignoraates. & in authen. de ec. ti. §. si quis autem vnum sanctorum. col. ix. & vilitas prodest, vt ff. qui & à qui.si quis habens.Arg.contra in authen. de test. §. sancimus.col.vij.& ferre in omnib. delictis vbi grauius ex vno delicto punitur ignobilis, siue vilis, quam nobilis, vt ff. de incen. ruinaul.l.Pedi[a].& de pœn. l.capitalium.§.fin. & ad legem Corn.de fal.l.j. in fi.& j.ad leg.Fal.de pla.l.fi.& j. vt nemo.[a] pri.titu.l.ij. circa.prin. Accursius.

Paupertas prodest.

Vilitas prodest.

x *Antistite.* id est episcopo.

y *Sanctionem.* s.eo.in princ.

z *Consenserit.* Nota aliquem puniri quia cõsentit malo , vel quia non corrigit malum ac si ipse faceret. sic infra de commer.& mer. l.ij.& in decre.ij.q.vij. c.negligere.

a *Si captiui.* Hæc est in authenti. vt cũ de appellat. cogn.§. si vnum de prędictis.co. viij.

b *Seu cognati.* alicuius captiui

a *Vide plene per Aug. Are.§.iuste. qui & ex quib. can. & ibi etiam Christo. Porc. & Iaf. in suis additio. & Bart.in l. illicitas.§.fi. ff. de offic. præs.*

Val. Leonina, in plerisque manuscr. ac vide non sit pars. l. vlt. infra de inoffic. test.

captiui redemptionem, &c.

a *Vtsi.* id est quanuis.

b *Captiuus.* Nota ergo quinque specialia hic. Primum, quòd valeant legata, licet non valeat testamentum: regulariter cõtra vt.j. de fi.deicom.l.eam quã. Secundum, quòd id quod aufertur indigno, applicatur ec clesiæ. sed regulariter contra: vt.j. de his qui, vt indignis.l. hereditas. Tertium, vt quòd qui non est dominus, rem captiui alienat, legis auctoritate permittente. regulariter contra: vt.ff. de acquiren. rerum do.l. traditio. Quartum, quia minor, xviij. annis nõ patitur huius.l. pœnam. cum aliàs regulariter etiam impuberes doli capaces ex delictis teneantur : vt instit.u. de ob. quæ ex delic. §. penul. Quintum, quia maior xviij. annis , minor. xxv. an. nõ restituitur. regulariter cõtra: vt.ff. de mino.l.j.

c *Expendenda.* scilicet hereditas.

d *Redimere superfedeãt.* loquitur forte de his qui veniunt ac successionem. nec enim defertur successio cuilibet redimenti: vt in furiosi liberis: vt j.titu.j. authen.liberi.

e *Accipiuntur.* sicque concordat cum iure Longobardorum.

f *Habere ratum.* nam quod legitime est factum, rescindi nõ debet: vt infra de admin. tu.l.sancimus.j.

g CVm lege Leonina. quam habes. §. eo.tit.l.sacrosanctæ.

h *Addito.* scilicet eadẽ l.in fi.

i *Debeant.* i. possint.

k *Exorta.* & similem habes solutionem vt non possint expugnari per querelam: vt j. de inoffic. testa.l. fi.§. in his itaq;. & j. qui test. face.poss.l.fi.

l *Secundum leges.* id est secundum legum solẽnitates : vt §. tit.j.l.generali.

m *Elogia.* id est, testamenta.

n *Super his.* scilicet peculiis.

o *Subiacere.* hodie huiusmodi peculia, id est testamenta super his peculiis facta, videntur subiacere querelę: vt in authen. vt cũ de app.cog.§. & hęc quidem de parentum.col.viij.& §.eod.auth. presbyteros: quam quidam hic legunt. Vel dic vt ibi diximus in auth presbyteros. Item in episcopo alia ratione corrigitur hæc lex: quia cum hodie sui iuris sit, vt §.eod.auth. sed episcopalis. non potest habere peculium, vt j. de inoff. test.l.fin. Nec tamen testari potest nisi de his rebus quę dicuntur. §.eo.auth. licentiam. Accursius.

SI quis,[p] CASVS. In terminis talis est. Mutuaui pecuniã cuidã sacerdoti, & conueni, quòd renunciaret priuilegio suo seu foro, & mihi coru alio iudice respõdere seu solueret, quęritur nunquid sibi præiudicet? Et videtur quòd sic. h.d. primo. Sed instatur quærendo de ratione. Resp̃det Imperator, quòd duplex est ratio. Prima, quia clericus nõ debet decipere contrahentes secũ. Secũda, quia regula intris est, quod vnusquisq; potest renũciare iuri introducto pro se. Sed vlterius instatur. nũquid habeat locũ in præteritis cõfessionib. seu renũtiationib? Resp. sic, nisi in contrariũ lata fit sententia, vel amicabiliter sit cõpositum. Bal. p *Si quis.* l. clericus, vel aliàs priuilegiatus.

q *Licere venire.* immo videtur licere, vt.ff. de iur.om.iud.l.si cõuenerit. quæ est contra. Sed hic fuit pactum in scriptura redactum: ibi nõ. Sed non valet, vt infra de pact.l. pactum quod bona fide.& c. vel illa in actore, hæc in reo. Et hoc non valet, vt.ff. de re.iur. non debet actori. Tu distingue an velit per pactum iurisdictionem prorogare, quod nõ potest nisi lite cõte. vt ibi. an enim extra re: quod potest, vt hic. Fallit autẽ hæc regula in multis casibus, quos dic vt j. de pac.l. si quis in cõscribendo. vbi est hæc lex de verbo ad verbum: & quę hic desunt, ibi supplebis.

r *Qui.* scilicet casus.

Pers. l. si quis in corsari. j. de pact. hæc lex nõ procedit hodie in clericis, do declarat. Tertio pro quia nõ possrogat. Secunda ibi, eos sunt prætantamẽ. Tertia ibi, & hoc legio fori ro nõ solũ. Bal. & CASVS nunciare. & in terminis talis est: si diligenti. Quæsitum fuit ab Imextra de fo peratore: Aliqui clerici sunt diaconi, & alij subdiaconi, vel ceteri clerici, nunquid cõpel luntur subire tutelas vel curas eis delatas? Resp. Imperator cp nõ. Sed nunquid est verũ de curis nõ solũ adultorum, sed furiosorũ, prodigorum & cetero rum? Resp. quòd sic. Sed instat quærens : pone quòd quidã sunt clerici vagantes per mundum : nunquid illi gaudent priuilegio? Resp. Imperator quòd non: Quarto instat quærẽs nunquid prædictu habeant locum in ciuita te Romana & Cõstan tinop. Resp. Imperator, quòd in omni loco vbi Christ[o] colitur. Bal. s Non sint clerici. quia nec homines: vt in authen. de mona.§.j.& §. autem vxorem.col.j. secundum quosdã, sed tamen si perquiras, minime eos non esse homines, ex authen. præallegata reperies. Tu dic, non sunt clerici. f. semper. quandoque enim sunt, quandoque non.

Episcopi & monachi non possunt.

Ad hanc l. pertinet quod scribit Cyprianus l. j. epist. ex. ne quis frater excedẽs ad tutelam vel curã clericum nominaret, ecsi quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur.

t *Ipso iure.* nam & si intra constituta tempora quinquaginta dierum non se excusent, tamen non præiudicant sibi: quod in alio non contingit : vt instit. de excu.tu.§. qui autem excusare. &, vt j. de ap. ciues & incolæ. secundum Io. hodie autem non possunt esse nisi legitimi, exceptis episcopis & monachis, qui nec legitimi esse possunt, vt in authentic. eo.§. deo autem amabiles. col. ix. vnde lege hic auth. presbyteros.

v *Datiuus.* quæ datur à iudice.

x *Dantur.* vt prodigo & illis qui suis rebus superesse nõ possunt,

sunt, vt in authent. eo. §. deo autem. & inst. de cura. §. furiosi. quam au thent. lege, quæ incipit, presbyteros.

Causa cessante cessat effectus.

a *Derelictis.* sic ergo cessante causa cessat & effectus. sic & infra de hæret. l. j. & ff. de mi. l. j. & de test. mil. l. fi. & supra eo authent. sed neque tu. & auth. si seruus. ff. pro soc. l. actione. §. item si alicuius. & institu. de excu. tu. §. item hi quireip. & ff. de excu. tuto. l. si duas. §. pe. ar. cõtra. ff. de postu. l. j. §. sexum. sed ibi a impulitiua: hic est finalis causa.

**excolitur. a istam sol. sequuntur. Bald. & doct. hic.*

b *Presbyteros Subdiaconos.* Hic no. q̃ his scilicet tãtum qui sunt in sacris ordinibus constituti, datur immunitas: ergo inferioribus denegatur. cõ pelluntur ergo exorcistæ & alij esse tutores. Sed isti possunt esse legitimi volentes, sed non testamentarij vel dariui: episcopus autem vel monachus nullo modo: vt infra. eod. authent. in fi. & in authent. vnde hæc sumitur. §. Deo amabiles. col. ix.

Immunitas à tutela datur tantum in sacris constitutis.

c *Vel curam.* loquitur de cura furiosi vel prodigi, ad quam per l. xij. tabu. vocantur agnati. vt institut. de cura. §. furiosi.

d *Si quis autem sic fecerit.* id est si declarauerit hoc intra quatuor menses. ergo si nõ fecerit, hoc præiudicat in alios secundũ Pau. sed Py. Ir. & Azo. & nos contra. & dic, si quis autem sic fecerit, id est si ita tutelã susceperit solenniter. nec enim cam aliter suscipere debet, nullum ex hoc, &c. vt infra de excu. tut l. voluntariæ, & infra de his qui spo. pub. mu. sub. l. ij. & iij. lib. x. Item nunquid susceptio vnius excusat ab aliis, vt alias tres tutelæ excusant, vt instit. de excu. tu. §. item tria? Respond. sic, secundum P. Sed tu dic suum priuilegium excusare eum, nõ susceptionem huius, sed per hanc susceptionem renunciatum nõ videtur priuilegiũ vt dictum est.

**pars. l. j. §. de vapt. virgin.*

**al. in.*

**al. reseruatum. & sic legendũ est in, id est, cõtra reuerentiam.*

e *Aptores. Diaconissarum.* Idem in

f *Irreuerentiam.* id est, contra Dei reuerentiã sic & infra de her. l. Manichæos. & hoc si est in, id est, contra alias ad.

Eos tamen clericos & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanent non diuagantes, neque circa diuina ministeria delides, cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgeamus, vt aliis omnibus derelictis, a Dei omnipotentis ministeriis inhæreant. Et hoc nõ solum in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, sed in omni terra vbicunque Christianorum nomen colitur, * obtinere sancimus.

IN AVTHENTIC. de Ianc. epis. §. Deo autem amabiles. col. ix. consti. fi.

Illi qui non coguntur ad tutelam, sed sponte recipiuntur ad ipsam, debent voluntatem suam intra quatuor menses declarare in scriptis. Bal. vel sic: Ad legitimam tutelam volens admittitur clericus, nisi sit episcopus vel monachus. Salycetus.

PResbyteros, diaconos, aut subdiaconos b iure cognitionis ad tutelam vel c curam vocatos susc ipere permittimus, si tamen intra quatuor menses ex quo vocati sunt, apud iudicem competentẽ in scriptis declaraverint talẽ administrationem propria se voluntate susceperunt. Si quis autẽ sic fecerit, d nullum ex hoc prę iudicium circa alienam tutelã vel curã patiatur. Episcopos autem vel monachos tutelam alicuius personæ subire non permittimus.

**Deest cõstitutio. LII. Vide prætermissa hic fo. 11. col. 1. in fi.*

Mulierum dedicatarum raptores capite puniuntur, etiam si mulieres fuerint volentes, bonaq; eorum quo ad proprietatem monasterio vel ecclesiæ ipsorum applicantur; vsusfructus autem ipsis mulieribus debetur. & in flagranti crimine reperti à personis hic nominatis possunt occidi impune: sociam tessq; ipsis, conscij & ministri pœna hic scripta sunt puniendi. Salyc.

D

TIT. IIII. Idem. A. Hermogeni magistro officiorum.

RAptores * virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, c quę deo fuerint dedicatę, pessima criminum peccãtes, capitis supplicio plectendos esse decernimus: quod nõ solum ad iniuriam hominũ, sed ad * ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam f committitur. Qui itaque huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium tempore inuationis præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehensi à parentibus sanctimonialium virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, aut earum consanguineis, vel tutoribus, seu curatoribus, g cõuicti h interficiantur.

Sin autem post commissum tam detestabile crimen aut potentatu raptor se defendere, aut fuga euadere potuerit: in hac quidem regia vrbe tam viri excelsi * præfecti prætorio, quàm gloriosissimus præfectus vrbi: in prouinciis autem tam viri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quã magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis i præfectus Aegypti, & vicarii, & proconsules, & nihilominus viri spectabiles duces, & viri clarissimi rectores prouinciarum, necnon alii cuiuslibet ordinis iudices qui in locis illis inuenti fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, vt eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine post legitimas & iuri cognitas probationes sine fori præscriptione k durissimis pœnis afficiant, & mortis condemnent supplicio. Bona autem eorum, si hoc commissum fuerit in sanctimonialem virginem, quæ vel in asceterio vel monasterio degit: siue eadem virgo diaconissa l constituta sit, siue non: eidem monasterio vel asceterio vbi consecrata est, addicantur, * m vt ex his rebus & ipsa solatium habeat, dum viuit sufficiens, & res omnes sacrosanctum asceterium seu monasterium pleno habeat dominio. Sin autem n diaconissa cuiuscunque ecclesiæ sit, in nullo tamen * monasterio vel asceterio constituta, sed per se degit: raptoris eius substantia ecclesiæ cuius diaconissa est, adsignetur, vt ex his facultatibus ipsa quidem vsumfructum, dum supereſt, ab eadem ecclesia consequatur: ecclesia vero omnem proprietatem & plenam possessionem o earundẽ rerũ nostro habeat beneficio: nemine * vel iudice vel quacunque alia persona hæc audẽte cõtenere. Pœnas autem * quas prædiximus (id est mortis, & bonorũ amissionis) cõstituimus, nõ tantum aduersus raptores, sed etiam cõtra eos qui hos comitati in ipsa inuasione & rapina fuerint. Ceteros p autem omnes qui cõscij & ministri huiusmodi criminis reperti & conuicti fuerint, vel eos susceperint, vel quacunq; opẽ eis tulerint, siue masculi siue fœminæ sint, cuiuscũq; cõditionis vel gradus vel dignitatis: pœnæ capitali P tantummodo subiicimus, vt huic pœnę omnes subiaceãt, siue volẽtibus, siue nolẽtibus sanctimonialib⁹ virginib⁹, siue aliis suprad ictis mulierib⁹, tale facin⁹ fuerit perpetratũ. Dat. XV. Kal. Decẽ. CP. DN. Iustiniano. PP. A. II. Coss.

Sponsus & sponsa sine arra possunt monasterium ingredi. Item vir & vxor saluo pacto dotis & donationis propter nuptias. hoc primo. Pater. non po-

g *Curatoribus.* quondam.

h *Conuicti.* scilicet per deprehensionem, vt negare non possint. sic. & infra vt liceat vnicuique si. iu. l. ij. Sed argum. contra infra de ludæ. l. nullus. Solu. illud regulare est: istud speciale. Accur.

i *Spectabilis.* Nota qui sunt clarissimi, & qui spectabiles. Accur.

k *Præscriptione.* omnẽ enim honorem, &c. vt infra vbi senа. vel cla. l. j.

l *Diaconissa constituta.* & ita consecrata.

m *Addicantur.* si petitur intra annum: postea autẽ habet fiscus, vt in auth. eo. §. si quis rapuerit. b

n *Plenam possessionem.* scilicet ciuilem, nõ naturalem: vt. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. in principio. Azo. Alij dicunt eam non esse fructuariam, sed habere vsumfructum. vt. ff. de vsufru. l. defuncto. §. fina. Tertij dicunt per hanc. l. quòd vsufructuarius nullam habet possessionem. prima verior est.

o *Ceteros.* Præter seruos, qui concremãtur: vt infra de rap. vir. circa fi. & quæ hic desunt ibi supplentur in multis. Accur.

p *Capitali.* non enim spoliantur dictis bonis imo habebunt bona sui heredes.

**al. additur.*

**excellentissimi.*

**al. sanctimoniali viris.*

**minime.*

**etiam.*

**Pro inclusa al. legitur, seculi istius vitam contemnentius, sanctimonialium conuersationem viuere.*

b Vide hic die ca. fi. extra de præscript.

DEo nobis. § CASVS. Imperator dicit, quòd fecit multas leges pro statu ecclesiarum, & adhuc paratus est facere, vt in casu præsenti. vt ecce sponsus qui dederat arras, vult venire ad religionem. olim in duplum. vtrumque hoc itẽ illa non reddit nisi simplum. Secundo dicit, si vir vel vxor venit ad religionẽ, quòd qui intrat, habetur pro mortuo, & sic mulier vel eius heres dotem rehabent, vir vel heres eius donationem propter nuptias, nisi erant facta pacta de lucrando altero præmoriente: quæ nunc habent locum ac si religiosus esset mortuus.

Hoc etiam. § CASVS. Pater debet filium monachum instituere, sicut non monachum. Secundo, quòd sic fuecedit ab intestato sicut non monachus. Tertio si post exeat de ecclesia, res remanet apud ecclesiam.

His ita. CASVS. Tria dicit. Primo præcipit, quòd nullus Iudæus, hæreticus, vel Paganus habeat seruum Christianum, & si habeat, ille seruus catholicus sit liber. Secũdo, q̃ si dominus postea fuerit conuersus nihilomin⁹ seruus quòdã remanet liber. Vltimo, quòd faciant iudices hæc seruari sub pœna. Viuia.

a *Properamus.* in animo. Accursius.

b *Vir quidem.* sanctimonialem eligens vitam. Azo.

c *Sponsa verò.* scilicet sæculo renunciãs. Accursius.

d *Duplum.* id est duplicatum.

e *Accepisse.* idem est si qualibet alia legitima causa dirimat sponsalia vt j. de spon. l. fin. §. is illud quoque.

f *Et maritis.* In sponso & sponsa aliqua sunt innouata in maritis autẽ nõ. Nam. pro quia.

g *Lege.* scilicet Græca. nõ autem dicit de illa quæ est in authẽ. eo. §. sponsalibus. & §. fi verò constante. col. ix. quę hoc idẽ dicit, quia illã post istam posuit.

h *Legitime.* id est legitimo pacto, & est ibi figura hẽdyadis, vt ibi, pateris libabat & auro. i. pateris aureis, nam pactus erat vir, si prædecederet mulier, se lucrari mediam dotem: & vxor si prædecederet vir, mediã donationem ante nuptias vel propter nuptias. Vel dic legitime, id est cum vir laborat inopia, & matrimonium sit sine dote: nam tunc si præmoriatur vxor locuples, vel econtra vir, & vxor superstes laborat inopia, existentibus tribus filijs vel pauciorib. superstes succedit in quartam, vt j. vnde vir & vxor. auth. præterea. Vel pone mulierem fecisse pactum de lucranda dimidia donatione propter nuptias, virum de lucranda tertia parte doris. debet enim reduci maius pactum ad minus, vt fiat legitimum: vt infra de dona. ante nup. l. cum multæ. §. pe. Item quid si ambo ingrediantur? Respon. neuter lucratur, vt in authent. eod. §. si verò constante. in fi. §. Sed quid si volunt ex consensu diuertere, & in sæculo remanere? Resp. non possunt, nisi castitatis concupiscentia: vt in authen. vt licc. ma. & auię §. quia verò. & ex consensu. col. viij. Itẽ not. hic renunciant in sæculo haberi pro mortuo: vt in auth. de nup. §. distrahũtur, col. iiij. Sed argu. contra ff. de verbo. obligationi. l. ex ea parte. §. in insulam. Item not. quòd hoc est verum, si alter vult quòd alius intret, aliàs contra, vt in authen. quæ est infra de repu. l. ii constante. & authentic. quod hodie. & in decret. nolli enim possunt si volunt diuertere ex consensu: nisi castitatis concupiscentia: vt in authenti. vt lit. ma. & auiæ. §. quia vero & ex consensu.

Filiusfamilias inuito patre potest clericari & monachari. & retinet ius succedendi ex testamento vel ab intestato: nec ob hoc potest reputari ingratus. Saly.

a Accursius.

i *Absoluttes.* per emancipationem puta. Accursius.

k *Quasi ingratum.* ob hoc ipsum, quòd intrauit monasterium; exheredari nõ debet, vt hic & in authen. eo. §. nullam. & §. interdicimus autem parentibus. Sed quid si ante ingressum ingratitudinis causam committit? Videtur quòd non possit exheredari: qa talis ingressus omnem maculam abstergit, vt in authenti. de monachis. in princip. col. j. Vel intellige illud de peccatis, de quibus satisfacere Deo potest in monasterio constituta, sed in nouella videtur dici, q̃ ingratitudo purgetur per introitum. b Item quomodo vouet hic filiusfamilias? nam voto non debet obligari, vt ff. de poll. l. si quis rẽ. §. voto. quæ est contra. sed hoc corrigitur. vel hic scipsum: ibi ad aliquid dandum.

l *Quartã.* quę est hodie triẽs, vel semis: vt j. de inoffi. testa. auth. nouissima. Accursius.

m *Parentum.* sed an ceteris agnatis vel cognatis succedere potest? videtur quòd nõ: quia eorum cognatio est in cælis, vt in authenti. quomodo opor. mona. §. non ingredientur. col. j. Sed dico cõtra. & quod dicitur, non habent cognationem in terra, verum est, vt ea occasione exeant monasteria ad colloquendum. cognationem tamen annexam naturalem retinent, vt j. de codicil. l. fina. & ff. de reg. iur. l. iura. Sic ergo nota, quòd non nocet mutatio status ad succedendũ: vt ff. vnde liberi. l. fi.

**eadem personas.*

b Hoc est expressum in c. non liceat. 19. q. 3. Quid autẽ in irregularitate? vide gl. fi. in c. 2. extra de apost.

Adde q̃ de iure canonico matrimonio nõdum consummato potest alter cõiugũ alteri inuito religionẽ ingredi, & licitè est in sæculo manẽti, alteri se copulare. c. 2. & c. ex publico. extra de conuer. coniuga.

Monachus an agnatis vel cognatis succedere possit.

D Heredes.

a *Heredes.* filij.
b *Peruenire.* vt & in authẽ.e.de ſan. epiſ.§.ſi monachus.& hoc ſi tenuit ingreſſus. alias ſi expreſſum non valet, nec valet tacitum id eſt rerum trãſlatio: vt ff. de ſerui. ruſti. prædi. l. item ſic.§. qui habet hauſtum.in fin.
c *Hic* .verſus eſt iſte. Accurſius.
d *Tenorem.* Græcarum legum. vt infra ne Chriſtianum man. l. j.
e *Eripiantur.* vt infra de hære.l.Manicheos. in fin.Sed videtur hoc contra Petrum, qui dixit, Serui ſubditi eſtote dominis veſtris, nõ tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Sed illud intellige dum ſerui ſunt.nõ autem prohibet eos fieri liberos per l. iſtã. & ſic poſtea non eſſent ſerui. Accur.
f *Redimere.* Ar. contra in authent.vt nulli iudi.§. adulteram, col.ix. vbi vir recuperat vxorem.
g *Aeternitas.* id eſt nos qui ſumus æterni.
h *Grauiter.* i. ſapiẽter. Ignauiter, id eſt ſtultè. Accur.

DE EPISCOPALI audientia, &c.

Supra de priuilegijs, & officijs clericorum: nunc de iurisdictione epiſcopi quam habet in cauſarum & ſimilibus pœnis, &c. Aõ.

i De epiſcopali audientia. *ac ſi dicat, de iuriſdictione epiſcopi.*
k Curamq;. *id eſt reuerendam ſollicitudinem epiſcopi.Accurſius.*
l Negotiatores. id eſt mercatores.ſubaudi,etiam ſi qui , &c. & dic noſtram : ſcilicet principis.Solebant enim negotiatores quidam Chriſtianos captos ab hoſtibus redimere,& exigebant vltra id quod dabãt. Sed hodie nihil præter preciũ vel operam quinquennalem debẽt exigere , vt infra de poſt. re.l.fina. & hoc vt fiat, Chriſtiani epiſcopi prouideant, quibus verus cultus , &c. & ſupple. Item prouideant,adiuuare, &c. Vel lege ſine ſuppletione. ſic ergo ſtatuitur hic modus in mercando.& ſic eſt cõtra.infra de Iudæ.l.nemo exterus. & ff. ad l. Iul.de annona.l.fi.Sol. ſpeciale eſt in mercatura hominum . Vel ibi nolebat vendere: hic ſic . & ſecundum hoc ponẽs hic caſum in qualibet mercatura rerum quibus homines indigent ad viuendum,& ſunt venales : vt ar. ff. de offic. præfec.vrb. l.j.§.cura.

Mercandi veb. an poſſit modus inſtitui.

ſubſtantiam heredes[a] quibus ab inteſtato competit ſecundum leges noſtras, ſibi defendant: nullo eis impedimento ex ſanctimoniali cõuerſatione generando , ſiue ſoli , ſiue cum alijs ad ſucceſsionem vocantur.

Bona monaſterio quæſita per ingreſſum non revocantur,licet ingreſſi ad ſæcularem reuocauerint vitam, Salyc.

Huius autem perpetuæ noſtræ legis beneficia eos volumus obtinere qui in monaſterio vel clericatu perſeuerauerint. Nam ſi qui eorũ,de quibus præſentem legem poſuimus, ſanctimonialem vitam elegerint ; ad ſæcularem autẽ cõuerſationem poſtea remeauerint: iubemus omnes eorũ res ad iura eiuſdem eccleſiæ vel monaſterij à quo receſſerint,pertinere.[b]

Iudæi, Paganiſ vel hæretiſi non licet ſeruos Chriſtianos habere: quinimmo ſtatim liberi efficiuntur. Et non Chriſtianus ad catholicam fidem conuerſus, liber efficitur,nec dominus aduerſus eum reſtituitur. Salyc.

His[c] ita[†] diſpoſitis,repetita lege iubemus,vt nullus Iudæus vel paganus vel hæreticus ſeruos Chriſtianos habeat. quòd ſi inuenti in tali reatu fuerint, ſancimus ſeruos omnibus modis liberos eſſe ſecũdum anteriorem noſtrarum legum tenorem. d

In præſenti autem hoc amplius decernimus,vt ſi quis ex prædictis Iudæis,vel Paganis, aut hæreticis habuerit ſeruos nondũ catholicæ fidei ſanctiſſimis myſterijs imbutos , & prædicti ſerui deſiderauerint ad orthodoxã fidem venire: poſtquã catholicæ eccleſiæ ſociati fuerint, in libertatẽ modis omnibus ex preſenti lege eripiãtur: [e] & eos tam iudices prouinciarũ,q̃ ſacroſanctæ eccleſiæ defenſores, necnõ beatiſſimi epiſcopi defendãt, nihil pro eorũ precijs penit⁹ accipientibus,dominis. Quòd ſi forte poſthac etiã ipſi domini eorũ ad orthodoxam fidẽ cõuerſi fuerint, non liceat eis ad ſeruitutẽ reducere[f] illos, qui eos ad fidem orthodoxã præceſſerũt.Sed ſi quis talia vſurpauerit , pœnis grauiſſimis ſubiacebit. Hæc igitur omnia , quæ pietatis intuitu noſtra ſanxit æternitas, & omnes iudices, & religioſiſſimi antiſtites ſiue Africanę dioeceſeos (in qua maxime huiuſmodi vitia frequẽtari cognouimus) ſiue aliarum prouinciarũ graniter[h] & ſtudioſiſſime obſeruari procurent. Nam cõtemptores non ſolum pecuniaria multa, ſed etiam capitis ſupplicio ferientur.

TITVLVS IIII.

DE EPISCOPALI[i] AVdientia,& diuerſis capitulis quæ ad ius curamq̃[k] & reuerentiam pertinent pontificalem.

In qualibet mercatura debet ſeruari modus in precio,& hoc debet per epiſcopi taxari.Bal.vel ſic. Ad eorum epiſcopi pertinet prouidere vt panis & res , ad victum neceſſarie moderato precio vendantur.ſic Caſſiodo.li.9.c.9.& l.11.c.12. hoc videtur huius legis ſententia, quamuis in C.T.li.13.ti. 1.5.in aliam prorſus ſententiam hæc lex ſcripta eſſet.

I. Impp. VALENTINIANVS & VALENS.AA.ad Iulianum comitem Orientis.

Negociatores[l] [ſi] qui ad domum noſtram pertinent , ne modum mercandi videantur excedere : Chriſtiani[m] (quibus[n] verus cultus eſt adiuuare pauperes, & poſitos in neceſsitate) prouideant [epiſcopi.] [n] Dat. X V. Kalend. Mart. Conſtantinop. Valentiniano & Valente. A A. conſulibus.

Clericus ante definitiuam ſententiam fruſtratorie appellans punitur in quinquaginta libris argenti: quæ pœna non applicatur fiſco, ſed debet pauperibus erogari. Bal. Salyc. & Paul.de Caſt.

II. Iidem.AA.ad Claudium.PP.

Si clericus[o] [*] ante definitiuam ſententiam fruſtratoriæ dilationis cauſa[p] ad appellationis auxilium conuolauerit, multam[q] quinquaginta librarum argenti,quam contra huiuſmodi appellatores ſanctio[r] generalis imponit,cogatur expẽdere.[s] Hanc[t] autem non fiſco noſtro volumus accedere,ſed pauperibus fideliter erogari.[u] Dat.vj.Idus Iul.Valentiniano N.P. & Victore Conss.

In diebus Paſchalibus nõ debent captiui in carcere detineri,niſi detineantur pro crimine enormi,vel niſi ſint delinquere aſſueti. Bal.& Paul.de Caſt.

III.Imppp. VALENTINIANVS, THEOD.& ARCAD.AAA. Neotherio.PP.

Sl clericus[o] ante definitiuam ſententiam fruſtratorie appellans punitur in quinquaginta librarum argenti: quæ pœna non applicatur fiſco, ſed debet pauperibus erogari. Bal. Salyc. & Paul. de Caſt.

II. Iidem.AA.ad Claudium.PP.

Sl clericus[o] [*] ante definitiuam ſententiam fruſtratoriæ dilationis cauſa[p] ad appellationis auxilium conuolauerit, multam[q] quinquaginta librarum argenti,quam contra huiuſmodi appellatores ſanctio[r] generalis imponit,cogatur expẽdere.[s] Hanc[t] autem non fiſco noſtro volumus accedere,ſed pauperibus fideliter erogari.[u] Dat.vj.Idus Iul.Valentiniano N.P. & Victore Conss.

In diebus Paſchalibus nõ debent captiui in carcere detineri,niſi detineantur pro crimine enormi,vel niſi ſint delinquere aſſueti. Bal.& Paul.de Caſt.

III.Imppp. VALENTINIANVS, THEOD.& ARCAD.AAA. Neotherio.PP.

Sl clericus[o] [*] ante definitiuam ſententiam fruſtratorie appellans punitur in quinquaginta librarum argenti: quæ pœna non applicatur fiſco, ſed debet pauperibus erogari. Bal. Salyc. & Paul. de Caſt.

II. Iidem.AA.ad Claudium

& hoc cum punitur in patrimonio suo. In persona autem non punitur nisi prius ab episcopo spolietur: vt §. tit. j. authen. clericus. & est lex ista de verbo ad verbum. j. de ap. l. addictos.

a *Nostram.* scilicet imperatoris.
b *Vt cetera.* quæ eis commissa sunt.
c *Reuocabitur.* f. hoc.
d *Si quid.* i. aliquid.
e *Ipsi.* f. episcopo.
f *Quibus.* scilicet damnatis. Vel dic etiam clericis, vt appellent pro dãnatis etiam eis inuitis: vt ff. de ap. l. non tantum. Nec obstat q̃ clerici non debent interesse causæ sanguinis, secundum canones: quia nõ interfunt vt imponatur pœna: sed vt nõ imponatur. c. sententiam. extra ne cleri. vel mo. Item solũ appellant, non exercent. Accursius.
g *Si tempora suffragantur.* Olim bidui vel tridui, hodie decem dierum: vt in auth. de ap. in prin. col. iiij.
h *Si qui.* f. nõ subditi eius iurisdictioni: aliàs in eũ cõprimittere non possunt: vt ff. de arbit. sed si in seruũ. §. j. Item ponunt quidam q̃ sunt laici: nã clerici nõ possunt declinare iurisdictionẽ sui episcopi: vt arg. in authẽ. de san. epi. §. œconomos. autẽ. in fi. §. coll. ix. Et hoc dicit etiam quidam decretistæ. sed nõ potest probari per legem vel canonem aliquem: quia ille. §. œconomos. loquitur in speciali casu reddẽdæ rationis, sed secundũ Loth. & secũdum hæc iura episcopus nullã habebat iurisdictionem, vt §. tit. u. j. l. cũ clericis. & l. omnes qui. & l. iubemus. §. fin. i Et sic secũdum eum non est necesse prædicta sic exponi: sed non videtur bene dixisse, quia etiam secundũ iura ciuilia habebat iurisdictionem. j. eo. l. episcopale.
i *Legis.* i. religionis.
k *Antistitem.* id est cõ promissarium iudicẽ.
l *Non vetabitur.* Sicut nec apud quempiã extraordinarium iudicẽ. Et dic non vetabuntur, immò permittitur eis: quia quod non prohibetur, permittitur, vt ff. qui. ex cau. ma. l. nec non. §. quod eis inquit.
m *In ciuili.* nam in criminali non sic tenet, vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. Iulianus.
n *Sponte.* immo post quam consentiunt, ex necessitate iam compelluntur. Sed dixerunt quidam contra, quòd episcopus residet sponte inter eos qui eum elegerũt & non cogitur sententiam dicere, licet ceteri arbitri cogantur, vt ff. de arbi. l. iij. §. j. Vel dic in spectu initio: quia non cogitur recipere inuitus per allegatam legem.
o *Quod.* scilicet iudicium.
p *Abfuisse.* si habes adfuisse, subaudi coact. & est sic. ff. de iu. l. ij. in prin. & de auct. & con. tuto. l. j. §. fi. Vel si habes absuisse, tunc dic, id est nunquã in eos consensisse, vel etiam si cõsenserunt, tempore sententiæ est vna pars absens. Nam nõ valet sententia altera parte absente prolata, nisi in cõpromisso hoc esset dictũ. ff. de arbit. diem. §. si quis litigatorũ. aliàs est. l. si qui litigatorum. Item not. q̃ vsque ad hanc legem tractauit de cura episcopi, nunc incipit de audientia in hac l.

Episcopale.] Casvs. Duo extranei contendunt in episcopum Bonon. vt iudicem. valet sententia. & nõ potest appellari, sicut neque à præfecto. Secundo dicit quòd iudex ciuilis producet in executione sententiam episcopi. Vinia.

q *Audiri.* hęc l. loquitur cum duo non subditi consenserunt in episcopũ, vt in extraordinarium iudicẽ & prorogãt iurisdictionem eius: superior tamen lex vt in arbitrũ: aut quando inter subditos ordinariè iudicauit, & ita non corrigit. l. istam in eo quod hic dicit non appellari. sed secundum alios corrigit. vt j. statim dices. Item in dubio præsumitur in eũ vt in iudicem consensum potius quàm in arbitrũ, vt sic sententia valeat, & actionem pariat: vt ff. de re. du. quoties. ij. nisi pœna vel simile sit appositũ quod declarat esse arbitrum: vt ff. de lega. j. l. si seruus plurium. §. fina.
r *Vestris.* præfectis præsentibus loquitur: à quorum sententijs non appellatur: sicut nec ab episcopo: vt hic, & ff. de offic. præfect. præto. l. j. §. fin. & de mi. l. præfecti. licet supplicari possit: vt j. de sententt. præf. præt. l. j.
s *Tribuatur.* Not. sententiam per episcopũ latam à potestate exequendam. sic ergo & à magistro latã vel doctore. Et not. argu. pro sententia doctorum.
t *Si quis litigantium.* Hæc est in authẽ. eo. §. si quis autem litigantium. colla. ix.
u *Contradicat.* appellãdo à sententia episcopi.
x *Iudex.* hæc authen. ti. corrigit dupliciter. l. episcopale. secundũ quosdam. Primo, quia ibi æquatur episcopus præfecto prætorio. hic autem minor reputatur etiam magistratu municipali, cum demum ad maiorem appellatur à minore: vt in authent. de appel. §. pen. & §. fina. col. iiij. Secundo, quia per illam. l. non appellatur à sententia episcopi: per hanc sic. Tu dic non corrigi: quia hic cognouit vt ordinarius inter suos subditos. vt ex corpore patet in. §. præced. ibi quando inter non subditos, sed plene dic vt in cor. Secundo nõ. hic specia-le: quia secundo non appellatur ab eadem litigatore. sic & in authen. de appel. §. illud col. iiij. & infra de adser. tol. l. j. §. j. & de preci. imper. offer. §. si quis. & in authent. de san. episcop. §. si quis vero. colla. ix. regulariter contra: vt j. ne li. in vna eadẽque causa. l. j.
y *Fuerit.* f. sententia episcopi.
z *Appellare.* & secundum ordinem legum appellationi deferri: vt in corpore.
a *Principem.* distinctione habita, quę fit. j. de ap. præcipimus. in fi. & in

IX. Imppp. Arcad. Honor. & Theod. aaa. Theodoro. pp.

EPiscopale iudicium ratũ sit omnibus, qui se audiri q̃ à sacerdotibus elegerint: eamque illorum iudicationi adhibendam esse reuerentiam iubemus, quam vestris r deferri * necesse est potestatibus à quibus non licet prouocare. Per iudicum quoque officia, ne sit cassa episcopalis cognitio, definitioni executio tribuatur. s Dat. Id. Decemb. Basso & Philippo Conss.

IN AVTHENTIC. de san. episco. §. si quis autem litigantium. col. ix. consti. fi.

Ab episcopo cognoscente ex prorogatione potest appellari semel tantum si seruatur sententia confirmatoria: quæ est executioni mandanda per confirmatorem, sed si feratur sententia infirmatoria, potest appellari ab ista secunda sententia. Item quando episcopus cognoscit vt delegatus principis vel alterius, appellatur ad delegantem. Bald. & Pan. de Cast. Vel sic, A sententia episcopi lata extraordinaria vel delegata iurisdictione appellatur, quæ si confirmata fuerit, amplius appellari non potest. Salycetus. & est canonizata. 11. quæst. 1. de persona.

SI quis t litigãtium intra decem dies contradicat u his quæ iudicata sunt, tunc locorum iudex x examinet causam: & si inuenerit iudicium rectè factum, etiam per sententiam suam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat quæ iudicata sunt: & non liceat victo iterum in tali causa appellare. Si verò sententia iudicis contraria fuerit: y tunc licet à sententia iudicis appellare. z Si tamen ex imperiali iussione, aut iudiciali præcepto episcopus iudicat inter quascunque personas appellatio, aut ad principem, a aut ad eũ qui transmisit

A sententia lata per episcopum ex prorogatione iurisdictionis non appellatur, quæ sententia debet executioni mandari per iudicem secularem. h. d. Bald. & Paul. de Castro.

SI qui h ex consensu apud sacræ legis i antistitem k litigare voluerint, non vetabuntur: l sed experientur illius in m ciuili duntaxat negotio more arbitri sponte n residentis iudicium. Quod o his obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen cõuentos potius absuisse p quàm sponte veniſſe consiliterit. Dat. VI. Kalend. Aug. Mediolani, Honorio. A. IIII. & Eutychiano Conss.

A sententia lata per episcopum ex prorogatione iurisdictionis non appellatur, quæ sententia debet executioni mandari per iudicem secularem. h. d. Bald. & Paul. de Castro.

VIII. Iidem. aa. Eutychiano. pp.

SI qui h ex consensu apud sacræ legis i antistitem k litigare voluerint, non vetabuntur: l sed experientur illius in m ciuili duntaxat negotio more arbitri sponte n residentis iudicium. Quod o his obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen cõuentos potius absuisse p quàm sponte veniſſe consiliterit. Dat. VI. Kalend. Aug. Mediolani, Honorio. A. IIII. & Eutychiano Conss.

a Aduerte q̃ clerici in non suis iudicẽ non possunt cõsentire, nisi eximã clericus sit, & diœcesani consensus accedat. c. significasti. extra de iudi.
**al. coactos potius absuisse quàm &c.*
**al. denegauisse.*
**legendum duob. vt in manus. repti, & Alciatus in j. part. c. 17. sed legendum si. Cont.*
**saluberrima statuta.*
**admonitionem.*
**al. pristinũ. al. præteritum.*
Liba quid sit.
**al. nostris referre.*
Arbiter quo modo cognoscitur.
Appellatio secunda quæ est interdicta.
**Hæc littera vsum habet verbis repetitur in l. nemo. j. de postulando.*

fi. & in authent. de ap. §. illud. in fi. col. iiij. Vel intellige illud, A fieri idipsum, & illos cognoscere ex eius delegatione. Vel loquitur authẽ. illa, cum est delegata vniuersitas causarum: hæc cum aliqua causa specialis. Item secundum Azo. quandoque hoc fallit in delegato ad causam specialem, si ipse delegauerit alij, nam appellatur ad eum, non ad principẽ, vt infra qui pro sua iurisdictione. l. j. in fi. Et est contra regulam generalẽ. ff. qui & à quibus. l. j. §. j. Sed ibi in delegato ab alio: & nõ à principe, & ad vniuersitatem causarum.

†C.T. 9. 3. 7.
a *Vdices.* Productos. id est, peul ductos.
b *Negetur.* & ad hoc j. de cu. re. l. j. in fi.
c *Libella.* id est panib. à libum libi, vel a liba libæ, quod est panis ab bus & subcinericius, & sic est deminutiuũ. & hoc quod dicitur in auctoritate, puer fugitiuus noluit libum à sacerdote accipere. Accursius.
d *Commentarienses.* i. carcerum custodes, vt infra de custo. reo. l. ad commẽtarienſem. Accursius.
e *Decretis.* id est ad signatis. Accur.
f *Alimonte.* id est quæ pauperibus sunt relictæ, cum nulli sint pauperiores istis, vt §. tit. j. l. si quis ad declinandum. §. vbi autem.
g *Quos.* scilicet incarceratos.
h *Lauacrum.* vt stupham. Accursius.
i *Ordinibus.* eius loci vel ciuitatis.
k *Nec decent.* id est nõ debebit deesse.
l *Mathematicos.* sic dicti à matheſi penultima producta, quod est diuinare: non à matheſi penultima correpta. Nam scire facit mathesis: sed diuinare mathesis. Accursius.
m *Sub oculis.* id est in præsentia, & sic ponitur sub pro coram, vt j. de re. cre. l. generaliter. in fi. prince ibi. sub ipso iudice &c.
n *Depelli.* id est expelli. sed certe immo magis Puniri, vt infra de male. & math. l. & si ita excepta. contra. Sed dic quòd habebãt tantum libros: non autẽ operabantur in malum, vt in l. contraria. Accursius.
o *Christianos.* id est episcopos. & hoc habes. j. de postli. reuer. l. fina. & argu. supra eod. l. j. Accursius.
p *Aut damnis.* id est iniuriis.
q *Si lenones. Absoluit.* emancipentur filiæ, manumittãtur an-

negotium transferatur.

Iudex debet prouidere, ne carcerum custos inhumaniter se habeat erga carceratos: pœna sibi & eius officio imminente, & cura ad episcopo spectante. Salyc.

X. Impp. Honor. & Theodosivs. aa. Cæciliano præfecto prætorio.

IVdices † dominicis diebus productos a reos de custodia carcerali videant, & interrogẽt: ne his humanitas clausis per corruptos carcerũ custodes negetur. b Victualem B substantiam nõ habentib. faciant ministrari, libellis c duobus, * aut tribus diurnis, vel quot existimauerint cõmentariẽses, d decretis: e quorum sumptib f proficiat alimoniæ f pauperũ. quos g ad lauacrum h sub fida custodia duci oportet: multa iudicib. viginti librarũ auri, & officijs eorum eiusdem pœderis cõstituta, or dinibus i quoq; trium librarũ auri multa proposita, si saluberrima statuta contẽpserint. Nec deerit k antistitum Christianæ religionis cura laudabilis, quæ ad obseruationem C cõstituti iudicis hanc ingerat monitionẽ. * Dat. VII. Id. Feb. Raué. Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. Conss.

Libri improbatæ fidei debent videnti episcopo comburi, & artem mathematicam exercens (nisi errore dimisso) debet expelli de sacro imperio: intra quod postea reperitus, est deportandus. Salyc.

XI. Iidem aa. Cæciliano. pp.

MAthematicos, l * nisi parati sint, codicib. erroris proprij sub m oculis episcoporum incendio concremaris, catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem primum * redituri: non solum vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus depelli n decernimus. Quòd si hoc non fecerint, & contra clementiæ nostræ salubre constitutum * in ciuitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui & professionis insinuauerint: deportationis pœnam excipiat. Dat. Kalend. Feb. Rauen. Honor. VIII. Theodosio. III. AA. Conss.

Ad curam episcoporum spectat vt redeũtes à captiuitate nemo muriis afficiat. Salycetus.

XII. Iidem. aa. Theodoro præfecto prætorio.

CHristianos o * proximorum locorum volumus solicitudinem gerere, vt Romanos captiuos qui reuersi fuerint, nemo teneat, nemo iniurijs aut p damnis afficiat. Dat. III. Idus Decemb. Honorio. VIII. & Theodosio III. AA. Conss.

Pater vel dominus, qui necessitatem peccandi imposuit filiabus vel ancillis, earum potestate priuatur. h. d. Salycetus.

XIII. Impp. Theod. & Valentinia. Florentino præfecto prætorio. †

SIlenones *patres & domini suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint, licèat filiabus & ancillis, episcoporum implorato suffragio, omni miseriarũ necessitate absolui. q Dat. Kalend. Maij, Felice & Tauro Conss.

In vrbe Constantinopolitana iudex clericorum erat archiepiscopus, vel præfectus, vt aſſor elegerit. h. d. Salycetus.

XIIII. Imp. Marcianvs a. Constantinopoli. pp.

DEcernimus vt quicunq; r catholicarum ecclesiarumque s sub viro religioso archiepiscopo huius almæ vrbis sunt, reuerẽdissimũ œconomum (siue de ecclesiasticis, siue de proprijs, & ad t ipsum solum pertinentib. causis) vel quemcunq; alterũ earundem ecclesiarũ clericũ aliqua voluerit lite pulsare: apud memoratũ beatissimũ archiepiscopũ causam dicat, in negotijs audiedis fidẽ ac synceritatẽ geminã præburũ, u & sacerdotis, & iudicis x volẽtibus tamẽ actoribus pateat episcopale y iudiciũ: ac nullus qui huiusce modi intẽdit in sacrosanctas ecclesias, vel in prędictos clericos actionem, ad religiosissimũ antistitem z ducatur a inuitus. b Dat. VIII. * Aprilis, Varari & Ioanne Conss.

Non potest esse aduocatus qui non est verus Christianus, & index scienter hoc passus & eius officium punitur, & ipse ab officio aduocationis depositus deponatur. Salycetus.

XV. Impp. Leo & Anthemivs. aa. Nicostrato. pp.

NEmo c * vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum d consortium, nisi sacro sanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysterijs. e Sin autem aliquid quo-

*C.T. 5. 5. 2.

†C.T. 15. 8. 2. Parij. lenones. j. de spectacu. lib. 11.
*Mauritus etiam debet esse auctor iuxta colũ. de bonis mor. arg. lus. l. 20. c. dist. eccliam. in cliu gl. 1. in fin. extra de eo qui cog. consanguineã &c.

alia sacra mysteria Christianitatis, & non sit hæreticus.

a *Attentatum.* punitur affectus, etsi non sequatur effectus: vt & diximus. ff. de fur. l. si quis. & ff. tit. j. l. si quis non dicam. & de hoc dic vt ibi.

b *Officium.* id est officialis: vt ff. tit. j. l. si quis non dicam. & de hoc dic vt ibi.

c *Sublimitatis.* id est præfecturæ prætorianæ. Accursius.

d *Idem vero.* scilicet aduocatus.

e *Præstiterit.* sic enim demum secuto effectu punitur aduocatus: licet in officialibus aliud sit, vt modo dixi. & est ratio, quia grauius punitur, vt hic dicitur.

f *Proscriptionis.* id est amissionis bonorum: vel alio modo punitur. vt not. supra de sacrosan. eccle. l. iij. Accursius.

g *Huiusmodi.* scilicet quòd aliquis non imbuat sacrosanctis mysterijs aduocauerit.

h *Attentatum.* eis scientibus, & nõ contradicentibus, alioquin si ignorauerãt eum hæreticum, nõ tenentur.

i *Dimidia.* nunquid ergo ad tempus relegatis bona auferuntur? Respon. non: vt ff. de interdi. & relega. l. relegatorum. §. ad tempus. quæ est cõtra. Sed hoc est speciale in relegato propter huiusmodi crimen: ita quòd intra quinquennium bona non adimantur. Vel non auferuntur: per iudicem, sed per legẽ scriptam sic: vt hic. Item exilium impropriè dicitur hic: propriè quãdo in perpetuum fit, dicitur exilium: vt ff. de pu. iudi. l. ij. & est hæc. l. de verbo ad verbum. ff. de postu. l. nemo.

Pars l. vlt. ff. de sponsalibus.

Exilium proprie quãdo dicatur.

IQuæ res [f] ante nuptias [g] cōgruenti moderatione [h] à minore annis vigintiquinq; marito [i] sponſaliorum tempore, etiā curatore [k] præsente tibi donatæ sunt: obtentu ætatis nō reuocabuntur. [l] S. III. Non. Nouem. Dioclet. iano & Aristobolo Conss.

f *Res*. mobiles.

g *Ante nuptias*. hodie appellatur propter nuptias, vt ſ. de do. ante nu. l. fin. Vel die quòd fuit hic donatio ſponſaliria ſiue ſimplex ante matrimonium, aliàs non exigeretur insinuatio, cuiuscunque esſet quantitatis, vt in auth. vt fratrum filij. §. illud. col. ix.

al. Medē. al. Medeæ.

h *Moderatione* quę pro qualitate personarum est arte denda, sicut dicitur in dote, vt ff. de iure do. l. quæro, & l. ſiue generalis. & l. cū post. & gener. & de minor. l. ti ex causa. §. in dotis.

† Cūcar. gl. in ca. 1. ſuper verbo, vedere. in fi. extra de veſt. mu. ten.

i *Marito*. futuro.

k *Curatore*. ſiue ea enim nō valet donatio vt ſ. de in integ. reſtit. mi ſi curatorem. & infra de iure do. l. mulier. Accursius.

l *Non reuocabuntur*. ipſo iure, ſed restitutione data. Vel ſpeciale est vt contra talem donationem nō restituatur. subeſt enim iusta causa. j ſpes matrimonij. vnde ſpe durante nō reuocantur, ſicut aliàs. ff. de ture. & ra. diſt. l. j. §. ſed nōnul los. & ſi. de ad. tu. l. cum plures. §. fin. Sed videtur in hoc casu reuocari, vt ſ. de præ. mino. l. prædia. quæ est cōtra. Solu. hic de mobilibus dicit, ibi de immobilibus, quę ſine decreto alienari nō possunt. Alij dicunt, hic de donatione propter nuptias, ibi de ſponſalitia largitate loqui. Alij contra. prima placet. An autem ſine decreto in re immobili fieri possit donatio propter nuptias, habes ſ. de admini. tuto. l. lex quæ. in prince. & ſi maior factus aliena. &c. l. ſi. §. ſi.

**al. decem modarum, in mmbo. recte.*

Donatio propter nuptias facta per minorē, an possit retractari.

SI inter. ¶ CASVS. In re & fratrē & ruſi emancipatos pater donationē prædij fecit. ſi portionē illius in aliū transferat, nō præjudicat vobis. ſi autē frater tuus patri donanti cōcesſit dominiū: ab eo discedere nō potuit propter auctoritatē cuiuſdam ſenatuſconſul. quod nō habemus: neq; restitutione opus est. Si autē vobis talē rem dedit, quæ ſine decreto alienari possit, & eam postea alienauit. restitutionis auxilium vobis impartietur.

Donatio facta filiæ in potestate à patre, non valet.

m *Emancipatos*. secus ſi in potestate: quia tunc non valeret: vt ſ. de inofſi. dona. l. ij.

n *Eius*. ſcilicet donationis.

o *Nihil vobis*. vt ſ. de præd. mi. l. cum emancipatis. & ſ. de cri. ſtel. l. ij.

p *Potuit*. vt ſ. de præ. mi. l. ſi ad resoluendam. & de his qui à nō do. ma. l. ſi patri, niſi factus maior habeat ratum. vt ſ. ſi maior factus. l. ſi.

q *Senatuſconſulti*. cuius nomen nō habemus, ſed verba sunt orationis in senatu recitata, quæ prohibent alienationem rerum minorū ſine decreto, vt ff. de re. eo. l. j. & ſ. de præ. mi. l. prædia.

r *Possunt*. quales sunt res mobiles omnes rēpore huius legis: ſed hodie idem in illis quod in immobilibus, exceptis his quæ non possunt seruari, vt ſ. de admin. tut. l. ex quæ.

s *Potest*. Sed non videtur danda contra patrem: vt infra qui & a

Codex.

aduersus,quos.l.fi. quæ est contra.Sol.petit restitui:sed nō datur secundum Ir.quod non placet. Tu dic quòd datur contra emptorem si non habet regressum de euictione.vt hic:nō contra patrem.vt ibi. Aliꝰ quòd per obliquum restituitur, & sic de euictione tenetur,vt hic.non autem directo:vt ibi.

SI ADVERSVS *libertatem, &c.*

TITVLVS XXXI.
SI ADVERSVS LIBERTATEM.

Minor restituitur contra sententiam quæ pronunciatur aliquem liberandum, sed non contra sententiam libertatis. b.d. hæc lex. not.Baldus.

1.Impp. SEVERVS & ANTONINVS.AA.Hamniæ.*

SI post decretū[a] prętoris viri clarissimi,qui [b]fideicommissariā libertatē deberi[c] pronunciauit, [d] Secundus (quē cōditioni[e] nō paruisse cōquereris) manumissus nō est:ætas tua litis instauratione admittit. § Quòd si libertatē (quamuis indebitā) dedisti, [h] non posse eam reuocari[i] *intelligis: sed damnum quod ob eam causam[k] illatum[l] est,iudicio negociorum gestorum à curatoribus tuis [m] sarciendū. PP.II.Kal.Iu. Laterano & Rufino.Conss.

Venocare.

Manumissio vindicta,id est, causa cognita & cum decreto, ratione minoris ætatis retractari non potest.b.d. Bald. Vel sic:Minor aduersus libertatem præstitam, licet dolo manumissi, non restituitur, sed manumissus propter dolum tenetur. Salyc.

II.Imp.GORDIANVS.A.Solanoæ.*

ET si minor viginti annis,[n] vt allegas, cōstituta seruū tuum ab eo circunscripta[o] in concilio [p] manumisisti:tamen vindictæ impositio, [†] qua libertas iusta munitur, nec obtentu [q] quidem ætatis rescindi potest:indemnitati vero tuæ à manumissō scilicet sarciendæ, ab eo cui[r] iurisdictio est,quatenus iuris ratio permittit, cō sulī[r] debet. PP. VI.Id. Mart. Gordiano.A. II. & Pompeiano Conss.

Solamia.

†aliàs, tamen vindicta imposita, quia &c.

Quod est nullum, non resciditur per restitutionem in integrum. Item inepte petitur restitutio in integrum super eo quod nullum est. Item resarcitio damni, & punitio criminis possunt procedere ex eadem instantia. Bald. Vel sic: Libertas præstita à minore cum sana non probata, non valet ipso iure, ea verò probata valet,nec restituitur, sed contra manumissum vel dolosum curatorem agit. Salyc.

II I.Imp.VALERIANVS.& GALLIEN.AA. Mathonæ* & Sabinillæ.

QVos retrahi in seruitutē postulastis, si non in concilio causā cognita cū minores annis vigīti fuissetis, manumissitis non per in integrum restitutionem, sed ipso iure[s] persequi potestis.Quòd si probata causa libertas prętita est: restitutio in integrum contra libertatem locum habere non potest.[t] Si tamen in ea re, culpa seu fraude liberti, [u] eiusdēque curatoris, ratio vestra læsa sit:farciri damnū ab eo qui hoc intulit, præses prouinciæ curabit:non dubitaturus[x] etiā grauioremy executionem[z] adhibere,si quid tam aperta fraude commissum est, vt puniendum in liberto crimen deprehendatur.[a] PP. VIII. Kalend. Octob.Sęculare II.& Donato Conss.

Matrona.

Contra sententiam libertatis procedit appellatio : sed non in integrum restitutio. b.d. Bald. Vel sic: Aduersus sententiam in causa liberali declaratoriè latam minor non restituitur, sed appellatur. Salyc.

IIII.Impp.DIOCLET.& MAXIMIANAA.& cc.Tatiano.*

IN iudicio de liberali causa sententiā pro libertate [b] latā,ne quidem prærogatiua minoris ætatis sine appellatione[c] restitui potest.Dat.VI. Id.Ian.ipsis AA. V.& IIII.Conss.

Hamra.

Honora.

TITVLVS XXXII.
SI ADVERSVS TRANSACTIONEM vel diuisionem in integrum minor restitui velit.

CVm in integrum.}CASVS.Minor fundū petiit,& transegit: aduersus transactionem vult restitui. an eo minore restituto,restituatur maior ad actionem pristinam,quæritur? & respō. quòd sic, & exponerba ibi, tu quoque. tu scilicet qui cum eo transegisti. vel dic, tu id est tu pupilla. & sic dic casum l.sequent. A pupilla fundum quis petiit,& trasegit. si aduersus transactionem restituitur minor in inte.an ad act. restituta tur maior? Et si minor excipiat de pacto de non petendo, replicabit maior, quod fides ei seruanda non est, qui fidem seruare noluit. Si autem interuenit stipulatio Aquiliana & acceptilatio : ad pristinum ius restituetur iudicis officio.

Trasactio facta à minore, an valeat.

a *Tu quoque.* id est tu pupilla impetrata in integrum restitutione. Vel dic tu, qui cum ea transegisti:& secundum hoc est contra.ff. de mi.l. cum minor. Solu. hic habebat actionem aduersus pupillam à primordio, qua modo poterit vti contra minorem, ibi non. Vel dic vt infra.l. proxi. Accursius. A pDITIO. Tu dic quòd aduersarius non restituitur nisi ad actionē illam in qua læsus erat per illum actum contra quem petita est restitutio, secus si suam actionem aliàs amisetat,vt in contrario. Bart.

Restituto minore, an aduersarius eius restituatur ipso iure.

b *Vteris.* distingue, an fiat transactio super re quam petebat minor : quæ poterat alienari sine decreto , vt tunc sine tutore nulla fit,cum eo scilicet tutore valeat , sed restituitur.idem in adulto habente curatorem,vt supra de in integ.resti.mi.l iij.an quæ non poterat alienari sine decreto: & tunc ipso iure nulla sit sine decreto : licet interuenerit tutor vel curator,vt infra de præ.mi.l. non solum. & ff. de transact.l.cum hi.§.sed cum lis.Sed arg.contra ff. de reb.eorum.l.iij.§.idemq; erit. ADDITIO. Dic quòd aliud in sententia,vt ibi.aliud in transactione,vt hic.Bar.

Æqualitas seruāda est

c S*i ex persona.Transactum.* aliàs transactionem.

d *Imploretur.* vt non dent promissa, vel dic vt supra l.proxi.

e *Repletatione.* eo casu quo per pactum simpliciter transactio facta est.

f *Peremptam.* scilicet per acceptilationem.

g *Instauratione.* ita enim fit restitutio, vt vnusquisque suum habeat, sine erat species, siue quantitas: vt tunc inquantum minor est locupletior,vt ff. de mino.l.quòd si minor.§. restitutio. & ff. de act.emp.l.Iulianus.§.si quis colludente.& arguin. infra de transact.l.vbi pactum. Si vero erat actio, & tunc restituitur ipso iure aduersarius minoris,ex quo minor est restituendus : & sic habet ex persona minoris,quod ex sua non potest,vt hic,& supra l.proxi.& infra de temp.in integ.restit.l. petendæ. in fin. & ff.ad Velle.ll. si debitrix.§.si pro eo. & l.ff.eod.fin.& contra alium : non solum contra minorem, vt ff. de tute. & ra. distra.l. alterius. licet aliàs actio extincta , &c. vt arguimen. contra ff. de solu.l. qui res.§. æream. sed speciale est hic in minore ratione qualitatis. iniquum enim esset, quòd minor restitueretur, alter non. seruari enim debet æqualitas:vt infra de impu. & al.sub.l.ij. & l.quamuis.& arguin.ff.si ex noxa.cau.aga.l.ij. in fin. Alij dicunt per officium restituendum, non ipso iure : vt hic innuit, & argumen. infra de acceptila.l.fin. Sed quodcunque dicas,* est contra ff. eod.l. cum minor. vbi aduersario minoris non datur restitutio, licet minor restituatur. Solu. distingue, aut perdidit aduersarius actionem ob restitutionem minoris, vt hic, & sic restituitur : aut

A non, vt ibi. vel ibi in sententia, hic in transactione. Vel verius distingue, an sint coniunctæ species,an non, vt ff. de eo. l. etiam. §. j. & infra de tempo. & repa.appel.l. per hanc.& infra de appel.l.fin.in prine.Item quid differt..hæc là superiori? Respond. hæc clarius distinguit , sit perempta prima actio ipso iure vel non, quā prima. Item in prima pupilla agebat ad rem super qua fuit transactum secundum primum casum ibi positum,in secunda conueniebatur. Item in prima de diuisione etiam dicit, de qua non dicit in secunda : de qua dic quòd prouocatur minor, & non prouocat : & valet tūc etiam sine decreto, sed restituitur: vt infra de præ. mino.l. inter omnes. & ff. de rebus eod.l. fi pupillorum, & econtra actor suæ actioni restituitur, vt supra.l. proxi.

**deest in omnibus. Quidam autem in quibusdam scripti inueniri, actione rescissoria, quod in nullo meoriue peri. Cont.*

h SI ADVERSVS *suæ solutionem à tut. &c.*

De hoc tractat hæc lex prima. Accursius.

i Vel à se. *de hoc tractat.l.ij. Accursius.*

k Factam.*subaudi, vel ille minor restituit.*

**debitore in omnib. rectè.*

**Sorafica.*

EX *emplo.*}CASVS. Situtor pupillo ex administratione tenetur in centum, & ei facto adulto vel eius curatori soluit: an liberetur,quæritur? & respond. quòd sic. si autem pecunia consumpta fuerit,vel aliàs læsus per solutionem sibi factam, neque tēpus restitutionis in integ.excesserit,puta xxix.annorum aduersus solutionem restituipotest.

**al. Laurentia. al. Laurentia.*

l *Tutores.*q.d.non solum debitores alij.

m *Administratione.*scilicet mala.

n *Liberantur.*}.de admi.tut.l. frustra.ij. Accursius.

o *Implorari.* scilicet officium iudicis, vt ff. de mino.l.quod si minor.§.vlti.

p *Potest.*quia sic quælibet datur,vt ff. de mi.l.in causæ.j.§.causa. Et considera hic quia debitor pupilli aut plenam, aut pleniorem,aut plenissimam consequitur securitatem. Plenam si solvit pupillo sine tutore, vel adulto sine curatore, & hanc pecuniam saluam habet,vel tantundem,vt institut. qui alie.lic.§. nunc autem admonendi.& ff. de sol.l. in pupillo. Pleniorem, quando cum auctoritate tut. vel cura.nam tunc ipso iure liberatur. sed restituitur minor si non habet pecuniam saluam,vel tantundem.vt institut.in d.§. & hic : nisi in tribus casibus, vt infra de admini. tu.l. sancimus j. & l. constitutionem. & infra ad Trebel.l. pennult. in princip. Plenissimam, quando cum iudice : vt d.l. sancimus. & institu. d.§. & ff. eod.l. ait prætor. §.j. & ij. ADDITIO. Similem habes gloss. in. §. fin. institu. qui. alie. lib. vel non. Item aliam similem. in l. ait prætor. §.permittitur. in verbo, imputandum. ff. de mino.

Debitor pupilli pleni, pleniorem & plenissimā consequitur quia dos; securitatem.

I*ndebito.*}CASVS. Si minor ex minus solenni testamento per ignorātiam iuris legata soluit indebita ciuiliter,licet naturaliter debita: an per beneficium restitutionis sibi detur restitutio,quæritur? & respond.quòd sic.Vel dic quòd detrahere potuit Falcidiam,& non detraxit, sed legata solita soluit,& restituetur.

q *Indebito.* scilicet iure ciuili, sed naturaliter debito, vt quia poterat per legem Falcidiam retineri, vel quia non erat solēne testamentum.

r *Licet per errorem.* quia fecit pater legatum non adhibitis septem testibus.

s *Iuris.*quo casu non daretur maiori repetitio, quia naturaliter debebatur, sed minori datur restitutio, vt ff. de iuris & facti. igno.l.cum quis.& infra ad l. Fal. error. sed per errorem fa-

cti solutum etã à maiore repetitur, vt. d.l. error. Et distingue: aut est debitum vtroque iure, scilicet iure naturali & ciuili, aut neutro, aut vno tantum. Primo si est tale quid quod non potest alienari sine decreto, non potest soluere sine decreto nisi defunctus permiserit, vt ff. de reb. eorum. l. magis. §. si pupillus. a-lias cum tutore faciat vt institu. de auct. tu to. in princ. & si sine eo faciat, liberatur per consumptionem creditoris, non aliàs, vt ff. si cert. pe ta. l. nõ omnis. §. si pupillus. In secundo repetit iure communi per condictionem indebiti. In tertio si est naturaliter tantum debitum legitime solutum, id est, cum tutore vel curatore vel decreto, non repetitur nisi per restitutionem, exstet vel nõ: vt hic. sed non legitime solutum, si exstat, vindicatur. si est consumptum, cedit in solutum: & ex communi iure patitur cõpensationem: sed ratione ætatis compensationẽ euitat, & repetit, vt. ff. de uego. gest. l. iij. §. alterius. & ff. si cer. pe. l. non omnis. §. si. & hic, & ff. ad Trebellià. si eius. Sed quidam dixerunt pupillum suo nomine repetere etiam sine restitutione, vt diximus. ff. de condic. inde. l. interdum.

Indebitum solutum minore, quemadmodum repetatur.

a *Tempus.* scilicet vsque ad annum vtilem olim: hodie vsque ad quadriennium. vt infra de tempo. in integ. restitut. l. superuacuam.

SI ADVERSVS DOTEM
restitutio postuletur.

Quoniam circumuentam. ❡ Casvs. Si mulier minor omnia bona sua marito qui indignus erat tot bona recipere, circumuenta in dotem dedit, & in matrimonio postea decessit: an frates sui ad quem de iure sua hereditas pertinet, ex persona defunctæ restitui possit, quæritur? & respond. quòd sic, si nondum tempus ex cessit quo locum habet in integ. resti. sed cum videatur quòd iure communi repetere possit, cum sit hæres, intellige quòd maritus fecit pactum de parte dotis lucranda mortua muliere in matrimonio: ad quam vult iste restitui, & ad fructus quos medio tempore ex portione quæ in dotem dari non debuit, recepit maritus. & sic est contra. ff. de mino. l. in causæ. in prin. sed ibi fuit maior, secundum Io. No. ex ista. l. quod mulier potest dare in dotem omnia bona sua: tamen si est minor & læsa, potest petere restitutionem in integ. non aduersus matrimonium, sed aduersus modum dotis cõstitutæ. Nor. insuper quòd restitutio transit ad heredem, secundum Bald.

b *Circumuentam.* quia facto pacto de nõ petendo condonasset marito suo bona sua.

c *Sororem.* quia cum nobiliori & ditiori & pro minori quantitate potuisset contrahi.

Prædia minoris an possint in dotẽ dari.

d *Omnia bona.* sed an prædia possint dari in dotem? Respond. non secundum Io. argu. infra de prædi. mi. l. ob æs. Argu. contra. ff. de iure dotium. l. Titia. quanquã possit responderi quòd ibi non dederit minor, sed maior effecta, secundum Io. minor tamen erat cum permutauit. & eodem modo respondeas ad id quod est infra de adqui. rud. lex quæ. in princip. sed secundum Azo. potest dici speciale in dote: nec obstat. d. l. ob æs. vt ibi notaui.

e *Pertinuit.* de iure prætorio. ad quid ergo fuit necessaria restitutio: cum communi iure possit repetere, cum sit heres, vt ff. eo. l. in causæ ij. in prin. Resp. die quòd pactum erat hic quòd partem dotis lucraretur vir mortua vxore. Vel aget pro fructibus medij temporis eius portionis quæ non debuit dari in dotem, cum vir non esset dignus tanta dote, vt ff. de vsufruct. l. qui vsumfructum. §. fina. & l. quæsitum. secundum Azo. etiam

Deficiẽte. quod fieri potest, vt ff. de in integ. restitut. l. non solum. & intra quantum tempus sit, dices. ❡. de temp. in integ. resti. l. ea quæ. §. j.

g *Præsente.* vel per cõtumaciam absente. ff. de mi. l. in causæ. j. §. causa. Et vt omnia solutas cõtraria, dic quod mulier maior omnia quæ habet, potest dare in dotem, vt infra de iure dotium. l. nulla. minor si vltra matrimonium promittat, ipso iure non valet etiam si tutor, vel curator promittat: nisi dolo vel animo donandi: quo casu valet in sui tutoris vel curatoris præiudicium, vt ff. de iure do. l. sine generalis. & de admi. tut. l. cũ post. §. j. si vero vltra vires, vt habens centũ debet quinquaginta, & lx. dat in dotem: valet, sed restituitur, vt ff. de mi. l. si ex causa. §. in dotis. sed & cum auctoritate tutoris vltra vires valet promissio, sed exceptionem dũ est, sed habet de æquitate: vt cum. in qui ff. de admini. tu. l. cum post. §. j. & hæc in ea: in herede autem eius dicas vt modo dixi.

**diuersa.* Mulier *a*pposit omnia bona sua dare in dotem.

Cõfer cũ l. auxilium. ff. de mino.

Prospicit

SI ADVERSVS delictum fuum, &c.

Supra dixi qualiter in vepreſi; nec cõtractibus minoribus ſuccurritur: nunc quomodo in ſe rectis. delictis. Cont.

IN *criminibus.* ❡ Casvs. Si minor ann. delictum aliquod cõmisit, an aduersus delictum restitui possit quæritur? & distinguitur: aut ex animo prouenit delictum, aut non. si sic: non restituetur vt in nihilum teneatur, sed cum aliàs quam ex animo puta ex culpa deliquisset, ei posset pœna infligi: sed per in integrum restitu. succurritur. & hic subintelligitur ille versi. etiam *quod minus* si pœna, &c. vnde posset continuari cum prima parte: & tunc *est quã* ille duo versi. sed cum, &c. & illud, & ideo, &c. debent distingui dolo an culpa deliquerit: vt si dolo non restituatur: & sic loquitur prima pars. vel culpa, & restituetur: & sic loquitur secunda pars.

**id est, sed. ius vel* ciguitur *titur tamẽ men, cõmittẽ Delictum, & crimen, differunt.*

h *In criminibus.* ex animo prouenientibus, vbi fuit voluntas nocẽdi: vt ❡. ad le. Cor. de sic. l. j. & l. si quis. malitiam enim, &c. vt ❡. si minor se ma. l. ij. & iij.

i *Minores.* sunt tamen doli capaces.

k *Infirmitas.* est tamen doli capax, cum ex animo delinquat: alias non tenetur: vt ff. ad. l. Cor. de sic. l. infans. & de fur. l. impuberem. & infra de pœnis. l. impunitas.

l *Delictum.* Delictum est genus generalissimum, siue veniat ex animo, siue non: sed crimen est genus subalternum. continet enim sub se furtum & adulterium, & alia quæ ex animo proueniunt, id est, ex conscientia. & sic caute dicit delictum, hic: sed supra dixit crimen.

m *Extra venit.* puta tantum ex culpa, non dolo: vt patet. ff. ad le. Cor. de fica. l. in lege. & ad le. Aquil. l v. §. j.

n *Noxia.* id est, delictum: vt infra. de noxa. in prin. vnde versus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.

o *Non committitur.* scilicet in excusabilis. nam commissa per in integrum restitutionem excusatur: licet aliàs si delinquisset ex animo, irrogaretur ei pœna pecuniaria. nam tunc non subuenitur nisi vt habeatur pro transacto vel cõfesso, vt subiicit: & dixi plene. ff. de mi. l. si ex causa. §. nunc videndum. Item cõtra. ff. eo mmo. l. j. in fin. vbi ex dolo dicit pupillum non teneri. Solu. illud per tertiam flatim legem ibi corrigitur: vt ibi diximus. Accur.

p *Irrogetur.* cum ex animo vel sine. & dic irrogetur, si non petat restitui.

q *Hæc causa.* cum non ex animo delinquitur. Accur.

r *Competit.* scilicet in totum: vt ff. de reg. iur. l. fere.

Ideo,

LIcet.❡ Casvs. prima lex loquitur quando minor delinquit in faciendo, hæc in omittendo. si ergo mulier minor, quæ lubrico ætatis lapsa est, intra annum filiis suis tutorem non petiit, an restitui possit quod magis ad successionem filiorum suorum possit venire, quibus non petiit tutorem, quæritur? & respond, quòd restit. non eget auxilio: quia ipso iure tuta est, quia quòd amittat successionem filiorũ, locum habet in maioribus matribus. Viuianus.

Minor non petens tutorem filio impuberi, ipſo iure ſeruatur illeſa: nec ſucceſſione impuberis eſt priuanda, hoc dicit Baldus. Vel ſic: delictum tutoris non petiti, non cadit in matrem ætate minorem. ideo non priuatur ſucceſſione filij morientis in ætate pupillari. Salycetus.

a *Constet.* cum examinato proueniunt: vt supra. l. proxi.

b *Denegari.* nec ipso iure. Accurſius.

c *Obtineat.* vt intra annum petant, aliàs repellãtur ab eorum imputberum successione vt institu. ad Tertullia. §. fin. & infra de leg. hered. l. sciant. & infra quando mul. tutelæ offic. l. ij. & infra ad Tertullia. l. matres. & infra qui petant tuto. l. cum à matribus. sunt ergo tutæ matres minores ipso iure, nec est opus restitutione. sic & alias. ❡. ex quib. causis infa. irrog. l. penul. & infra de fal. mo. l. j. in fin. & ❡. de epise. & cle. auth. si captiui. Accurſius.

Pupilli res an poſſit vſucapi.

SI ADVERSVS
vſucapionem reſtitutio, &c.

Contra eos. ❡ Casvs. Si res minoris vsucapta vel præscripta fuerit, an restitui possit, quæritur? & respondetur quòd sic.

d *Vsucapione.* scilicet, triẽnij. nam. x. vel. xx. an. nõ dominum, sed quasi dominium acquiriturꝰ: vt infra de præscrip. triginta an. l. si quis emptionis. circa princip. Sed certe idẽ debet esse in præscriptione vt minores inuenturꝰ: vt hic, & infra quibus nõ ob. long. temp. præscrip. l. non est incognitum. & ff. de mi. l. etiam ei qui. & arg. ❡. de temp. in integ. resti. l. ij. intra. Et not. quòd hic titulus non videtur hodie habere locum. nam in re pupilli nõ, quia vsucapi non potest: vt ff. de acquiren. re. do. bonæ fidei. licet sit argu. contra. ff. de except. do. l. apud. §. si quis non tutor. Sed dic quo ad opinionem erat pupillus: vt ibi no. Nec in prædiis adulti, quia alienari non possunt: vt ff. de re. eorum. l. j. ergo nec vsucapi vel præscribi. ff. de verbo. significa. l. alienationis. nec in re mobili adulti hodie, siue seruari possit: vt infra de admi. tut. l. lex quæ. siue non: quia tanto tempore, scilicet, triennij, retineri non potest. Sed certe dicta argumentatio nõ valet: vt dices infra in quibus cau. in integ. resti. non est necess. l. fin. Item nec in animalibus superuacuis, quæ possunt alienari per illam. l. lex quæ. quia vt breuiter dicam, nulla præscriptio currit contra minorem: vt infra in quibus cau. in integ. resti. non est necess. l. sancimus. nec etiam præscrip. xxx. ann. locum habere videtur, licet lex illa, sancimus, illam permittat: quia aut cœpit à minore, & tunc non currit in pupillari ætate: vt infra de præscrip. xxx. anno. l. si cui. & sic essent xl. & iiij. anni quando esset completa. aut à prædecessore, & tunc currit, ita quòd restituantur: vt ff. de mino. l. Aemilius. & ex quibus cau. in pos. ea. l. apud Iulianum. & de fundo do. l. si fundum. Sed tu dic quamliber temporalem vel perpetuam ceptam in persona maioris contra heredem minorem currere, sed dari restitutionem si compleatur contra eum. & sic hanc intellige per. l. ff. de mino. l. etiam ei. vt not. in l. fancimus. & infra de non numę. pec. l. si intra. excepta. xxx. ann. præscriptione sui odio, quæ in pupillo dormit: vt in d. l. sicut. Sed

Præſcriptio nulla currit contra minorem.

eath expone vt ibi dixi.

SI ADVERSVS FISCVM, *&c.*

De perſonis minorum & rebus & negocijs aduerſus quæ reſtituuntur minores, dictum eſt: nunc de perſonis ipſorum dicendum, aduerſus quas reſtituuntur.

h.d. Bald. Vel ſic: Si minor lædatur in venditione facta procuratori Cæſaris, poteſt reſtitui & competens iudex eſt procurator fiſci. h.d. ſecundum nam. lect. & verorem. Salyc.

I. Impp. Severvs & Antonin. AA. Longino.

Probus. ❡ Casvs. Minor. xxv. ann. procuratori Cæsaris longe minore precio quam valuit vendidit, puta valebat. xxx. vendidit pro viginti rem suam. si petat restitui, coram quo restitutionis causa agitari debeat? Respond. quòd coram procuratore fisci, qui iudex est inter priuatum & procuratorem priuatæ rationis, id est procuratorem Cæsaris.

e *Si Probus.* proprium nomen est.

f *Circumuentus.* re ipsa, nõ dolo aduersarij. sic ponitur. ff. de minori. l. in causæ ij. §. idem Pomponius. aliàs non haberet in integrum restitutionem: cum si dedisset dolus causam contractui, ipso iure esset tutus: vel si incidisset, esset tutus actione ex eo contractu: vt ff. de actio. empti. l. Iulianus. §. si dolo. & §. per contrarium. Vel dic dolum dedisse causam contractui, sed processum fuit ad traditionem. vnde ficut maiori daretur de dolo, sic minori in integrum restitutio.

Hoc verũ bum iure, quod antea in omnibus decerat, additi ex ma nuſc. Contin.

g *Nostro.* scilicet, procuratore Cæsaris siue principis, qui etiam rationalis dicitur: vt supra de modo multarum. l. ij. & iij.

h *Minore.* non tamen vltra dimidiam insti precij, quia & tunc ageret actione ex eo contractu: vt infra. de rescin. vend. l. ij. arg. ff. de iure dotium. l. ij res. §. j. & l. iure sit cursum. §. fi. Accur.

i *Inuis.* ius priuatorum vocat hic ius publicum. ideo quia publica auctoritate est inuentum.

k *Publici.* id est iuris communis.

l *Fiscum nostrũ.* id est, procurator fisci, qui cognouit inter priuatum & Rufinum procuratorem Cæsaris: vt infra eod. l. iij. Vel dic Rufinum esse procuratorem fisci. & sic lis tus, id est procurator fisci Rufinus patietur dari contra te restitutionem. Sed hic expone, scilicet dispensatore nostro, id est, fisco. Sed tunc erit iudex procurator Cæsaris: vt infra l. proxi. prima verior.

Priuilegia ius cum eo priuilegiato non admittitur.

S *Aduersus.* ❡ Casvs. Si quis aduersus priuatum vult restitui, coram quo agitanda sit causa restitutionis, quæritur? & respond. quod coram præside prouinciæ. si autem contra fiscum priuatus vult restitui, cognoscet procurat Cæsaris an danda sit, necne: & hoc præsente prouinciæ præside, & aduocato fisci.

m *Procuratorem meum.* qui cognoscit inter priuatum & fiscum. vt hic, & infra. l. proxi. & infra vbi causæ fiscl. ad fiscum. Et dicitur rationalis.

n *Vna cum.* sed hodie secundum R. solus princeps cognoscit, vt in authent. vt omnes obe. iudi. §. fin. col. v. Accursius.

o *Patrono.* id est, aduocato, qui si non adesset, ex integro cognosci oportet. vt ff. de iure fisc. l. fiscus. & ❡. de aduo. fisc. l. fina. Et not. in hoc titulo priuilegiatum contra priuilegiatum admittit: vt ff. ex quibus cau. ma. l. fina.

Edicto,

EDicto.} CASVS. Habebat minor aliquis prædium censuale, pro quo reddere censum singulis annis tenebatur. cessauit in solutione. procurator fisci prædium distraxit. vult minor ad illud restitui, an sit audiendus, quæritur? allegat minor pro se quòd sit restituendus, quia edicto diui Marci cõtinetur, quòd si fiscus vendit rã alienam vt suã, emptor securus sit præscriptione quinquennali. quo edicto excipiebantur res minorum, vt vltra quintum annum competat minori rerũ suarum restitutio. Respõ. imperator quòd edictum pro minore isto nihil facit, quia tunc locum habet illud edictum, cum fiscus vendit rem alienã vt suã. hoc autem casu vendit dit alienam propter aliquam cessationem censuum. si autẽ procurator fisci longe minore precio vendidit quàm valuit, puta valebat. xxx. & vendidit pro x. vel solennitatẽ quæ in his desideratur non seruauit, minor restituitur. Sunt enim tria seruanda in tali venditione. Primũ vt quis debeat, secundũ vt in solutione cessauerit, tertium vt res subhastentur. quorum si aliquod defuerit, si minor fisco satisfecerit, procurator Cæsaris qui cognoscit inter priuatum & fiscũ, fundum sibi restitui iubebit venditione penitus reuocata.

Fiscus dupliciter rem alienam vendit.

a *Edicto.* duobus modis vendit fiscus rem alienam. Primo vt suã, & in hac venditione locus erat edicto diui Marci, quo cauetur vt emptor fecurus sit præscriptione. v. ann. quo edicto excipiũtur res minorum, vt etiam vltra. v. an. posint repetere, vt hic. sed hodie hoc edicto sublato statim securus est emptor. licet intra quadriennium dominus possit agere contra fiscum, vt instit. de vsuca. §. fin. & ĵ. de quadrien. præscri. l. omnes. & l fin. Sed minor etiam vltra quadriẽnium ad rem suam admittitur, vt infra de restit. mi. l. neque. Secundo vendit alienam ob aliquod debitum sibi, cuius rei possessionem nunquam habuit : in qua venditione nec maiores nec minores iuuantur: vt tria oportet ibi concurrere. Primum vt aliquis debeat, & eum cessare in solutione, & venditionem solenniter fieri. aliquo istorum deficiente reuocatur etiam à maiore talis venditio soluto precio : vt in fin. huius l. & infra si propter pu. pen. l. fin. & l. ij. & de rescin. vend. si quos. & ff. de rescin. vend. l. fundus. & ĵ. de fid. instru. & iure hastæ fis. l. j. ij. & vj. lib. x. & arg. §. si aduer. vend. pig. l. ij. & ĵ. de execu. rei iudi. l. ordo. & ff. eo. l. si ex causa. §. pe.

b *Excepta.* à præscriptione. v. annorum indulta ex edicto, cum rem alienam vendit fiscus. vt suam. Accursius.

c *Tuum.* minoris, vt dixi ĵ. de fid. instru. & iure hastæ fis. l. penult. lib. x.

d *Si quidem.* id est quia.

e *Debiti.* erat autem edictum diui Marci, vt si quis rem emptã à fisco quinquennio possedisset, tutus esset, nisi res esset minoris. sed neque res minoris intelligebatur excepta, cum nomine paterni debiti à fisco ei quæstio moueretur, & ob id cessat beneficium edicti in hac parte.

f *Patris.* ergo vt alienam vendebat.

g *Ipsius.* scilicet minoris.

h *Quæstionem.* quia non vt suam, sed vt alienam vendidit : & sic emptor est securus, si interuenerunt tria quæ sunt necessaria.

A i *Procuratoris nostri.* id est fisci, qui dicitur procurator imperatoris quantum ad iurisdictionem.

k *Iubebit.* scilicet procurator Cæsaris.

SI ADVERSVS CREDITOREM, &c.

Stricte hoc titulo ponitur creditor pro mutuatore, vt aliquid in eius odium inducatur specialiter: vt ĵ. l. proxi. dices.

CVm & ipse.} CASVS. Si minori an. xxv. decem mutuasti, & ea perdidit: si restitui velit aduersus obligationem mutui, ne ex ea teneatur : an sit audiendus quæritur? & respond. quòd sic, nisi probes eum locupletiorem factum. vn. de læsus præsumitur, nisi cõtrarium probetur. sed speciale est in odium creditoris: alioquin esset contra. ff. de iureiuran. nam postea. §. si minor. vbi dicitur quòd non ideo, quia minor est, læsus esse intelligitur: vnde debet se læsum probare.

l *Cum & ipse.* scilicet tu fœnerator. Accursius.

m *Contraxisse.* dando ei mutuam pecuniam. speciale est hic in odiũ fœneratoris eius contrarium est generale. supra de in integ. rest. l. minoribus.

n *Locupletiorem,* præsumitur ergo læsa, nisi contra probetur. & sic est contra ff. de iureiuran. l. nam postea. §. si minor. & supra de in integ. restit. mi. l. v. Solu. specia. est hic in odium fœneratoris. a argum. ff. de re. eo. l. magis. §. ne tamen. & ff. eod. l. patri. §. j. & argu. supra de sacrosan. eccle. authent. hoc ius porrectum. in fin. Sed & aliàs videtur idem, vt infra de præd. mi. l. si prædium. sed expone vt ibi. Alij dicunt vt Py. quod hic creditor sponte in se onus probandi susceperit, vt arg. ff. de proba. l. circa. Tertij dicunt quòd hic probauerat minor tria, scilicet se minorem tempore contractus fuisse, & pecunia non indigusse, & acceptam amisisse. ergo est restituendus, nisi creditor probet locupletiorem. & secundum hos tres casus dic restitutum, id est, restituendam. & sic supra de leg. & consti. l. j. Quarti dicunt quòd data fuerat restitutio iam minori, qui pio bauerat la fionem, & creditor appellauerat. Vnde in causa appellationis debet appellator probare, & iniquitatem sententiæ detegere, vt argu. ff. eod. l. præfecti. & infra de ap. l. hi quis. Sed male dicunt: immo idem qui prius, & nunc probare debet, vt infra de ap. l. iiij. & ff. nil. noua. ap. pen. l. j. & ff. ad Turpil. l. j. in fin. & in authen. de his qui ingre. ad appel. §. illud quoque determinare. colla. v. & dicitur detegere iniquitatem appellatoris eo ipso quòd dicit, inique dico sententiam contra me latam. sic ergo quatuor modis intelligi potest hæc lex : sed primus verior.

o *Restitutam.* id est restituendam.

SI vt allegas.} CASVS. Minori an. xx. mutuasti, quæ confessus est minor se recepisse, sed perdidisse. vult restitui, an sit audiendus, quæritur? & ref. sic nisi, probes pecuniã in rem suã versam esse. quod non præsumitur, nisi tu probes eam in eius commodum versam.

p *Versa est.* quod probare debes, scilicet non esse versam secũdum quosdam. Tu dic quòd præsumitur non esse versa, nisi creditor probet in eius odium, vt dixi §. l. proxi.

SI MINOR AB HEREDITATE *se abstineat.*

Si vero

Si minoris res alicui est vendita à fisco iure creditoris minus solenniter, & iniusto precio: etiam post quinquẽnium retractatur, debitore satisfaciente fisco. h. d. Bald. Vel sic: Si fiscus vendidit rem alienam vt suam, dominus poterat iure isto rem vindicare vsque ad quinquennium si erat maior. minor vero etiam vltra, si non vendidit iure creditoris. isto tempore neuter eorum auditur, nisi sit precio minori vendita, & solennitas debita non seruata: & de hoc cognoscit procurator Cæsaris. Salycetus.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. & CC. Laurentio.

EDicto a quidem diui Marci parentis nostri res minorum excepta, *nihil tuum adiuuat desiderium : siquidẽ d debiti c causa patris f minoris, vel etiam ipsius g prædia venũdata, quinquennij præscriptionis nullam admittunt quæstionem. h Sed quoniam per collusionem siue fraudem tũc temporis procuratoris i nostri nimis exiguo precio fundum tuum cum mancipiis venundatum asseueras : si aditus Rationalis noster tuis adesse fidẽ allegationibus, nec seruatam solennitatem hastarum animaduerterit : fisco te satisfaciente, reuocata venditione fundum tibi restitui iubebit k. Datum Id. Febr. Sirmij. CC. Conss.

TITVLVS XXXVIII.

SI ADVERSVS CREDITOREM. &c.

Ipse minor in mutuo læsus præsumitur, nisi mutuans probet versum in rem minoris: & ideo minor restituitur. hoc dicit cũ l. seq. Vel sic: Contra fenerantem minori præsumitur, nisi probet mutuum in vtilitatem minoris conuersum, ex qua præsumptione restitutio datur, & data iustificatur. h. d. secundum omnes lect. Bald.

I. Imp. ANTONINVS PIVS. A. Prunico.

VM & ipsel pro fitearis † cũ Zenodora minore vigintiquinque annis [te] cõtraxisse, m nec docerit potuisse prætorem † virum clarissimũ ex eo contractu locupletiorẽ n [eam esse] factam : intelligis eam merito in integrum restitutam. o Dat. XI. Non. Aug. Largo & Messalino Conss.

II. Imp. GORDIANVS. A. Caiano. *

SI (vt allegas) minor annis pecuniã fœnori accepisti, nec ea in rem tuam versa est : p aduersus cautionem per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxiliũ potes solenniter postulare. PP. III. Nonas Feb. Gord. A. II. *

TITVLVS XXIX.

SI MINOR AB HEREDITATE *se abstineat.*

Filius qui se paterne hereditati non immiscuit, non eget beneficio restitutionis in integrum vt abstineat: quia tutus est ipso iure per beneficium prætoris. sed si se immiscuit, vel bonorum possessionem agnouit, & est minor & læsus, restitutio in integrum sibi est necessaria. Bald.

I. Imp. ANTONINVS PIVS. A. Prunico.



VM & ipsel pro fitearis † cũ Zenodora minore vigintiquinque annis [te] cõtraxisse, m nec docerit potuisse prætorem † virum clarissimũ ex eo contractu locupletiorẽ n [eam esse] factam : intelligis eam merito in integrum restitutam. o Dat. XI. Non. Aug. Largo & Messalino Conss.

† *docere reste. & ita in omnibus* † *prætori vero clarissimo, in aliis manuscriptis legitur.*

II. Imp. GORDIANVS. A. Caiano. *

SI (vt allegas) minor annis pecuniã fœnori accepisti, nec ea in rem tuam versa est : p aduersus cautionem per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxiliũ potes solenniter postulare. PP. III. Nonas Feb. Gord. A. II. *

* *al. Caiano. al. Gaio.*

TITVLVS XXIX.

SI MINOR AB HEREDITATE *se abstineat.*

Filius qui se paterne hereditati non immiscuit, non eget beneficio restitutionis in integrum vt abstineat: quia tutus est ipso iure per beneficium prætoris. sed si se immiscuit, vel bonorum possessionem agnouit, & est minor & læsus, restitutio in integrum sibi est necessaria. Bald.

I. Imp. ANTONINVS PIVS. A. Florentio * & aliis.



SI vos paternæ hereditati nõ immiscuistis : a ob eã rẽ b testificatio necessaria non fuit, cũ fides veritatis c verborum adminicula non desideret. Quòd si pro herede d gessistis, vel bonorum possessionẽ e accepistis propter ætatẽ cui subueniri solet in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. f. PP. VI. Non. Maij, Saturnino & Gallo Conss.

Florentino.

Adire & immiscere differunt.

a *Immiscuistis.* immiscere suorum est, adire ex transeorum. vt instit. de here. qualitate & diff. §. extraneis.

b *Ob eam rem.* scilicet quòd abstineatis. Et dic testificatio, id est, denũtiatio vel protestatio coram restibus. Et sic not. quòd hæc. l. probatur opinio quorundam qui dixerunt quòd suus heres præsumitur adiisse, & tenetur statim creditoribus. & pro eis est illud Paulli. Si filius, ego & heres. Ité quòd est suus & necessarius. vt instit. de here. quali. & dif. §. sui. & le here. quæ ab intesta. §. ij. & arg. ĵ. de cur. fu. l. fin. §. j. Sed illud est verum quantũ ad nomen, non quantum ad commodum vel incommodum, vt hic, & instit. de hered. quali. & dif. necessarij vero. & ff. de acqui. hered. quæritum. vel domum patris inhabitauit post mortem. nã & tunc debet probare non animo adeundi fecisse. vt ĵ. de re. pu. here. l. j. in casu tamen perinde habetur ac si statim immiscuisset se. vt ff. de fideicom. li. l. cũ quasi. §. fed & quis. in fine. §.

Testificatio.

Adire hereditatem videtur qui domum patris post mortem in habitat.

c *Fides veritatis.* id est, fides quæ habetur veritati, scilicet hoc casu. alias autem quandoque exiguntur verba, vt in stipulatione: vt ff. de verbo. oblig. l. j. in princ. & in testamẽtis: vt infra de test. l. iubemus. & in nouationibus : vt infra de noua. j. in fi.

Gl. in l. c. quoniã fre quenter. adducit hanc auth. quòd testes nõ possunt recipi ante litem contest. vbi a liquid est expediẽtiã iudicis officio.

d *Pro herede.* i. pro domino: vt instit. de here. quali. & dif. §. fi.

e *Vel bonorum possessionem.* scilicet vnde liberi, quæ datur suis & manciparis. vt ĵ. vnde libe. l. j. & fi. Accursius.

f *Debetis.* scilicet si vultis: vt ĵ. si tutor vel cura. l. j. & hoc cum solennitate quam dicit auth. fi omnes. &c. quam hic lege, & est sumpta ab auth. vt sponsa. larg. §. ad hæc.

g *Si omnes præsentes.* scilicet in illa ciuitate: vt in corpore. alibi aliter accipitur: vt ĵ. de præscrip. long. temp. l. fina.

h *Vocentur.* alias non valet restitutio: vt ff. de mino. etiam si §. fi. cum & causa cognita fieri debeat: vt ff. e. l. in causæ. j. §. causa, & l. ait prætor. §. non solũ. in fi. §. & ĵ. si per vim vel alio modo. l. fi. & ff. si cui plusquam per leg. Fal. l. j. Quid in legatariis? Ref. & hi vocantur, vt in auth. de here. & Fal. §. sanctimus. col. j. & ĵ. de auct. presi. l. fi. sed argu. contra ĵ. de iure deli. l. fi. §. fed & legatarij.

Concor. c. cum ex literis, iuncta glo. super verbo, donec. extra de rest. in integ.

i *Abstinet.* id est petit restitui vt abstineat.

k *Citentur.* non ergo per præsentes plures præiudicatur absentibus pauciorbus secundum quosdam ĵ. fami. ercis. l. cohæredibus. Sed arg. contra ff. de pac. l. & fuum in fin. & l. maiorem. & l. reseriptum. & ff. de curato. bonis dan. l. ij. debent tamen hi omnes vocari saltem ad domum : vt infra de anna. excep. l. vt perfectius. in fine.

SI vos.} CASVS. Si filio fumil. minori delata fuerit hereditas paterna, neque ei se miscuit, an non obstante eo quòd prorestatus non est te illam habere velle, sibi præiudicauit quo minus eam repudiet, ne à creditoribus conueniatur, qui dicunt eum filium & heredem, quæritur? & respon. quòd non. si autẽ se immiscuit, & postea vult eam repudiare: an possit beneficium restitutionis in integrũ petere, quæritur? & respond. quod sic.

a *Immiscuistis.* immiscere suorum est, adire ex transeorum. vt instit. de here. qualitate & diff. §. extraneis.

b *Ob eam rem.* scilicet quòd abstineatis. Et dic testificatio, id est, denũtiatio vel protestatio coram restibus. Et sic not. quòd hæc. l. probatur opinio quorundam qui dixerunt quòd suus heres præsumitur adiisse, & tenetur statim creditoribus. & pro eis est illud Paulli. Si filius, ego & heres. Ité quòd est suus & necessarius. vt instit. de here. quali. & dif. §. sui. & le here. quæ ab intesta. §. ij. & arg. ĵ. de cur. fu. l. fin. §. j. Sed illud est verum quantũ ad nomen, non quantum ad commodum vel incommodum, vt hic, & instit. de hered. quali. & dif. necessarij vero. & ff. de acqui. hered. quæritum. vel domum patris inhabitauit post mortem. nã & tunc debet probare non animo adeundi fecisse. vt ĵ. de re. pu. here. l. j. in casu tamen perinde habetur ac si statim immiscuisset se. vt ff. de fideicom. li. l. cũ quasi. §. fed & quis. in fine. §.

Testificatio.

Adire hereditatem videtur qui domum patris post mortem in habitat.

c *Fides veritatis.* id est, fides quæ habetur veritati, scilicet hoc casu. alias autem quandoque exiguntur verba, vt in stipulatione: vt ff. de verbo. oblig. l. j. in princ. & in testamẽtis: vt infra de test. l. iubemus. & in nouationibus : vt infra de noua. j. in fi.

Gl. in l. c. quoniã frequenter. adducit hanc auth. quòd testes nõ possunt recipi ante litem contest. vbi a liquid est expediẽtiã iudicis officio.

d *Pro herede.* i. pro domino: vt instit. de here. quali. & dif. §. fi.

e *Vel bonorum possessionem.* scilicet vnde liberi, quæ datur suis & manciparis. vt ĵ. vnde libe. l. j. & fi. Accursius.

f *Debetis.* scilicet si vultis: vt ĵ. si tutor vel cura. l. j. & hoc cum solennitate quam dicit auth. fi omnes. &c. quam hic lege, & est sumpta ab auth. vt sponsa. larg. §. ad hæc.

g *Si omnes præsentes.* scilicet in illa ciuitate: vt in corpore. alibi aliter accipitur: vt ĵ. de præscrip. long. temp. l. fina.

h *Vocentur.* alias non valet restitutio: vt ff. de mino. etiam si §. fi. cum & causa cognita fieri debeat: vt ff. e. l. in causæ. j. §. causa, & l. ait prætor. §. non solũ. in fi. §. & ĵ. si per vim vel alio modo. l. fi. & ff. si cui plusquam per leg. Fal. l. j. Quid in legatariis? Ref. & hi vocantur, vt in auth. de here. & Fal. §. sanctimus. col. j. & ĵ. de auct. presi. l. fi. sed argu. contra ĵ. de iure deli. l. fi. §. fed & legatarij.

Concor. c. cum ex literis, iuncta glo. super verbo, donec. extra de rest. in integ.

i *Abstinet.* id est petit restitui vt abstineat.

k *Citentur.* non ergo per præsentes plures præiudicatur absentibus pauciorbus secundum quosdam ĵ. fami. ercis. l. cohæredibus. Sed arg. contra ff. de pac. l. & fuum in fin. & l. maiorem. & l. reseriptum. & ff. de curato. bonis dan. l. ij. debent tamen hi omnes vocari saltem ad domum : vt infra de anna. excep. l. vt perfectius. in fine.

I. Imp. SEVERVS & ANTONIN. AA. Florentio * & aliis.

SI vos paternæ hereditati nõ immiscuistis : a ob eã rẽ b testificatio necessaria non fuit, cũ fides veritatis c verborum adminicula non desideret. Quòd si pro herede d gessistis, vel bonorum possessionẽ e accepistis propter ætatẽ cui subueniri solet in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. f. PP. VI. Non. Maij, Saturnino & Gallo Conss.

Florentino.

Adire & immiscere differunt.

a *Immiscuistis.* immiscere suorum est, adire ex transeorum. vt instit. de here. qualitate & diff. §. extraneis.

b *Ob eam rem.* scilicet quòd abstineatis. Et dic testificatio, id est, denũtiatio vel protestatio coram restibus. Et sic not. quòd hæc. l. probatur opinio quorundam qui dixerunt quòd suus heres præsumitur adiisse, & tenetur statim creditoribus. & pro eis est illud Paulli. Si filius, ego & heres. Ité quòd est suus & necessarius. vt instit. de here. quali. & dif. §. sui. & le here. quæ ab intesta. §. ij. & arg. ĵ. de cur. fu. l. fin. §. j. Sed illud est verum quantũ ad nomen, non quantum ad commodum vel incommodum, vt hic, & instit. de hered. quali. & dif. necessarij vero. & ff. de acqui. hered. quæritum. vel domum patris inhabitauit post mortem. nã & tunc debet probare non animo adeundi fecisse. vt ĵ. de re. pu. here. l. j. in casu tamen perinde habetur ac si statim immiscuisset se. vt ff. de fideicom. li. l. cũ quasi. §. fed & quis. in fine. §.

Testificatio.

Adire hereditatem videtur qui domum patris post mortem in habitat.

c *Fides veritatis.* id est, fides quæ habetur veritati, scilicet hoc casu. alias autem quandoque exiguntur verba, vt in stipulatione: vt ff. de verbo. oblig. l. j. in princ. & in testamẽtis: vt infra de test. l. iubemus. & in nouationibus : vt infra de noua. j. in fi.

Gl. in l. c. quoniã frequenter. adducit hanc auth. quòd testes nõ possunt recipi ante litem contest. vbi a liquid est expediẽtiã iudicis officio.

d *Pro herede.* i. pro domino: vt instit. de here. quali. & dif. §. fi.

e *Vel bonorum possessionem.* scilicet vnde liberi, quæ datur suis & manciparis. vt ĵ. vnde libe. l. j. & fi. Accursius.

f *Debetis.* scilicet si vultis: vt ĵ. si tutor vel cura. l. j. & hoc cum solennitate quam dicit auth. fi omnes. &c. quam hic lege, & est sumpta ab auth. vt sponsa. larg. §. ad hæc.

g *Si omnes præsentes.* scilicet in illa ciuitate: vt in corpore. alibi aliter accipitur: vt ĵ. de præscrip. long. temp. l. fina.

h *Vocentur.* alias non valet restitutio: vt ff. de mino. etiam si §. fi. cum & causa cognita fieri debeat: vt ff. e. l. in causæ. j. §. causa, & l. ait prætor. §. non solũ. in fi. §. & ĵ. si per vim vel alio modo. l. fi. & ff. si cui plusquam per leg. Fal. l. j. Quid in legatariis? Ref. & hi vocantur, vt in auth. de here. & Fal. §. sanctimus. col. j. & ĵ. de auct. presi. l. fi. sed argu. contra ĵ. de iure deli. l. fi. §. fed & legatarij.

Concor. c. cum ex literis, iuncta glo. super verbo, donec. extra de rest. in integ.

i *Abstinet.* id est petit restitui vt abstineat.

k *Citentur.* non ergo per præsentes plures præiudicatur absentibus pauciorbus secundum quosdam ĵ. fami. ercis. l. cohæredibus. Sed arg. contra ff. de pac. l. & fuum in fin. & l. maiorem. & l. reseriptum. & ff. de curato. bonis dan. l. ij. debent tamen hi omnes vocari saltem ad domum : vt infra de anna. excep. l. vt perfectius. in fine.

Tres menses. simile spatium datur. ĵ. de re iu. auth. iubemus. & ĵ. quomodo & quando iude x. auth. qui semel.

m *Desiderat.* per restitutionem.

n *Vbi.* dando curatorem bonis: vt ff. de curato. bo. dan. l. j. ij. & iij. & excipe nisi quid perit per imbecillitatem ætatis: vt ff. de mino. l. ait prætor. § pe.

S *Tres.*} CASVS. Tres hereditates erant delatæ, paterna, & duorum auorum patrum & matrum, quitas hereditates nõ adiit, sed paternam, sentit se læsum : vult restitui ad tacitè repudiatas : scilicet auitas : vt abstineat à paterna. an sit audiẽdus, quæritur? & respõ quod sic.

o *Auitas.* paternus vel maternus, scilicet tui, nominatiui casus.

p *Te heredem.* patre tuo forte exheredato antea vel mortuo.

q *Non adiit.* id est, repudiastiue anno tacuit, sic. ĵ. quando non pe. par. l. j. & ideo es læsus.

r *Successione.* scilicet, quam adiisti. & quam modo repudias iure restitutionis, vt subinde : vt ff. eo. l. quòd si minor. §. Scæuola. & nisi contra patrem velit iterum restitui : vt infra de bo. quæ lib. l. fin. vbi autem puerilis.

s *Parentum.* id est auorum. Sed nunquid iure ciuili, an prætorio? Resp. si auita est ei delata post hereditatẽ paternam, iure ciuili : si ante, prætorio : vt ĵ. vnde libe. l. qui se. nisi in duobus casibus secundũ Io. vt ff. de curato. dicit. instit. fina. & vnde liberi. l. fcripto.

t *Obtinere.* scilicet per restitutionem.

† *In scriptis ex empt. legitur, in integrum restitutionem postulare. Val. Seraphiadi.*

admittitur eorum separatione vt hic. Bald.

II. Imp. GORDIANVS. A. Herodotæ.

SI eum aui tui o testamento te heredem p reliquisset, hereditates eorum nõ adisti : q liberum tibi est repudiata paterna successione, r per in integrum restitutionis auxilium (quo te ætatis iure dicis esse munitam) hereditatem parentum s tuorum (licet non antea adiisti) nunc obtinere. t PP. III. Nonas Feb. Gordiano. A. II. & Pompeiano. Conss.

TITVLVS XL.

SI VT OMISSAM u HEREDITATEM vel bonorum y possessionem, vel quid aliud z acquirat. a

Aduersus hereditatis vel bonorum possessionis omissam agnitionem minor potest in integrum restitui. hoc dicit. l. j. Tamen si emancipatus restituitur, debet conferre fratribus quod habuit tempore mortis patris. hoc dicit. l. ij. & sic habes totum titu. Bald. Vel sic: Minor potest restitui vt adeat hereditatem de iure ciuili: & etiam vt bonorum possessionem petat de iure prætorio: a l collationem tamen tenebitur, hoc dicit totus tit. Salycetus.

I. Imp. GORDIANVS. A. Protæ.

MInores vigintiquinque annis non tantum in his quæ ex bonis propriis amiserunt, verumetiam si hereditatem sibi delatam non adierint, b posse in integrum restitutionis c sui auxilium postulare, iamdudum placuit. d PP. Id. Octobr. Pio & Pontiano Conss.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Sarapiadi. †

AD bonorũ possessionẽ e

l. j. & ij.

a *Acquirat.* per restitutionem.

Minores.} CASVS. Si minori fit delata hereditas, & repudiauerit : an eam restitui possit, quæritur? & Respon. quòd sic. non enim solum restituitur si res suas quas habuit, amisit : sed si quas nondum habuerit, eas tamen habituus erat si non inconsulte repudiasse.

s *Capitula*. super quibus non est iuratum: vt infra ea. l. §. nullo tamen &c. Vel dic super quibus est iuratum: vt infra. §. proxi. sed & causæ &c.
t *Sibi*. scilicet reu- vel actor.
u *Hoc attestetur*. qua ex causa subire iusiurandum recusat? Forte quia dubitat de facto, cum hoc iuramentum sit veritatis: vt ff. eo. l. iusiurandum & ad pecuniãs. circa princ. & ff. rerũ amot. l. Marcellus. §. iurare autem. Accursius.
x *Auxilium*. ille ergo cui defertur, appellat, & datur iudex appellationi: cuius officium quale sit, statim subijcit.
y *Ex recusato*. hoc expone vt supra. Et quasi dicit, ideo quia non per omnia est simile, vt modo notaui.
z *Præiudicij*. ex prima sententia.

A a *Dispendij*. nam neuter alteri damnatur in expensis ob hoc quòd calumnioſe egerit. nam vnus vicit vnam causam, alius aliam: & sic quilibet bonam causam fouisse videtur: vt in authent. de iudic. §. oportet. coll. vj. Vel dic, dispendij ex prima sententia, scilicet quia cassatur per appellationem. Vel dic id est damni.
b *Cursus*. quãtum est in alijs capitulis: vt infra ea. l. §. nullo. Vel dic etiam huius, scilicet primæ & secundę. nam procedit vt moris est procedi in causis principalibus & appellationis.
c *Recusatũ*. ab eo cui delatũ est, volente tamen deferẽte. Dic ergo recusatũ, id est remissum: secus si iudex detulit: & is cui delatum est, recusat delatum, vt subijcit, cũ &c. & §. eo. §. sin autem.
d *Detulit*. Not. delator non appellat: sed relator, secundum P. sic: quia facit hoc ex necessitate: vt ff. de cõstitu. pecu. l. illud. fed Ioan. contra: quia omnis relator est delator.
e *Petitionem*. id est iurisiurandi illationem. *m, delatũ* Et no. hic triplex iuramentum: vt no. ff. eod. l. j. in fi. & supra eo. l. j. & est voluntarium, quod spõte suscipitur, & recusatur, & refertur: vt ff. eod. l. iusiurandum quod ex conuentione. in princ. de alijs duobus dicit hæc. l. sunt & alia multa iuramenta, de quibus in corpore iuris tractatur: vt not. ff. eod. super rubrica. Item no. quòd in casibus nullo modo refertur: vt ff. rerum amo. l. Marcellus. §. fina. & l. non magis. Item & infra de fideicom. l. fina. Item & vbicũque lex deferat, nisi eadem lex dicat de recusatione: vt infra de bo. aucto. iud. poſ. l. fin. §. fin. & d. l. Marcellus. & supra ea. l. delata.
f *His de præsentibus*. Personarum, quarum est negotium, alię sunt præsentes, aliæ absentes. supradicta locum habent inter præsentes. In absentibus autem non omnino quantum ad expensarum præstationem: sed quædam eorum obtinent. Item not. secundum Iro. quòd illatum auctore iudice iusiurandum à parte parti: aut suscipitur, aut recusatur: suſceptum, aut præstatur, aut refertur. relatum rursus, aut suſcipitur, aut recusatur. qui delatum aut relatum præstitit, obtinet: qui recusat sine causa, cedit quidem: sed qui intulit relatumque recusat, non potest prouocare, quod scilicet alteri non denegatur. nam appellare potest, qui sacramentum sibi delatum recusat. cum iudici videatur quòd iuret. nam contra eum fertur sententia, ab absente quoque altero idem & casus & iuris euentus deprehenditur. & hoc dicit lex ista secundum Iro.
Summariũ totius legis.
g *Statutis*. vsque nunc.
h *Necesse est*. deferri ergo potest absenti, sicut & remitti: vt ff. eo. l. pen.
i *Existimauerit*. vt ff. eo. l. iusiurandum. §. si de qualitate. aliàs, destinauerit.
k *Sub actorum*. conficiendorum corã iudice illius prouinciæ vbi absens degit. & ad hoc. j. de fi. instru. l. iudices. & §. de iur. calum.

iudex appellationi præsidens, bene quidẽ illatũ iusiurandũ, nõ ritè autẽ recusatũ pronunciauerit: res secundũ quod iudicatum est, permanebit. Sin autẽ nõ ritè quidẽ illatum, rectè autẽ recusatum sacramentũ pronunciauerit: tũc ei licebit emẽdare sententiã iudicis, quæ quasi ex recusato y sacramẽto processit: & nihil penitus nec præiudicij, z nec iniusti dispendij a cuicunq; incurret: sed & causæ cursus b ab initio vsq; ad nouissimũ terminum non impedietur: & lis æqua lance trutinabitur. ¶ Siue autem illatũ iuramẽtum præstitũ fuerit, siue recusatum: c ipsi parti quę hoc intulit, nullum prouocationis remediũ in hoc reseruabitur: cũ nimis crudele est, parti quæ hoc detulit, d propter hoc ipsum, q̃ iudex eius petitionem e secutus est, superesse prouocationem.

Iuramentum defertur absenti, & debet venire ad iudicem, vel ad eum mitti, vt sub aliorum testificatione iuret, vel referat, vel recuset. Et quæ dicta sunt de appellatione inter præsentes, dicuntur inter absentes. h. d. no. vsque ad §. in omnibus. Bal. ...a.

His de præsentibus f personis statutis, g nec absentes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subiugamus. ¶ & si persona præsens non inueniatur, cui sacramentum illatum est, lite fortè per procuratorem ventilata: necesse est h vel ipsam principalem personam datis certis inducijs ad iudicẽ venire, vt ea quæ de sacramentis statuta sunt, impleat: vel si iudex exiſtimauerit, i in prouincia vbi degit, sub actorum k

alias sub iuramento, quandoque nullo modo refertur.

Summariũ totius legis.

calum. l. ij. §. finautem. & auth. principales. & ff. eod. ad personas. & §. fin. reg. l. si quis.
a *Euentus*. vt si illatum sibi susceperit & præstiterit, vincat. idem est si relatum præstat. si autem relatum vel illatum sine causa recusat, amittat causam: nec liceat ei qui intulit, appellare.
b *Neutrum*. id est neque per se, neque per procuratorem.
c *Iudicis*. coram quo iuratur.
d *Ab vtraque parte*. cũ alteri parti fuit delatum, & ab ea alteri relatum, vel cum vnicuique fuit delatum super diuersis capitulis, & sic vtrique profuit sententia.
† *Iste text. est sing. secundũ Ang. hic, q̃ iuret & ab ea præstitum: in nullum iudi cialem vel ne cessarium po test præstari per partem aduersam.* c *Ab altera*. cum alteri parti fuit delatum, & ab ea præstitum: in quo casu condemnatur in expensis pars quæ detulit. & sic secundum l. properandum. §. si autem alterutrum. & de iudic. & in authent. de iudi. §. oportet. vel. vj. Item not. dicis imponendis. & de expẽsis officio iudicis imponendis. & ad hoc infra de appel. l. eos. §. si quis autem. & infra de testi. l. quotiens. & infra de testi. l. quotiens fecinam liberi.
Relatum mutuatum, debitum Ange.
f *Vel huic*. vel pro id hic, q̃ huic est.
An iuramẽtũ iudiciale possit recusari.
pendeãt differentiæ
g *Membris*. id est calatio data pitulis.
super vno: tamẽ super alijs indicã. officium
h *In domibus*. ratione sexus vel dignitatis: vt ff. eod. l. ad personas. & iusiurandum & ad pe cunias. §. si de qualitate. & §. de iur. calum. l. j. §. j.
tata est lex pars.
i *Oratorijs*. id est super altari.
k *De calumnia*. quod præstatur à deferente. & de his habes. ff. eo. l. iusiurandum & ad pe. §. ait prætor. & §. qui iusiurandum.
l *Legibus*. super iuramento calumniæ. & in litem, & in alijs: vt no. ff. eo. l. j. etiã super illo, excepta recusatione: quod hodie sit & tempore sententiæ: vt supra ea. l. in princ. §. fin autem is cui. nam olim fiebat post sententiam: vt supra ea. l. in princ. ADDITIO. Tu dicas hanc glo. communiter reprobari per docto. in eo quod dicit duo nona hac lege induci contra iura vetera. De secũdo enim diximus supra ea. l. in fine. De primo vero, scilicet quòd hodie possit iuramentum iudiciale recusari dic hoc verum subexistente causa: vt satis probat text. supra in §. fin autem is cui. iũcto. §. sequen. & sic. l. manifeste. ff. eo. non corrigitur hodie, vt dicunt communiter ibi docto. Vide Abbatem in cap. fina. in princ. extra eod. versic. sed contra prædicta.
m *Cauta sunt*, exceptis casibus duobus primis huius. l.

CVm quis. ℈ CASVS. Testamentum fecisti, heredem instituisti. ex eodem testamento fundum mihi quasi relictum ab herede perij: heres negauit fuisse mihi aliquid relictum. non apparente testamento, detulit mihi heres iuramentum: quæritur an restituere debeam quod accepi, cum appareat post nihil mihi fuisse relictum? Respond. quòd sic: & hoc in prima. Si vero aliquid fuerit mihi relictum, sed erat quæstio inter me & heredes an detrahere possent Falcidiam, & delato mihi iuramento iuraui Falcidiæ locum non esse. si possem heres Falcidiam detrahere, quæritur? Dicitur quòd sic: vt non ex periurio meo lucrum consequar. & hoc in secundam.
n *Exigeret*. in iudicio.
o *Pro eo*. scilicet legato.
p *Manifestum esset*. nõ per testes, sed per scripturam testamenti secundum P. vel die a *Idẽ Bar. & Sal.* tiam per testes.
q *Accepisset*. hoc primum soluit infra, nobis itaque &c. aliam quæstionem soluit ibi, sed & si verum &c.
r *Legatum*. contra. ff. de dolo. l. quòd si deferente. Solu. transactio non valet in rebus testamenti antequam aperiatur: vt ff. de transact. l. de his cõtrouersijs. & sic fuit hic.
s *Lucrum*. immo videtur stari delationi: vt ff. de dolo. l. quòd si deferente. & l. sequen. vel si iuratum est sine delatione, tũc detur de dolo: vt in eod. titu. l. si legatarius. quæ sunt contra. non condictio indebiti, de qua hic dicit. Solu. Hæc corrigit illas quo ad hunc casum. & erit ratio: quia iuramentum obtinet vim transactionis: vt *Transactio* ff. eod. m. l. j. & ij. sed *non potest* transactio non potest *fieri nisi* cognitis verbis testamenti, ergo *bis testamẽ* nec iuramentum deferri: vt ff. de transact. l. de his. & quemadmodum testa. aper. l. j. Vel ibi erant cognita verba testamenti: hic nõ. Item not. hic speciale vt retractetur iuramẽtum: vt ff. eod. l. admonendi.
t *Ne cui*. potes intelligere vt de Falcidia non fuerit facta quæstio: & ideo ipso iure in ea non obstat iuramentum. Vel secundo die quòd de ea fuerit facta quæstio, & sacramẽtum delatum, & iuratum quòd Falcidia non habebat locum. intelligi de alio pacto delicto.

tata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. III. Kalend. Nouemb. Decio. V. C. Conss.

Ista est no. & facilis lex, & hoc intendit: Causa vltimæ voluntatis falsò iuramento decisa, retractatur veritate reperta: & in causa executionis testamenti potest obijci leg. Falcidiæ beneficium. h. d. no. Bald. Vel sic: Iuramentum super vltima voluntate præstitum retractatur, si contrarium postea probetur. & si Falcidia immineat, illa detrahitur iuramento non obstante. Salyc.

XIII. Idem A. Ioanni. PP. P.

CVm quis legatum vel fideicõmissum, vtpote sibi relictũ, exigeret, n & testamẽto fortè non apparẽte, pro eo o iuramentum ei ab herede delatũ esset, & is religionẽ suã præstaret, affirmãs sibi legatũ vel fideicõmissum derelictum esse, & ex huiusmodi testamẽto, id quod petebat, cõsecutus esset, postea manifestum esset p factum, nihil ei penitus fuisse derelictum: apud antiquos quærebatur, vtrũ iurando standum esset, an restituere deberet quod accepisset: q vel si reuera ei derelictũ fuisset legatũ r vel fideicõmissum, an daremus licentiã heredi Falcidiã, si competat, ex hoc retinere? Nobis itaq; melius visum est repeti ab eo legatum vel fideicõmissum, nullumque ex huiusmodi periurio lucrum s ei accedere. Sed si verum fuerit inuentum: quarta detentionem introduci (si tamen locum habeat) ne cui t ex delicto impium sibi lucrũ afferre nostris legibus concedatur. Dat. XV. Kalend. Nouemb. Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestæ. VV. CC.

TITVLVS II.
SI CERTVM PETATVR.

Onera hereditaria inter heredes pro hereditarijs portionibus diuiduntur, etiam si in prælegatis sit inæqualitas, h. d. Bald. Vel sic. Heredes tenentur ad onera hereditaria non pro modo prælegatorum, sed pro hereditatis rata. Salycetus.

SI CERTVM PETATVR.

De actionibus personalibus dictum est, & de condictionibus præmittit. & primo de illa quæ petitur certum, quæ est generalis: vt ff. eod. l. certi. sed etiam dicit hic titu. de condictione certi ex mutuo, in qua ser- Continuatur *uantur quædam specialia: vt ff. eo. l. singularia. & quod hic dicit, si certum petendo, ad esse mutuum, nam vestimentum eius significatio, alij dicunt esse actionis nomen: vt ff. de vsufr. l. 1.*

NEq; ℈ CASVS. Testamentũ fecisti, duos heredes instituisti, alteri fundũ prælegasti: qualiter inter eos æris alieni facienda est diuisio: an pro portionibus hereditarijs tantũ non habita

habita ratione prælegati,an habita? Respon.q̃ ius institutionis nõ prælegati inspiciendũ est: & qui aliud desiderat, neque rem vsitatã,neq; æquã desiderat,siue dirigit sermonẽ ad eum cui nihil erat prælegatũ volentẽ habere rationẽ prælegati,qui nõ videtur hoc ignorasse q̃ pro portione hereditaria faciẽda sit diuisio æris alieni:

cum ipse creditoribus pro portione sua cauisset.Viuianus.

a *Neque æquam.* quo ad ius scripti. Accursius.

b *Neque vsitatã.* quo ad consuetudinem.

c *Aes alienum.*quod pater tuus debuit : vt ff. de verb.signifi.l.cedere.§.æs alienum.

d *Pertinere.* vt §. de pact. l. pacto. & famil. erciscun.l.licet.& l. ea quæ. & infra de hered.act. l.creditores. & l.pro hereditariis.& ĵ. de excep. l.j. Et est alia ratio,[a] quia personalis obligatio non sequitur fundum etiam prælegatum: vt ff. ad Trebel.l.j.§.si heres. Item & alia,quia legata non consueuerunt esse de damno: vt ff. man. l. si hereditatem. sed reuocãtur propter æs alienum, & debitum bonorum subsidium : vt sint nulla: vt ff. de here. institu. l. ex facto. ij.§. vnde scio .& ĵ. de iure delib. l. scimus. licentia danda creditoribus.

[a] *Idem Sal. Bu. & Bal.*

e *Caueris.* per quod agnoscere videris pro rata : vt infra ad leg. Facid.l.j.

Q *Vamuis.*ĵ. Casvs. Pecuniam meam Titio tu nomine tuo mutuasti , & eam tibi reddi tuo nomine stipulat" es:an mihi quæsita sit actio aduersus Titium? Respond.non, si pecunia consumpta fuerit. Sed qua actione te conueniam,non aperit.Tu dic, vtili nego.gest.

f *Pecuniam tuam.*per quod videbatur tibi quæsita actio.

g *Suo.* si autem tuo,esset tibi actio quæsita:vt ff.e.l.certi. §. si nummos. licet si tibi stipulatus esset, nulla tibi quæreretur actio:vt in ea.l.§. quoniam.

h *Stipulando.* nisi enim esset stipulatus , non quæreretur sibi actio.nisi ex consumptione . nam eo modo reconciliatum esset mutuum : quod dic vt ff.eod. l.ij.§.appellata. Item amouet stipulatio sequens actionem,quæ oritur ex numeratione, & quando, dixi.ff.eod.l.certi.§.quoniam.in glo. scilicet, cõdicere &c.

h *Stipulando.* similiter per vsucapionem.ff.eo.l.non omnis numeratio.circa prin.

i *Ius obligationis.*certi cõdictionis ex stipulatione,non ex numeratione &c.

k *Mãdatu.*scilicet vt negotium tuum gessisse videatur te ratum habente in subsidium,pecunia cõsumpta per debitorem.

l *Consequeris.*vtili negotiorũ gestorum:vt §. de rei vindi.l.mater. & ĵ. de reb.alie.non alie.l.ij.vel depositi,si erat deposita,& generaliter ex quouis cõtractu ex quo apud eũ fuit. Sed quid si pecuniam alienam, quam dedi mutuo , stipulatus sum mihi reddi, & dominus pecuniã suam vindicet antequã consumpta sit,an tenebitur mihi ille cui numerauit? Videtur q̃ nõ, arg. ff. de in rem ver.l.sed dicendum. & ff.de condict. sine cau.l.j. in fi.& l.ij.& iij. Item pro hoc.ff.de stipu. ser.l.j.§.ij. Sed econtra videtur q̃ sic:quia in genere debitor est, quod nõ perit : vt ĵ. eo.l. incendium.primum verius est.Item quid si dedi pecuniã alienam mutuo , nec debitor vult eam consumere , qualiter à me conueniatur? Videtur quòd non possit,ar.ff.eo.l.non omnis. §. & cum pecunia. Item condictio sine causa non datur: quia ex causa est apud eum, quæ non est finita : nec datur re-

A spectu possessionis:quia ad certæ pecuniæ possessionem non est adstrictus. Magis videtur verum [b] vt teneatur quasi consumpta pecunia:quia per eum fit ne consumatur:vt ff.de condi. & demon.l.iure ciuili. si vero bona fide hoc faciat, non tenetur:vt quia est ei denunciatum à domino ne consumat : vt ff. hic.

[b] *Vsted q. Probat vi. detur Cyn.*

Qui officium in prouincia administrat, fœnus exercere non potest. Bald.

III. Imp. Gordianvs A. Sempronio.

EOs qui officia administrant,[m] neque per se, neque per suppositas personas tempore officij sui in prouincia fœnus [n] agitare posse, sæpe rescriptum est.PP.VIII.Kalend. Septemb. Gordiano A. & Auiola Conss.

B *Qui nomine domini mutuat : si dominus nomen debitoris ratiõ non habet, agit actione mandati, vel vtili, absque cessione. Hoc dicit. & est not. Baldus.*

IIII. Imp. Philippvs A. & Philip. Cæs. Maximo.

SI absentis[o] pecuniam nomine eius [p] fœnori dedisti, ac reprobato[q] nomine, [q] mandatis actionibus [r] experiris: præses prouinciæ iurisdictionem suam præbebit.Idem [s] si cessare [t] mandatum [u] animaduerterit, vtilem [x] tibi [y] aduersus debitorem actionem eo nomine competere non negabit. Propos. XV. Kalend. Mart. Præsente & Albino Conss.

Nor. est, & *h. d. Numeratio in persona vnius non obligat alios , nisi constituerint se eos debendi in solidum re vel verbis , vel chirographo , & biennium sit elapsum vel inuicem fidemfecerint. Baldus. Vel sic : Plures res debendi possunt in solidum tam re quàm verbis constitui . & plus valet verum, quàm simulatum. Salycetus.*

C

D

m *Administrant.*ad tẽpus .secus si sunt perpetui:vt ff.eo. l.præsidis.in prin.c.

n *Fœnus.* ff.fœnerando. Alij idẽ si sine fœnore dent : & idem in quolibet contractu:vt ff.e. l.& principalibus. & §.de cõtra.iud.l.j. & ff.de contra.emp.l.põ licet.& l.qui officij.& idem argu. sumere videtur quòd possit: vt d.l.ff.e.l.præsidis.in fi. quod intellige à non subditis: ne sit contra. ĵ.eo.l.pen. Accur.

SI absentis.ĵ. Casvs. Absente me pecuniam meã & meo nomine Titio mutuasti, quem conuenire volebam , sed mutuum reprobaui:qualiter mihi succurratur ad recuperationem pecuniæ à te mutuatæ, cùm tecũ actionem nõ habeam, quæritur? Respond.q̃ cedam tibi actionem, & vtĕris iure cessũ. Si vero nõ cedã: quia nõ compellar , nisi te cõuenissem , & tu excipperes,quia nomine meo mutuasses, quo casu per except. cõpelleret cedere.tunc vtilem actionem quasi fictione quadam nomine tuo mutuasses,præses prouinciæ tibi competere non negabit.

o *Si absentis.* scilicet Titij.

p *Nomine eius.* vnde directam actionem ei non tibi quæsisti: vt ff.eo.l.certi.§.si nummos.

q *Reprobato nomine.*ab eo cuius fuit pecunia, volente eo agere tantũ aduersus te. Et dic nomine, id est cõtractu vel actione. Vel dic, debitore. Vel dic quòd reprobat per in integrum restitutionem. Vel verius reprobat eoipso quod nõ vult agere ex actione sibi quæsita. Alij dicunt eo quòd ratum non habet:quod non placet : sed licet reprobet,vt dixi : tamen ei est quæsita etiam ignoranti & inuito : vt & allegatur. ff.de actio. & obliga.l.si à furioso,& ideo eã cedit:vt hic dicit. Sed quid si dederit nomine absentis, & postea incontinenti sibi stipulatus est? Forte dici potest vt tantum ex stipulatione agatur: vt ff.de noua. l.cum enim . nec dicã priori ablatam actionem: quia nec habuisse videtur. Vel dic aliud esse cum quid suo nomine numerat, & postea stipulatur:& aliud cum alterius nomine dedit.sic ergo tenetur duobus: & cui primo soluerit,ille habebit. Vel dic quòd non potuit nouare : vt ff. de procurat.l.mandato.& l. procurator totorum.& de iudi.l.si petitor. & hoc placet.

r *Actionibus.* si cedat tibi,actionem directam habes:sed si nõ, vtilem.

s *Idem.*præses prouinciæ.

t *Si cessare.*quia nõ cogitur mãdare:nisi opposita exceptione.

u *Mandatum.*id est cessionem.

x *Vtilem.*quasi tuo nomine dedisses:vt ff. de admini. tuto.l. cum quæritur.& ad hoc infra de contra.iudi.tu. l.si non.

y *Tibi.*scilicet mutuanti, vel cuius nomine est numerata.

Si non

Casum po-nit.

SI non singuli.ĵ. Casvs. Tres fuerunt confessi se mutuo decem accepisse, & vni tantum fuerunt numerata. dicit quòd alij duo non tenentur: si nullum tamen horum quatuor interuenerit, id est quia non obligauerunt se in solidum re vel verbis constituentes se reos, vel si non fideiusserant pro eo qui accepit,vel non est lapsum biennium.Item eodem modo profequeris in tribus qui confessi fuerunt se accepisse oleũ, sed vni numerata fuit pecunia.nam duo non tenentur , nisi aliquid supradictorũ quatuor interuenerit: sed tunc tenentur sicut tertius tenebatur . Item ille etiam cui est pecunia numerata,non tenetur ad oleum, sed ad pecuniam quam vere accepit,nisi in stipulatione fuerit oleum deductũ: vt ĵ.l. proxima distinguitur.

† *alias addatur negatio non.*

b *In solidum.* te & ipsis mandantibus & volentibus.

c *Quantitate.*quia numeratione tenetur in solidum: sed hoc quomodo? cùm eiusdem pecuniæ & dominium vel possessio non possit esse penes plures quàm penes vnum: vt ff. commo. l.si vt certo.§.fina. Respon.si vni numeretur aliorum voluntate : vt ff.de solu.l.qui hominem. §. j. & ff.de duobus reis. l.eandem. & ad hoc infra de duobus reis. l. exprimere. & ĵ.loca.l.si dunsa.

† *In quibus dam exẽpl. sic legun. ut.ff.de rei dẽdo eleo sit palato nul la subiecta ẽt,et huius rei habita est solennis cõfectio) in so stare, eo quòd ve. fac.inter-cesse eleo accip. ni. debet ma-nifestũ sit.*

d *Vel stipulanti.* repete,si non: & sic fierent per stipulationem duo vel plures rei debendi:vt institu. de duo.reis.in princip. & infra de duobus reis.l. propter, Accursius.

e *Vel intercessionis.*repete,si non. si ergo intercessissent,in solidum tenerentur:vt institu.de fideiuss.§. si plures.

f *Præstitutum tempus.*l. biennii:vt institu.de lit.ob.§.multum.

Exceptio non numeratæ pecuniæ limitata tempore, ab habeat locum fallit cõtractu ce lebrato non in scripto.

g *Rei gestæ.*qualiter fuistis confessi:sed alij fuit data, & non vobis vt sperabatis: vt ĵ. de condi.ex lege.l.fin.sed oppo. hic non proponitur quòd interuenit scriptura confessionis : ergo etiam post biennium potest excipi , cùm biennium obligat vbi literæ interueniunt. Sed dic hic etiam fuisse scripturam.Item nec ob.infra plus vale.quod agi. l.j. quia illa regula fallit in obligatione literarum.

h *Multo magis.*supra fuit vna simulatio, hic duæ:& ideo dicit, multo magis.

i *Si pecunia.*quidam habent,si pro pecunia numerata:& secũdum hoc ponitur casus in hoc loco, vt ponitur ĵ.l.proxi.ideo subijcit, cum si reddendi &c. quia si stipulatio nouãdi animo interponatur,contra est: vt ĵ.l.proxi.sed hoc non placet,quia tunc non fieret confessio olei spe accipiendi pecuniam,cum iam erat accepta ab illis qui de oleo confitentur:vnde nõ haberet locum de protestatione exceptionis quam dicit hic locum habere:vt subijcit, & huius rei est.&c. & ĵ.de nõ nu. pecu.l.aduersus.& alij habent sine pro, quæ est melior. Et dices pecunia numerata,scilicet vni, confessi sunt alij duo de oleo: & ideo subijcit, cum si reddendi &c. quia si stipulatio interuenit ab alijs duobus, datur exceptio in factum : vt ĵ. de non nume.pecu. l.cum vltra. Vel secundum istam eandem literam dic,numerata,id est numeranda:sic §. de le. & constit.l.j.& sic non fuit alicui numerata.& secundum hos duos vltimos modos soluitur contrarium. ĵ.de re.permu.l.rebus. cum istis cõfitentibus non fuit numerata aliqua pecunia,vel aliquid aliud datum. Item secundum primum non fuit facta confessio post numerationem inconsulenti.

k *Stipulatio.* de oleo scilicet , sed tantum confessio huius rei de oleo non accepto.

l *Contestatio.*ante biennium.

A m *Intercesserit.* scilicet numeratio pecuniæ.

n *Nihil deberi.* scilicet ab accipiente pecuniam.

SI ex precio.ĵ. Casvs. Debebas mihi decem ex causa venditionis:rogasti vt dimitterem penes te ex causa mutui, & dimisi : & stipulatus sum ea nouandi animo mihi reddi ex causa mutui: & similiter stipulatus sum vsuras licet falsò demonstres te debere ex causa mutui:quia nouata est prima obligatio, dicitur quòd legitimas vsuras petere potero. si vero vsuras per stipulationem non promisisti, sed obligasti te ad reddenda decem in instrumento ex causa mutui, & simpliciter cõuenisti mihi dare vsuras , eas petere non potero : nec mutatur prima obligatio. Viuianus.

o *Si ex precio.* id est quantitate debita pro precio cuiuslibet venditionis puta.

p *Nouatione.*ipsius sortis.

q *Per stipulationem.* & animo nouandi hoc modo,Decem quæ mihi debes ex venditione tali , confiteris ex causa mutui te debere , & ex causa ea reddere per stipulationẽ promittis & vsuras , & animo nouandi priorem obligationem ex venditione .alias non fit nouatio: vt infra de nouã.fin.

Casum ponit.

r *Præmissa.* in instrumento.

s *Substantia.* inspicitur ergo quòd causa ista fuerat : vt hic , & infra ad Macedo. l. si filius.famil. aliquid.

t *Citra.* id est hinc stipulationẽ.

u *Conscriptum est.* scilicet in chirographo. Sed nonne peierauit tabellio, qui hoc scripsit? Respo.erat priuata scriptura,nõ publica. Vel scripsit quòd sic confitebatur , & non quòd sic esset veritas:vt dicebant Iudæi ad Pilatum, Scribe quòd dicit se regem Iudæorum,non quòd sit rex Iudæorum. *Ioan.19.*

x *Conuenit.*nudo pacto, & sic peti nõ potest:vt infra de vsur. l.quamuis . sed in primo casu huius legis fuerunt vsuræ deductæ in stipulationem.

y *De præcedenti .* sola ergo pactione vel scriptura constitui non potest mutuum . nisi ad manus pecuniam habeat, non dico præsentem, sed in arca . & sic soluitur contra.ff.eodem. l. singularia. & ff. man. l. qui negotia. Item adhuc huic responso est contra. infra de non nume.pecu.l.aduersus. Solu. hic scriptura fuit facta ad nouationem , ibi ad nouationis probationem . sic & ff. de iudic. l. exigere. Vel melius ibi caura fuit quantitas per stipulationem , hic pacto nudo : vt hic distinguitur . vel sol.vt ibi. & concordat huic. l. supra de transact. l. cum ea.& infra ad Vell. l. iij. & supra de postul. si sub specie.& infra plus vale. quod agitur. l.j. & ff. de leg. ij. l. cum filius.§. dominus. *Mutuũ non potest sola pactione vel scriptura cõstitui.*

N *On vnde originem.*ĵ. Casvs. Mutuaui tibi pecuniam redactã ex re furtiua : (quod bene potest fieri: quia dominus est pecuniæ, licet dominus non sit rei furtiuæ. ff.de fur. l. qui vas.§.fi.)si pecuniam mutuasti , non inquiritur vnde ad te peruenerit,sed an sit tui mutuantis.

z *Vnde originem.* id est vnde peruenit ad mutuantem , dummodo sit sua, vt subijcit.

a *Si est propriam.*& sic statim nascitur condictio,aliàs demum reconciliato mutuo:vt dixi §.eo. l.ij. Vel dic propriam , id est suo nomine:aliàs alij quæritur condictio:vt ff.eo. l.certi condictio.§. si nummos. Accur.

SI pro mutua.ĵ. Casvs. Volebã à te mutuo accipere pecuniã: quã cum nõ haberes ad manum,equum vel speciem aliam æstimatã,puta xx.de cõsensu vtriusque nostrum mihi tradi-

disti,

disti, vt ex eo pecunia redigerem, & haberem eam tanquam mutuatam: & stipulatus es eam tibi reddi eum vsuris centesimis: & aurum tibi pignori obligaui. ex isto themate eliciuntur tres quæstiones. Prima est, an teneat ad pecuniam, cùm mihi numerata non sit. Secunda, an ad vsuras centesimas. Tertia, si pignus tantum non valeat, an teneor ad prædictam solidam quantitatem. Vivianus.

a *Æstimatas.* & sic æstimationē videris ab initio accepisse vt hic, & ff. si certum petatur. l. rogasti. & ff. mandat. l. qui negotia. prout habes ibi in litera, nihilo minus. sed si habes, nihilo magis, est contra. Solu. vt ibi.

b *Vsuram.* & ideo per hoc videbatur infirma promissio vsurarū: & sic nihil eo nomine peti posse. quod est minime verū, sed potius siue stipuletur quis vltra statutum modum, siue vsuras vsurarum: nō ideo minus licitas dum taxat petere potest, vt hic, & ff. de vsur. l. placuit. & ff. de cōdic. indeb. l. si nō sortem. in princip. & ĵ. de vsur. l. pro auro. sed per auth. nec licitas peteri, vt ĵ. de vsur. authen. ad hæc.

c *Legitima.* quantitas.

d *Pareas.* vt infra de pigno. l. j. & de distracti. pignorum. l. iij. & ff. si certum petatur. l. creditor. ij. & ĵ. de actio. & obligati. l. aduersus. & ff. de distracti. pignorum. l. quæ-

Veterorum situm. §. finali. sed Veneti contrarium seruant.

observatio.

Vm te. ĵ Casvs. Titius & Seius Gallio in Gallia decē mutuauerunt, reddenda Romæ. Titius in solidum petere volebat: nunquid potuit? distinguitur: aut Titius & Seius constituerunt se duos reos credendi in solidum, re vel verbis, aut non. Primo casu in solidum petere potest: vel Seij esset procurator vel eius heredis. Secundo casu Titius solam dimidiam partem consequetur: & Seius aut eius heres aliam dimidiam.

e *Cum te.* scilicet Caium.

f *Dedisse.* Titio pone.

g *Stipulandi.* in solidum: vt ff. de duo. reis. l. reos.

h *Pro solido.* scilicet vt dixi. & ĵ. eod. l. si non singuli.

i *Animaduerterit.* scilicet iudex.

k *Debitum.* primis duobus casibus iure tuo, sed tertio partim tuo nomine, partim procuratorio: vt ff. famil. erciscun. l. plane. in fi. & facit. ĵ. de consortibus eiusdem lit. l. j.

l *Solum.* nisi lite contestata: vt ĵ. de consor. eius. lit. l. ij.

Eo quòd. ĵ Casvs. Potest poni in tribus scholaribus, qui promittunt domino collectam: eorum nomina in schedula aliqua conscripta sunt: vult dominus primo pecuniam petere ab eo cuius nomē vltimo scriptum est. dicunt illi, aut debitum primo scriptum exiges totum, aut simul. an impeditur exactio, quæritur? Dicitur q. non. vel sic: Mutuaui tribus pecuniam, & quilibet se in solidum obligauit. volo petere ab vno: excipit ille quòd solus cōueniendus non est: quia tres se obligauerunt. Respon. quòd non obstat exceptio mihi talis: vnde ab vno petere possum. & hoc in prima. Item si mutuaui tibi pecuniam, & stipulatus sum oleum mihi reddi: petere potsum: & si debitorem pœniteat quòd ad oleum se obligauerit, non ob hoc rescinditur contractus. & hoc in secunda.

m *Eo quòd.* sic construe: exactio non interpellatur, id est non remouetur, eo quòd vno tantum instrumento continetur obligationis probatio proprij debiti singulorum. debiti dico à multis. nam dicebatur prout quandocunque debitum prius in instramento legitur: ita prius exigendum videtur. vel videbatur non posse peti, nisi totū simul quod in vno instrumento continetur, sed tamē aliud est: vt ff. de cuic. l. cū plures.

n *Exactio.* id est petitio.

o *Non interpellatur.* id est remouetur.

p *Nam si.* vere prædicta ratione non interpellatur: quia nec ista quæ sequitur. Vel dic nam pro certe.

q *Stipulantis.* secus si sine stipulatione transacta fuit mutuatio pecuniæ in vinum, vel in aliam speciem: vt ff. e. l. si non singuli. in fin. & l. si pro mutua.

r *Recte.* id est iure ciuili.

s *Irritum.* vt ff. de trās. act. l. quamuis. & infra de cōtrahē. empt. l. nō idcirco. in fin. & ĵ. de act. & oblig. l. sicut.

Incendium. Casvs. Mutuaui tibi decē. pòst omnia bona tua per incendium perierunt: nunquid desinas mihi esse obligatus, quæritur? Dicitur q. non.

t *Incendium.* vel alius fortuitus casus: vt infra. qui. mo. re contra. ob. §. item is cui res.

u *Aere alieno.* siue sit pecunia, siue aliud genus. quod enim in genere debetur, perire non potest: vt ff. ad l. Fal. l. in ratione. ij. §. diligenter. ibi, incertæ &c. & de verb. ob. l. in-

Genera debita non pereunt. Debitor ea quando liberetur perempta re debita.

ter stipulantem. §. fieram. at in cæteris contractibus vbi species debetur mihi, vel mea vel futura mea, interitu eius liberatur: vt ff. de verb. oblig. l. si ex legati causa. & l. si seruum. sed fallit quod hic dicit, in nautica pecunia: vt ff. de nauti. fœ. l. pecuniæ. & ĵ. de nau. fœ. l. j. Ité in act. noxali: vt ff. de noxa. l. electi. §. si is. & in actione de peculio: vbi tempus rei indicandæ inspicitur, an sit in peculio: vt ff. de pecu. l. quæsitum. in prin. & ff. de lib. leg. l. si quis reum. §. idem Iulianus. aliàs est. l. si filiusfa. & de fideiuss. l. cum fideiubeat.

S i in rem. ĵ Casvs. In refectionem domus communis mihi & Titio pecuniam mutuasti. ego totum tibi soluitan à Titio petere possim, quæritur? Respond. quòd si ego & Titius nec re nec verbis in solidum nos obligauimus, & ego postea in solidum solui: Titiū conuenire potero pro parte ac si ei mutuassem: sed qua actione, non aperit. Tu dic nego. gest. act. vel locati. Viuianus.

x *Pecuniam.* puta in communem domum reficiendam.

y *Nec re.* qualiter fiat, dictum est. ĵ. eo. l. si non singuli.

z *In solidum.* quod facere potuistis: vt supra eodem. l. si non singuli. quòd si esset & solueres, dicereris alium liberare, non officio gestionis, sed natura obligationis: sed & tunc actio negotiorum gestorum locum haberet: vt not. infra de duo. reis. l. j.

Experiri.

a *Experiri.* actione negotiorum gestorum.

b *Debitum.* id est sicut si ei mutuasses aliquid.

c *Potes.* actione negotiorum gestorum. & ad hoc. ff. loca. l. si diuisa. & ĵ. de duobus reis. l. j. & ibi not.

Vm qui. ĵ Casvs. Si pecuniam quam in rem tuam impēdebam, mutuo accepi, & Titius creditor mutuit non cōtemplatione tui, sed meique nostrum habebit Titius obligatū? Respō. quòd me, qui mutuam accepi.

d *Alienas.* scilicet impendendam.

e *Dante.* aliàs haberet eum obligatum actione negotiorū gestorum: vt plene dixi. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. j.

f *Obligatum.* scilicet accipientem.

Mvtuo. ĵ Casvs. Mutuasti mihi x. cōfectum est inde instrumentum, cui subscripsit Titius tanquā testis. nunquid subscribendo videatur se obligasse, quæritur? Respond. quòd non: cum ab eo ea tibi reddi stipulatus non fuisses.

g *Subscribentem.* vt testis, non vt se obliget: vt infra de act. & obli. l. nimia. & infra de fideiuss. l. si pater. & infra de adminis. tuto. l. si non. & no. ff. de cuic. l. quidam.

Non aduersus. ĵ Casvs. Mutuasti mihi decem, postea eadem decem mutuaui Titio, & decessit. vis me cōuenire: dico me non esse conueniendum, sed heredes Titij, cui mutuaui. nunquid sim audiendus? Respon. quòd nō. Vivianus.

h *Postulas.* vt infra de act. & obli. l. cum. & de solu. l. cum à quo. & infra depositi. l. si is. & ff. de condic. indeb. l. his solis. & hoc quando nō ideo remetur, quia habebat actionem. aliàs cessio pro iusta præstatione est: vt arg. ff. de pecu. l. quod debetur. in fine.

Cessio aliquādo pro iusta præsumitur.

Qvisquis. ĵ Casvs. Si potestati Bononien. aliquis de sua iurisdictione mutuo fœnebrem pecuniam dedit: vnà cum potestate exilij pœna plecteretur. & hoc in prima. Idem si duo eundem honorem ambiebant, & alter alteri pecuniam dedit vt desisteret: exilij pœna plecteretur: & hoc in secunda. Alius tamen est modus petendi exemplum in hac vltima parte: sed die vt in glos.

i *Versatus.* licet ibi domicilium non habeat.

Collectarii quo dicitur.

k *Collectarius.* qui mecū eundē desiderans honorē, dat mihi pecuniā vt desistā, & cum non impediā. Alij dicūt. quòd emit honorē vt inde duplū colligat: vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. & §. eos. & §. ti quis autem. colla. ij.

Istā glo. sequitur Bal. & Cy. hic.

l *Ambierit.* eundem honorem. Vel die secundum alium, id est ei qui desiderat pecuniam pro hoc sibi dari.

m *Pœna.* huic. l. & ĵ. eo. l. eos. est cōtra. ff. e. l. præsidis. & l. principalib⁹. & ff. de vsur. l. Caius. Sed distingue⁹ an sint perpetui, & tunc possunt: vt d. ll. cōtrarijs. ff. eo. si vero temporales, pro

A republica possunt: vt d. l. Caiꝰ. sed si pro se, ab homine alterius prouinciæ possunt: vt hic, & ff. eod. l. præsidis. in fi. l. à suo non possunt: vt hic, & ĵ. eod. l. eos. & ff. eo. l. principalibus. & facit ad hanc. l. quod diximus. ff. de offic. præto. l. Barbarius.

Sper. ĵ Casvs. Duo dicuntur in l. ista, primum, quòd si debitor in instrumento aliquo confiteatur se à creditore recepisse vltra l. libras auri: non aliter fides huic instrumento adhiberida est, quàm si tres testes adhibiti fuerint, & ei subscripserint. idem est si creditor cōfessus fuerit in instrumento sibi à debitore solutū, nec ab aliquo iudice tale instrumentum admittatur. In fine dicit quòd lex ista in futuris creditis & debitorum solutionibus locū habeat: non in præteritis. Viuianus.

n *Chyrographariis.* à chir, quod est manus, & graphe quod est scriptura.

Chirographum vtr de dicatur.

o *Credere.* i. mutuare.

p *Voluerit.* f. creditor.

q *Accipere.* f. debitor.

r *A creditore.* scilicet debitorem.

s *Per eorum.* capiat dico per eorum &c.

t *Nam si contra.* in authē. de fi. instru. & cautē. §. oportet.

u *Oportet.* quātum ad probationem. sed contra. ĵ. qui po. in pign. l. scripturas. Solu. ibi. ĵ. quantitatē istam subintelligebat contractus: vel ibi rogati. Item cōtra. ĵ. de testi. l. testium. Solu. vt ibi. & facit ad. l. istam. ff. de reficiā. vēd. l. fi. Titij. & ĵ. de fideicommiss. l. quæstionē. sed hodie aliter distinguitur quàm hæc lex dicat: & ideo vide authent. sed nouo iure.

Alibi. vel à creditore percipere, quam si testimonium &c. chirographum præcipiat.

quæ est ex titu. de instru. cau. & fi. §. oportet. coll. vj. quam antiqui ita habebant.

Sed nouo iure neq; quantitas vltra vnā libram auri, neque cōtractus distinguitur in ciuitate, nisi quinque testibus probatæ opinionis atque subscriptionibus adhibitis. & intelligitur hæc authent. si partes contraxerunt in scriptis, & non rure. & breuiter dicunt si fiat cōtractus rure, statur legi codicis: nec distinguitur si sit in scriptis, vel nō. si verò in ciuitate, si quidē in scriptis, tunc seruabāt auth. sine scriptis, statur legi codicis. Sed tu aliter habes authen. Sed nouo iure quinque testes &c. In qua figura casum hoc modo secundū Viuia. Casvs. Hæc auth. in parte corrigit. l. C. & in parte non corrigit: & breuiter tria dicit. In prima corrigit: quia dicebatur in l. C. si quis vellet mutuare pecuniā excedentem summam. l. librarū auri, oportebat adhibere in chirographo tres testes: aliter tale chirographū nō valebat. hæc auth. hoc corrigit, dicens quòd non sufficiūt tres testes, sed quinq; opus sint, si cōtractus fiat ab imperito literarum: & in ciuitate: & excedat prædictam summam. In secūda parte permittitur quòd in contractu facto sine scriptis sufficiant duo testes. In tertia dicit quòd si contractus fiat in agris, quòd ius vetus habet locum in l. ista codicis. Viuianus.

Chirographum non præcipiat.

Ab impe-

D DN. Iustiniano. A. II. Cons.

IN AVTHENT. DE instru. cau. & fide. §. oportet vero. col. vj. consti. iij.

Cõtractus coram quot testibus, & cum quas solennitate celebrari debeat.

a *Ab imperito.* expone verba breuiter, & vltimo distingue, vtrum fiat super minori summa librae auri, aut super maiore. & si super minori sufficiunt duo testes ad plenam probationem, siue peritus, siue imperitus literarum contrahat: siue in scriptis siue sine scriptis, ruri vel in ciuitate contrahatur. & hoc est quod dicitur in authen. de fi. instru. §. fina. colla. vj. ibi, vt non de rebus exiguis &c. si super maiore: si quidem imperitus literarum contrahat, & in scriptis & in ciuitate, exiguntur quinque testes, inter quos exquiritur tabellio: & omnes subscribere debent cum ipso contrahente: vel pro contrahente subscribet vnus testium, & praemittetur signum contrahẽtis: vt in auth. de fi. instru. §. oportet. coll. vj. & ideo tanta solennitas exigitur, quasi stulte faciat quod de scripcura se intromittit imperitus. Si verò imperitus sine scriptis contrahat in maiore summa, exigentur tres testes: vt in authent. de fide instru. §. ij. & §. sed & si instrumenta. in eo quod dicit, adhibeatur similiter testiũ ex scripto praesentia. Cũ autem peritus contrahit in maiori summa, siue in scriptis siue sine scriptis, exiguntur tres: vt in praedicto titulo, §. ij, & §. sed & si instrumenta. & fit cõparatio literarum priuatarum, si priuata intercesserit scriptura, & negetur, ita demum si supersint testes: nec exigitur eorum subscriptio. sed si subscripserint, exigitur vt veniant, & proprijs subscriptionibus attestentur. vel si non subscripserint: quòd eis praesentibus confectum est documentum. & ita collatio, id est comparatio adiuuatur augmẽto testium: & in hoc casu potest loqui authen. quae est infra de fide instrumen. l. at si contractus &c. & in authen. de fide instrumen. §. j. & ij. & iij. vbi autem inde facta est publica scriptura, quae reuocatur in dubiũ: probetur de eius fide per tabellionem, & per eius ministrum, & per eum per quem, id est per cuius manum numerata est pecunia, vel per solum tabellionem. non est opus vel locus comparationi vel comparationē. Si vero nõ supereſt tabellio, vel ministet, vel adnumerator pecuniae: sit comparatio literarum tabellionis, & signorum vel notarum ad plenam fidem, & non subscribentium sit comparatio. Si verò nec tabellio, nec minister, nec adnumerator veniant, tabellionis & subscribentium sit comparatio, & vna qualisqualis colligitur fides: vt habes hoc in auth. de fide instru. §. si vero moriantur. & §. seq. In scriptis autem duo contrahi, quando id agitur, vt aliter non valeat, nisi facta scriptura: vt videtur innui in authen. de fide instru. §. & haec dicimus super instrumentis ex scripto &c. coll. vj. secundum P. Sed Azo aliter, vt not. in l. contractus. infra de fide instru. Vel dic vt no. instit. de contrahen. emp. & ven. §. j. Et hoc in vrbe in agris vetera iura seruantur: vt in authen. de fide instru. §. fi. quae dicunt vt in omni summa sufficiant duo testes, nisi vbi contractus chirographario instrumento initus est vltra quinquaginta lib. auri, vbi tres exiguntur: vt in hac. l. alias duo. ff. de testi. l. vbi. Accursius.

Cõtractus quando dicitur in scriptis celebrari.

Contractus supra libram auri celebratus in scriptis ab imperito litterarum, quinque testium eget solemnitate: inter quos commemoratur tabellio, si autem sine scriptis sit contractum, testibus aut iureiurando causa decidetur. Si autem non sit in ciuitate contractum: propter simplicitatem contrahentium vetera iura seruantur, hoc dicit text. authen. cum suppletione quae est in corpore vnde sumitur. Bald.

SEd nouo iure quinque testes adhibendi sunt, si fiat ab imperito[a] literarum contractus in scriptis, & in ciuitate, & excedat libram auri. nã si quis facere quemlibet contractum ex nõ scripto voluerit: manifestũ est. quia aut per testes, aut per iusiurandum fidem percipiet, actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicut iudex disposuerit. In agris autem, quae hactenus valuerunt apud eos, & nunc sint firma.

TITVLVS III.
DE SVFFRAGIO.†

Ex nudo pacto debetur salarium aduocato: & si salarium consistit in quantitate, vel re mobili, vel se mouente, non est necessaria certa scriptura promissionis vel traditionis: secus in re immobili. & si aduocatus sibi ius dicit, tres poenas patitur: quia de vi punitur, possessionem restituit, & iure (quod per promissionem meruit) & patrocinio priuatur. Bald.

I. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino praefecto praetorio.

SI qui desideria sua explicare † cupiẽtes, [b] ferri sibi à quoquã suffragiũ postulauerint, & ob referendã vicem se spõsione cõstrinxerint: [c] promissa restituant, [d] cum ea quae optauerint, [e] cõsequantur. [f] si artibus [g] moras nectant: [h] ad solutionem debiti coartandi [i] sunt. ¶ Et si quid eo nomine in auro, vel argento, vel cæteris rebus mobilibus datũ [k] fuerit: traditio sola [l] sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatem: quoniam collatio [m] rei mobilis inita, [n] integra fide ac ratione cumulatur. [o] Quòd si prædia rustica vel vrbana placitum [p] continebit: [q] scriptura quae ea in alium [r] transferat, [s] emittatur, sequatur & traditio corporalis, & rem fuisse completam gesta [t] testentur. aliter enim ad nouum dominum transire non possunt, [a] neque de vetere iure [b] discedere. ¶ Quòd si quis dum solo commonitorio [c] suffragio * nititur, bona [d] duxerit occupanda: reus temeritatis ac violẽtiae retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur, [e] eo à petitione excluso, qui non dubitauit inuadere, quod petere debuisset [f]. Dat. III. Non. Mart. Arcadio. III. & Honorio. II. AA. Conss.

Aduocati salarium quo testi pati, talis, ei debeat.

† *Super hoc vide Alcia. paradox. li. 2. c. 14.*

Suffragium.

Aduocatus non debet pro vno salario praestare patrocinium in causa appellationis.

Aduocato quando salarium praestandum.

1 *Suffragio.*

a *Non possunt.* Nota speciale: aliàs etiam ante scripturã transfertur dominium, licet sit contractus in scriptis: vt not. infra de fid. instru. l. contractus. licet B. quandoque dixisset contrarium.

b *Iure.* id est dominio.

c *Commonitorio.* id est sola admonitione. Vel id est hac sola ratione quod cõmonuit cum suffragio.

d *Bona.* mobilia vel immobilia.

e *Reducetur.* sic infra vnde vi. l. si quis in tantam. & instru. de interdic. §. recuperandae. & supra finium regun. l. si constiterit.

f *Petere debuisset.* per officium quando conuentum non erat, vel aliis modis, vt in prin. dixi. Item not. quòd nomine palmarij, id est, victoriae, potest aliquid pacisci: vt ff. de var. cog. l. j. §. & si nomine. Sed tunc quaero, si plura fuerunt capitula, & in aliquibus amisit, in aliis vicit: quod conuentum est nomine palmarij, in totum vel in partem peti debeat? & forte in totum: quia verum est eũ vicisse. Idem & quaeri potest si non vicit, sed transegit: & puto posse, quasi vicerit, vel quasi per eum nõ steterit quo minus vincat. pro hoc. ff. man. l. fin. & est quaestio sabbatina. Item potest quaeri an etiam pro salario vno etiam in causa appellationis debeat praestare patrocinium? quod non puto, ne sic in infinitum teneatur: argu. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. fin. & l. sequen. & l. si finita. in prin. & etiam est haec sabbatina quaestio, quae pender ex ea, an causa appellationis sit eadem cum prima: an alia? & dicimus quòd non: vt not. supra de procurato. l. inuitus. Item & posset quaeri, an cogatur exire prouinciam, si dicatur quòd in causa appellationis debeat eum iuuare? H. quod non, etiam in prima, in qua constat quod vsque ad finem debeat iuuare. quod non puto: vt ff. de procuratorib. l. fi. sed haec personae. §. non solum. vbi de hoc dixi.

g *Si artibus.* id est fraudibus.

h *Nectant.* id est faciant clientuli.

i *Coartandi sunt.* scilicet eo modo, qui sequitur.

k *Datum.* id est promissum dari.

l *Sola.* scilicet sine scriptura: quae infra statim erit necessaria ad translationem dominij.

m *Quoniam collatio.* id est datio.

n *Inita.* id est facta.

o *Cumulatur.* id est firmatur.

p *Placitum.* scilicet quo de salario rei immobilis dandae conuenit. & est in scriptis redactum, quod est necesse.

q *Continebit.* quando salarium conuenitur pro patrocinio praestando in re immobili, debet de cõuentione fieri scriptura: alias non transfertur.

r *In alium.* scilicet patronum.

s *Transferat.* id est dominium transferri significet.

t *Gesta.* i. prima scriptura, quę facta est de salario, vt dixi. debet enim & in ea scriptura cõtineri rem esse perfectã & consumatã. Alij dicunt duas scripturas fore necessarias, vnam tunc, & aliam

Fit quarto propter conditionem personae: vt si seruus de conditione seruitutis proclamat in libertatem: & contra eius domini pronunciatum est. Fit enim sequestratio rerum earum de quibus dubitatur si sint domini, an eius qui dicit se liberũ: vt infra quibus ad lit. procla. non licet. l. fin. & de adser. tol. l. j. §. & super peculio. ADDIT. *in c. 2. extra de sequestra. que, vbi potest videre ponuntur caeteris hic per Ioannem Fabrum in suo breuiario satis succincte. Ad questratio.* uerte tamen hic, secundum Bart. quod licet regulariter non admittatur sequestratio, vt hac l. tamen permittitur bene permutatio & descriptio rerum in domo existentium & fructuum, quae ibi percipiũtur. de quo est text. not. secundum Bar. hic in l. j. §. pe. ff. de vend. in pos. mitten. vbi hoc etiam not. quod notabiliter limitat Bal. hic, nisi fieret cum iniuria. vt in descriptione supellectilium.

1 *Committat.* sic supra de eden. l. qui accusare.

DE CONDICTIONE indebiti.

Indebitum per errorem solutum, nisi sententiae auctoritas refragetur, condicitur sine scriptis. h. d. no. secundum Bald. Vel sic: Indebitum praeter sententiam per errorem solutũ, repetitur etiam ab herede soluentis: nec venit vsura ex mora. Salyc.

I. Imp. ANTONINVS. A. Mutiano.

PEcuniae [k] indebitae, [l] per errorem, [m] non ex causa iudicati [n] solutae, esse repetitionem iure condictionis, [o] non ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrem tuum, cui heres extitisti, amplius debito creditori suo persoluisse: repetere potes. [p] Vsuras [q] lis est: indebiti per errorem soluti ex causa, nisi iudicatum solutum fuerit, per condic. indebi. competit repetitio: sed non venient vsurae nisi in stipulatu fuerint deductae. Vivianus.

Cõtinuatio.

Sequester quis est.

Sequestratio.

Sequestratio quibus ex causis admittatur a Concor. extra de sequestra. ca. ij. & iij. & glo. in ca. a.

k *Pecuniae.* large accipe pro qualibet re: vt ff. de verbo. signifi. l. pecuniae. j. & ij.

l *Indebitae.* naturaliter & ciuiliter, vel naturaliter tantum: vt plene diximus supra de iur. & fac. ignor. l. cum quis. in fin.

m *Per errorem.* scilicet facti, vt quia credebat suum procuratorem accepisse, vel eum cui succesisit. & ad hoc ff. lo. l. sed addes. §. si quis eum. An idem si per errorem iuris? quidam non, nos idem, cum non debeat nocere in damno vitando: vt ff. de iur. & fac. ignor. l. error. in fine.

n *Iudicatum.* nam tunc secus. Et sic not. casus vbi solutum indebitum non repetitur. Primus, quando ex causa iudicati: vt hic, & ff. e. l. eleganter. §. j. & l. Iulianus. & ff. man. l. si fideiussor. tertio. j. §. in omnibus. & infra de compen. l. ex causa. & ff. famil. ercis. cum. l. cum putarem. & supra de iuris & fac. ignor. l. j. Secundus, si iurauit creditor debitore deferente licet falso: vt instit. de iuram. l. §. item si quis postulante. Tertius. si ex causa transactionis: vt infra. l. proxi. & ff. eod. l. in summa. in princip. Quartus, si soluitur ex causa quae per inficiationem crescit: vt infra eo. l. ea quae. Quintus, si ex causa pietatis: vt ff. eod. l. cum & infra de constitu. pecu. l. ij.

De debito naturali tũc cum. & ciuili. & ea si iurauit creditor debitori fuit. de iuram. l. §. item quãdo fin. extra de soluto.

o *Condictionis.* intransitiuae, id est eo iure quod est condictio. Est autem actio siue condictio ius persequendi in iudicio, &c. vt instit. de ac. in prin.

p *Potes.* dic vt ff. de proba. l. cum de indebito.

q *Vsuras.* ante litem contestatam perceptas. nam post secundum quosdam currunt. argumen. ff. de vsur. l. in fideicommissis. §. in his. & l. lite. quod non placet. & illa. l. lite. in bonae fidei iudiciis vel quasi loquitur. Item ille. §. in his, loquitur in fructibus: vt ff. de vsur. l. videamus ij. in princi. nec ergo etiam post currunt in iudiciis, scilicet, stricti iuris. quod est notandum

dum: vt hic, & ff. de noua. l. emptor. & ff. de vſur. l. videamus. ij. §. ſi actio, & infra de vſur. l. quamuis. & ff. de condi. ob turpem cau. l. quoties.

a *Actione enim cõdictionis*, quia ſolum per hanc actionem fructus naturales peti poſſunt: ſed vſura eſt fructus accidentalis. Et dic quod intranſitiue loquitur.

n *Tempus*. ſcilicet biẽnij: vt §. de non nume. pecu. l. in cõtractibus.

o *Vel intra hunc*. licet tranſierit iã, qui in ſcripti eſt proponendus: vt j. de nõ nume. pecu. auth. hanc querelam.

p *Redds*. condictione ſine cauſa. parum enim refert vtrum ab initio ſine cauſa datum ſit: an cauſã pro qua datũ ſit, ſecuta non ſit: vt ff. de condic. ſine cau. l. ij. iij. & iiij. & facit ad hãc l. ſupra, eod. diſſolutæ. & ſi cert. petatur. l. ſi non ſinguli. & infra de fideiuſſo. l. ſi indebitã. & de non nu. pecu. l. ſi quaſi. Sed quomodo tam breui tẽpore hæc perſonalis actio tollitur? Reſpond. ſingitur non nata.

DE ACTIONIBVS, ET OBLIGA. &c.

Quia in ſuperioribus quædam generalia ſeruantur: ideo hîc in medio de actionibus & obligationibus ponit.

DAta. ¶ Casvs. Fideiuſſi pro te apud Titium: tradidi ei pecuniam in ſacco in ſpecie, vt mandaret mihi actiones quas habebat contra te. antequam tecum fuiſſem litem conteſtatus, deceſſit Titius. dicitur quod vtilis mihi competit actio contra te debitorem. Vel pone caſum in contractu nominato, & omnia verba ſtant proprie, & fere omnes gloſſ. ſuperfluunt: vt ſi ego numeraui tibi. c. vt mihi mandares ſiue cederes actiones tuas aduerſus tuum debitorem, ipſis ceſſis deceſſi antequam eſſem litem conteſtatus cũ debitore tuo. dicit quod poſſum agere vtili act. quia in principio ſtatim fuit mihi nata. Viuianus.

q *Data*. non vt eum pro quo ſoluiſti, liberare velles, ſed vt actiones eo nomine competentes in te transferantur. Et nor. quòd præceſſit pecuniæ dationẽ pactum de actione cedenda: aliàs non valeret ceſsio: vt ff. de fideiuſſ. l. cum is. & de ſolut. l. Modeſtinus. Item non fuit data pecunia vt quantitas. quia ſic eſſet emptio, ſed vt corpus: vt ff. de leg. j. l. plane. §. j. & l. ſed ſi certos. & l. ſi ſeruus legatus viuo. §. qui quinque. & ſic fuit contractus innominatus, do vt facias, vel facio vt des. alioquin ab initio contractus daretur vtilis actio: vt infra de hered. vend. l. emptor. & l. ex nominis. & infra l. proxi. Nam in contractibus nominatis ab initio competit vtilis ſine ceſsione, ſed in innominatis in ſubſidium demum: vt hic dicit. Nec obſtat quod dicit, quantitate, quia etiam ſpecies appellatione quantitatis continetur. vt ff. de leg. iij. l. quiſquis. Item nec quod dicit, ſoluiſti: quod dic, id eſt, tradidiſti. ſed M. in quo liber ab initio dat vtilem: & ſubaudit hic, maxime, ſed hodie hæc videntur expedita. Nam cum mandatum nõ finitur morte procuratoris, nec mandatoris finiri debet: vt j. de don. l. illam. Vel ibi fuit ceſſa, hic mandata ad ſimplex exercitiũ, ſecundum quoſdam. Vel tertio ſpeciale illud in donatione. Vel illud in quinque

Quantitas appellatione etiã cõtinetur ſpecies.

Poſſeſſor male fidei tenetur actione pro fructibus conſumptis.

Creditor cui eſt ſatisfactum, tenetur reddere chirographum debitoris. Bal. Vel ſic: Soluto debito poteſt cautio repeti per cõdictionem ſine cauſa. h. d. Salye.

B II. Idem. AA. & cc. Sculatio.

DIſſolutæ quantitatis d retentum e inſtrumentum, inefficax † penes creditorem remanere, f & ideo per conditionem g reddi oportere, nõ eſt ambigui iuris. S. III. Non. April. CC. Conss.

d *Diſſolutæ quantitatis*. id eſt diſſolutæ obligationis pro quantitate competenti. Vel, id eſt ſolutæ.

e *Retentum*. ſi ex ſua pecunia eſt factum.

f *Remanere*. vt j. de ſoll. nihil. & j. depoſi. l. propter. & j. locat. l. ſi conductionis.

g *Per condictionem*. ſine cauſa. & ſic apparet dominium inſtrumenti eſſe creditoris, per quod videtur eum nõ debere reſtituere. ſi enim eſſet debitoris, non daretur ei pro re ſua condictio: vt ff. ſoluto. quemadmo. ca. l. fin. niſi ratione poſſeſsionis daretur: vt ff. de condic. indebi. l. indebiti. §. j. & hoc cum ex pecunia creditoris fuit ſolutum tabellioni, aliàs daretur rei vindicatio, & ad exhibendum debitori: vt ſupra ad exhibendum. l. ſi. & facit j. l. fin. & §. de condic. indebi. l. cum & ſoluta.

C Mala fide. ¶ Casvs. Si fundum meum mala fide poſſedi ſti, quia eum inualiſti. & egi & obtinui: qua act. ad fructus quos percepiſti, agere poſsim, quæritur? Reſp. quòd ad extantes, rei vindica. ad conſumptos, condictione ſine cauſa, ſiue ex iniuſta cauſa. Not. ex hac. l. quod malæ fidei poſſeſſor fructus percipiendo non facit furtum: ſed conſumendo ſic, ſecundum Bal. & ratio eſt ſecundum eundem: quia cum non teneatur de percipiendis, eſt adſtrictus percipere: & facit hoc de præcepto legis. conſumere autem non adſtringitur, imo vetatur: quia ſtatim debuit domino reſtituere perceptos. facit quod not. ff. de peti. here. l. etiam heres. §. ſi. vbi videas.

h *Mala fide*. quod iuris eſt ſcilicet, bona vel mala fide poſſidere: ſed fructus percipere, facti eſt: vt ff. de acqui. re. do. l. bonæ fidei. §. in contrarium.

i *Extantibus*. ſubaudi, pro extantibus &c.

k *Vindicatione*. vt ff. de rei vind. l. fructus pendentes. & §. de rei vindi. l. certum. vbi de hac materia plene dixi. ſed & actione furti & condictione furtiua tenetur. argu. ff. de fur. l. ſi creæ. & de condictio. indebi. l. ſi vrbana.

l *Condictione*. ſine cauſa, vel iniuſta cauſa: vt. j. de cri. expi. her. l. adueſus. in fin. qua tenetur & is qui rem quam emerat ſeruus meus quem poſsidet bona fide, ſibi traditã accepit: vt ff. ſi cert. peta. l. cum fundum. §. ſeruum. ſed etiam rei vindicatione poteſt conueniri pro conſumptis mala fide: quia dolo deſiit poſsidere: vt ff. de reg. iur. l. parem. Itẽ condictione furtiua: vt ff. de cõdic. fur. l. in re furtiua. §. fi. de percipiendis partum tenetur officio iudicis: vt in ſtit. de offi. iudi. §. illorum autem. & j. de fruc. & li. expen. l. litigator. & hoc ſi nõ habet ti. alias dic vt. §. de rei

quinque

quiuque aliis casibus speciale, in quibus ab initio datur vtilis. Primus in emptione.vt ff.de heredi.vendi.l.emptor.& ff.l.pro-

Actio vtilis in aliquibus casibus ab initio datur sine cessione.

xi.in fi.Secundus,in dote:vt infra l.proxi. Tertius,in nomine dato in solutum:vt infra quando fis.vel priui.l.fina.Quartus,in nomine dato pignori.ff. de pigno.l.cum conuenit. Quintus,in de lega. ex legato nominis : vt ff. de lega. ex legato nominis.Et de natiuitate huius vtilis dic vt diximus ibi. & quis debeat in ea iurare de calumnia, dixi supra de iura.calum.l.ij.§.fin autem. Est & sextus hodie in donatione : vt infra de donat.l.illam. Restat ergo vt in hoc casu non detur ab initio vtilis , sed in subsidium:vt hic, nec etiã in omni nominato: nam in societate si velim tibi omnia communicare ex causa societatis, non tamen dabitur vtilis actio,sed debeo cedere directas: vt ff. pro socio.l.j. in fin.& l.ij.& iij.& de pecul.l. si Stichon.hoc ergo casu viuente mandante habet directam nomine mãdantis, suo nomine nullam : sed mortuo mandante extinguitur directa , & nascitur vtilis.

a *Quantitate.*in specie scilicet, quia in sacculo, & non in numero: & fuit ibi contractus do vt facias.

b *Debitorem.* pro quo forte sideiussisti.

c *Solusti.* pro cuius obligatione quærenda solusti.

Actionẽ cedere & mãdare differunt.

d *Mandatam.*aliud est cedere actionem, & aliud mandare.nã primo casu nil penes cedentem remanet: secundo casu remanet directa,secũdum quosdam.Sed Io.dixit quod qui cedit, retinet directam, vtilem transfert:sed qui mandat, tantum committit causæ exercitium, & non transfert directam vel vtilem: nisi in casibus, vt dixit:vel nisi in subsidium, vt in hoc casu:vel nisi fiat mandatum vt fiat procurator in rem suam:quo casu idẽ est cedere,quod mãdare,& ita hic potest accipi. Tertij dicunt vt Azo.& H.inter cedere actionem,& mandare, nullã esse differentiam quo ad cedentem vel mandantem:quia semper remanent penes eum directæ:licet quo ad eum cui fit cessio, differentia sit:vt modo dixi secundum Io. vt ff. pro soc.l.j.in fi.& l. ij.& iij.& de pecu.l.quis ergo.vel nulla est quãtum ad casum huius legis,secundum M.

e *Contestareris.* nam tunc secus esset:vt ff.de noua.l.iij.

f *Sine herede.* subaudi maxime, secundum M.vt ff. dixi.

g *Fati munus.* videtur ergo quòd mandatum mandantis morte finiatur,etiam si in rem suam constituatur procurator. & ideo in subsidium datur vtilis.sic & ff.de contrario iudicio tu.l.si nõ ex propria.& ff. ad exhi.l. si res.& ff. de pact.l. si cum emptore. Item not, rem integram ante litem contestatam:vt ff.de iurisd. om.iu.l.& quia.in fi.Sed nunquid qui tibi tenetur vtili actione, est tibi obligatus? & nunquid in libello vere poteris dicere eũ tibi obligatum? Quidam quod non,sed lex permittit tibi agere vtili actione ad vtilitatem tuam.

Actione vtili qui tenetur, an sit obligatus.

h *Quæ si ita sunt.* quia vtilis & directa idem sunt in substantia.

i *Competit.*contra debitorem nomine tuo, quam vsque nunc non habuisti.

Nominibus. ℈ Casvs.Mulier marito, debitorem habens, ius quod habebat in debitore, dedit in dotem.licet debitorẽ marito non deleget, vtilis tamen actio competit ei contra debitorem vxoris suæ : sic est in eo qui emit à creditore ius quod habebat in debitore. Viuianus.

k *Nominibus.*id est actionibus.

l *Nec delegatio.* scilicet debitoris,quæ fit per stipulationem:vt ff.de noua.l.j.aliàs.l. delegare.§.j.

m *Contestatio.*cõtra debitorẽ mandata actione:vt ff. de noua.l. iij.& hic est alius modus delegãdi.his enim duobus modis fit:

A vt ff.de noua.l.delegare.§.j.

n *Marito.*sponso non:vt ff.de iure do.l.stipulationẽ.Sed quæritur,an eadem sit substantia vtilis & directæ actionis? quod Io. dicit arg.contra.ff.de procur.l.non solum.§.sed interdum,& de iureiur.l.nam & postea. §. iusiurandum.

Actionis directa & vtilis an sit eadem substantia.

ADDITIO. Vide de hac quæstione per Bar. in.l.j.ff.c.tit.in iij. col. versi.quæro vtrũ actio vtilis & directa,&c.

o *Emerit.*in quẽ transit sine cessione vtilis: vt hic, & infra de here. vel act.vend.l.emptor. & ff.de pac.l.si cũ emptore.Et idẽ est in quibusdam aliis quos notaui supra l.proxi, his ergo casibus statim eõpetit vtilis , sed facta cessione competit directa nomine cedentis. vt enim in vindicatione rei corporalis non transit dominium nisi facta traditione:vt supra de rei vind.l.seruum.sic ille cui venditur nomen, vel cui datur in dotem, non habet directam nisi facta cessione:vt infra quando fiscus vel priua.l.si vtilem tamen in casibus: vt dixi. Sed quia nõ proprie dicitur traditio incorporalium: vt ff.de acqui. posl.iij. in princ. ideo nomine cedentis non sio intentat directam : vt ff.pro socio.l.ij.& iij.

B *Causam.* ℈ Casvs. An ex contractu domini locantis fundum colonus conueniri possit, quæritur? Dicitur quòd non, solutis pensionibus conuentis. Vi-

Colonus in posse conueniri pro debito locatoris.

uianus.

p *Satisfacientes.* alioquin conueniuntur coloni condemnato prius locatore:vt infra quando fiscus vel priua.l.ij.iij. & iiij. & ff.pro soc.l.ij.& iij.

q *Perquam.*id est valde.

Bona fides quæ exigatur in contractibus.

Bonam fidem. in l. ista ponitur quædam regula circa actiones & obligationes,quæ talis est : In omni contractu bona fides exigitur,non tamen omnes actiones sunt bonæ fidei. Viuianus.

r *Æquum est.*exemplum vt ff.depo.l. bona fides.Et dic in bonæ fidei contractibus exigitur,vt cesset dolus ad eorum essentiam : vt ff.de dolo.l.& eleganter.in princip.& de contrahen. empto.l.domum. in fin. nisi quando incideret dolus. in contractibus vero stricti iuris quo ad effectum , siue incidat dolus, siue det causam : vt ff.de verbo. obligã.l.si quis cum aliter. & plene dixi supra ex quib.cau.maio.l.in contractibus. & vide glos.in c.iij.extra de empto.& ven.An autem dolus tertij dans causam contractui , vitiet contractum? Quidam quod sic: vt dicta.l.& eleganter.nos contra per eandẽ legem circa princ.

D r *Æquum est.*quia vbi dolus dat causam contractui, nullus est. ff.de dolo.l. & eleganter.

Sicut.præmittit duas regulas. Ab initio cuilibet liberum est contrahere vel non:eo celebrato,alter contrahentium altero inuito obligationi semel constitutæ renuntiare non potest. si ergo cum aliquo contraxisti vel vendendo vel locando , eo inuito ab obligatione recedere non potes.Viuianus.

s *Non consentiente.*contra ff.de commu.seruo ma.l.j.vbi dissentiente socio potest mandari.

t *Quapropter.*quod dixit in genere, nunc dicit in specie.

u *Mentionem.*contra ff.de condic.ob cau.da.l. si pecuniam. in princip.

x *Minime posse.* vt & ff. commo.l. in commodato.§. sicut. & infra de rescin.vend.l.de contractu.& supra de transact.l.quanuis.& infra de contrahen.empto.l. non idcirco.in fin.ff.man.l. si mandauero. ij. §. sicut. & ff. de cur. fur.l. cuius bonis. in princip.& ff.nau.cau.l.j.§.j.& ff.de iud.l. interdum.§. senator. & infra de dona.l. si quis argentum.§. fina. & infra ad Vell.l. si mulier.i j. §. fin autem. & l. fin. Et sic collige ex prædictis, quod qui ex voluntate imponit sibi necessitatem , non est ei

Contractus in secunda tempora prorogatus tacite consentitur.

est ei subueniendum:vt ff.qui satisda.cog.l.si fideiussor.§.pen, Et Not.hic duas regulas.Prima, quòd nemo compellitur contrahere. quod fallit in casibus:vt not.ff. de iure deliberan.l.nec emere.Secunda,quod facto contractu nemo discedit altero inuito.quæ fallit in dato ob causam : vt ff. de condic. ca. data.l. dedi.§. j. & l. si pecuniam.§. fin.Sed distinguc , an fiat contractus innominatus gratia tua, vel mea & tua, & tunc obtinet quod hic dicit.an mea tantũ, & tunc quod ibi dicit. fic.ff. de pact.l.si cum fundum. secundum quosdam. Item fallit in actione mandati : vt ff. manda.l. si mandauero.ij. §. fina. & l. si quis alicui. §. qui suscepit mandatum, & in actione pro socio. ff. pro soc.l.verum.§. fin. Sed specialia sunt. Vel die secundo quod in casibus prædictis non erat nata actio, nascitur enim mandati ex renunciatione facta re non integra : vel si interfit:vt d. l. si mandauero.& institu.manda. §.fi.Item pro socio, ex renunciatione intempestiua , vel finita societate: vt d. l. verum. §.fina.& infra pro soc. l.tandiu.& ff.pro soc.l. sed & socius.§. fin. vel aliter, licet socius renuncier, tamen remanet obligatus,sicut potest facere emptor renunciare contractui, sed tamen tenetur ad interesse.Item ad illam mandati,die quod non nascitur nisi quando res est non integra:vel quãdo interlit.vt præ-dixi. vnde reuocando prius non se eximit ab obligatione,cum ei non teneatur : vt ff.de verbo. obliga.l.decem.Item nec obst.ff.depositi.l.j.§. penul. & ff. de precã.l. cum precario. quia precario concedens vel deponens non se obligat vt non reuocet. Sed tu dic tertio secundum Azo. quòd prædicta ratio, quòd actio non sit nata,non valet : quia non de actione,sed obligatione hic tractat:quam constat natam in casibus prædictis.Sed plus dico:quia actio depositi nascitur ante dolum commissum:vt ff.depositi.l.j.§. idem Pomponius quærit. & §.est autem. Et idem in consimilibus, sed secus in pro socio. Est ergo illa ratio differentix,quia in mandato non damnificatur dominus vel procurator:vt ff.man.si procuratorem.§.mandati.In condictione vero ob causam ideo pœniteo, quia is cui dedi, non obligauit me vestiendo contractum ex parte sua. in societate est ratio:quia agitur ad interesse.In depositio & precario respon.vt dixi, & eodem modo respon.ad illam.ff.si cer.peta.l.qui pecuniam.

Cessa personali titulo dationis in solutum vel titulo venditionis:hypothecaria etiã intelligitur esse cessa,siue veniat ex obligatione generali,siue speciali,b. d. not. cum l.seq. Bal. Vel sic:Quando debitor dat suo creditori in solutum nomen debitoris sui cuius bona erant etiam hypothecata,potest creditor ipse persequi pignora, nisi à prioribus creditoribus sint distracta.Saly.

VI.Iidem.AA.& cc. Mauricio.

SI in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus, ac te in rem tuam procuratorem fecit:pignora quæ specialiter vel generaliter habes obligata, persequere. a Quod si ab his quibus fuerant obligata, cum potiores erant, distracta probentur : emptoribus auocari non posse perspicis.b.Dat. IX. Kal.Iul.Sirmij. AA.Conss.

Vendita hypothecaria,dicitur vendi actio rei vindicationis.Bal.Vel sic:Ex simplici emptione nummus in emptorem transfertur etiã persecuto & distracto pignore,& hypothecæ venditori competentis: nisi à prioribus creditoribus sit vendita,vel ab emptoribus præscript.a.b.d.Saly.

VII.Idem.AA. & cc. Dionysio.

SI à creditore c nomen cõparasti:d ea pignora quæ venditor nominis persequi posset, apud præsidem prouinciæ vindica.e nam si debitum ex eius f persona res tibi obligatas tenentes non transferant: g iure communi h pignora distrahere non prohiberis. ¶ Sane si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus venũdantibus qui possident,comparauerũt, i vel longi temporis præscriptione k muniti perhibentur : l pignorum distrahendorum facultatem te non habere perspicis.S. III. Kal.Ian. Sirmij.AA. Conss.

Donatio non finitur morte , sed permissio ordinata ad donationem de futuro,re integra morte finitur.b.d.not.Vel sic : Mandatũ etiam remunerationis gratia , finitur morte mandantis re integra.b.d.secundum Pe. & Cy.& Bald.

VIII.Iidem AA.& cc. Crescentio.

SI quidem donationis causa ei quem adfectione patris te dilexisse proponis,tuam accipere pecuniam permisisti: m & hanc tuam liberalitatem ille remunerans , te à procuratore suo aliam pecuniam sumere præcepit, rebusque humanis ante perceptionẽ n fuit exemptus : nec o quod dederas, recuperare, (cum perfectam habuit donationem) nec quod tibi dari mandauit,nec-dum tibi traditum , petere potes à procuratore. p ¶ Quod si mutuo dedisti,nec à delegato q dari nouandi causa stipulatus es : successores

a *Persequere.*per hypothecariam.sed & personalem habes vtilem:vt infra quando.ff.vel priua.l.fina. & differt hæc ab inferiori.l.proxi.quia ibi emit,hic in solutum accepit.Item hic accepit in solutum specialiter vel generaliter ius pignoris , ibi non. ADDITIO. Aduertas quòd finis istius glos.non placet doc. volentibus & concludentibus quòd cessa personali actione , etiam hypothecaria eius accessoria intelligitur cessa.

b *Persicis.*vt ℣.qui po.in pign.ha.l.si generaliter. & ℣.si antiquior credi.l.j.& ij.

S *A creditore.* ℈ Casvs.Si cõparaui act. à Titio, pignora quæ Titius habebat obligata , possum vindicare ab his qui ea possident,& ea distrahere possum:nisi illi qui possidẽt, solua quod mihi debetur. & hoc in prima. Si vero possidẽtes pignora erant potiores, & vendiderint,aut etiam longi temporis præscriptione tuti sint qui emerunt : tunc neque vindicare,& per hoc neque distrahere possum. Viuianus.

c *Si à creditore.*scilicet alicuius.

d *Comparasti.*an idem si fuerit datum nomen pignoris Respond.vtique. cum enim habet principalem vtilem, & accessoriam habet: vt infra de hered. ven.l. postquam.

e *Vindica.* per hypothecariam.

f *Ex eius.* scilicet creditoris vendentis.

g *Non transferant.* id est non soluant.

h *Iure communi.* secundum formam quam habes infra de iur, do.im pe.l.fi.& facit infra de hered.ven.l.emptor.& l.ex nominis.& ff. de here. vendi.l. emptori nominis.

i *Comparauerunt.*sic ℣. ad Macedo.l.si permittente.

Actio hypothecaria durat quandoque decem annis inter præsentes.xx.inter absentes, quãdoque.xxx.annis.

k *Vel longi temporis præscriptione.* hypothecaria *thecaria durat quandoque decem annis inter præsentes.xx.inter absentes, quãdoque.xxx.annis,*vbi scilicet, deficit titulus.quandoque.xl. durat:vt ℣.si aduer.credi.l.j.& ij.& de præscr. xxx. annorum.l.sicut. & l.cum notissimi.

quanto tempore duret.

l *Perhibentur.* licet à posterioribus emerint.

S *Iquidem.* ℈ Casvs. Diligebam quendam scilicet, Seium ex affectione , qua pater filium diligit suũ. permisi volens ei donare, vt acciperet pecuniã à procuratore meo, ille volens me remunerare, mandauit procuratori suo vt mihi pecuniam restitueret. antequam acciperem, decessit Seius.an decem quę dedi Seio, repetere possim, vel à procuratore petere, eo quod mandauit tibi Seius mihi dandam, quæritur? Respond.quod non repetam ab heredibus , cum perfecta donatio non reuocetur : nec à procuratore repetere potero, quia morte mandantis finitum est mandatum. & hoc in prima. Si vero Seio mutuassem eam, possem ab heredibus petere: & hoc nisi aliquem debitorem mihi delegauerit, à quo fuerim stipulatus illam pecuniam mihi reddi. Viuia.

Mandatum mandantis morte finitur.

m *Permisisti.*donando eidem:& sic etiam de facto habuit.

n *Ante perceptionem.* id est , antequam perciperes à procuratore.

o *Nec.*nunc soluit.

p *A procuratore.* cum morte mandãtis finitum sit mandatũ : vt ff.de leg.ij.cum pater.§. Mæuio.& de don.l.ij.§. si pecuniã.Sed contra infra de don.l.illam.vbi dicit non finiri morte.Sol.quidam dicunt quòd illa corrigit hanc.Alij dicũt ibi quòd decessit ille cui mandatæ sunt actiones, hic ille qui mandauit.cui solutioni est contra.in stit.mandati.§.item si adhuc, & c.Tertij dicunt quod hic non mandauit illi cui volebat donare, sed procuratori quem volebat dare. ibi vero illi cui volebat dare,mandauit.Tu dic quod hic nihil mihi donauit vel cessit,sed permisit vel mandauit vt pecuniam à suo procuratore acciperem. vnde sicut expresse potest reuocare:vt ff.de dona.l.qui saxum.ita hic tacite, scilicet eo mortuo. Alij tamen alia ratione dixerunt hic non agi,non illa,quòd morte sit finitum mandatum,sed illa quia iure anti:quo sine traditione donatio non valebat: nec ab herede poterat peti:sic in actione donata non valebit sine mandato vel etiam cum mandato, sed reuocato vel finito. quod nihil est quantum ad hanc legem.

q *Dedisti.* & sic non fuit donum.

r *Nec à delegato.*id est à procuratore.

Eius,

a *Eius.* scilicet cui mutuo dediſti.

Negantes.}Casvs. Si mutuaſti mihi x. & negem tibi me teneri. non debes me armata manu ad ſolutionem cõpellere, ſed petere debes corã iudice: & te non probante quod intendis, vel ſi propter exceptionem te remoueo, abſoluar. ſi probaueris, condemnabit me iudex: & per executionem rei iudi. cõpellendus ero ad ſolutionem. Viuianus.

b *Negantes.* ſcilicet, ſe debere.

c *Terreri.* ſic ff. quod metus cau. l. extat.

d *Exceptione.* etiã poſt impletam & fundatam intentionem. & ad hoc ſupra de rei vind. l. res. & de eden. l. qui accuſare. & j. de excep. l. ſi quidem.

e *Remedii.* vt ff. de re iudi. l. à diuo.

Aduerſus.}Casvs. Mutuaui tibi pecuniam, pignus mihi obligaſti: non ideo quòd cœpi pignus vindicare, tollitur perſonalis actio. ſed ſi precium pignoris ad debitum nõ ſufficit, pro reſidua quantitate debita te porero conuenire. Viuianus.

f *Integra.* vt infra de diſtrac. pigno. l. hypothecis. & de iure do. im pe. l. fina. circa. ſi. & de pigno. l. j. & ſupra ſi certum peta. l. ſi pro mutua. & ff. ſi cert. peta. l. creditor. ij. & ff. de diſtract. pigno. l. quæſtum. & ff. de pac. l. ſi ex duobus. circa princip. & l. quæſitum. §. ſi annua.

Imia.}Casvs. Si colono meo in rem ſuam decem mutuaſti, à me petere non poteris: nec mihi præiudicauit præſentia actoris mei, id eſt, caſtaldionis, quo magis tibi obliger. Viuianus.

g *Rem ſuam.* id eſt colonorum. nam ſi domini, ſecus eſſet: vt infra quod cum eo. l. ei qui.

h *Actorum.* caſtaldionum. vel quia ſubſcripſit vt teſtis: vt ſupra ſi certum petatur. l. mutuæ. ſic econtra. ſupra eo. l. iij.

Aes alienum.}Casvs. Ob æs alienum quod contraxi, me facto poſtea nõ ſoluendo, an ego liber ſeruus creditoris fieri compelli poſſim, quæritur? Reſpond. quod non. vel dic compellendus ſeruire. & ſic accipitur ſeruire proprie, poſtmodum improprie. tertio dic, ſeruire liberos, id eſt, filios obligari. Viuianus.

i *Aes alienum.* Aes alienum dicitur quod nos aliis debemus. Aes ſuum vel noſtrum, quod nobis alij debent: vt ff. de verb. ſignifica. l. cedere. §. æs.

Aes alienũ. Aes propriũ

k *Seruire.* id eſt, ſeruos fieri, vel retine propriam ſignificationem: ſed repetitur inſtantia infra de cap. l. fin. & infra communia de ma. l. j. §. iij. & cum aliquis ſe obligat ad ſeruiendum vſque ad aliquod tempus. Vel dic, id eſt, filios obligari: vt infra quæ res pigno. oblig. l. qui filios. ſed hoc fallit ſecundum

A B. vt argu. j. de pat. qui fili. l. ij.

Imo à debito.}Casvs. Hæc auth. nõ corrigit. l. Codicis, ſed addit, & imponit pœnas tres creditori qui compellit debitorem vt pro debito fiat ſeruus eius: quia perdit debitum. Itẽ cogitur tantundem dare ipſi debitori. vel eius parentibus. tertio patitur creditor talia faciens pœnam corpo ralem. Viuianus.

quod tripliciter punior: quia primo iure meo. Secundo, quia debeo tantundem dare detento, vel parentibus eius. Tertio quia punior pœna corporali. Et quia non dicitur qualiter, relinquitur arbitrio iudicis. Bal. Vel ſic: Not. quod triplici pœna adſtigitur qui debitorem ſuum capit & retinet. Secus ſi debitor eſſet fugitiuus: quia capi poteſt, vt ad iudicem ducatur: & tunc modico ſpacio debet retineri: vt not. in l. extat. ff. quod metus cauſa. & l. interdum. 2. §. qui furem ff. de furtis. Salycetus.

l *Creditor cadat.* ſi eum ſeruire compellat.

m *Retento.* id eſt illi qui fuit retentus vi, etiam ſi patet cõſenſiſſet: & argu. ff. quæ res pigno. obliga. poſſe. l. fina.

n *Parentibus.* agentibus nomine retenti, in quorum poteſtate eſt retentus. Vel dic parentibus qui ſucceſſerant retentis. idem tamen ſi extranei ſucceſſerant: ſed de parentibus dicit ideo, quia frequẽtius ſit. Vel tertio, ſi retentus vellet remittere, parentes poſſunt petere: quia eis videtur fieri iniuria. ff. de liber. cau. l. ij. & iij. & iiij. An autem his legibus poteſt renunciari? Reſpond. non: vt not. in authen. vt ſine pro. hibi. & c. §. j. colla. vij. alias incipit, ſiue debiti. ſiue credi.

Pactũ quod creditor poſſit debitorẽ capere, & retinere pro debito, non valet.

Vm qui.}Casvs. Si decẽ mutuaſti mihi, & de his veſtes comparaui an aduerſus venditorem veſtiũ actionem habes, quæritur? Reſpond. quòd non: ſed contra me cui mutuaſti, agere debes. Viu.

o *Meribus.* ſuis venditis.

p *Abſtuliſſe.* id eſt acceptiſſe à debitore tuo. ſic ff. de fur. l. qui vas. in princip.

q *Actionem.* vt j. depoſi. l. ſi is. & §. ſi cert. pet. l. non aduerſus. & ff. de condic. indeb. l. his ſolis.

Et in arbitrio.}Casvs. Titius obligauit mihi pignus pro pecunia quam ei mutuaui, & pignus diſtraxit, & vendidit. in electione mea eſt, velim conuenire Titium actione perſonali, an agere hypothecaria aduerſus emptorem pignoris, niſi poſſeſſor pignoris tueri ſe poſſit præſcriptione longi temporis. Viuianus.

r *Actione.* ſcilicet conueniatis.

s *Pignora.* vt infra de pigno. l. quannis perſonali. & l. diſtractis. & l. debitorem. & l. perſecutione. & de preca. & Saluti. inter. l. j. & argumen. infra de fideiuſſ. l. j. & hoc in pignore expreſſo. ſecus ſi in tacito etiam iure veteri: vt ff. de iure fiſc. l. Moſchis. & eſt ſimile infra de ſer. pigno. da. ma. l. j. ij. & iij. & infra de pigno. l. ij.

t *Longi temporis.* de hoc dic vt dixi. ſupra eod. l. ſi à creditore.

Ed hodie.}Casvs. hæc authen. corrigit. l. codicis, quia prius debet conuenire fideiuſſores & debitores, quam pignoris poſſeſſores. Viuianus.

Poſſeſſores.

a *Poſſeſſores.* huic eſt contra in authen. de liti. §. ad hoc. aliàs ab hoc. colla. viij. quæ eſt infra de pigno. authent. hoc ita B. dicit quod hæc corrigitur. Ir. & Io. dicunt quod illa de litig. ſecundum iſtam. Vel quod ibi dicit, verum eſt ſi poſſeſſor habeat cauſam à debitore. alioquin contra. ſed hoc non placet: ideo quia dolus actoris eum ptori nocere non debet cum conueniatur: vt ff. de excep. doli. l. apud. §. ſi cum. Vel dic vt plene ibi dices, Andito. Baldus hic dicit notabiliter illã authent. non habere locum ſi extraneus poſſeſſor non ſibi, ſed debitori poſſidet pign". Nam tunc poterit ipſe non excuſſo principali aut eius fideiuſſore, conueniri: quia effectus iudicij fundatur contra principalem: ex quo non tam ipſe poſſeſſor quàm principalis cuius nomine poſſidet, videtur cõueniri. arg. l. ij. ſupra vbi in re act.

VT ACTIONES & ab hered. &c.

Cõmutatio

Dixit titulo ſuperiori de actionibus. Sed quia quidam ab heredibus incipiunt, & contra heredes, ideo de his dicit: & alio priùs nunc prout eminatur contra heredes, & heredibus: vt infra de hered. act. per totum.

Vm & ſtipulationes.}Casvs. Olim ſtipulatio poſt mortem alicuius contrahentium concepta, vel pridie quàm moreretur, non valebat. Verbi gratia: Si ſtipuler me aliquid daturũ poſt mortem tuam, non valebat. ratio quare non valebat, erat illa: quia actio contra heredem & ab herede incipere nõ poterat. Quam antiquitatem emendauit Imperator, dicẽs quòd ſtipulatio ſic concepta valeat: & quòd actiones incipiant competere heredi, & aduerſus heredem propter nimiam ſubtilitatem verborum voluntas contrahentium impediatur. Viuianus.

Stipulatio eſt contractus impropriè.

b *Contractus.* ſic ergo innuit ſtipulationem eſſe contractum, ſed impropriè: vt ff. de verb. ſignifi. l. l. abeo. ij. idem innuit in legatis. ſed illa ſunt ex quaſi contractu: vt infra. de obligꝫ. quæ ex quaſi contra. §. heres.

c *Poſt mortem.* alterius contrahentium. Verbi gratia: Si promittam me daturum. x. poſt mortem tuam, vel legem tibi decem poſt mortem tuã, quod pro eodem eſt ac ſi heredi tuo legem. vt habes hæc exempla infra. de inut. ſtipula. §. poſt mortem. & §. ſeq. & infra. de leg. §. poſt mortem. & j. de contrahen. ſtipu. l. ſcrupuloſam.

d *Antiquitas.* cui videbatur ex facto cõtrahentium inter ipſos incipere debere obligationem: ſed hoc fallebat in ſtipulatione conditionali, etiam olim: vt infra. de verb. obliga. §. ex conditionali.

e *Recepimus.* ſcilicet in dicta. l. ſcrupuloſam.

f *Illam.* non ſolum rem mutare. & ad hoc in auth. de non alie. §. ſinimus. col. ij.

g *Vel contra heredes.* vt ſi defunctus ad diem certum ſub pœna pecuniam promiſit: eo etiam ante diem mortuo nec dum hereditate adita committitur pœna: vt ff. de verbo. obliga. l. ad diem. & ff. de nau. fœ. l. fin. & ad hoc. ff. de verbo. obliga. l. quocunque. §. j. imo pone prædicta exempla vt modo notaui in alia gloſſ. alterius contrahentium, &c. Et caue tibi, quia

A aliter dicitur poſt mortem incipere actio in ſtipulatione, & aliter in legato. In ſtipulatione enim dicitur incipere, non quia nulla fuerit ante mortem, ſed quia nunc incipit eſſe efficax: vt ff. de euic. l. ſi per imprudentiam. §. non mirum. ſed vbi *Actio aliter dicitur incipere in ſtipulatione quàm in legato.* *Ratione poſſit* mihi legas poſt mortem meam, nunquam mihi debetur, ſed *mortem, & heredi meo* tantum *alter in le-* *gato.* vt ff. de euic. l. qui à pupillo. & ff. de act. & obliga. l. obligationum ſubſtantia. & j. & ff. quando dies le. ce. l. iij. Item huic. l. eſt contra ff. de act. & obla. ſub hac. Sed ibi non poteſt velle heres, quia nec à principio, nec facta valet: promittendo ſi volã. vt ibi dicit. *hic. l.* Vel ibi non eſt inutilis *duobus ſequentibus* ratione, quia actio non poſſit ab herede *vestra cum glo. ſuper verbo, alienatio ex ſui natura inuti-* *lis eſt ſic concepta, ſi de re ſerip-* *tum.* Item not. argu. *dubitas* de prædendi non vacante: vt dixi. ſ. de pac. l. fin. & ſicit ff. ad leg. Falcid. l. l. pœnales. circa prime. ibi, nec contrarium eſt &c.

*† Vt ẽcor. cito ſi volã. vt ibi dicit. hic. l. & Vel ibi non eſt inutilis duobus ſequentibus ratione, quia actio non poſſit ab herede vestra cum vel cõtra heredem in glo. ſuper verbo, alienatio ex ſui natura inuti- lis eſt ſic concepta, ſi de re ſerip- tum. Item not. argu. *dubitas* de prædendi non vacante: vt dixi. ſ. de pac. l. fin. & ſicit ff. ad leg. Falcid. l. l. pœnales. circa prime. ibi, nec contrarium eſt &c.*

h *Subſtitutam.* ſic infra pro foc. l. de ſocietate. & ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. l. ſticut. §. ſi debitori. l. Itẽ ad hoc infra de conſtit. pec. l. penult. prope finem.

NE VXOR PRO marito, &c.

Licet heres pro defuncto conueniatur: vt ſupra tit. 1, non tamen ſic eſt in abſit, etiam qui valide commẽti videntur: vt hoc tit. & ſequen.

Raſtra diſputas.}Casvs. An ex contractu mariti poſsit, conueniri vxor, quæritur? Reſp. fruſtra diſputat mulier, reuerit contractus initus cum marito ipſo iure vel non: quia ex contractu mariti nõ cõueniretur propter ſenatuſcon. Velleia. Viuia.

Vxor comenta ex contractu mariti, non habet neceſſe contractũ infringere: quia ſine valeat ſine non, ex eo conuenti non poteſt. hoc dicit. Bal. Vel ſic: Mulier ex cõtractu maviti nõ poteſt cõuenire, niſi ex intentione à qua immunis Velleiano. Sal.

II. Inpp. Diocletianvs & Maximian. AA. & cc. A Eclepiodotæ.

Raſtra † diſputas *i de contra ctibus cũ marito tuo habitis, vtrũne iure ſtetierint, an minime cum tibi ſufficiat, ſi proprio nomine k nullum contractum habuiſti, quo minus pro marito tuo conueniri poſſis, quod nec ſi ſpõte pro eo interceſſiſſes: quicquam à te propter ſenatuſconſultum l exigi iure potuiſſet. Dat. Prid. Id. April. Diocletiano. III. & Maximiano AA. Conss.*

Pro debito mariti non poteſt fieri miſſio in bona vxoris: tamen ſi maritus poſſidebat, habet vxor probare ſe dominam. hoc dicit not. ſecundum Bal. & Saly.

II. Idem. AA. Terentiæ.

Ob maritorum culpam vxores inquietari leges vetant. m *Proinde rationalis noſter, ſi res quæ à fiſco occupatæ ſunt,* n *dominij tui eſſe probaueris,* o *ius publicum ſequetur.* p Dat. III. Non. Septemb. Diocletiano & Maximia. AA. Conss.

Res traditæ ad ſuſtentationem filiæ, non præſumuntur eſſe dotales, ſed extra dotem. h. d. not. ſecundum Bald. nec poſſunt capi pro debito mariti. Sal.

II. Idem AA. & cc. Carpophoro.

i *Diſputas.* alias dubitas, ſcilicet tu vxor.

k *Si proprio nomine.* id eſt, vtilitatem tuam: vt j. loca. l. contractus.

l *Senatuſconſultum.* Velleianum: vt & j. ad Velleia. l. fruſtra. ſed hodie ipſo iure ſeruatur illæſa, quando obligat ſe cum viro: vt in auth. vt nulli iudi. §. & illud vero. colla. ix.

Dos aliqua ſo retinetur pro debito mariti.

Ob Maritorii.}Casvs. Si maritus alicuius mulieris aliquod crimen commiſit, propter quod omnia bona ſua confiſcantur, & interea bona mulieris occupantur à marito poſſeſſa: cum leges noluerint vt ob delictum maritorum vxores inquietentur, procurator Cæſaris qui cognouerit inter priuatum & fiſcũ, probante muliere res occupatas ad ſe pertinere iure dominij, eas faciet ſibi reſtitui. Viuianus.

m *Veriant.* vt infra de dona. inter vi. & vxor. l. res. & infra ad leg. Iuliam de vi. l. j. & infra de pœn. l. ſancimus. ſed hoc fallit in caſu, ſcilicet, propter primipili neceſſitatem, pro. pter quam retinetur dos: vt infra quib. cau. pigno. ta. contra. l. ſatis. de primipilo. l. fin. lib. xij. non autem alias res vxoris: vt infra de priuileg. fiſci. l. bona. Sed & maritus ob culpam vxoris conuenitur in caſu: vt ff. de offic. procon. l. obſeruare. §. proficiſci. Vel ibi ob ſuam propriam: vt ibi dixi.

n *Occupatæ ſunt.* nomine mariti qui eas poſsidebat.

o *Probaueris.* ſcilicet, tu mulier.

p *Sequetur.* id eſt faciat tibi reddi: vt hoc publicum ius ſeruetur, ne mulieres pro altero inquietentur.

Cunte.

Vm te posſeſſiones. ¶ CASVS. Pro filia tua centum in dotem non dediſti, ſed ad ſe ſuſtentandam prædium aſignaſti: matritus ex adminiſtratione tutelæ vel munere ciuitatis alicuius, factus eſt debitor meus: nunquid prætextu illius debiti poſſit capi illud prædium quod in dote non erat, quæritur? Dicitur quòd non: quia ſicut nec mater pro obligatione filij ſui obligati tenetur: ſi ita nec maritus pro vxore, ſi poſtea ſe non obligauit: certiſſimum enim eſt, &c.

a *Poſſeſſiones.* id eſt res poſſeſſas.

b *In dotem.* maxime, nam idem tunc niſi in caſu: vt ¶. in quib. cau. pig. &c. l. ſatis.

c *Munerum.* vt tutelæ.

d *Ex perſona mariti.* ſci licet interpellari non potes.

e *Quomodo.* id eſt, ſicut.

f *Conſtet.* vt ff. ad municip. l. Lucius. §. idem reſpondit conſtante. nili in caſu: vt ff. de offi. procon. l. obſeruare. §. j. & niſi ſolitis modis pro eo ſe obligauerit. & hoc eſt quod ſubiicit, niſi ipſe &c.

g *Nemmem.* niſi pater pro filio, dominus pro ſeruo, heres pro defuncto: & hoc ideo, quia pro vna perſona cenſetur: vt inſtitut. de inutil. ſtipulat. §. ei vero qui. & §. poſt mortem. & infra de impub. & aliis ſubſtitu. l. fin. & in authen. de iureiur. à mo. præſti. §. j. collat. v. Vel potes dicere: hæc regula de iure ciuili obtinet, non prætorio.

Vm te. ¶ CASVS. Cum mater ex cõtractu filij, ſi filius fuerit non ſoluendo, partem debiti ſoluerit: an ſuper reſiduo eo prætextu quod debitum agnouit partem ſoluendo, conueniri poſſit, quæritur? Reſpon. quòd non. & hoc prouidebit competens iudex. Vivianus.

h *Cum te.* ô mater.

i *Quod.* pro quia. debita filij tui ſoluiſti cum nõ teneberis: volebant creditores te cogere ad totum ſoluendum.

k *Aliquid.* partem ſoluendo.

l *Vel.* ne alter pro altero cõueniatur. nec obſtat quod aliquid eſt ſolutum: vt hic, & ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. & infra de vſur. l. creditor. & infra de excuſa. tut. l. voluntariæ. & ſupra de pac. l. ſi certis annis. Sed contra infra ad l. Falci. auth. ſed cũ teſtator. Solu. hic nullo modo eſt debitum: ibi ciuiliter & naturaliter, vel ſaltem naturaliter. Item contra ¶. de fideicommiſſ. l. j. Solu. vt ibi. ADDITIO. Soluas ſic, ibi heres fuit naturaliter obligatus: & coadiuuat fauor alimentorum, & vltimæ voluntatis cum diutina præſtatione, qua viſus eſt in futurum velle ſoluere.

id eſt inquietari. Bal.

Ed omnino. ¶ CASVS. Si tibi Anglico vel Hiſpano mutuo pecuniam: vel ſum ſpoliatus in Anglia vel Hiſpania vel Tuſcia: non propterea ſi inueniam alios Anglicos, vel Hiſpanos, vel Tuſcos, debeo eos pignorare in ciuitate iſta: nec hoc mihi licet facere, immo omnino prohibeor hoc facere: & ſi contra facio, debeo puniri & condemnari in quadruplum eius quod pignoraui: inſuper cadam ab actione mea. Hoc dicit iſta authen.

m *Formam.* id eſt vt quæ accipiat, habeat loco pignoris. idemque magis ſi accipiat vt habeat in ſolutum. Aliud puto, ſcilicet quod non habeat locum pœna huius legis, ſi à debitore mea

1 CVm te poſſeſſiones[a] nõ in dotem[b] pro filia tua dediſſe, ſed ad ſuſtentandã eam extra dotis cauſam filiæ tuæ prædia adſignaſſe proponas: ciuilium munerum[c] vel onerũ municipalium obtẽtu, ex perſona mariti[d] eius, quomodo[e] matres ex perſona filiorum interpellari † non poſſunt: cum neque maritum pro vxoris obligatione conueniri poſſe cõſtet,[f] niſi ipſe pro ea ſe obnoxium fecit. Certiſſimum enim eſt ex alterius contractu neminem[g] obligari. III. Id. Septem. Sirmij. AA. Conss.

Gratuita ſolutio partis non grauat in ſolutionem alterius partis. h. d. not. ſecundũ Bal. Vel ſic: Licet mater ſoluerit partem debiti filij ſui, non propterea poteſt compelli ad ſolutionem reſidui. Saly.

IIII. Idem. AA. & cc. Philoteræ.

2 CVm te[h] ideo ex perſona filij tui commemores conueniri, quod[i] pro debitis eius aliquid[k] intuliſſe videaris: defenſionibus tuis vti[l] apud eum cuius ſuper ea re notio eſt, minimè prohiberis: vt is ad ſolutionem alieni debiti vrgeri te non patiatur. Dat. X. Kal. Septemb. Titiano & Nepotiano Conss.

IN AVTHEN. VT non fiant pig. pro aliis. §. j. colla. v. conſti. v.

Qui pro debito ꝓprias ſua auctoritate grauat auum, punitur in quadruplum, & cadit à iure ſuo. Bald. & Saly.

SEd omnino qui alium pro alio ſecundum formam[m] auctoritate debitum vel indebitum auferam: tunc enim ius tantum quod habeo in re, vt quia obligata: vel pro re, vt quia debita eſt, amitto per edictum diui Marci: ſed per conſtitutionem, ſi quis in tantum. licet ius non habeam, in alio tamen patior pœnam. & eſt pro me, vt tantum ius quod habeam, perdam, non autem quadruplum. ff. de his quibus vt indign. l. reſcriptum. vt infra de pœnis. l. ſancimus. Alij putant me ſemper debere cadere à debito, & non tantum pignus occupatum perdam. arg. ff. quod met. cau. l. extat. ſed ciuitates ſeruãt contra hanc authenticam. ADDITIO. Superleas, concedendo Re præſalias. Huius occaſione Baldus hic pertractat ſuccincte materiam repreſaliarum; quam quidem ad longum tractat Bartol. in tractatu ſuo repreſaliarum, & Ioan. And. in c. nõ debet aliquis,[a] de regu. iur. lib. vj. in mercurialibus. Pe. de Ancha. in c. j. de iniur. lib. vj. & nouiſſime Socinus in conſil. ſuo. ccxxxj. incip. cum in præſenti cõſultatione. in ij. parte.

Rem miſi obligatã ſi auſero, quid perdo.

a *Vide qua ibi notam.*

n *Id ipſum.* ſcilicet quod eſt exactum.

TITVLVS XIII.

NE FILIVS PRO PATRE,

vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel ſeruus pro domino conueniatur.

Mutuatum filio emancipato, pater reddere non tenetur. mutuatum vero filio in poteſtate in caſu permiſſo, non iuſſu patris, pater tenetur reddere de peculio. Bald.

1. Imp. GORDIANVS. A. Candido militi.

NEque ex eius filij perſona, qui cùm ſui iuris eſſet, mutuam pecuniam accepit, pater eius, ſi non fidem ſuam obſtrinxit, conueniri poteſt: neque ex eius quem in poteſtate[o] habet, ſi ſine iuſſu[p] eius contractum eſt: neque ſi contra ſenatuſconſultum Macedonianum mutua pecunia data eſt, amplius quàm de peculio actionem ſuſtinere cogitur. Qua propter pater tuus, ſi ei pecunia à creditore fratris tui extorta[q] eſt, ad quam reddendam non tenebatur: præſidis prouinciæ auctoritate eam recuperabit.[r] PP. III. Non. Octob. Pio & Pontiano Conss.

Filius vt filius non tenetur pro debito patris, nec pro officio ab eo male geſto. h. d. & ideo agens contra filium ex perſona patris, debet facere mentionem quod ſit heres: aliàs libellus eſt ineptus: vt not. in l. ſi cum dotem. §. transgrediamur. ff. ſol. matrimo. Bal.

o *In poteſtate.* hic aſſume quod dicit infra amplius, &c. & ab eo excipitur, ſi ſine iuſſu, &c. & ſi neque contra ſenatuſconſult. &c. nam tunc, ſcilicet, ſecundo caſu in nihil tenetur: vt infra ad Macedo. l. ſi filius tuus. & inſtitut. quod. cum eod. §. fina. not. contra Macedo. autem poteſt accipi multis modis: vt infra ad Macedo. l. Zenodorus. In primo autem, ſcilicet, quando cum iuſſu: tenetur in ſolidum pater.

p *Sine iuſſu.* nec aliud interuenerat, quo ſimiliter in ſolidum teneri poſſit, veluti in rem verſo, vel præpoſito tabernæ, vel negotiationi: quod ſi factum eſſet, teneretur in ſolidum.

q *Extorta.* ſuaſionibus: [b]non per vim, tunc enim caderet à iure ſuo: vt ff. quod met. cau. l. extat.

r *Recuperabit.* per condictionem indebiti: & hoc quia nomine ſuo ſoluit. ſi vero nomine filij, non repetit: vt ff. de condict. indeb. l. ſi is, quæ eſt contra. & pro hac ſolutione eſt ff. de conſtitut. pecu. l. j. in fin. & l. ſequen. & ad hoc ff. ſi certa peta. l. ſi filius familias. & ff. ad Macedo. l. ſed & ſi pater. §. j.

NE *contra.* ¶ CASVS. Si pater tuus ob adminiſtrationem miniſtratam factus eſt debitor, puta tutelæ, & eſt non ſoluendo:

b Iſta ibi ſuaſionibus eſt ſing. non. vide que notaui in extrauag. Io. 22. excabilis in princi. verbũ, ex perſiſte.

ſoluendo: an tui iuris effectus, conueniri prò eo poſſis, quæritur? Dicitur quod non.

a *Patrem veſtrum.* viuum adhuc: quia ſi mortuus eſſet, eius ſucceſſione delata ad vos, poſſet vos conuenire, non quaſi filios, ſed quaſi heredes: vt §. de filiofamil. l. j.

b *Prouidebit.* vt infra de primip. l. fin. li. xij.

Si filiusfamilias. ¶ CASVS. An pater pro filio decurione creato eo mortuo, ſi filius debitor factus fuerit, cõueniri poſſit, quæritur? Dicitur quod non, ſi eo inuito factus fuerit decurio.

c *Si filiusfamilias inuito.* Si enim patre ſciente, teneretur in ſolidum pater: vt ff. ad municip. l. quotiens. & infra lib. x. de filiofamil. & quemad. pro eo pa. re. l. j.

d *Non poſſe.* niſi de peculio: vt infra quod cum eo. l. j. & ff. de pecul. l. iij. §. fin. & l. ſeq. & infra quando prouoc. non eſt neceſſ. ſi pater. Et diſtingue hic vt diximus. ¶. quod cũ eo. l. j.

Patris. ¶ CASVS. An patre ſuperſtite obligato ratione debiti principalis, puta quod acceperit aliquid mutuo ratione cõmuni debeat, quæritur? Dicitur quòd non. Et dico notanter, ſuperſtite: quia ſi eſſet heres, tunc teneretur vt heres.

† In quibuſdã codici. i. huc beatris vel. ſi filius familias fuerit.

e *Perſona.* reali forte ſic, ſi rem peculij pater obligauit.

f EX *Patroni.* tempore contractus.

g *Vel domini.* tempore contractus. & facit ff. de act. & obliga. l. ſerui. & ſupra de iudic. l. cum debitoris. & de noxa. l. j.

HAbita. ¶ CASVS In hac authentic. talis eſt: Imperator primo præcipit quòd ſcholares ſecure vadant ad loca ſtudiorum, & nullus eis iniurias inferat: & reddit rationem ibi, dignum enim, &c. & rationem rationis ibi, quis enim, &c. deinde concludit ex ſupradictis ibi, hæ igitur. Secundo prohibet imperator ne ſcholares damnum patiãtur pro delictis vel debitis commiſſis ab aliis: imponendo pœnam temeratoribus huius. l. Tertio dat electionem ſcholaribus ſub quo velint conueniri. Quarto iubet hanc. l. poni in titu. iſto, ne pater pro filio. hrera ſatis plana eſt de ſe.

† Not. hic quod perſonæ eccleſiaſticæ poſſunt eſſe conſiliarij principis ſeculares: de quo vltra Bald. hoc percauto niſi eſt vtrũ, da vo. quia debet eis pro habeatur ꝓ ga & indi- cessa ſecu- laria nego- tiorum tra- ctatio: poſ- ſunt tamen nihil tracta- re, c. in ac- chriſtus, de raptu.

h *Examinationes.* ſicque erit lex ſolennis: vt ſupra de legi. & cõſtitu. l. humanum.

i *Sacrarum legum.* Not. leges ſacras: vt §. de leg. & conſtitu. l. leges. iij.

k *Specialis.* Nã licet omnes debeant ab iniuriis defendi: ſhi ma-

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAM. AA. Neotherio & Eutolmi.

NE contra iuris auctoritatem ab eo qui patrem[a] veſtrum à quo emancipatos vos dicitis, ad munus ciuile deuocauerat, inquietemini, præſes prouinciæ prouidebit. [b] Datum. VIII. Kalend. Feb. Maximo. II. & Aquilino Conss.

Propter officium filij, pater non tenetur. h. d. Bald. Vel ſic: Si pater contradixit quando filius fuit electus decurio, non poteſt conuenire pro eo. Saly.

III. Idem AA. & cc. Theogeni.

SI filiusfamilias inuito[c] patre decurio creatus ſit: pro eo patrem inquietari non poſſe,[d] iure manifeſtiſsimo cautum eſt. G. X. Kalen. Maij, CC. Conss.

Viuente patre filius non tenetur ad debitum patris. Bald.

IIII. Idem. AA. & cc. Achiuæ.

PAtris † nomine ſuperſtitis filium, nec munerum ciuilium, nec debiti cauſa perſonali[e] poſſe conueniri actione conſtat. S. XII. Kal. Mart. Sirmij, CC. Conss.

Ex contractu patroni vel domini, libertus vel ſeruus non tenetur. Bald.

V. Idem. AA. & cc. Lampetio.

EX patroni[f] vel domini[g] contractu, liberti vel ſeruti conueniri non poſſunt. Da. Idib. April. CC. Conss.

Iſta eſt notabilis authentica, Scholares ad legitimã ſtudia procedentes, ipſi & rerũ ſuarum poſſunt ire & ſtare libere & ſecure, tanquam bona merenti, & quorum ſcientia munditias illuminatur, præmia promerentur, eos nullus debet offendere: nec pro alio pignorare, qui contra facit, punitur. Electio quoque datur eis tenentes coram magiſtro vel domino ſuo, aut coram epiſcopo, ſub quo velint. & qui eos contra priuilegium huius authenticæ trahit ad iudicem perdit cauſam. Deinde iubet hanc authenticam ſtimari ſub hoc titulo. Bald.

Nouæ conſtitutio Friderichi.

HAbita quidem ſuper hoc diligenti inquiſitione epiſcoporum, abbatum, †ducum, omnium iudicum, & aliorum procerum ſacri noſtri palatij examinatione,[h] omnibus qui cauſa ſtudiorũ pere grinantur ſcholaribus, & maxime diuinarum atque ſacrarum legum[i] profeſſoribus, hoc noſtræ pietatis beneficium indulgemus, vt ad loca in quibus literarum exercentur ſtudia tam ipſi quam eorum nuncij veniant, & in eis ſecurè habitent. Dignum namque exiſtimamus, vt cum omnes bona facientes, noſtram laudem & protectionem omnimodo mereantur, quorum ſcientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo & nobis eius miniſtris vita ſubiectorum inſoſtematur, quadam ſpeciali[k] dilectione eos ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti, de diuitibus pauperes ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponũt, & à viliſſimis ſæpe hominibus (quod grauitèr ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perſe-
C runt? ¶ Hac igitur generali & in perpetuum valitura lege decernimus, vt nullus deinceps tam audax[l] inueniatur, qui aliquam ſcholaribus[m] iniuriam inferre præſumat, nec ob alterius cuiuſcunque prouinciæ delictum ſiue debitum (quod aliquando ex peruerſa[n] conſuetudine factũ audiuimus) aliquod damnum eis inferat: ſciturus huiuſmodi ſacræ conſtitutionis temeratoribus, & etiam ipſis locorum rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, reſtitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum: notaque infamiæ eis ipſo iure irroganda, dignitate ſua ſe carituros * in perpetuum. ¶ Verum tamen ſi litem[o] eis quiſpiam ſuper alio quo negotio mouere voluerit: huius rei optione[p] data ſcholarib⁹, eos coꝝ domino[q]

Pedagia ſol arg. ff. de leg. l. ſi quando. Item quia in vſum proprium feruut li bros & alia. ¶. de vect. & commiſſ. l. vniuerſi. Item quia non eſt ne confuetum: vt ff. de pub. & vect. l. iiij. in fin.

Pedagia ſol neminẽ ſibi Lares.

l *Audax.* Audacia in malum. ſic ¶. vnde vi. l. ſi quis in tantum. & ff. ſi pars hered. pet. l. j. in fin. & de libe. & poſthu. l. Gallus. §. videndum. in fine.

Audacia & audaces ſo matur.

m *Scholaribus.* cuiuſlibet facultatis: vt §. & ſubaudi maxime. nec enim licet alicui alij iniferre iniuriã: ſed ideo de his dicit ſpecialiter ne videatur negligi: vt ff. de iniur. l. item apud §. hoc edicto. Itẽ quod dicit iniuriam. q. d. vim dicãdo ſe: ſed ad defenſionem ſic, cũ modera mine: vt ¶. vnde vi. l. j.

n *Ex peruerſa conſuetudine.* Not. peruerſam conſuetudinẽ non ſeruandam. ſic & in auth. vt nul. iud. §. j. col. ix. & in noua conſti. Fride. de ſta. con. li. ec. edi. §. j. col. x.

Audacia

o *Sed item.* large poniLi ex cauſa quomodo ſummatur.

tur pro ciuili & criminali, licet alibi tantum pro pecuniaria: vt ff. de teſti. l. j. & hoc patet ex eo quod §. dixit vbi propria auctoritate vindicari prohibuit ſic & cauſa licet dicatur criminalis: vt d. l. j. quandoque pro ciuili ponitur: vt ſupra de iuriſd. om. iud. l. in criminali. Sed per ſcholares & doctores renunciatum eſt Bononiæ quãtum ad criminales. & ſic ſeruatur, exceptis clericis, qui ſuo non potuerunt priuilegio renunciare: vt §. de epiſc. & cleri. auth. ſtatuimus.

l *Neque in ſpecie.* diuiſibili, cū dicatur ſuā partem accepiſſe: vel accepit æſtimationē partis. Si autem decē (homines puta) eſſent depoſiti: nec quinque poſſent vni reſtitui, cū in quolibet medietas remanſit. Sed ſecus in quantitatibus: vt ff. de ſolu. l. cum Stichus. & Pamphilus. & ff. eo. l. j. §. ſi pecunia. & per hoc eſt: quia ſi quis togatur reſtituere hæreditatem retenta certa quātitate, illam totam retinet de portione ſua. ſed ſi rogetur reſtituere retento prædio, alia portio prædij à cohærede qui dominium habet, accipitur: vt ff. ad Trebellianum. l. deducta. §. nummis acceptis. & de leg. ij. l. cum pater. in princ.

Hereditatē rogatus reſtituere retā quātitate vel prædio, quid retinē bit?

a Quia licēt ēt eſt ciuiliter pro cons modo ſuo vſ gitare, & cō cor. gl. ſuper verbo, circūuentus in me. in c. ciſolim. extra deſent. & re ſtit.

m *Mandati, vel alias de mandato.*

Aduerſus.] CASVS. Si mandato tuo negotia tua geſſi, & aliqua impēdi, vel pecuniā mutuo accepi vt in ea impēderē: nō ſolū ſortē, ſed etiā vſuras actione mādati cōſequi potero: & ſalariū quod mihi promiſiſti, mihi reſtitui prouidebit iudex. Vi.

o *Geſta ſunt.* cum mandato.

p *Opib⁹.* quas fœnerare cōſueueris: vt ff. de vſur. l. q̄ ſemiſſes. §. ſi.

q *Acceptum.* ſub vſuris.

r *Et vſuris.* etiā ſine mora; vt ff. e. l. ſi vero nō remunerādi. §. ſi mihi.

s *Salario.* certo & promiſſo animo remunerandi laborem: vt ff. eo. l. ſi remunerandi. in princ.

t *Præbebitur.* vtrum fuerit licitum vel nō, certum vel incertum.

IN AVTHEN. DE depoſito & denuncia. inquilinorum. §. j. col. vj. conſtitu. fina.

Tertia perſona veniens ex tranſuerſo, non poteſt extraiudicium prohibere ne reddatur depoſitum, vel ne inquilinus reddat perſonam domino, vel ne prehenda vel ſalarium præſtetur ei cui debetur. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Hodie nulla perſona veniens ex tranſuerſo, poteſt extraiudicialiter interdicere depoſiti reſtitutionem: nec vt inquilinus domino debitam non ſoluat penſionem: nec vt prehenda ſeu ſalarium de publico non ſolnatur ei cui debetur. Salyce.

Sed iam cautū[a] eſt, ne quis extrinſecus [b] depoſitario interdicat depoſiti reſtitutionem: qua ſubſecuta, [c] depoſitor poſsidens pulſari poterit ab eo qui interdixit. ¶ Si contra factum fuerit: damnum [d] quodcunque acciderit ei qui vim paſſus eſt, præſtabitur [e] ab eo qui interdixit, nec non & tertia centeſimæ vſurarū[f] nomine, ex quo facta eſt huiuſmodi conteſtatio. ¶ Quibus pœnis ſubiacet, qui vel inquilino dationem penſionum, vel publicæ perſonæ[g] panis interdicit adminiſtrationem.

Iſte eſt notabilis lex, & hoc dicit: Si vnus ex hæredibus deponentis recipit ſolummodo portionem quæ ſibi contingit, quicquid poſtea contra debitorem accidat, cohæredibus non tenetur. Bald. & Saly.

XII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

Sperauacuam veterum diſſerentiam de medio tollentes, ſi quis certum pondus auri vel confecti[h] vel in maſſa conſtituti depoſuerit, & plures ſcripſerit hæredes: & vnus ex his contingentem ſibi portionem à depoſitario acceperit, alter ſuperſederit: vel alias fortuito caſu impeditus hoc facere non potuerit, & poſtea depoſitarius in aduerſam inciderit fortunam, [i] vel ſine dolo depoſitum perdiderit: ſancimus, non eſſe cohæredi eius licentiam venire contra cohæredem ſuum, & ex eius parte auellere, quod ipſe ex ſua parte conſequi minimè potuit, quaſi eo q̄ cohæres accepit, communi conſtituto: cū ſi certtæ pecuniæ depoſitæ fuerint, & ſuā partē vn⁹ ex cohæredibus acceperit, nemini veniat in dubium bene eum accepiſſe partem ſuam, & non debere aliam partem attingere. Nobis etenim non videtur eſſe homo obnoxius, [k] neque in maſſa, neque in ſpecie, [l] neque in pecunia numerata, qui ſuam partem ſuſcepit: ne induſtria pœnas deſidiæ ſoluat. [m] Si enim & alius hæres tempora opportuna quemadmodum cohæres eius, obſeruaſſet: & ſuum vterque reciperet, & ſequētibus altercationibus minimè locus relinqueretur.

TITVLVS XXXV. MANDATI, [n] VEL contra.

Procurator pecuniam verſam in vtilitatem domini repetit per actionem mandati. de ſalario autem prætoris eſt notio. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Leonidæ.

ADuerſus eum cuius negotia geſta ſunt[o], de pecunia quam de propriis opibus[p] vel ab aliis mutuo acceptam, [q] erogaſti, mandati actione pro ſorte & vſuris[r] potes experiri. ¶ De ſalario [s] autem quod promiſit, apud præſidem prouinciæ cogni tio præbebitur.[t]

Expoſitionis ſupra de contractibus qui re contrahuntur: vt de depoſito, & pignore, & indebito, & mutuo, & commodato. Nunc videamus de contractibus in quibus ſolo conſenſu naſcitur obligatio. Et quia inter eos excellentior eſt contractus mandati (trahit enim originem ex officio & amicitia) ideo prius videndum eſt de mandato. Videndum quid ſit mandatum, & vnde dicatur mandatum, qualiter contrahatur, & inter quas perſonas, & in quibus rebus, & quot modis, & quando naſcatur actio mandati directa, vel contraria, & quando competat, & in quantum, & quales ſint. &c.

Et vt plene videas: aut est incertum, & nō valet: vt j. eo. tit. l. salarium. & ff. eo. l. qui mutuam. §. salarium. a aut certū: & tūc aut erat aliàs facturus, & tunc pro eo incontinenti promisso agitur mandati contraria informata: vt hic. si ex interuallo, tunc agitur extraordinaria: vt ff. e. l. salariū. Si autem non erat aliàs factur[b]: aut tale factum cōsueuit locari: & tunc est locatio: vt ff. eo. l. j. aut non: & tunc est contractus innominatus, & agitur præscriptis verbis: vt ff. de præscrip. verb. l. naturalis. §. ar cū dolo. & hoc quando est licitum. Si autem mediam vel quotam partē litis paciscatur, tunc nō valet, & punitur: vt ff. eo. l. salarium. & l. si remunerandi. §. Manutius. & §. de postu. l. si qui. Sed quæro, an hoc salarium procuratoris possit excedere centum aureos, vt dicitur de aduocatis? Respon. non, nam aduocati procuratores dici possunt: vt ff. de var. cog. l. j. §. aduocatos. & §. licita.

a Hoc intelligas verum vt cōpetat procuratori actio ex promissione. index tamen ex suo officio cōstituet ei salarium secundū meritum eius dē: vt dicit Saly. hic.

Salarium procuratoris an possit excedere centū aureos.

& aliàs tui.

Actio mandati competit ad pecuniam solutam à mandatario, & ad pignora persequenda. Bald. Vel sic: Videtur pro pecunia ab eo soluta, à principali recuperanda, & pro pignoribus consequendis, competit actio mandati. Saly.

CVm ex causa.] CASVS. Si pater tuus apud creditorem pro me fideiussit, & pignora obligauit, & pecuniam soluit, & decessit: habebis tu aduersus me mandati actionem, per quam non solum pecuniam, sed pignus consequi poteris. Viuianus.

a *Patrem*. item idem si tu hæres eius solueris: vt ff. eo. l. hæred. m.

b *Pecuniam*. & eius vsuras.

c *Pignora*. puta res patris tui creditori ab ipso patre obligatas debitore mādante: vt ff. commo. l. si vt certo. §. plane si ego. Vel secundum alios, à debitore obligata, patre tuo ad hoc ei commodante: & hoc casu agitur commodati: vt ff. commo. l. si vt certo. §. nūc videndum. in prin. vnde lite contest. in actione mandati pro pecunia, videtur & super commodato actio cōtestata: vt j. de anna. excep. l. l. fin. Vel tertio dic res debitoris fuisse obligatas creditori. nam non cogeris creditori soluere: nisi tibi cesserit hypothecariam contra debitorem: vt j. de fideiuss. l. ij. & sic iure exceptionis consequeris pignora. Vel quarto debitor obligauit patri tuo pro fideiussione quædam pignora, quæ consequeris hypothecaria à debitore. Et secundum hos tres intellectus hæc dictio qua, facit simplicem relationem, cum non mandari, sed alio auxilio pignora petantur: vt & j. de iniur l. dominum. Vel die quinto quod cum fideiussit illius debitoris mandato, incontinenti quædam patri tuo debitor pro fideiussione obligauit: ex quo pacto & hypothecaria & præscriptis verbis actio nascitur: & mandati actio informatur: vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. quipiimo. & j. de pact. inter empt. & vendi. l. ij.

Si pater tuus.] CASVS. Pater filio suo emancipato mandauit vt aduersus debitores experiretur: numquid si pater præsens venerit, experiri possit, quæritur? Dicitur quod sic, re integra. alioquin si res integra non: est: quod per patrem actum est, non rescindetur. Viuianus.

d *Si pater tuus*. si, id est quānuis.

e *Sui iuris*. id est tui iuris.

f *Mandauit*. ad exercitium tantum.

g *Re integra*. vt ff. eo. l. si vero non remunerandi. §. si mandauero exigendam. & instit. manda. §. penul. lite vero cōtestata nō potest: nisi intercesserit aliquid horum, per quod repellātur procuratores: vt ff. de procu. l. post litem. cum vi. ll. seq. & §. de procu. l. procuratoribus. Sed quid si faceret hunc filium procuratorem in rem suam? Tunc dic vt j. de noua. l. iij.

ETiam.] CASVS. Duo habentes cōtrouersiam cum Titio, egerunt, & succubuerunt. appellauerunt, & in causa appellationis procuratorem constituerunt, & procurator in causa appellationis sine culpa sua succubuit. an sumptus quos fecit rationabiliter, consequi possit, quæritur? Respō q sic, contrario iudicio mandati. Viuia.

h *Reportauerunt*. dominus ergo videtur damnatus, secūdum. M. Io. contra: vt dices. j. de sen. & interlo. l. j. & q dicit, reportauerunt: quia tu procurator fuisti damnatus.

i *Mandati*. fuit ergo procurator cum mandato: sicq; repetit sumptus: vt hic, & ff. eo. l. qui mutuam. §. fin. & j. eo. l. si contra licitum. in fi. secus b si sine mandato defendisset: nam tunc demum si obtineret, repetit sumptus: nō aliàs, quasi non vtiliter gesserit: vt ff. indi. solu. l. iā tamen. §. in hac. ij. quæ est contra. Sed si hic procurator sua culpa damnificauit dominum in x. & suis sumptib' meliorauit in x. an hæc. x. repetat vel compenser? Videtur quòd non: vt ff. de negot. gest. l. fine hæreditaria. & de lega. j. l. fi modo nulla.

Si tantum si eius secutus, qui pecuniæ actor fuerit, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti: tam condictio aduersus eūo qui à te mutuam sumpsit pecuniam, quam aduersus eum cuius mandatum secutus es, mandati actio[a] tibi competit.

Ex mandato patris competit actio contra hæredem. h. d. Bald. Vel sic: Mutuum seruis ad mandatum domini, habet illum obligatum ad clione mandati: & hypothecariā potest etiam pignora persequi. Saly.

VIII. Impp. VALERIAN. & GALLIENVS AA. & VALER. Cæs. Lucio.

SI tibi pupillorum pater vt pecuniam in rem suam ferenis eius crederes mādauit, & in hanc rē æque ipso præcipiente pignora sunt obligata, b & mādati actione pupillos c post mortem patris cōuenire, & exequi ius obligationis pignorū[d] poteris, si in solutione cessabitur.

Procurator qui dominū læsit in causa etiā in minimo articulo, tenetur domino. Bal.

IX. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. Marcello.

CVm per procuratorem causam tuam læsam [e] esse dicas, mandati actio aduersus eū tibi competit.

Hæc est solemnis lex Fideiussor ante solutionem non agat mandati, nisi sit condemnatus, vel nisi debitor bona dilapidet, ita quod verisimiliter periculum sit in mora: vel nisi sit contentum inter reum & ipsum, quod possit agere quandocunque. hoc primo, Fideiussor iniuste condemnatus appellatione non vsus, non regredatur contra reum. h. d. notanter secundum Bal. & Saly.

X. Iidem AA. Papio.

SI pro ea † contra quam supplicas, fideiussor seu mandatorinterfecisti, & neq; cōdemnatus es, neq; bona eam dilapidare postea cœpisse[f] cōprobare possis, vt tibi iustam metuendi causam[g] præbeat, neque ab initio ita te obligationem suscepisse, [h] vt eā possis & ante solutionē cōuenire, nulla iuris ratione antequam satis creditori pro ea feceris, [i] eam ad solutionem vrgeri certum est. Fideiussorem [k] vero seu mandatorem exceptione munitum, [l] & iniuria[m] iudicis damnatum, & appellatione[n] contra bonam fidem minimè vsum, non posse mandati agere, manifestū est.

Procurator tenetur de culpabiliter gestis & culpabiliter non gestis. h. d. Bal. Vel sic: Procurator tenetur de gestis & gerendis per eum suscepturis & de dolo & lata culpa. Sal.

XI. Idem AA. Caio.

PRocuratorem non tantum pro his quę gessit, sed etiam pro his quę gerēda suscepit, o & tam ꝓpter exactam exmanda to pecuniam, quàm non exactam, [p] tam dolum, quàm culpam. sumptuum[q] ratione bona fide habita, prestare necesse est.

Contra tenorem mandati non valet quod procurator fecit. h. d. Bal. Vel sic: Procurator seruato mandato, non præiudicat domino. Salycetus.

XII. Idem. AA. Firmo.

† *Concer. cum hac. l. c. fin. cū gl. extra de fideiussor.*

SI pro Titia fideiussisti, vel mandasti vt sibi pecunia mutuaretur: an antequam pro ea soluas, possis agere aduersus eam, quæritur? Dicitur quod non, nisi condemnatus fueris, vel nisi hoc conuenit, vel nisi Titia incepisset dilapidare bona sua. & hoc in prima. Si vero tu pro ea fideiussor vel mandator extitisti: & conuentus except. habens eam non oppositi, aut condēnatus non appellasti: an mādati si quid pro ea soluisti, agere possis, quęritur? Dicitur ꝙ non. & hoc in secūda.

f *Cœpisse*. aliud si iam cēpore fideiussionis cœperat dilapidare: vt ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & l. plane. & ff. de vaca. mu. l. pe. §. vl.

g *Causam*. quia homines dicunt quod male fecit facta sua: vt & dicemus. infra de col. authen. quod locum. & infra de iure do. l. vbi & ff. solu. matri. l. si constante.

h *Suscepisse*. quod facere potuisti speciali pacto.

Fideiussor an possit agere antequā soluat.

i *Feceris*. nota non posse fideiussorem agere antequam soluat: sed fallit in quatuor casibus: si dilapidare bona sua debitor cœpetit. Item si condemnatus fuerit. Item si hoc conuenit. & hi tres sunt hic, quartus est si diu steritin obligatione, quod quantum sit diu, iudex arbitratur: vt ff. eo. l. Lucius. alias autem non: sed secus in eo qui animo nouandi intercessit, qui statim agit: vt ff. eo. l. si mandato meo. §. si iudicio. quæ est contra. & est ratio: quia iam liberauit eum, ac si soluisset: vt ff. eo. l. inter. §. si is. Itē secus si mandem tibi vt mihi fundum emas: nam agitur contra me etiam antequam soluas, vt suscipiam obligationem: vt ff. eo. l. si mādato meo. j. resp̄ō. & de neg. gest. l. si quis mihi mandato. quæ sunt contra. Sed dic ꝙ ratio est diuersitatis: quia si fideiussor statim ageret, afficeretur dāno debitor, qui modo alium tam commode inuenire non potest, vt poterat tunc: quod esse non debet: vt ff. cōmo. l. in cōmodato. §. sicut. Item qui mandatū accepit de fide iubendo, videtur accipere & de soluendo: vt ff. de condic. indeb. l. indebitā pecuniā at qui de emendo fundo mandatum acceperit, non videtur accipere de soluendo. Item in casu etiam post solutionem non agit, vt si ante diem soluendi soluit: vt ff. eo. l. si mādauero tibi vt pro me. in princ. ADDITO, Videas similem glo. in c. fi. extra de fideiuss. quod capi. sumptum est ex hac. l.

c. fin. cū gl. extra de fideiussor.

k *Fideiussorem*. dixit §. fideiussorem damnatum mandati agere posse: quatenus autem hoc verum sit, subiungit.

l *Munitum*. sed si reus vti non potest, & minus honesta erat, & soluit, agere potest: vt ff. eo. l. idemque. §. pe.

m *Iniuria*. ad hoc j. de euictio. l. emptor. & ff. de fideiuss. l. exceptione. & ff. de euic. l. fi per imprudentiam. Item contra. ff. de pub. l. si quis prohibuit. alias incipit, Papinianus lib. vj. sed ibi ignorabat exceptionem sibi competere: hic sciebat.

Fideiussor si omisit exceptionē, non sit ei imputandum.

n *Appellatione*. quam interponere debet ex bona fide: vt supra de procurat. l. inuitus. nisi eo præsenti denunciet vt appellet: vel nisi propter paupertatem dimittat: vt ff. eo. §. fl. si procuratorem. §. si ignorantes. Et breuiter de his exceptionibus distingue, an sit declinatoria iudicij quam fideiussor omisit: & tunc nihilominus agit mandati: vt ff. eo. l. si fideiussor. j. §. quædam. an sit solutionis dilatoria vel peremptoria: licet quidam inter eas distinguant: & tūc si ex persona fideiussoris competat, & turpis est, quia impetrauit ius iniquum, vt dicunt quidam: vel aliter erat turpis, & tunc agit nihilominus mandati: vt ff. eo. l. idemque. §. pen. si honesta, quia pactum fideiussori est factum ne à se vel à reo peratur, & sic porrigitur ad reum: vt ff. de pact. l. idem. §. j. non ager: vt ff. eo. l. idemque. §. pe. Nec distinguo sciens vel ignorans eam omittat: quia in suo facto nō probabiliter erat: vt ff. ad Velleia. l. quanquam. Si autem ad reū non porrigebatur, vt Velleiana vel similis, tunc nihilominus agit: vt ff. eo. l. fideiussor. j. §. fi. Si autem ex persona principalis competit si quidem peremptoria, & sciens eam omittit: non agit: mandati sed ignorans, si quidem ius, non ager: si factum, agere: vt ff. eod. l. fideiussor. j. §. non male. Si vero dilatoria solutionis, non aget interim: sed dem um adueniente die, vt ff. eo. l. si mandauero tibi. ij. in princ. Si autem erat talis exceptio reo competens, qua fideiussor vti non potest, non imputatur fideiussori, etiam si sciens eam omittit: si modo non habuerit facultatem rei conueniendi &c. vt ff. eo. l. idemque. §. penul. & hoc etiam no. ff. eo. l. si fideiussor. j. §. quædam.

PRocuratorem.] CASVS. Ordinaui procuratorem ad exigendam pecuniam à debitore: suscepit mandatum: non solum de gestis, sed etiam de his quæ omisit gerere, tenetur: tenetur etiam de dolo & culpa: sed si aliquos sumptus bona fide fecit in administratione, illos poterit repetere.

o *Suscepit*. tenetur enim non quia gessit, sed quia gerenda suscepit: vt hic, & ff. eo. l. si remunerandi. §. j.

p *Non exactam*. quia debuit exigere: vt & ff. eo. l. dolus est.

q *Sumptuum*. vt & supra. e. l. etiā. & infra. eo. l. si contra licitum. in fi. & ff. eo. l. idemque. §. idem Labeo. & l. ex mandato.

breuiter, quia aut dirigitur mandatum ad creditorem, vt pecuniam mutuet procuratori: & sic loquitur hic. aut procuratori mittitur: & tunc tenetur dominus vtili institoria: vt supra de exercit. l. si mutuam. aut fuit nūcius, & tunc certi condictio cōtra dominum datur: vt supra quod cum eo. l. si ex contractu. Et de his pleue dixi. §. si cer. pet. l. eum qui.

a *Actio*. contraria.

SI *filii*.] CASVS. Si mandato meo seruo meo pecuniam credidisti, & decessi filiis relictis impuberibus: an aduersus pupillos mandati habeas act. quæritur? Respon. quòd sic, tam ad pecuniam, quàm ad pignora. Viuianus.

b *Obligata*. à seruis.

c *Pupillos*. nō enim eo minus ex contractu patris tenentur, quòd pupilli sunt: vt hic & supra de nō nu. pecu. l. si intra. & de hære. act. l. sub prætextu. Item no. mandati. mandauerat enim dominus in sua re, vt dicit: ergo si in peculiari: quia tunc daretur quod iuss. vt ff. quod iussu. l. j. & supra. quod cum eo. l. si mandator, posset dici vtranque simul competere cum dirigitur ad extraneum, non ad filium, vel ad seruum.

d *Pignorum*. per hypothecariam. Accursius.

CASVS. Si procurator meus cum aduersario meo colluserit pactiendo se superari: vel nō appellauit cū potuerit: an aduersus eum habeā mandati actio. quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

e *Læsum*. vt quia collusit cum aduersario: vt ff. eo. l. si procuratorem. in princ. vel si non appellauit: vt supra de procu. l. inuitus. vel aliud quid dolo vel culpa fecit: vt supra de procura. l. si procurator.

SI *pro ea*.] CASVS. Si pro Titia fideiussisti, vel mandasti vt sibi pecunia mutuaretur: an antequam pro ea soluas, possis agere aduersus eam, quæritur? Dicitur quod non, nisi condemnatus fueris, vel nisi hoc conuenit, vel nisi Titia incepisset dilapidare bona sua. & hoc in prima. Si vero tu pro ea fideiussor vel mandator extitisti: & conuentus except. habens eam non oppositi, aut condēnatus non appellasti: an mādati si quid pro ea soluisti, agere possis, quęritur? Dicitur ꝙ non. & hoc in secūda.

f *Cœpisse*. aliud si iam cēpore fideiussionis cœperat dilapidare: vt ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & l. plane. & ff. de vaca. mu. l. pe. §. vl.

g *Causam*. quia homines dicunt quod male fecit facta sua: vt & dicemus. infra de col. authen. quod locum. & infra de iure do. l. vbi & ff. solu. matri. l. si constante.

h *Suscepisse*. quod facere potuisti speciali pacto.

Fideiussor an possit agere antequā soluat.

i *Feceris*. nota non posse fideiussorem agere antequam soluat: sed fallit in quatuor casibus: si dilapidare bona sua debitor cœpetit. Item si condemnatus fuerit. Item si hoc conuenit. & hi tres sunt hic, quartus est si diu steritin obligatione, quod quantum sit diu, iudex arbitratur: vt ff. eo. l. Lucius. alias autem non: sed secus in eo qui animo nouandi intercessit, qui statim agit: vt ff. eo. l. si mandato meo. §. si iudicio. quæ est contra. & est ratio: quia iam liberauit eum, ac si soluisset: vt ff. eo. l. inter. §. si is. Itē secus si mandem tibi vt mihi fundum emas: nam agitur contra me etiam antequam soluas, vt suscipiam obligationem: vt ff. eo. l. si mādato meo. j. resp̄ō. & de neg. gest. l. si quis mihi mandato. quæ sunt contra. Sed dic ꝙ ratio est diuersitatis: quia si fideiussor statim ageret, afficeretur dāno debitor, qui modo alium tam commode inuenire non potest, vt poterat tunc: quod esse non debet: vt ff. cōmo. l. in cōmodato. §. sicut. Item qui mandatū accepit de fide iubendo, videtur accipere & de soluendo: vt ff. de condic. indeb. l. indebitā pecuniā at qui de emendo fundo mandatum acceperit, non videtur accipere de soluendo. Item in casu etiam post solutionem non agit, vt si ante diem soluendi soluit: vt ff. eo. l. si mādauero tibi vt pro me. in princ. ADDITO, Videas similem glo. in c. fi. extra de fideiuss. quod capi. sumptum est ex hac. l.

† *Concer. cum hac. l. c. fin. cū gl. extra de fideiussor.*

k *Fideiussorem*. dixit §. fideiussorem damnatum mandati agere posse: quatenus autem hoc verum sit, subiungit.

l *Munitum*. sed si reus vti non potest, & minus honesta erat, & soluit, agere potest: vt ff. eo. l. idemque. §. pe.

m *Iniuria*. ad hoc j. de euictio. l. emptor. & ff. de fideiuss. l. exceptione. & ff. de euic. l. fi per imprudentiam. Item contra. ff. de pub. l. si quis prohibuit. alias incipit, Papinianus lib. vj. sed ibi ignorabat exceptionem sibi competere: hic sciebat.

Fideiussor si omisit exceptionē, non sit ei imputandum.

n *Appellatione*. quam interponere debet ex bona fide: vt supra de procurat. l. inuitus. nisi eo præsenti denunciet vt appellet: vel nisi propter paupertatem dimittat: vt ff. eo. §. fl. si procuratorem. §. si ignorantes. Et breuiter de his exceptionibus distingue, an sit declinatoria iudicij quam fideiussor omisit: & tunc nihilominus agit mandati: vt ff. eo. l. si fideiussor. j. §. quædam. an sit solutionis dilatoria vel peremptoria: licet quidam inter eas distinguant: & tūc si ex persona fideiussoris competat, & turpis est, quia impetrauit ius iniquum, vt dicunt quidam: vel aliter erat turpis, & tunc agit nihilominus mandati: vt ff. eo. l. idemque. §. pen. si honesta, quia pactum fideiussori est factum ne à se vel à reo peratur, & sic porrigitur ad reum: vt ff. de pact. l. idem. §. j. non ager: vt ff. eo. l. idemque. §. pe. Nec distinguo sciens vel ignorans eam omittat: quia in suo facto nō probabiliter erat: vt ff. ad Velleia. l. quanquam. Si autem ad reū non porrigebatur, vt Velleiana vel similis, tunc nihilominus agit: vt ff. eo. l. fideiussor. j. §. fi. Si autem ex persona principalis competit si quidem peremptoria, & sciens eam omittit: non agit: mandati sed ignorans, si quidem ius, non ager: si factum, agere: vt ff. eod. l. fideiussor. j. §. non male. Si vero dilatoria solutionis, non aget interim: sed dem um adueniente die, vt ff. eo. l. si mandauero tibi. ij. in princ. Si autem erat talis exceptio reo competens, qua fideiussor vti non potest, non imputatur fideiussori, etiam si sciens eam omittit: si modo non habuerit facultatem rei conueniendi &c. vt ff. eo. l. idemque. §. penul. & hoc etiam no. ff. eo. l. si fideiussor. j. §. quædam.

PRocuratorem.] CASVS. Ordinaui procuratorem ad exigendam pecuniam à debitore: suscepit mandatum: non solum de gestis, sed etiam de his quæ omisit gerere, tenetur: tenetur etiam de dolo & culpa: sed si aliquos sumptus bona fide fecit in administratione, illos poterit repetere.

o *Suscepit*. tenetur enim non quia gessit, sed quia gerenda suscepit: vt hic, & ff. eo. l. si remunerandi. §. j.

p *Non exactam*. quia debuit exigere: vt & ff. eo. l. dolus est.

q *Sumptuum*. vt & supra. e. l. etiā. & infra. eo. l. si contra licitum. in fi. & ff. eo. l. idemque. §. idem Labeo. & l. ex mandato.

CVm] CASVS. Mandaui tibi vt venderes fundum meum pro centum: vendidisti pro. l. nec ratum habui: nunquid mihi præiudicasti quo minus eum vindicare possim, quæritur: Dicitur quod non.

Tal. incipit, si mandati.

a *Contra.* i. citra. sic supra de Iudæis. l. cœlicolatum.

b *Tenorem.* qui erat vt certo pretio venderet: vt ff. eo. l. diligenter. vel vt certæ personæ venderet: vt ff. de contrahen. empt. l. cum seruo.

c *Non potuit.* non ergo nocet domino procurator, siue pro parte sit falsus, quia excedit mandatum: siue ex toto, vt hic, & ff. de no. ope. nunc. l. cum procurator. §. fin. & pro emptore. l. qui fundum. §. procurator. & infra de noxat. l. non absoluit. & supra de procu. l. si precium, & l. si procurator.

Procurator an teneatur de leuissima culpa.

†Cōcor. gl. in. c. ij. supra verbo, si tuimus. in mand. extra de rapt. in inte.

A Procuratore.] CASVS. De dolo & culpa, nō casu fortuito, tenetur procurator.

d *Et omnem culpam.* de dolo & lata culpa & leui tenetur secundū omnes: vt hic, & ff. eo. l. si procuratorem. §. dolo. & l. dolus. & ff. de reg. iur. l. contractus. Sed secundum Io. & B. & Azo. etiam de leuissima culpa tenetur: vt hic. nam qui omnem dixit, nihil omisit. sed Od. & M. contra: vt dices infra. e. l. in re. Nec obst. primę opinioni, scilicet de leuissima. ff. eo. l. idemque io prin. vbi dicit nihil amplius quàm bonam fidem. nā expone, id est nihil quod sit melius. nam nil melius est bona fide. Vel ibi emerat procurator, & omnia fecerat, & sola restabat traditio faciendi, in qua sufficit bona fides, quæ sit in tradione. Item nec ob. ff. de reg. iur. l. contractus. quia ibi non remouet quin de leuissima teneatur. ADDITIO. Quòd autem procurator teneatur de leuissima culpa, tenet Cy. hic post Ia. de Are. & etiam Dy. in. c. contractus. de reg. iur. lib. vj. & dicunt rationem esse tacitam adsertionem industriæ suscipientis mandatum, cum procurator propter solam industriam eligatur. ergo &c. vt arg. ff. de ædil. edic. l. si quid vendutor.

e *Improuisum.* nisi specialiter cōuenit: vt & ff. depo. l. j. & de pig. act. l. quæ fortuitis. & de neg. gest. l. negotium. & ff. cōmod. l. j. Vel nisi culpa præcedat casum: vt ff. cōmo. l. in rebus. & l. si vt certo. §. sed iuxta. Ité nisi fuerit in mora: vt ff. depo. l. si in Asia. §. fin.

Si secundum.] CASVS. Titio & Seio pecunia tua quos comparasti: vel in solutum à debitore tuo accepisti: & alteri eorū de voluntate vtriusq; tradidisti: vt tibi restituatur quod nomine equorum à te proficiscebatur, mandati eos habebis obligator.

f *Tua pecunia.* comparatos illorum mandato. sic & ff. e. l. si fundum. & l. qui negotia. §. fin.

g *A proprio.* scilicet tuo, subaudi.

h *Placuit.* f. vt restituatur tibi q̄ equorū nomine à te fuit profectum. Sed nōnne videntur illi mihi mandare de re mea vendenda eis: & sic non valet: vt infra tit. j. l. j: Respō. immo de aliena, vt eam eis acquiram: quod feci: ex quo facto mihi abest.

Mandatum.] CASVS. Mandasti mihi vt fundum tibi emerem: antequam arras donarem, decessisti: an expiret mandatum, quæritur: Dicitur quod sic.

i *Finitum.* vt infra. eo. §. item si adhuc. & ff. de solut. l. fina. Item no. re integra aliàs enim secus: vt ff. de institor. l. si quis mācipiis. §. eius: & ff. de actib. l. arbiter. Sed quando dicitur res integra.

A Reseruatis causis emptionis venę: vt ff. de institor. l. m. si ei. & quia in rebus autem potest quis aliquid, vel parare emi fecerit: vt pater. ff. de pecul. l. j. §. cœpisse. & de condict. ob. cau. da. l. si pecuniam. in prin. Ex tunc ergo reuocari non potest, ne ei sit suum officium damnosum: vt ff. de furt. l. si seruus communis. §. quod vero. Item licet mandatum mone finatus (vt hic dicit) tamen si ignorans mandatarius eum mortuum, et adhuc integra aliquid fecerit: potest agere contra hæredem, ne iusta & probabilis ignorantia eum damno afficiat: vt institut. eod. §. item si adhuc. & ff. eo. l. inter. circa prin. Item quod hic dicit, est verum: nisi sit tale mandatum quod suscipiat initium à morte testatoris, vt de sepulchro: vt ff. eo. l. si vero. §. si.

Mādatū si finitum re integra, quid de eius re integra.

AD comparādas.] CASVS. Si mandaui tibi vt ex pecunia mea merces emeres, nec emeris, pecuniam in vsus tuos conuertas, quāti mea interest, iudicio mandati mihi condemnaberis.

k *Rupea.* quia cuius eamit, quàm potuerit: vel etiam in suam vtilitatē conuertit.

l *Interest.* quanti scilicet tunc eum agitur interest, nil agitur, licet aliquando interfuerit: vt ff. eo. l. si procuratorem. §. mandati. secus in agentario, vbi sufficit semel interfuisse: vt ff. de eden. l. vbi. §. j. & similiter secus in eo qui promisit iudicio sisti. ff. si quis cau. l. qui autem. §. fina.

Salarium.] CASVS. Pro expediendis negotijs meis promisi salariū, sed incertum, dicendo se remuneratūrum laboré tuum. nunquid tale salarium peti potest, quæritur? Respon. quod non.

m *Incerta pollicitatione.* re & genere. nam si re tantū, valeret: vt promittio equi in genere, secundum Io. Item si dixero, faciam te militem: non est incertum, secundum Io.

n *Peti non potest.* sed solutum retineri potest. & quod dicit pollicitatione, ideo dicit: quia si esset in stipulatione deductum (licet incertum.) forsan posset agi ex stipulatu secundum Hug. sed Azo dicit etiam tunc non valere: & de pollicitatione ideo dicit, quia salarium plerunque offertur à domino nulla interrogatione facta, sed subito dicit dominus, ita & ita faciam tibi. & qua actione petatur salarium, dixi supra. eo. l. j.

POst.] CASVS. Mandasti Titio vt mutuatur. x. Sempro. sed iusti Titio illa. x. tam Sempronium, quàm eius hæredes ad sortem & ad vsuras ex mora act. mandati conuenire poteris.

o *Post soluționem.* mandator soluit, & cōuenit eum qui mutuari mandauit, & eius hæredes. & quod dicit, post solutionem, scilicet non ante: nisi in casibus, vt dixi. supra. eo. l. si pro ea.

p *Cum vsuris.* ex mora vel communi iure debitis: vt in bonæ fidei iudicio: vt ff. e. l. si vero non re. §. si mihi. & supra eo. l. j. & j. proxi. & supra. depo. l. ij. Sed contra: ff. eo. l. inter. §. præterea, vbi dicit nihil plus venire nisi quod soluit. sed ibi supple, nisi ratio vsurarum emergat, vt hic.

q *Postulas.* actione mandati.

PRecij rerum.] CASVS. Mādaui tibi vt res meas vēderes, & stipulatus sum vsuras vltra legitimū modū, puta tres soli dos pro libra, & pignus dedisti, & vendidisti res meas ad precium mihi

mihi teneberis: & ad vsuras legitimas, & pignora vltra legitimum modum vsuratum non tenebuntur. Viuianus.

a *Precij rerum.* accepisti res vendendas à me: reddas precium & vsuras legitimas, non vltra: licet in mora fueris, vel in stipulationem sint deductæ: & licet pignora pro his sint obligata: quia non valet quod sequitur ex eo, vel obid: vt supra de leg. & consti. l. non dubium.

A *Precij rerum* accepisti res vendendas à me: reddas precium & vsuras legitimas, non vltra: licet in mora fueris, vel in stipulationem sint deductæ: & licet pignora pro his sint obligata: quia non valet quod sequitur ex eo, vel obid: vt supra de leg. & consti. l. non dubium.

Si contra.] CASVS. Habebā causam cōtra Titium ad. c. conuenti tibi dare dimidiū vrefles procurator me[b] in causa: fuisti. an iudicio mandati agere possis ad. l. quæritur? Dicitur quod non: & hoc in prima. Si vero mandatum gratuitum susceperis, & impendisti: repetes: Viuianus.

b *Redemisti.* pattem dimidiam litis paciscendo secundum quosdam vel quantācunque quotā: vt diximus supra de postu. l. si qui. redemisti dico modica pecunia data vel nulla: sed ideo, quia procurabas eius causam, fecisti tibi cōuenti. Et no. contra licitum. nec enim licet procuratori vel aduocato: vt §. de procu. l. item. & ff. e. l. si remunerandi. §. fi. ff. de pact. l. sumptus.

Procurator possessis de quota litis an possit petere quæ viliter expendit?

c *Frustra petis.* Quid autem si de tuo impendisti, & viliter? Respō. nihil repetis ex pacto de quota parte litis facto, p expēsis vel actione mandati informata, licet incontinenti fuerit pactum factum de quota litis: quia illicitum pactum non informauit: nec etiam officio iudicis, quod super illicitis non est implorandum: nec actione negotiorum gestorum. & hoc probatur ex eo quod subiicit, quòd si gratuitum &c. Quidam tamen dicunt contra: nam dant ei negotiorum gestorum pro ex pensis quatenus vtiliter impendit.

d *Postulas.* vt ff. eo. l. si quis alicui. §. fi. & §. eo. l. j.

INre.] CASVS. Mandaui tibi vt gereres negotia mea: recepisti mandatum si dolum adhibuisti in gerendo, non solum in pecunia ad interesse mihi cōdemnaberis? sed & efficieris infamis: quia suas res potest quilibet administrare prout vult: alienas autem non nisi cautissimo officio. Viuianus.

e *In re mandata.* id est in negotio mandato.

f *Solum.* scilicet est periculum.

g *Certissimum.* immo cum contineat interesse: vt ff. eo. l. si procuratorem. §. mandati. continet incertum: vt & actio præscriptis verbis dicitur hoc respectu incerta: vt infra de rerum permu. l. rebus. Sed dic, id est certissimum est actionem mādati dari, vel etiam est certissima inspecto fine: quia iudex certificat: vt institu. de actio. §. curare.

h *Existimationis.* id est famæ. sic accipitur. ff. de var. cog. l. penult. damnatus ergo. mandati directa, est infamis: vt hic, & ff. de his qui not. infa. l. j. §. qui pro socio. & l. futis. §. mandati. ADDITIO. Intelligas hoc, quando est damnatus propter dolum suum. secus vero si propter culpam esset damnatus: vt dicit glo. in dicto. §. qui pro socio.

i *Arbiter.* scilicet existens. i. dispositor. proprie enim non potest arbiter quis esse in sua re: vt ff. de arbi. l. pe. & est simile huic ff. solu. matri. l. etiam. §. licet.

k *Ex proprio.* quædam enim facimus inpiiii: vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. idem Celsus. quędam nec volētes facimus, vt restamentum si sumus minores xiiij. annorum: vt institut. qui. non est permiss. fa. testa. §. præterea. & ad idē institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. fina.

Mādati si finitum re integra, quid de eius re integra.

l *Exacto.* id est exactissimo, secundum Io an. & B. sic institu quib. mo. re contrahi. ob. §. item is. venit ergo secundum eos in actione mandati etiam leuissima culpa. & arg. institu. loca. §. fi. sicut ibi, Saturnia sancta deatum. i. maxima siue sanctissima. aliàs secundum M. distinguebat, verum gratia mandantis tantum interueniat mandatum. & tunc præstabitur dolus & lata culpa tātum: an mandatarij tantum: & tunc leuissima, sicut in commodato distinguitur. ff. commod. l. si vt certo. §. interdum. & l. in rebus. m *Geruntur.* id est geri debent.

n *Neglectum.* cum incepit facere, & destitit. Ioan.

o *Declinatum.* cum ab initio commisit. Vel pone contra secundum Azonem: & vtrunque dictum ponitur pro eodem.

PRecij rerum[a] distractarum, quas venales præcedente mandato acceperas, vltra licitū vsuras ex stipulatiōe vel mora præstare (licet pignora data p̄ bentur) compelli non potes.

Illicitum salarium non potest peti, nec etiā sumptus quos in lite improba quis fecit. b. d. Bald. Vel sic: *Ex pacto de quota litis nil potest procurator petere: sed si tale pactum non fuit: bene potest petere expensas factas de suo.* Paul. de cast.

B XX. Iidem AA. Epagatho.

SI contra licitum, litis incertum redemisti: [b] interdictæ conuentionis tibi fidem impleri frustra petis. [c] Quòd si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidem sumptus rectè postulas.[d]

Condemnatus mandati directa, dicitur infamis: quia licet quis in re propria sit moderator & arbiter, non sic in re aliena. b. d. not. Bald. Vel sic: *Cogendus est in actione directa mandati, efficitur infamis: ideo consulitur procuratoribus, ne sint diligentes, non negligentes.* Saly.

XXI. Imp. CONSTANTINVS A. Volusiano PF. P.

IN re mandata[e] non pecuniæ C solum,[f] cuius est certissimus mādati iudicium, verumetiam existimationis[h] periculum est. Nam suæ quidē quisq; rei moderator atque arbiter,[i] nō omnia negotia, sed pleraq; ex proprio[k] animo facit. Aliena verò negocia exacto[l] officio gerūntur:[m] nec quicquā in eorum ad ministratione neglectū[n] ac declinatum[o] culpa vacuum est.

Ex parsimonia precij cessio actionum præsumitur simulata, & est invalida, nisi ipsa ne ad concurrentem quantitatem eius precij numerati. fallit in casibus hic expressis, & similibus eandem rationem habentibus. Si autem cessio non fit facta contemplatione precij, sed ex mera & pura liberalitate: efficaciter trāsfeuntur vtiles actiones secundum tenorem directarum. b. d. Bald. & est singularis lex secundū Paul. de cast.

D XXII. Imp. ANASTASIVS A. Eustachio præfect. præt.

PEr diuersas[p] interpellationes ad nos factas, comperimus quosdā alienis rebus fortunisq; inhiantes, [q] cessiones aliis cōpetentiū actionū in semetipsos exponi properare: [r] hocq; modo diuersis personas litigatorum [s] vexationibus [t] afficere: cum certū [v] sit pro indubitatis[x] obligationib[o] eos magis quib[o] antea supperebāt, iura sua[y] vindicare, q̄ ad alios ea transferre velle. [z] Per hāc itaq; legē iubemus in posterū huiusmodi cōmentas inhiberi. * nec ēm dubiū est redēptores litiū alienarum

Hoc etiā prohibet papa in c. sæpe de apostol. ca. cū gl. super verbo, liceat. extra de rapt.

si. pro xx. & vsuris. In quibusdā tamen contractibus potest fieri cessio, puta inter cohæredes. potest enim vnus alij cedere act. Item si creditor acceperit à suo debitore nomen sui debitoris in solutum, aget iure cessō: vel si patiatur creditor controuersiam super pignoribus sibi obligatis, potest petere vt debitor cedat ei act. vel si patiat act. à non domino super re quam possideo: possum petere vt mihi cedatur ius fructuarij. vel superficiarij: vt sic possim me tueri aduersus verum dominum. vel sic: Si possideo rē in emphyteusim: possum petere vt dominus mihi cedat act. suam. Item legatarij possunt petere sibi fieri cessionem ab hærede. In vltima parte dicit, quòd si titulo donationis cedatur actio, bene tenet cessio.

p *Per diuersas.* In primo casu fuit simulatio, in secundo præsumitur. à secundo quatuor exeipiuntur.

q *Inhiantes.* i. insidiātes. sic & j. de prescriptio. xxx. an. l. j. in prin.

r *Properare.* modicum dando pro cessione faciendā: vt infra. l. proxi. in prin.

s *Litigatorum.* debitores pura.

t *Vexationibus.* in plus petendo.

v *Cum certum.* audaciter hoc dicas, cum certum &c. dic certum præsumptione iuris: vt ff. de probatio. l. cū de indebito. & ff. de alie. iudi. l. item si res. §. fi. & l. seq. & l. fi. non tamen statur huic præsumptioni, nisi aliàs probetur simulatio.

x *Pro indubitatis.* dicuntur indubitatæ, in quibus aduersarius nō negat: aliàs est dubia per negationem: vt j. qui. ad lib. procla. non licet. l. ij. & iij.

y *Iura sua.* id est sibi debita. & large pone vindicare, vt etiam contineat actionem personalem.

z *Velle.* id est magis præsumitur quòd ei commiserit, vt quod consecutus fuerit, partim reddat, & partim retineat. Vel dic quē cedere prædicto modo minori precio.

a *Conamen.* scilicet fictitium.

b *Dubium.* præsumptiue.

a *Cessiones.* pro nihilo vel modico factas dolo vel fraude, vel simulatione aliqua.

b *Solutarum.* No. in hoc forte est vis, vt sit necesse precium solutum: vt ff. de rei vindica. l. quotiēs. Item hoc de vsuris videtur corrigi. ff. l. proxi. sed die vt ibi.

c *Venditionis.* quæ si vera esset, valeret cessio: vt per totum tit. de hære. vel act. vendi. sed hic loquitur secundum Azo. & bene, cum parua pecunia emit, & animo vexandi. quare solum quod dedit, repetere permittit hæc lex, secus cū iusta causa sit cessio, & non animo vexandi.

d *Insertum.* scilicet pro tota actione.

e *Contingit.* quando agunt familiæ erciscundæ: vt ff. de litig. l. fin. in fi. & ff. famil. erciscun. l. plane. licet pro hac cessione detur mun⁹ quām cessio sit.

f Et *his.* cessionibus, exceptis quascunq; creditor scilicet accipit pro debito, quod est. j. & cum nomen sui debitoris etiam plus debentis à debitore suo accipit in solutum: vel die, creditor cedit actionē fideiussori etiam minus soluenti: vt ff. de fideiussori. l. si fideiussores. §. idem respon. Vel tertio pone q̄ rem tuam quam possideo, obligasti Titio creditori tuo, & ego facio mihi cedi ius suum pro minore pecunia quām ei debeatur in illam rem, vt sim contra te rutus: & secundum hæc duo exempla accipit, id est facit. sic. ff. de dam. infect. l. Proculus. Vel pone q̄ alle qui nomine meo est stipulatus cum mandato vel sine mandato, non mihi cessit.

† Hic not. Salye. quod casus singu & excepti, ob idemnitatē rationis extenditur ad similes. de quo punctō vide post alios Dec. in rub. ff. de regu. iur.

g *Is qui res.* Hoc est aliud exemplum vbi tenet cessio, puta accipit quis pro re quā possidet, ius Emphyteuticarij vel fructuarij, vel superficiatij, vel similis, vt tueatur se à domino: licet valeat plus vel minus q̄ dat cedenti, quām illud in quo vult se munire. Vel die cum timerem domui meæ ruinam ex domo tua, accepi à te ius quod habes in domo tua, puta rei vindicationem: dedi tibi minus quām valet ius cessum. quod non placet: quia verbis tantum fit hæc expositio. Vel tertio in te quam possideo, habes Publicianam: impetro à vero domino vt cedat mihi ius dominij, modicum sibi dando: vt contra te tueat me: vt ff. de Publicia. l. penult. & fina.

h *Necnon his* scilicet cessionibus exceptis, quas inter legatarios &c. & pone pluribus legatum nomen. tunc enim & ipsi inter se cedūt actiōes minimo dato, & ab hærede petūt sibi cedi directā.

i *Debita* i. actiones personales, vt dixi modo in exemplo.

k Vel *actiones.* scilicet in rem.

l *Seu res.* scilicet hæredis: a nam si testatoris, non esset necesse cedere legatario rei vindicationē, cum statim ab adita hæreditate dominus fiat: vt j. communia de lega. l. j.

a Placet Sal. reproba. l. fi. in l. ij. j. com. dele. quæ vult contra. vium.

m *Pro his.* scilicet relictis.

n *Ratione.* id est nō intercedente aliquo prædictorum casuum exceptorum.

o *Magis.* quām vetus actionis emptor.

p *Precunia.* paucis ab eo cui facta est cessio, illi scilicet qui cedit. Alij dicunt ecōtra præstitis à cedēte illi cui fit cessio: quod non placet.

q *Per donationē.* scilicet veram.

r *Quām aliis causis.* Lex ista videtur subipsi contraria. si enim valet cessio & in exceptis casibus, & aliis: ergo in omnib⁹: ergo male dixit in principio. l. non valere. Die ergo hic loqui de non simulatis, puta ex causa donationis. secus autē in simulatis quæ non valent: vt supra dixit. Sciendum est ergo quod simulata est cessio, cum id agitur inter cedentem & eum cui ceditur, quod omne lucrum & emolumentum ad cedentem referatur: sed fi mulatur contrarium, scilicet quod debeat pertinere ad eum cui fit cessio: & tunc non valet: vt ff. plus valere quod agitur, per totum.

Cessio quā do simulata dicatur.

Si autem sit dubium an sit simulata vel nō: præsumitur simulata ex paritate precij. Nam non est verisimile quod pro tam paruo precio sit facta cessio. argu. ff. de vsū ac. l. cum hi. §. modus. licet ad dolum arguendum hoc non sufficiat. vt insta de rescin. ven. l. dolus. & dic non agit nisi in tantum quantum dedit: vt ff. hac. l. ij. respō. pro residuo autem agit qui cessit. aliud tamen est vbi est pro parte venditā, & pro parte donata: vt j. l. proxi. secundū Io. & Azo. Sed quantū precium dicitur modicum? Respon. forte quā do nec dimidiam continet actionis: vt insta de rescin. ven. l. ij. Vel dic, quando deductis expensis, & labore, & precio, adhuc plus satis valet actio, ex qua fit cessio. Item præsūmitur simulata si non reperitur nomen contractus ex quo fit cessio, in cessione: vt supra hac eadem l. inuitur, ibi, licet instrumento. & sic forte contingit, ille cessit illi actionem suam contra illum, vel similia. b Si vero nomen contractus ibi cōtinetur, nō præsumitur simulata. nec obstat. supra ibi, licet instrumēto &c. nā intellige quod primo debeat fieri instrumentū vēditionis vel donationis, & postea subsequi cessio: vt nō videatur fraus facta. hic aūt fuerat prius cessio facta, & postea instrumentū cōtractus: & ideo aliud est. Vel verius titulus deficiens facit simulatam, sed alsistēs non facit non simulatam, si aliud sit quod faciat simulatam, vt paruitas precij: & hoc casu non admittitur actio, sed agit qui cessit: cum cessio non tenuerit, vel ex paritate precij erat simulata. Item tertio præsumitur simulata, si actio sit iusto precio pro parte venditā, & pro alia parte donata: & hic agit is qui emit, in tantum quantum dedit: in residuo nullus agit: nec is qui cessit, nec is cui creditur: vt infra l. proxi. licet aliud sit cum modica pecunia data pro tali actione, facta est cessio: vt modo dixi. sed in casibus non præsumitur simulatio quantumcunque precium datū sit pro cessione, qui hac lege continentur. & distingue hic vt §. ne liceat po. l. j. ADDITIO. Addas post Bar. hic præsumi etiam cessionem simulatam, quando precium pro quo facta est cessio, non apparet in veritate solutū. hoc secundū eum innuitur in hoc tex. iuncta glo. in ver. solutarū. supra & j. l. proxi. ibi, vero contractu re ipsa persoluit. ex quo concluditur secundū eundē non sufficere si in instrumēto cessionis cedens sibi solutum esse confiteatur, nisi reuera sibi solutum probetur. quod verum est quantum ad eum contra quē editur: sed contra ipsum cedentem noceret illa cessio.

Cessio simulata dicitur.

Cessio simulata quando præsumenda simulata.

c Adde hic etiam quod priuilegia fori inhærentia iuris ci vilis in cessionarium transeūt, sed nō si hæres cedenti succedat. in fi. col.

XXXII. Imp. IVSTINIAN. A. Ioanni præfec. præto.

AB Anastasio¹ diuæ memoriæ principe iustissima constitutio cōscripta est ᵗ tā humanitatis quām beneuolentiæ plena: vt ne quis alienum subeat debitum cessione in eum facta, & ne amplius à debitore consequatur his ˣ quæ præstitit ᵘ cessionis auctori: exceptis quibusdam casibus, qui specialiter illa sanctione cōtinentur. ¶ Sed cū hi qui circa lites morantur, ᵛ seruanda: vt cessiones tam pro exceptis & specialiter enumeratis, quām aliis causis ʳ factæ seu faciendæ, secundum actionum quæcunq; cessæ sunt vel fuerint tenorē, sine quadam imminutione obtineant ˢ.

Præsumitur in cessione quā do dicatur modicum.

Cessionarius quando in cessione quā do dicatur modicum.

Hæc est no. lex, quæ venit ad præcedentem declarationē & hoc intendit in summa: Si actio est pro parte vendita, & pro parte donata: præsumitur cessio simulata. idem si solus titulus donationis sit appositus, tamen clam aliquid sit datum nomine precij. His ergo casibus cessionarius non agit nisi quatenus re ipsa persoluit. cedens etiam propter suā fraudē actione priuatur. & licet de rigore ipsa sanctio deberet retrahi: tamen de aquitate nō trahitur retro: sed ad futura tantū pertigitur. h. d. secundum. B. ald.

Cessionarius quando in cessione quā do dicatur modicum.

¶ Cessionis quā do dicatur modicum.

Cessionarius quando in cessione quā do dicatur modicum.

Adde quæ not. ff. de cōdi. ob turp. causā. l. ij. & gl. ij. ca. tra. ibi. ind. mul. com. fa. & al. cons. quæritur quis quantum quæ præstitus. & vide de hoc Bal. in fi. ff. cod. quæ cessio debeat haberi pro remissa.

a *Venditionis.* iusto precio factæ.

b *Per coloratam.* quare dicit coloratam, cum vere & iusto precio vendebat partem, & mera liberalitate aliam partem donat? Respon. quia non donaret partem, nisi aliā donatarius emeret. similis color. ff. de nat. lib. l. legem. in fi.

c *Partem.* hic tangit tertium casum, quem. j. apertius declarabit.

d *Non aduersamur.* immo consentimus: vt ff. l. proxi. in fine.

e *Si quis.* ff. creditor.

f *Occulte.* quia aliàs non erat donaturus, ni si aliam partem emisset: sed hic tacebat, & sic redit ad primum, vt aliquid addat.

g *Particulatim.* id est partem actionis.

h *Persoluit.* & etiā vsuras: vt ff. l. proxi. circa princ. quæ est contra. Vel hæc corrigit illam: vel verius, his trib⁹ casibus tantum sortem petit, scilicet quando pro parte vēdidit, pro parte donauit alicui directò, item quando per interpositā personā: vt hic. Itē quando aliquid occulte dat, vt ex causa donationis tota sibi cedatur: vt j. pxi. §. ar superior lex loquitur quando modicū assignatur pro cessione tota facta, illo modico precio: tunc & precium & vsuras petit emptor, vt ibi.

i *Vtraque parte.* scilicet cedētis, & eius cui cedit tur sic & in possessione furioso tradita: vt ff. de acquir. pos. l. quod meo. §. si furioso.

k Et *si hoc.* ff. quod vere solutum fuit.

l *Molestia.* ex aliquo.

SI SERVVS EXTERO se emi mandauerit.

Audisti generaliter supra de mandato: nunc audi specialiter in quodam casu, scilicet cum seruus extero se emi mandauerit.

Item vnā scilicet an fuerit vtile mandatum dividit in quatuor.

Et not. quatuor dicta in hac. l. *Item an actio detur ipsi domino ex venditione, licet mā datum sit inutile. Item an solutio nummorum peculiarium liberet emptorem. Item an agat de ancilla & de precio. In primo dicit nullum esse mandatum. In secundo dari domino actiones ex vendito. In tertio quod emptor non liberatur. In quarto de vtroque agi non posse. Die ergo si seruus extero &c.*

A Idem eſt ſi habebat peſtiferas vel lethiferas herbas.

m *Diſplicuerit.* ſcilicet intra tempus præfinitum, quod in perpetuũ conuenire poteſt. & ſi quidem nihil de tempore conuenit,intra dies. lx. vtiles poteſt redhiberi per actionem in factum vltra non, niſi cauſa cognita: vt & ff. eo.l. quod ſi nolit.§.ſi quid ita. Et datur hæc actio in factum, in quinque caſibus. Primus eſt vt modo dixi. Secundus ſi venditor non pronunciat de his quibus inbent ædiles pronunciari, ſcilicet de natione vel ſimilibus : vt ff. eo. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. Item ſi non cauerit de his, de quibus cauere iubetur: vt ff. eo. l. ſi venditor. & tunc intra duos menſes vel ſex, vt ibi dicitur. Item ad precium, cum fuerit facta redhibitio ſine iudice : vt ff. eo. l. quòd ſi nolit.§. in factum. Item propter ornamẽta intra.ix. dies ad rehibẽdum , nihil ornamenta dentur: vt ff. eo.l. ædiles.ij. in princ. & §. vendendi. Poteſt dici & ſextus , ſcilicet cum veteranus pronunciato eſt venditus: vt ff. eo.l.præcipiunt ædiles. & l.ij.§.quoties.

A Alio iuſtã cauſa retinẽte, hibendũ in quãtũ eſt.

n *Sub conditione.* ſ. reſolutiua: vt ar.ff.de contrahen.emp. l.iij. & inſti.de contrahen.empt. §.ſi. Acc.

o *Redhibitoriã.* id eſt in factum.

p *Per eandem.* ſimplex ſit relatio : nam non ad in factum quæ ad redhibendum datur : ſed ad aliam , ſcilicet ex empto redhibitoriã. & ſic pro vera redhibitione hic ponitur, ſupra non: vt ff.eo l.etiam.

Si apud.] CASVS. Si precium reperas,quia vendidi fugitiuum: probare habes ipſum fugitiuum. & hoc locum habet non ſolum in Barbaris , ſed etiam in prouincialibus ſeruis.

q *Repetendi.* per hanc actionem redhibitoriam. Ac.

r *Si illud.* ſcilicet mancipium.

s *Exhibere.* id eſt probare vel oſtendere. immo viderut & ſi ſic mortuum,q̃ poſſit redhibitoria agi: vt ff. eo l.q. ſi nolit.§.idem ait hominem. & § ſi mancipium. & §. penulti. & l. ſi hominem. Idem & ſi eſt in fuga: vnde & tũc exhiberi non poteſt: vt ff. eo. l.redhibere.§.ſi. quæ omnes ſunt contrariæ. Sol. hic ponitur exhibere,id eſt probare. & nihil eſt contra. Et alij dicunt quod ibi fuit emptor ſine culpa, hic non. Alij quod hic fuit vndique bona fides:ibi tantum in emptore.prima placet.

t *In Barbaris.* id eſt mancipiis noſtris ab hoſtibus captis.

v *Sed etiam in prouincialibus.* id eſt natis apud nos.

DE MONOPOLIIS ET conuentu,&c.

Quia venditores illicitas ineunt inter ſe pactiones: ideo eas prohibet hic tit.

Et dicitur monopolium, id eſt ſingul.vris negotiatio in ciuitate , à monos quod eſt vnum,& polo quod eſt venditor: vel polium,quod eſt venditi,qui ſit vno & certo modo faciendi negotiatio vel venditio . Inde etiam dicitur bibliopola , id eſt venditor librorum . Biblos enim dicitur liber . Item & vnde dicitur mercapola penulti. produc.ſcilicet talis negotiator, qui ſic eum aliis pactus eſt. P. autem dorſum mo-

Monopolium.

Bibliopola.

quatio nopolium à monos quod eſt vnum , & polis quod eſt ciuitas. id ſe monopolium.id eſt vnica negotiatio in ciuitate,& per hoc vetita,& inde monopolios dicitur puniti. correpta,qui ſolus vult eſſe in ciuitate emptor & venditor.

Libertas

Vbemus.] CASVS. Prohibet ne alicuius ſpeciei mercatores ſuper rebus vendendis,vel ad eorum precium etiã impetrato reſcripto monopolium audeant exercere. Nec cuiuſquam operis artifices ſuper inceptis operibus non cõplendis. ſi cõtra fiat, ſine iudiciariis ſumptib⁹ denuntietur. Iacentes monopolium , ſpoliati bonis, in exilium damnantur. Aliarum profeſſionũ primates , qui hic nominantur,in qua draginta libris auri puniuntur.Si præſes in puniendo venalitate . vel diſſimulatione veniſſus fuerit, in quinquaginta libris auri punitur.

Artifices, vel artifices, ex globatorum, nec non bal neatores pro habitis illicitis pactis adhibẽtes.

a *Echini.* id eſt eborei. vel dic quòd echin⁹ eſt paruus piſcis ſemipedalis.

b *Vendentur.* Iuſtum eſt enim vnicuique ſua cõmittere.§.de ludæis. l.nemo ij.

c *Ergolabi.* i. redemptores operum, mancipes.

d *Implere.* contra hanc artifices faciunt in multis locis.

Pretii non piſces eſt Pectini bus pauſtis ſdens Ho. nem) ita. dat ſemo. is Tarũ.

e *Omnibus.* repete data licentia.

f *Denunciandi.* ſic ſupra de epiſco. & clerici. l. ſi quis in hoc.

g *Conſtringere.* forte quòd . neminem docent.niſi tantum dec.

DE NVNDIIS &c.

Occaſione emendi venditi, quandoque quis impetrat à principe mundinas , id eſt , vt celebretur generale forum in aliquibus villis vel poſſeſſione,& ideo de hoc ponit.

Qui exercendorum.] CASVS. Qui nundinas aut mercatum imperrant, nullum ibi venientem cõueniant ratione mercium: aut ratione loci temporalem quæſtum faciant: vel ratione priuati debiti aliquã moleſtiam faciant.

Nundinæ quomodo emittantur.

h *Licentiam.* quam decennio nõ vtendo amittunt: vt ff. eo.l.j.

i *Conueniant.* de impetrante reſcriptum dicit. cæterum alij ibi contrahentes cum his qui habent ibi pergulam vel horreum, poſſunt conuenire eoſdem: vt ff de iudi.l.heres.§. proinde. Et dicas hic mercibus, id eſt occaſione mercium : & ſic ſubaudi in ſequentibus.

k *Venalitiis.* id eſt ſeruis.

l *Locorum.* vt exigant aliquid ratione loco-

A rum.habẽt enim grande cõmodum ex eo,quòd propter forum terra eorum impinguatur.arg.ff.de aqua pluuiarcen.l.j. in fin.

DE VECTIGALIBVS ET COMMISSIS.

Quarationerum venditarum , vel quocunque modo quæſitarũ ſi deſcendant de vna ciuitate in aliã, præſtatur vectigal.ſ. octaua: vt J. eo.l. ex præſtatione.& duas partes habet fiſcus, & tertiam ciuitas vel ordo ciuitatis : vt J. eo.l. fin . ideo de his dicit . Et dicitur vectigal: quia præſtatur de rebus quæ vehuntur.

Vectigalia non ſoluta, ab tota res in ciuitate cõmiſſum.

Si iure . Dic caſum quòd ex aliquo ſeruo delato erat præſtanda octaua : vt J. eo. l.ex præſtatione. ſed licet octaua ſit fiſci, & ordinis , tamen poteſt manumitti, cum vnus ſociorum aliis etiam inuitis manumittit: vt J. de com.ſer. ma l.j. Vel dic quod alicuius conduxit vectigal à fiſco: pro quo hic ſeruus , & cætera bona fiſco tacite ſunt obligata: vt J. in quib. cau. pig. ra. contra l.j poteſt tamen manumitti . ſecus ſi ſpecialiter & expreſſe: vt J. de ſer. pign. da. ma.l.j. & ij. Sed primo caſui videtur cõtra. ff. de publica. l. cõmiſſa. vbi totus videtur ſiſci factus. Sol. ibi fuit omiſſa profeſſio:hic nõ: ſed facta profeſſione nõ ſoluit : quo caſu nõ rorum habet fiſcus,ſed eius octaua du plicatur: vt ff. eo.l. ij.§. diui quoque fratres.vel ibi in.§. diui. etiam pro feſſio fuerat omiſſa.ſed multum intererat dominj ſeruum non perdere,cum forte vxorem corrupit , vel rationes reddere debebat . ADDITIO. Potes breuiter & clarius dicere poſt Dynum & Bar . in d. l. cõmiſſa. dũ quæritur an propter vectigal non ſoluta res tota incidat in cõmiſſum , aut quis omiſit ſcilꝫ rei profiteri f. ſe debere tantũ nomine vectigalis fiſco vel ciuitati , & ſoluere: & tota res incidit in commiſſum.d.l.commiſſa aut profeſſus eſt, ſed non ſoluit: & tunc ſoli octaua pars publicatur. aut ignoranter omiſit profiteri, & tunc ſi fuit deceptus perpublicanum , duplicatur octaua pars: vt d §.diui quoque fratres.

Vectigalia non ſoluta, ab tota res in ciuitate cõmiſſum.

a *Ante quæſtionem .* nam poſt manumitti nõ potuiſſet factus litigioſus: vt J. de liti.l.ij.in fi.

Neque

NEfque commissum.] CASVS. Post quinquennium, nisi sit lis contesta, pro commisso res vindicari nō potest. & si res non extat: nec dolo extare desierit, non potest precium peti.

a *Non est*, nam si esset, perpetuata esset actio: vt ſ. de præscript. xxx. anno. l. ſi.

b *Nec dolo*. vel lata culpa: vt ff. ſi mensor falsum. dixe: l. j. §. lata. non leui, ſicut etiam in depoſito: quia ſicut ibi gratia deponentis tantum: ita hic tantum gratia fiſci erat. Item not. quòd quinquēnio tollitur rei vindicatio fiſci, & ſic videtur contra. ff. de diuer. præſcrip. l. in omnibus. Sed in litera ibi ſoluitur, niſi minora tempora, &c. Item contra. j. de præſcript. xxx. anno. omne. Sed de his dixi ſ. de ſacroſanc. eccle. l. ylti.

Fiſco aliquādo tollitur rei vindicatio quin quennio.

OMnibus.] CASVS. Pœna recognitionis omiſſæ ſuper vectigalibus eſt militibus remiſſa.

Vectigal nō ſoluendum, & multa alia faciunt vt cadant in cōmiſſum.

c *Tenerentur*, cum hoc ſit militis priuilegium: apparet aliud eſſe in priuato: vt hic, & ff. eo. l. fina. ſ. diuus quoque Pius. Item & pro vectigali non præſtito: vt ff. eo. l. imperatores. & ff. de mi. l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. Item ex illicita delatione: vt ff. eo. l. corem. §. dominus. Item ex illicita emptione: vt j. eo. l. ſi quis. Item expone profeſſiones, id eſt ſcripturas quibus continetur ſe tantum debere nomine vectigalis, & nomine talis rei.

d *Depoſito*. id eſt omiſſo.

e *Portoria*. id eſt vectigalia.

f *Exolue*. tu miles.

PEnes illum.] CASVS. Remaneant vectigalia penes illum qui plus dabit, & duret per triennium locatio, poſtea renouetur.

g *Exiterit*. ſi modo bene caueat: vt ff. eo. l. licitatio. in prin. & de iure fiſc. l. non intelligitur. §. cum quinquennium. & infra tit. proxi. l. fina.

VNiuerſi.] CASVS. Pro rebus quæ ad vſum proprium vel ad fiſcum vel ruris gratia vehuntur, vectidicitur, ſi lite res anticipata non eſt, [a] vindicari poteſt: neque pro re quæ in commiſſi cauſam cecidit, ſi ipſa non exiſtat, nec dolo [b] ſupprimatur, precium peti poteſt.

Licet milites non incidant in commiſſum, tamen ſoluere tenentur cum omiſſum. Bald. Vel ſic: Miles ob profeſſionem omiſſam priuilegiatur ne incidat in commiſſum. Saly.

III. Iidem AA. Ingenuo militi.

OMnibus militibus noſtris proſpeximus, ne ob omiſſas profeſſiones pœna commiſſi tenerentur. [c] Proinde depoſito [d] hoc metu, ſi qua portoria [e] debere te apparuerit, exoluo. [f]

Quando fiſcus vendit vel locat prouentus vectigalium, debent concedi plus offerenti, ſi tamen idonè caueat. Item nō debet vendi vel locari pro minori ſpacio triennij. Item non debet interrumpi præſtatio, id eſt nec vnum momentum vltra debitum dandum eſt emptori vel conductori ad ſoluendum fiſco. Item finito triennio de nouo banniuntur, id eſt ſubhaſtantur, & venduntur. Bald. Vel ſic: Locatio vectigalium debet fieri per trien nium: & ei qui plus obtulerit in licitatione tempore ſtatuto, debet concedi: & omnino tempore ſtatuto ſoluendum eſt, & triennio finito ad nouam locationem debet procedi. Saly. etiam.

IIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Rufum.

PEnes illum vectigalia manere oportet, qui ſuperior in licitatione extiterit: & ita vt non minus quàm triennij fine locatio concludatur, nec vllo modo interrumpatur tempus exigendis vectigalibus præſtitutum. Quo peracto tempore, licitationum iura conductionumque recreari oportet, ac ſimili modo aliis collocari.

Non ſoluitur gabella de eo quod pro vſu proprio, nec de eo quod ad fiſcum portatur, nec de inſtrumētis rurabilibus, ſed ſi cauſa negociationis ſoluitur. Quid ergo ſi dubitetur? Reſpon. recurrendū eſt ad iudicia. Bal. Vel ſic: Pro rebus quæ portantur ad fiſci, vel proprij vſus cauſa, vel gratia ruris exercendi non debet vectigal ſolui. Saly.

V. Idem A. Menandro.

VNiuerſi prouinciales pro his rebus quas ad vſum proprium [h] vel ad fiſcum inferunt, vel exercendi ruris gratia reuehunt, [i] nullum vectigal à ſtationariis exigantur. ea verò quæ extra prædictas cauſas, vel negociationis gratia portantur, ſolitæ præſtationi vel penſitationi ſubiugamus: capitali pœna propoſita ſtationariis, & vrbanis militibus, & cæteris perſonis, quorum auaritia id tentari firmatur.

Nullus eſt immunis à ſolutione vectigalium, etiam ſi ſuper immunitate proferat principis reſcriptum: quia præſumitur obreptionis. Saly. etiam.

VI. Imp. VALENS & VALENTIN. AA. ad Florentinum comitem ſacrarum largitionum.

OMnium rerum ac perſonarum quæ priuatam degunt vitam, in publicis functionibus æqua debet eſſe inſpectio. ¶ Hoc ideo dicimus, quia nonnulli priuatorum elicitas ſuffragio proferunt ſanctiones, quibus vectigalia vel cætera huiuſmodi quæ inferri fiſco moris eſt, ſibi aſſerant eſſe conceſſa. [k] ¶ Si quis ergo priuatorum huiuſmodi reſcriptione niratur, caſſa eadem ſit. Vectigalium enim non parua functio eſt, [l] quæ debet ab omnibus, qui negotiationis ſeu transferendarum mercium habent curam, æqua ratione dependi: exceptis nauicularijs, cum ſibi gerererem probabuntur.

Nomine vectigalis ſoluitur oct. ua, à qua nullus eſt immunis. Saly.

VII. Iidem AA. & GRATIANVS A. ad Archelaum comitem Orientis.

EX præſtatione vectigalium nullius omnino nomine quicquam minuatur, quin octauas [m] more ſolito conſtituatas omne hominū genus qđ cōmerciis voluerit intereſſe, dependat: nulla ſuper hoc militarium perſonarum exceptione ſecienda. [n]

Ambaſſiatores pro veſtibus quas portant non ſoluūt gratia ad locum ad quem vadunt, tenentur ſoluere vectigalium pro his quas portant de loco vnde reuertuntur. Saly.

VIII. Imppp. GRATIA. VALENTI. & THEOD. AAA. Palladio com. ſacra. largi.

ALegatis [o] gentium deuotarum, [p] ex his tantum ſpeciebus quas de locis propriis vnde cōueniunt, huc deportant, octauarij [q] vectigal accipiant: quas vero ex Romano ſolo, quæ ſunt tamen lege conceſſæ, [r] ad propria deferunt: has habeāt à præſtatione immunes ac liberas.

Licet gabella non ſoluatur, tamen curandū eſt ne ad hoſtes aromata deferantur. h. d. tex. cum glo. Bald. Vel ſic: Licet vectigal lodre per Aegyptum non ſoluatur, tamen tranſductio animalium olim prohibita non permittitur. Saly.

IX. Iidem. AAA. eidem com. ſac. larg.

VSurpationem totius licentiæ [s] ſummouemus circa vectigal Arabarchiæ per Aegyptum atque Auguſtaneam conſtitutum, nihilque ſuper tranſductione animalium (quæ ſine prohibitione ſolita minimè permittenda eſt) temerariè per licentiam vindicari conceſimus.

Quod conceditur ciuitati ad auguſtias ſumptuum relcuandas, primum eſſe debet. Bald. Vel ſic: Quælibet ciuitas vectigalia ſibi conceſſa pro ſuis curiis imponere poteſt. Sal.

X. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Rufino præfecto prætorio.

VEctigalia quæcunque quælibet ciuitates ſibi ac ſuis curiis ad anguſtiarum ſuarum ſolatia quæſierunt [a], ſiue illa functionibus curialium ordinum profutura ſunt, ſiue quibuſcunque aliis earundem ciuitatum vſibus deſignantur: firma his, atque ad habendum perpetua manere præcipimus, neque vllam cōtrariam ſupplicantium ſuper his moleſtiam formidari. [b]

Salinarū ſi commixtio ſalinas, nihil poteſt menſurari vel vendi ſine eorum licentia: & pœna eſt ipſis applicanda. Bald. Ra. ff. de act. empt. l. creditor. Vel ſic: Nemini licet vendere ſal ſine licentia publicatorum, aliàs ſal, & pretium cadit in commiſſum, & publicanus debetur. Saly.

XI. Iidem AA. Lampadio. P. P.

SI quis ſine perſonā mancipū, [c] id eſt ſalinarum conductorum, ſales emerit, vendereve tentauerit, ſine propria audacia, ſiue noſtro munitus oraculo: ſales ipſi vnà cum eorum precio mancipibus addicantur.

Reſcripta contra conuentiones & ſtatuta vectigalium non valent. l. d. Saly.

XII. Impp. HONORIVS & THEODO. AA. Cuſoni comiti ſacrarum largitionum.

QVicquid contra vectigales [d] largitionalium [e] ritulorum, vel pragmaticis, vel ſacris adnotationibus fuerit elicitum, effectu & viribus carere cenſemus.

Tertia pars gabellarum & pedagiorum pertinet ad ciuitatem: duæ vero ad fiſcum imperij. Bal. Vel ſic: Vectigalia ſoluti duas partes habet fiſcus, tertiam ciuitas vel municipium, niſi ſit vectigal principi reſeruatum. Sal.

XIII. Impp. THEOD. & VALENTINIAA. Flauiano. P. P.

EXceptis his vectigalibus quę ad ſacrum [f] patrimoniū noſtrum quocunque tempore peruenerunt, cætera [g] reipublicæ ciuitatum atque ordinum, eſtimatis diſpendiis quæ pro publicis neceſſitatibus tolerare nō deſinunt, reſeruētur: cū duas portiones ærario [h] noſtro conferri priſca inſtitutio diſpoſuerat. atque hāc tertiam iubemus adeo in ditione vrbis municipiumque conſiſtere, vt proprij compēdij curam nō in alieno potius quàm in ſuo arbitrio nouerint conſtitutam.

Vectigalia quibus applicāda.

Octauæ qui dicantur.

TITVLVS LXII.
VECTIGALIA NOVA
inſtitui non poſſe.

In arduis princeps communis examinationem, & ſibi reſeruat deliberationes: vt hic, & no. prudentiam regis. Bald. Vel ſic: Si expedit alicui ciuitati nouum vectigal imponere, præſes debet principi pro licentia obtinenda reſcribere. Saly.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Victorino.

NOn quidē [i] temere permittēda eſt nouorū vectigaliū exactio: ſed ſi adeo tenuis eſt patria tua, vt extraordinario auxilio iuuari debeat, allega præſidi prouinciæ quę in libellū contulit: illiusque re diligenter inſpecta, vtilitatem communem intuitus, ſcribet nobis quæ compererit: & an habeāſit ratio veſtri, & quatenus, exiſtimabimus.

Ciuitates quæ ſunt ſub principe, non poſſunt imponere nouā datia: & impoſita non debent ſolui, & ſoluta vi vel ſimplicitate, debent reſtitui. hoc dicit cum ſeq. Bald. Vel ſic: Sola ciuitatum decreta non ſufficiunt ad nouā vectigalia inſtituenda. Saly. etiam.

II. Iidem AA. Calliſtiano.

VEctigalia [m] noua nec decreto ciuitatum inſtitui poſſunt.

Vectigal illicitum non debet exigi: & exactum debet reſtitui. b. d. Saly.

III. Impp. GALLIEN. & VALERIAN. AA. Tuſco, & aliis.

NOn ſolent [n] noua vectigalia in conſultis principib[us] inſtitui. *Ergo & exigi aliquid quod illicitè poſcatur, cōpetens iudex verabitur: & id quod exactū videtur, ſi cōtra rationē iuris extortum eſt, reſtitui [o] iubebit.

*Vide tex. & Panor. in ca. ſuper quibuſdam. de ver. ſig.

Vectigal non debet exigi vltra antiquum conſuetudinem, vel vltra ſtatutum à principe, ſub pœna perpetui exilii. Saly.

IIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Felicē præſec. præt.

SI prouincialium noſtrorum querela de conductorum auiditate extiterit, & probatum fuerit vltra antiquā conſuetudinem, [p] & noſtræ termīnos iuſſionis aliquid eos profligaſſe: rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur. Sub conſpectibus autem tuis, vel eorum qui tuę grauitati ſuccedunt, licitationis cura ſeruetur.

TITVLVS LXIII.
DE COMMERCIIS, ET MERCATORIBVS.

Benigne & ſalua cōgrua honeſtate ſunt compellendi homines ad ſoluti ſines fiſcalium. Bald. Vel ſic: Negociatores prouinciis, & etiam mercatores debent benigne moneri vt ſoluāt vectigalia & debitas penſiones ſoluant. Saly. etiam.

I. Imp. VALENS & VALENTINIAN. AA. ad Iullianum comitem Orientis.

EGotiatores [q] ſi qui ad domum noſtram pertinent, potentiorum quoque hominum neceſſitatem [q] debitam penſionum (vt honeſtas poſtulat) agnoſcere monentur: [r] vt per cunctos

n *Non ſolent*. Inconſultis principibus, ad hoc ff. de leg. & ſc. con. l. & ideo. & de conſti. princip. l. in rebus. & ſupra titu. j. l. quicquid.

o *Reſtitui*. cum pœna: vt ff. de pub. l. licitatio. §. quod illicite. & infra de fur. l. eriam. & ſupra ex quib. cau. infra. intro. l. j. & infra lib. x. de ſuperexacto l. j. & de exeu. mu. l. placet. & infra de cenſi. l. peraequatores. lib. xj.

p *Si prouincialium*. Conſuetudinem. ſic ff. de ver. ſign l. munus. ij. & facit ad hanc. l. j. de ædi. priua. l. per prouincias. & ff. de publi. licitatio. §. quod illicite. & l. ſi publicani. §. ſi. & ff. ad l. Iul. de vi pu. l. fin. & ſ. tit. j. l. iij. & non legitur.

DE COMMERciis & mercatoribus.

In hoc tit. quadam ſpeciālia petūt circa negociatores pertinentes ad domum principis: & quædam generalia omnium mercatorum.

NEgociatores.] CASVS. Negociatores domus principis, & aliorum potentiorū, debent moneri vt ſoluant: & ſiat effectus tolerabilis agnoſcendæ deuotionis.

q *Neceſſitatem*. alias neceſſitate debitam peſſionem.

r *Monentur*. hic benigne exiguntur debita etiam à quolibet negociatore ad domum principis pertinente.

a *Denetica.is*, scilicet debiti siue vectigalis siue alterius: quia cum efficacia benigne, & cũ instantia humane conueniendi sunt vt soluant: vt ff. de vsuris. l. si bene. Azo.

b *Effectus*. alias affatus: & alias effectus.

c *Non solum*. *Subtili.* & hic bonus est dolus: vt ff. de dolo. l. j. §. non fuit. Et erant hi Barbari hostes populi Romani: vt ff. de cap. l. nihili. subiecti enim imperio deuoti dicuntur: vt supra titu. ij. l. de garis. & facit xxij. q. ij. c. vtilem.

Deuoti qui dicuntur.

d *Repertum*. ad hoc j. de priua. car. l. j. & ad legem Iul. de vi. l. fernos. in fi. & ff. ad Syll. l. j. an fi. & ff. de scp. vio. l. iij. §. diuus Hadrian[9]. & ff. de noxa. l. in delictis. & l. in omnibus. & j. de priui. scho. l. j. lib. xij. & ff. de his qui not. infam. l. quid ergo. §. ij. & in decre. distin. lxxxiiij. error. & lxxxvj. facientes. & ij. q. vij. negligere. & xxiij. q. iij. qui potest. & q. viij. c. præterea.

e *Nobiliores*. facit l. locat. l. milites. & in decre. xiiij. q. iij. clerici. & §. de resein. ven. l. fin. & ff. de auctor. tuto. l. v. §. pupillus.

Mercatores.] CASVS. Prohibet ne vltra certa loca mercantiæ fiant, & pœnas imponit mercatoribus & iudicibus si contra fiat. excipiuntur legati, nisi sub specie legationis diu morentur in prouinciis. Viuianus.

f *Persarum regi*. qui non erat subiectus Romano imperio tempore huius l. sed incepit tempore Iustiniani: vt in authen. de hære. & Falcid. in prin. colla j.

g *Commeauerint*. habent enim in sua cura limites custodire. Azo.

h *Comitentur*. quò non debent permitti redire, si diutius resideant. Azo. & non legitur.

i *Cessante enim ambitione*. loquitur de mercatoribus pertinẽtibus ad domũ principis: de quibus loquitur §. eo. l. j.

k *Collegiatorum*. quia de eorum collegio vel corpore erant.

l *Substituendi*, vltra prædictum numerum. cunctos qui emolumenta negociationibus captant, tolerabilis fiat agnoscendæ deuotionis[a] effectus.[b]

Licitum est ab hostibus furari, & prædari. Bald. Vel sic: Cum hostibus populi Romani vel sacri imperij non licet mercatri. h. d. secundum glos. Salyc.

II. Imppp. GRATIANVS VALENTINIANVS & THEOD. AAA. Tatiano comiti sacr. larg.

NOn solùm barbaris, aurum minimè præbeatur, sed etiam si apud eo inuentum fuerit, subtili[c] auferatur ingenio.* ¶ Sed si vlterius aurum pro mancipiis vel quibuscunque speciebus ad Barbaricum fuerit translatum à mercatoribus: non iam damnis, sed suppliciis subiugentur. Et si id iudex repertum non vindicat: tegere vt consci[e] criminosa festinat.

Alij sunt nobiles, alij virtuosi, alij diuites, unde virtus non dicitur nobilitas nec diuitiæ. Iac. Bus. & qui facit artes mechanicas, non potest esse nobilis. text. est hic not. Bald. Vel sic: Potentiores & nobiliores debent se à negotiationibus abstinere, vt plebeij facilius possint negociari. Salyc.

III. Impp. HONO. & THEOD. AA. Theodoro. P.P.

NObiliores[e] natalibus, & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores, pernicio-C sum vtilibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios & negociatores facilius sit emendi vendendique commercium.

Non est licitum mercationis causa conuersari cum gentibus non gratis populo Romano: nec dandæ mercationi Romani explorat ores arcanorum regni alieni. Et not. iacram hic imposi subditis de eo quod faciũt extra territorium patræ. Bal. Vel sic: Dñi imperator in ffet fœdus cũ rege Persarũ, statuit quòd extra certa loca hic nominata subiecti Romano imperio non possẽt mercari à Persis nec e contra. alias puniuntur ipsi, & iudices per quorum inertiam limites. excipit legatos Persarum, qui tempore suæ legationis merces discerint commutandas. Salycetus.

IIII. Idem AA. Anthemio præfecto prætorio.

MErcatores tam imperio nostro, quàm Persarum[f] regi subiectos, vltra ea loca in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis conuenit, nundinas exercere minimè oportet, ne alieni regni (quod non conuenit) scrutentur arcana. ¶ Nullus igitur post hac imperio nostro subiectus vltra Nisibin, Callinicum, & Artaxatan emendi seu vendendi speciei causa proficisci audeat: hæc præter memoratas ciuitates cum A Persa merces existimet commutandas. ¶ Sciente vtroque qui contrahit, & species quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel comparatæ, sacro ærario nostro vindicandas: & præter earum rerum ac precij amissionem, quod fuerit numeratum, vel commutatum, exilij se pœnę sempiternę subdendum. ¶ Non defutura contra iudices eorumque apparitores per singulos contractus qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus vel Persa commeauerint. [g] * ¶ Exceptis videlicet his qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram clementiam mittẽdorum iter comitati, merces duxerint commutandas: quibus humanitatis & legationis intuitu extra præfinita etiam loca mercandi copiam non negamus: nisi sub specie legationis diutius in qualibet prouincia residentes, nec legati reditum ad propria comitentur.[h] ¶ Hos enim mercaturæ insistentes, non immerito vnà cum his cum quibus contraxerint seu resederint, pœna huius sanctionis persequetur.

Mercatores ad domum principis pertinentes debent esse. cccccxiij. qui à muneribus personalibus sunt immunes. h. d. Salyc.

V. Idem AA. Actio præfecto prætorio.

CEssante omni ambitione,[i] omni licentia, quingẽtorum sexagintatrium collegiatorum[k] numerus maneat, nulliúe his addendi, mutandíve, vel in defuncti locum subsituẽdi[l] pateat copia: ita, vt iudicio tuæ sedis sub ipsorum præsentia corporatorum in eorum locum, quos humani subtraxerint casus, ex eodem quo illi fuerant corpore, subrogentur: D nulli alij corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa.

Transgredientes ciuitates prohibitas, vel negotiationes prohibitas suscipientes, cuiuscunque sint dignitatis, puniuntur pœna exilij, & publicatione bonorum. quod not.

VI. Idem AA. Maximo comiti sacrarum largitionum.

SI quis[m] inclytas nominatim vetustis legibus ciuitates transgredientes ipsi, vel peregrinos negotiatores sine comite commeciorum susceptores fuerint deprehensi: nec proscriptionem bonorum, nec pœnam perennis exilij vlterius euadent. Ergo omnes pariter, siue priuati, siue cuiuspiam dignitatis, siue in militia constituti, sciãt sibi aut ab huiusmodi temeritate penitus abstinendum, aut supradicta supplicia subeundum.

Vendalem.

a *Venalem possessionem*. Patruus tuus venalem possessionem habebat, & viginti: pater tuus volens emere, dedit ei nomine precij aliam possessionem, sed non taxata quantitate, dicens, bene sufficiet tibi pro precio rei tuæ quam venalem habes. Possessio itaq; quam pater tuus accepit, euicta est. tu qui es hæres patris, ages ad exemplum ex empto actionis, id est actione præscriptis verbis. Vel die vtili ex empto ad exẽplũ directæ: nã nõ fuit emptio, cum nõ fuit precium certũ: nec permutatio, cũ patruus propositum vendendi haberet, & nomine precij rem accepit, ac si cum non haberet propositum vendendi, permutauit: euicta re ageret præscriptis verbis, vel conditione ob causam.

Causam possidi

b *Taxata*. ex quo apparet nõ fuisse emptionem, alias enim secus, a vt §. de rescin. vendi. l. precij.

c *Comparauit*. quantum ad hoc quod alter vendere destinauerat. Vel die. b quòd compararo est verbum generale: vt ff. de contrah. empt. l. j. §. penulti.

Idem Cyn. Bar. & Sal. & est notabile. § eadem est de præsenti facilius in tri verbis, compara.

d *Euictum est*. si enim iniuria iudicis, vel culpa patris, quia fuerat absens, sit euictum, non agetes: vt ff. de euict l. si per imprudentiam. & l. si ideo. Ergo patet quòd fuerit aliena: ergo non fuit permutatio: o vt ff. eo. l. j. §. item emptio. vbi dicit impediri. Accursius.

** Dic hoc materia vic. de lo. tex. in ca. 1. & ibi Pan. extrade his quæ fi. à pedo. cinno Cy. Bar. & Sal. à Vilis ad exemplum actionis ex empt. Bar. ibi est con actio de permutando: sed non potest actionem ibi dicta vendenda rem alienã. Cy. & Sal. sic hanc glo. sequitur Bar. Angel. & Salyc. & Idem Aug. in l. si. proxi. Empt. & permutatio in quibus conueniãt, & in quibus differunt.*

e *Interest*. nõ etiã quod dedisti. ex quo apparet non fuisse permutationem, sed aliam cõtractum innominatum similem emptioni, & permutationi. & dabitur vtilis ex empto secundum. B. & Azo. vel præscriptis verbis, d secundum H. & est ad hoc j. de euictio. l. si prædium. & l. si permutationis.

f *Præstitum est*. caute dicit, præstitum: nam & in re aliena consistit permutatio donec euincitur: licet Pedius contra videatur sensisse: vt ff. eo. l. j. circa fi.

g *Postulabit*. per condictionem ob causam. Et not. quod aut datur precium pro re, & est emptio: aut species pro specie, & tũc aut incerta pro incerta: vt bouem pro asino: aut incerta pro certa, aut certa pro incerta, vt oleũ pro frumento in genere: vt j. eo. l. emptionẽ. & his tribus casibus est contractus innominatus generalis: vt do vt des: vt habes hoc. ff. de præscript. verb. l. naturalis. §. j. & ij. aut certa pro certa, & tũc est permutatio: vt j. eo. l. quoniã, quæ & ipsa est innominatus cõtractus, & sic nudo pacto: sed non nascitur actio nisi re ex altera parte secutarsecut & in generali, do vt des. Et hac ratione dicitur contineri permutatio sub illo generali, do vt des. & fa. ff. locati. l. & hęc distinctio.

*Permutatio quare non dicatur contractus innominatus. * commentum verbi.*

PErmutatio[n] eon.] CASVS. Cum emptione similitudinem habet contractus permutationis, & est bonæ fidei.

h *Re ipsa*. cinspecta. Vel die, id est veritate inspecta. sic. ff. de iureiur. l. quotiens.

i *Constituendi*. vt instit. de act. §. actionum.

k *Obtinere*. vt ff. quæ. ex eau. in possess. ea. l. si. In hoc ergo conueniunt: quia vtraq; est bonæ fidei: vt dicto. §. actionum. Item ex vtraq; paratur causa vsucapiendi: vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. de illo. Ex vtraq; parte præstatur euictio: vt §. l. proxi. Ex vtraq; fit rei vindicatio: vt ff. de adil. edic. l. sciendum. §. penul. Item in vtraq; promittitur sanitas seruti: vt ff. eo. l. ij. Sed differũt in multis. primo, quia venditio fit consensu: sed permutatio ex rei traditione: vt j. eo. l. ex placito. Item in venditione alius est emptor, & alius est venditor: sed in permutatione non discernitur: vt ff. eod. l. j. Item in venditione emptor facit precium accipientis: sed venditor non: at in permutatione videtur quòd A vterque deberet facere accipientis, secundum Pedium: vt ff. eod. l. j. in fin. Item in venditione non transfertur dominium nisi pretio soluto: licet res tradita sit. secus in aliis contractibus, & sic secus in permutatione: vt instit. de rerum diui. §. per traditionem. & §. venditæ. & facit supra communia vtriusque iudi. l. j. ADDITIO. Vult hæc glossa in fin. quòd §. venditæ. instit. de rerum diui. solum loquatur in contractu emptionis & venditionis, & non in aliis. hoc ipsum etiam vult glossa. vnica in l. tradition ibus. supra de pactis. Sed aduerte quòd glossa. in verbo, remansit. in l. cum proponas, supra de dolo. & glossa. in verbo, facere. in. l. si seruus. §. locaui. ff. de fur. tenet contrarium: quod sequitur ibi Bartol. reprobata hac glossa. & glossa. in. §. traditionibus. pro quo allegat tex. in l. ij. ff. de pigno. actio.

Permutatio est similis venditioni: & ex ea oritur actio præscriptis verbis, quæ est bonæ fidei. Bald. Vel sic: Tria dixit: videlicet quòd permutatio est bonæ fidei, & re ipsa perficitur: & similis est emptioni. & quia est bonæ fidei, ideo actio resultans ex ea, est bonæ fidei: vt sæpe dict. de act. §. actionum. Sal.

II. Impp. DIOCLE. & MAXIMIAN. AA. Primitiuæ.

PErmutatione, vtpote re ipsa[h] bonæ fidei constitutam,[i] sicut commemoras, vicem emptionis obtinere,[k] non est iuris incogniti.

In contractibus innominatis causa habetur loco conditionis: sicut in contractibus nominatis. l. d. quo ad originem actionis, non quo ad alia. Bald. Vel sic: Permutatio est contractus nudus, nisi intercesserit rei vestitura: sed stipulatio est contractus solemnis. Vel sic: Ex pacto permutationis non oritur actio: nisi vestitura rei interuenerit, vel solemnitate verborum. Vel sic: Pactum permutationis nudum à rei interuentu, non producit actionem nisi interuenerit stipulatio. Sal.

III. Idem AA. & cc. Leontio.

EX placito permutationis nulla re secuta,[l] constat nemini actionem competere: nisi stipulatio subiecta, [m] ex verborũ obligatione quęsierit partibus actione.

Peculij si mmus sit quibus debitum seruo, quod inrit.

Actio prædatur ex contractu dudum inito.

Actio restituti non potest agi ex stipulatu, vbi habet locum.

Peculium si mmus sit quibus debitum seruus, quod inrit.

Actio prædatur ex contractu dudum inito.

Actio restituti non potest agi ex stipulatu, vbi habet locum.

slitui postulabis.[g]

Permutatio est similis venditioni: & ex ea oritur actio præscriptis verbis, quæ est bonæ fidei. Bald. Vel sic: Tria dixit: videlicet quòd permutatio est bonæ fidei, & re ipsa perficitur: & similis est emptioni. & quia est bonæ fidei, ideo actio resultans ex ea, est bonæ fidei: vt sæpe dict. de act. §. actionum. Sal.

II. Impp. DIOCLE. & MAXIMIAN. AA. Primitiuæ.

PErmutatione, vtpote re ipsa[h] bonæ fidei constitutam,[i] sicut commemoras, vicem emptionis obtinere,[k] non est iuris incogniti.

In contractibus innominatis causa habetur loco conditionis: sicut in contractibus nominatis. l. d. quo ad originem actionis, non quo ad alia. Bald. Vel sic: Permutatio est contractus nudus, nisi intercesserit rei vestitura: sed stipulatio est contractus solemnis. Vel sic: Ex pacto permutationis non oritur actio: nisi vestitura rei interuenerit, vel solemnitate verborum. Vel sic: Pactum permutationis nudum à rei interuentu, non producit actionem nisi interuenerit stipulatio. Sal.

III. Idem AA. & cc. Leontio.

EX placito permutationis nulla re secuta,[l] constat nemini actionem competere: nisi stipulatio subiecta, [m] ex verborũ obligatione quęsierit partibus actione.

Actio præscriptis verbis in pactis inconstinenti appositis.

vt hac. l. manifeste probatur. & ff. de pac. l. iurisgentium. §. sed si in alium. in fi. §. j. Idem probatur & in actione de peculio, licet enim seruus debeat centum: si tamen duo tantum fuerint in peculio, ad illa duo tantum est obligatus: vt ff. de pecu. l. quotiens. §. si semel. Quid ergo si postea augeatur ei peculium? Ad. hunc potest agere creditor serui: vt ff. de pecu. l. quæsitum. §. is qui. Sed vnde agit, vel ex quâ causa? Certe ex eadem ex qua primo egit. nec enim ex incremento peculij actio nascitur: sed agitur ex veteri contractu. Hoc etiam ad alias nostras sententias prodest. Dicimus enim quòd ex contractu dudum inito, hodie datur actio: vt patet in mutuo. vt ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. si nummos. & in societate & in tutela. nam demum finita tutela datur actio, licet quidam dicant nasci, sed non inueniri: sed falsum est: vt ff. de tutelis & rationibus distra. l. si tutor. §. fina. & l. sequen. & argu. ff. de fur. l. serui & filij. Idem quandoque in mandato: vt ff. de offi. proconsl. l. obseruare. §. fina. Idem dicimus in actione ex stipulatu pro dote. nec enim nascitur nisi soluto matrimonio. & pro hoc & contra hoc infra de repud. l. j & ff. de bon dam. l. sed & si alia. & ff. soluto matrimo. l. hæc actio. Item nunquid ab vna parte re tradita, etiam alteri qui non vestiuit, datur actio? Ioan. non. & probatur ex necessitate supra de pact. l. si certis. Sed hæc quæstio videtur fatua. ad quid enim daretur actio, cum sibi iam sit adimpletum, licet ipse non impleuerit quod conuentum est? Dici potest ad euictionem rei sibi dari.

Actio præscriptis verbis vbi habet locum.

Subiecta. scilicet pacto. primo enim pacisceuntur nudo pacto, secundo subiicitur stipulatio, & sic nascitur actio ex stipulatu, vel conditio certi ex stipulatione: vt instit. de verbo. obli. in prin. Sed in primo casu huius. l. nascitur in factũ, vel præscriptis verbis, quod idem est: vt §. i. proxi. & habet locum præscriptis verbis in pactis inconstinenti appositis: vt §. de pac. inter em. & vendi. l. ij. Ité secundo vbi dubitabatur de nomine contractus: vt. ff. de præscri. verb. l. j. ij. & iij. & l. si tibi rem. & de exerci. ac. l. j. Item tertio in tribus contractibus innominatis. f. do vt des. sub quo est permutatio: & in facio vt facias: &, do vt facias. Sed in quarto. f. facio vt des, datur de dolo: vt d. l. naturalis. §. quod si fa-

si faciam. Et est ratio: quia ex hoc facto mihi abest, & tibi non adest: vt si de manumittendo conueni: vt supra de dolo. l. cum proponas. aliàs contra, scilicet si tibi adesset: vt ff. eo. l. solet. Sed hæc ratio fallit in facio vt facias, si de manumittendo conuenit hincinde. vt ff. eo. l. naturalis. §. fina. Sed ibi est alia ratio: quia hincinde est obligatio facti. vnde condemnatio fit in interesse: vt ff. de re iudi. l. si quis ab alio. §. fina. Est & alia ratio quare de dolo dari vt dixim[9]. ff. e. l. naturalis. §. quod si faciam. & §. iij. Item not. hos contractus cognosci ex facto, nõ ex eo quod præuenitur ab altero: vt supra de transac. l. cũ mota. item in facti actio, in multis sibi locũ vindicat. Primo vbicũque præscriptis verbis, & tũc dicitur in factum ci uilis: vt ff. eo. l. j. in fi. Secundo in subsidium. l. Aquil. vt institu. ad legem Aquil. in fi. & ff. de dolo. l. & eleganter. §. idem Labeo. Item loco edictorum & interdictorum: vt institu. de interdic. §. fin. Itẽ aliàs vbicũque æquitas suadet actionem dari vel ex contractu vel quasi, vel ex maleficio vel quasi: vnde dicitur nasci ex variis figuris causarum: vt ff. de actio. & oblig. l. j. & ff. eo. l. quotiens. & supra de sacrosanct. eccle. l. sancim[9]. & facit ad. l. istam ff. de pac. l. diuisionis.

Actio in facti in multis habet locum.

Cõdictio ob causam nõ datur cõtra singularẽ personam successoris: nec actio præscriptis verbis: quia personalis actio non sequitur fundum. h. d. Bald. Vel sic: Re tradita vt impleantur conuenta, præscriptis verbis actio competit. Salycetus.

Cvm precibus.] CASVS. Cõuenit inter me & te de permutando fundo meo cum tuo. tradidi tibi fundũ, & distraxisti, nec vis stare placitis: an eõtra emptorem habeam actio. quæritur? Dicitur quòd non: sed si interessisset stipulatio: agam ex stipulatu. si non: agã præscriptis verbis, vt facias quod cõuenit, vel condic. sine causa. vt supra de re petam.

a *Nullam.* in rem vel in personam: quia cum eo non contraxisti.

b *Non prohiberis.* vt supra de pac. l. si pacto.

c *Seruetur.* scilicet vt tradat quod conuenit, per hanc præscriptis verbis actionem: vt hic, & ff. eo. l. naturalis. §. j. Sed an præcise? Videtur quòd sic: vt hic, & infra eo. l. fi. in fi. Sed dico contra, & subaudi hic, nisi velit interesse præstare: vt hic, & inst. de dona. §. ij. Item quæro si ex causa permutationis tradidi rem, & fidem non habui de illa, sed ita tim sperabam dandã: an transeat dominium? Videtur quòd non: arg. institu. de rerum diui. §. venditæ. Alij dicũt aliud in permutatione, quàm in venditione. ADDITIO. De hoc dicas vt dixi supra eo. l. ij.

d. *Restituatur.* per condictionẽ ob causam da. causa non secuta: vt hic, & ff. e. l. naturalis. §. & infra e. l. proxi. j.

Vt cum.] CASVS. Conueni tecum de permutando domum meam cum tua: tradidi meam: non facis quod conuẽnit. agam præscrip. verb. vel condictione sine causa ad repetendum quod dedi.

Vsta verba, hac conditione vt non faciũs conditionem, sed modum. & ex isto contractu oritur actio præscriptis verbis. h. d. Bald. Vel sic: Qui implenit permutationem: potest agere contra non implentem præscriptis verbis vt impleat: vel per condictionem ob causam vt data restituat. Saly.

v. Iidem AA. & cc. Theodolanæ.

Qvoniam adseueras patrem tuum ei contra quem preces fundis, hac conditione dedisse fundum, vt inuicem domum certam acciperet: aditus præses prouinciæ placitis eum partere: vel si causam propter quã fundus datus est, sequi non perspexerit: * conditionis ratione datum [à te] restituere sicut postulas, iubebit.[e]

Actio præscriptis verbis ex incerto contractu nascitur, id est ex cõtractu nominis incerti. Bald. Vel sic: Re tradita vt impleantur conuenta, præscriptis verbis actio competit. Salycetus.

vi. Iidem AA. & cc. Protogeni.

Rebus certa lege [f] traditis, si huic non pareatur, præscriptis verbis incertam [g] ciuilem dandam actionem, iuris auctoritas demonstrat.[h]

Generis ad genus non est emptio, sed contractus innominatus: & ideo causa non secuta, habet locum condictio ob causam. Bald. Vel sic: Emptio non est sine precio: ideo si frumentum datur pro oleo, est permutatio. Salycetus.

vii. Iidem AA. & cc. Timotheo.

Emptionem rebus fieri non posse, pridem placuit.[i] Igitur cum frumenti certam modationem Callimacho & Acamato te dedisse, vt tibi repræsentent olei designatum pondus, adseueres: si placitis citra stipulationis solennitatem [k] non exhibeant fidem: quantum dedisti, causa non secuta condicere pro desiderio tuo potes.[l]

Ex cõdictione ob causam finalẽ, oritur præscriptis verbis. Item habet locum condictio ob causam tanquam in contractu innominato: secus si causa sit impulsiua. h. d. text. cũ glos. & not. hanc legem. Bald. Vel sic: Ex pacto in traditione rei apposito tanquam vestito, agitur præscriptis verbis vt conuenta impleantur. Salycetus.

viii. Iidem AA. & cc. Paulinæ.

Ea lege rebus donatis Candido, vt quod placuerat, menstruum seu annuũ tibi præstaret: cum huiusmodi conuentio non nudi pacti nomine censeatur, sed rebus propriis dictæ legis substantia [m] muniatur: ad implendum tibi placitum (sicut postulas) præscriptis verbis competit[n] actio.

k *Solennitatem.* aliàs obtinet quod est supra si cert. peta. l. si non singuli.

l *Petes.* vt & ff. eo. l. quoniam. & supra de condic. ob causam. l. ea lege, & l. dictam. & infra de dona. l. legem.

Ea lege.] CASVS. Si dedi fundum vt annuatim dares mihi decem corbes frumẽti, vel quolibet mense vnum corbem: si placitis non obtemperes, agam præscrip. verb.

m *Substantia.* id est ipsa lex dicta rebus propriis rei traditione minuatur. Azo. vt & supra eo. l. rebus. cum suis concor. & infra de euict. l. ij. Et not. quòd refert cum aliquid do vt aliquid facias: quia aut aliàs eram daturus, & tunc nulla competit actio: vt ff. de dona. l. ij. in fi. & l. seq. aut non, & tunc vel condictio ob causam ad repetendũ datur, vel præscriptis verbis, vt fiat quod conuenit, vel interesse præstetur.

n *Competit.* vt hic, & dixi supra de pac. inter emp. l. cum te.

Qui

Quia locatio ad similitudinem emptionis est inducta: ideo de ea ponit post venditionem.

Dominus.] CASVS. Locaui tibi horreum vt in eo frumentum tuum reponeres. reposuisti, & latronum incursu vel alio fortuito casu amisisti, puta quia horreũ non erat clausum: periculum rerum repositarum ad me nõ pertinebit. Sed si non fractis vel non læsis horreis, dominus horreorũ tenetur.

a *Latronum.* qui effractis horreis surripuerũt ibi posita.

b *His cessantibus.* & aliis similibus casibus fortuitis, qui non præstantur hic: vel simili alio iudicio bonæ fidei: vt hic, & ff. e. l. dominus. in principi. & l. ex conducto. § j. & l. perinde. & l. sed & de damno. & l. habitatores. & ẽ. de pig. act. l. quæ fortuitis. & depositi. l. j. & ff. cõmo. l. ad eos. & ff. de act. empt. l. si ea res. Sed hoc casu debet exhibere custodes: vt j. eo. l. iiij.

c *Extrinsecus.* id est non vitio ipsarum rerũ depositarum. Vel dic id est extra has causas, fortuitorum scilicet casuum. Et dic mercede, scilicet interueniente, secundum Ir. vt ff. eo. l. qui mercedem.

d *Illatis.* per quod præsumitur dominus in culpa prima facie, scilicet eius culpa periisse res. Et distingue hic secundum Ioan. vt diximus. ff. eo. l. dominus. Item no. quod dicitur vulgo, scilicet an quid de suo perdiderit, qui rem commodatam vel depositam perdidit. pro quo est ff. commoda. l. si vt certo. §. quod vero. Accursius.

e *Depositarum.* id est positarum in dictis horreis. nec enim fuit depositum, immo mercede data dominus horreorum retinet dictas merces in horreis suis. & sic fuit locatio, nõ depositum: vt ff. depositi. l. j. §. si quis feruum. in secundo dicto. Si vero econtra depositum, tunc tenetur de solo dolo & lata culpa: vt ẽ. depo. l. j. nisi in certis casibus qui not. ff. depositi. l. j. §. fæpe.

Aduersus.] CASVS. Si faber opus faciendum à me conduxit, nec præsto sibi mercedem operæ: ager ex conducto ad interesse. Sed nunquid veniens vsuræ ex mora sicut in cæteris bonæ fidei iudiciis? Respon. quòd sic.

f *Conduxisti.* conductor dicitur nomine ædificij: & eiusdem ratione dominus dicitur locator. Item conductor dicitur dominus ratione operæ: & faber locator ratione eiusdẽ operæ. vnde faber potest agere ex locato & condue. ad mercedem, diuersis respectibus. sic & ff. ad l. Rho. de iac. d. ij. circa prin.

g *Ex iudicio.* l. ex conducto, quod est bo. fid. vt hic, & institut. de act. §. actionum.

h *Cum fabrile.* mora interueniente, vel alia simili causa. & ad hoc ẽ. de vsur. l. in bonæ fidei.

i *Solitis.* id est quæ in regione frequentantur: vt ff. de vsur. l. j. in prin. & ff. de admini. tu. l. tutor qui repertorium. §. ex cæteris. Dummodo legitimum modum non excedãt, quem habes ẽ. de vsur. l. eos. §. fin per. Sed iste qui sic locauit operas, quando poterit mercedem petere? Respon. finito opere vel tempore. vt ff. e. l. opus quod. secundum B. sed illud quando suo periculo conduxit. vnde quando non suo periculo conduxisset, posset dici econtra: vt arg. supra de iudi. l. properandum. §. in honorariis. at in pensione domus vel fundi dices j. l. proxi. ADDI. TIO. Tu dicas quando quis locat operas suas ad faciendã totam domum vna mercede, in speciendam qualitatem personæ: puta si sit forte locator pauper, qui non posset totam domum perficere, nisi minutatim des sibi pecuniam: tunc enim videtur tacite actum, vt etiam ante opus perfectum sibi pecuniam minutatim præbeas arg. l. si vero non remunerandi. §. fi. ff. mandat. idem si consuetudo sic esset: vt l. quòd si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edic.

Aedes.] CASVS. Si domum tuam mihi locaueris: an me inuitũ expellere possis, quæritur? Respon. quòd non, nisi in solutione pensionis domus cessauerim: vel eam habitare voluero, vel reficere. aut in domo male fuerim versatus: puta destruendo parietes, vel tectum.

k *Aedem.* id est de æde. vel id est ædis: sic & ibi. Sermonem quem audistis, non est meus, alij habent, insula.

l *Pensionem.* in pecunia consistentem, alias si partiarius est, vel in alia re consistat merces, agitur pro socio vel præscriptis verbis: vt ff. depositi. l. j. §. si quis ferunm. & ff. locat. l. si merces. §. vis maior. & ff. cõmmu. diuid. l. si conuenerit. in fi.

m *In solidum.* nam particulariter nõn sufficit: vt ff. de vsufruct. uxor. §. Iulius. & ff. de colla. bon. l. j. §. si cum duobus. cũ non minima incommoda habeat particularis solutio: vt ff. fami. erciscund. plane.

n *Soluisti.* scilicet de facto. Idem dicas si paratus sis soluere: vt ff. man. l. diligenter. § j. & ij. cum proximus est danti: vt in authen. vt exact. instan. do. §. fin. col. vij. sed cessare per biennium oportet, quãdo fuit actum vt non expelleretur: vt ff. loca. & condu. l. quæro. § inter. Accur.

o *Necessarium.* intellige quando post locationem ex inopinato superuenit necessitas: vt quia alia domus quam habitabat. corruit: vel vxorem duxit. b secus autem si tempore contractus hoc prouidere potuit: vt ff. vt in possessione. l. si is à quo. §. fi. & l. seq. & ff. de interdict. l. de ætate. §. ex causa. & eodem modo dicas in seq. casu.

p *Corrigere domum.* hoc tamen sine damno in quilini procedit: secundũ Ir. scilicet duobus his casibus, scilicet primo & secundo: in tertio autem opinio est, vt pro rata remittatur ei merces vel restituatur. & intellige tunc cum necessaria fuerit refectio. alias ad omne interesse inquilini tenetur locator: vt ff. eo. l. qui pauper in insulam in prin. & l. & hæc distinctio in prin. Accur.

q *Verisimile.* hoc vsu dicunt quidam d deminuendum de mercede quasi compensatione eius faciẽda cum damno. Non consentio. tra, cum dominus vel locator possit cõuenire inquilinum pro damno dato in re locata, actione locati: vt in authen. de al. & emphy. §. si vero quis colla. ix. & ff. in quib. cau. pig. ta. contra. l. non solum. alias Pomponius. sed & actione legis Aquil. vt ff. eo. l. si vulneraueris. Sunt ergo quatuor casus, quibus expelli potest inquilinus & etiam colonus. Quorum primus ille fuit, si non soluit pensionem. sed si nullus istorum interuenerit, potest resistere colonus & inquilinus: vt ff. vti possidetis. l. si duos. §. cum inquilinus. & infra eo. l. ne quis eui nisi contrarium esset actum, vt in quibusdam aliis casibus: vt hic. l. & ẽ. de iudi. l. propecandum. § in honorarijs. Quædam in medio, sicut in salario. quod fiscus dat patrono suo: vt supra de aduoc. diuer. iudicum. l. per hanc. §. sexcenti aurei. Quædam: in fine, sicut & cum aliquid deberetur in diẽ: vt ff. de verbo. obligat. h. qui hoc anno. & ff. de migrando. l. j. §. si pensio. Tu dic, g primo seruari quod actum est. quod si nõ apparet, tũc seruã morem regionis: vt ff. de fun. inst. & institu. lega. l. cum de lanionis. §. asinam. quod si non apparet, tunc quod minimum est, id est in fine anni: vt ff. de inst. reg. iur. l. semper in obscuris. & l. semper in stipulationibus. Sed hîc tenẽt licet non teneatur persoluere conductor prius, si tamen non soluat, potest repelli secundũ Azo. vt hic dicitur, maxime post tempus soluendæ mercedis: adeo vt si pœnam promiserit, si ex-pellereretur. Pro tũc expellere. nõ teneatur: vt ff. eo. l. quæro. §. inter. Alij vt Hug. dicunt quod demum tempore conductionis finito potest expelli: quia totum debet contractum prius adimplere ex sua parte: vt ff. de act. l. vt ar. ff. de act emp. l. Iulianus. § i. offerri. Sic & conductor non potest agere, nisi soluat totam pensionem: vt ff. de migrando. l. infra de iudi. j. Sed certe tunc ea ratione posset expelli, quia tempus sit finitum: vt dicta l. vti possidetis. § cum inquilinus. & infra eo. l. ne quis eui nisi contrarium esset actum, vt in quibusdam aliis casibus: vt hic dices. & facit ff. eo. l. quod si domus. ADDITIO. Concor. cum hac. l. c. penult. in §. fi. extra isto titulo.

TITVLVS. LXV.
DE LOCATO, ET conducto.

Locator horrei non tenetur de casu fortuito vel violento: sed bene tenetur de culpa præsumpta. Baldus.

I. Imp. Antoninvs A. Agrippino.

Dominus horreorum periculi vis maioris, vel effracturam latronum [a] conductori præstare nõ cogitur. His cessantibus, [b] si quid extrinsecus [c] ex depositis rebus, illæsis [d] horreis, perierit: dãnum depositarum [e] rerum ei resarcire debet.

Faber qui præstitit operam, & nõ recipit mercedem, petet mercedem cum vsuris. h. d. Bald. Vel sic: In locato veniunt vsuræ ex mora. Saly.

ii. Idem A. Epicteto.

d *Remanerent*, id est residerẽt. & ex hoc verbo erat dubitatio: cum stipulatio dandum vel faciendum debeat contineri. quod hic non fuit: sed ponitur impropric, vt dixi. & sic infra de iure do.l.etiam si non. & sic nota sentẽtamenti inspici: & plus quod actum, quàm quod dictum sit, intuendum: vt ff.de adi.leg.l. iij.§. conditio. & ff. de contrahen. emp.l. sed Cellus. sic & qui stipulatur animal esse & viuere, interesse stipulari videtur: vt ff.de euic.l.si ita quis. Accur.

Stipulans animal esse & viuere, quid stipulatur.

e *Accepit*, adeundo vel recipiendo ex constitutione Trebellianica.

f *Cui*. id est à quo defuncto.

g *Postulare*.actione præscriptis verbis. & ff. de pac. inter emp. & ven. l.ij. & facit. ff. de pac. do.l.inter socerum.

SI *ante*.] CASVS. Titius maior viginti quinque annis dedit sponsæ suæ fundum aliquem in dotẽ: & eam induxit in possessionem: vult postmodum illũ fundũ alienare.quæritur, verum possit? Dicitur quòd non, si nõ est appositum aliquod pactũ q̃ aliquo casu reuerteretur ad ipsum viru.

h *Matrimonium*.contractum.

i *Maior*.seu si minor: vt infra de prædi.mino.l. prædia.

k *Eundem*.scilicet fundum.

l *Alienare*.id est alienare non potuit.

m *Potuisse*. vepote quòd alienum est factum. sic & infra de do.inter vir.& vxo.l.si quidem.& ff.de donat.l.j.& supra de rei vin di.l.quotiens Item intellige hanc legem secundum determinationem legis infra eo.l. cum veterum.Vel loquitur hic quando fuit dictum vt nullo casu repeteretur.

Vtin te.] CASVS.Dicitur in hac lege q̃ donatio ,,pter nupt. legitime facta,non potest rescindi per rescriptũ principis.

n *Oportet*. vt infra de reuo. dona.l.si apud. & l.si donationem. & supra de transact.l. quamuis. & supra de condic. ob cau. l. si repetendi.

SI *stic*.] CASVS. Titius filiæ Seij sponsę suæ mancipiũ dedit: Seius etiã Titio iumenta quędã liberalitatis causa dedit: cõtracto matrimonio Titius per vim abstulit. dicit imperator quòd iste Titius debet restituere id quod per vim abstulit vxori suæ.

o *Donauit*. simpliciter, non contemplatione matrimonij, vt non obstet infra eod. l. cum veterum. & dic in donatione duo inspici secundum Ir.ius & volũtatẽ. Vel si fuit hæc donatio contemplatione matrimonij, dicens cortigi per legem illam, cum veterum. A DDITIO. Prior verior, vt ceteretur correctio vt in authẽ.qtib. mo.nat. effi.§.tribus.col.vij. & arg. supra de inofficioti.l.vnica.

Donatio an valeat, dũ sunt insinuandi.

p *Nec nuptiis secutis*, id est non secutis: vt sic nec negatio neget qđ includitur in dictione secutis,nõ in verbo abstulit. sicque ponitur nec,pro & non.

q *Repetito*. per actionem vi bonorum raptorum.l.si quis in tantam. infra vnde vi. & secundum primum casum die quòd simplex donatio non reuocatur:licet matrimonium non sequatur. ff. de donat.l.j.

SI *stic*.] CASVS. Sponsus sponsæ fugeres proprias donauit cõ ferendo in eam sponsaliũm largitatẽ: postea sponsus captus est ab hostibus: nunquid donatio propter hoc efficiatur irrita? Respon. quòd non.

r *Si stic*. in præcedenti lege simpliciter fuit facta donatio, non sub conditione futurarum nuptiarum, similiter & in hac, & in sequenti lege. Vel die sub conditione illa matrimonij: sed secuto matrimonio fuit impleta, ſ. l. proxi. si mater.

s *Proprias*.sui sponsi.

t *Donatio*, hoc immutatur infra eo.l.cum veterum. & l. si à sponso. Vel die vno de prædictis modis duobus intelligi hanc legem.

SI *mater*.] CASVS. Mater sponsæ sponso filiæ suæ donauit prædia,& eum in vacuam possessionem induxit,postea secutæ fuerunt nuptiæ, sed tandem diuortio solutæ.nunquid mater poterit illam donationem reuocare? Certe non. & hoc est verũ in sponsalitia largitate.secus in donatione propter nuptias.

v *Si mater*.expone hanc legem vt dixi supra l.proxi. & facit supra de condic.ob cau da.l. si repetendi.& ff.de vsur.l.cum quidam.§.diuus. & ff.de condic.cau.da.l.j.

x *Marito*. nam socrus donat genero, sed non socer: vt ff.de donat.inter vir & vxor.l.iij.§.socrui.& l.cũ hic status.§. oratio.& infra de do.inter vi. & vxo.l.si te.

DE *rebus*.] CASVS. Sponsus aliquas res sponsę donauit. postea cœpit sponsus creditores habere. nũquid creditores poterunt res illas à sponsa reuocare? Respon. quòd non, si nullo tempore eas obligatas habuerunt.

y *Minime possint*.quia heredes,non successores in rem personali actione

actione conueniuntur: vt §. de hæredi vel act. vendi. l. fin. & §. de don. l. æris. & §. de iure do l licet dos. hoc verũ, nisi ante esset eis obligata: vt hic, & §. de do. inter vi. & vxo. l. si quidem. & in alio, scilicet quando in fraudem eorum esset facta: vt §. de reuo. his quæ in frau. l. ij. & ff. quæ in frau. cre. l. fi. § j.

SI *consentiente.*] CASVS. Sponsus filiæ meæ de cõsensu matris suæ mancipia matris in sponsam contulit. secutis nuptiis eadem mancipia inæstimata recepit in dotem. decessit maritus, & ei mater extitit hæres. mater vult offerre mãcipiorum æstimationem, & eam reuocare. poteritne? Certe non.

a *Matre sua.* cuius erant mancipia: & ideo eius exigitur consensus.

b *Non æstimatis.* aliàs æstimatio repetetur: vt §. de iure do. l. quotiẽs. & l. cum dotem.

c *Improbè.* restituet ergo mancipia mater spõsæ matri sponsi, non eorum precium.

d *Recusat.* repetit ergo sponsa: vt hic, & ff. de publici. l. cum sponsus. in princip. Item ad id quod dicit, consentiente, facit ff. de cuic. l. quidam.

CVm *veterum.*] CASVS. Olim si sponsus dabat sponsæ, valebat donatio, etiam si non fuerit completum matrimonium, hodie si sponsus donat sponsæ, vel econuerso, semper intelligitur dare sub conditione, si matrimonium sequatur. Sed si sponsus donat sponsæ, & parentes sponsi nolunt perficere matrimonium: tunc sponsa non tenetur restituere donationẽ quam accepit, sed promissam petere potest. Si vero pater sponsæ noluerit vt perficiatur matrimonium: tunc sponsus & hæredes sponsi repetere poterunt quod donatum est. Idem obseruetur quando spõsa donat sponso.

c *Cum veterum sententia.* quæ deprehenditur §. co. l. si filiæ. & l. si tibi. ideoque illæ ad hanc trahendæ sunt. nam per has duas leges Constantini debemus intelligere omnes alias leges istius tituli quæ indistinctè dicunt valere & non reuocari donationes inter sponsos. Alij dixerunt quòd aliæ leges huius tituli loquuntur quando causa liberalitatis tantum, & non matrimonij, facta est donatio. prima placet secundum Ir. Item nota quod hæc lex loquitur quando stat per alterum. si verò per neutrũ, tunc loquitur. §. e. l. si tibi res. Item & loquitur hic vbi non est ex mera liberalitate donatio, sed cõtemplatione matrimonij: quod semper præsumitur, nisi in contrarium sit actum.

f *Donationes.* scilicet factas.

g *Affinitatis.* id est matrimonij: quod non est adfinitas, sed causa adfinitatis: vt ff. de gradibus cogna. l. non facile. §. adfines.

Mater consentiens donationi rei suæ, venire contra non potest etiam precium rei offerendo. Baldus. Vel sic: Tutius potest donare res matris ea consentiente: & donatio sponsalitia potest retro in dotem dari: nec mater volens precium dari audiatur. Salyc.

XIIII. Iidem AA. & CC. Aureliæ.

SI consentiente matre sua [a] sponsus filiæ tuæ mancipia donauit, & his acceptis in dotem non æstimatis, [b] in matrimonio post decessit: mater eademque hæres eius precium offerens, restitutionem eorum impprobè [c] recusat [d].

Donatio inter sponsos præsumitur esse largitas sponsalitiorum: & matrimonio non secuto, donatum redditur donatori: nisi per ipsum donatorẽ steterit quòd matrimonium non sequatur. Bald. Vel sic: Simplex donatio sponsalitia intelligitur hodie ob causam futuri matrimonii facta. & is per quem steterit ne matrimonium fiat, non repetit quod dedit: & etiam sibi datum restituit. Salyc.

XV. Imp. CONSTANTI. A. ad Maximum præfectum vrbi.

CVm veterum sententia [e] displiceat, quæ donationes [f] in sponsam nuptiis quoque non secutis decreuit valere: ea quæ largiendi animo inter sponsos & sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus: vt siue adfinitatis [g] coeundæ causa, siue non ita, [h] vel in potestate patris degentes, vel vllo modo proprij iuris constituti, tanquam futuri causa matrimonij aliquid sibi ipsi, [i] vel consensu parentum mutuo largiantur: si quidem spõsus, vel parentes * eius sortiri filium noluerint [k] vxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum: & si quid apud donatorem resedit, [l] ad sponsam & hæredes eius summotis ambagibus transferatur. [m] Quòd si sponsa, vel is in cuius agit potestate, causam non contrahendi matrimonij præbuerit: tunc sponso eiusque hæredibus sine aliqua deminutione per condictionem, [n] aut per vtilem actionem in rem [o] redhibeantur. Quæ similiter obseruari oportet etsi ex parte sponsæ in sponsum donatio facta sit. Dat. XVI. Kalen. Nouemb. PP. XVI. Kal. Septẽ. Romæ, Constantino. A. V. & Licinio Coss.

** al. parens eius sortiri filium noluerit.*

Dictum est supra in l. præcedenti quando per pœnitentiam matrimonium non contrahitur: sequebatur videre quid turis quando per casum. & nunc determinat hæc lex quòd quando sponsus donauit sponsæ, & non interuenit osculum repetitur omne datum. sed si interuenerit osculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur sponsa ratione osculi. Salyc.

XVI. Idem A. ad Tiberianum vicarium Hispaniarum.

SI à sponso rebus sponsæ donatis interueniente osculo, [p] ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctæ hæredes, cuiuslibet gradus sint, & quocunque iure [q] successerint: vt donatio stare pro parte dimidia, & resolui pro parte dimidia videatur. ¶ Osculo * verò non intercedente, [r] siue sponsus siue sponsa obierit, totam infirmari donationẽ, & donatori sponso, vel hæredibus eius restitui. ¶ Quòd si sponsa, intercedente vel non intercedente osculo, donationis titulo (quod raro accidit [s]) fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hunc vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem spõsam, siue eius successores, donatarum rerum dominiũ transferat. Accep. XIII. Kal. Maij. Hispali. Nepotiano & Pacato Coss.

** Ecclesiæ magistantur mulieri, quam non, contra Lanmutius, & ibi not. per Albe. ff. de leg. simitis fauor mulieris est mitis. C. de his quæ in simp.*

Osculum gratia cuiusdam interuenit.

Minor in potestate patris constituta, maximè si patris auxilio est destituta, puta quia pater abest: non tenetur in firmare donationem ante nuptias. Bald. Vel sic: Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, non indiget insinuatione. Salyceius.

XVII. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hicrio. P. P.

MInoribus ætate fœminis, etiam actorum restitutione in ante nuptias donatione [t] ad eas facta, omissa: si patris auxilio destitutæ sint, iustè constante.] CASVS. Mulier copulauit sibi Titium in matrimonium, & paruam dedit dotem, & ille paruam donationẽ. an illa posita constante matrimonio possit augere dotem, vel ille donationem? Et respon, quod sic. Item si illa vult augere dotem, ille donationem facere potest, vt æqualis sit quantitas tam dotis quàm donationis. Et pacta quæ apponũtur de non reddenda dote, vel retinenda illa, debebunt obseruari in donatione: & bona Titij tacitè erunt obligata pro illa quantitate quam mulier adiecit ab eo tempore quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor possunt augere dotem & donationem constante matrimonio, ita possunt deminuere, nisi in casu. verbi gratia, Matiens vel vxor suscepit filios ex primo matrimonio: vult conuolare ad secundum matrimonium: tunc si vult mulier dotem, vel partem dotis dare marito, non potest: nisi tantum det vnicuique filiorum quos suscepit ex primo matrimonio, quantum dat ipsi secundo marito. & hoc casu mulier non potest deminuere dotem in fraudem filiorum iure præsumente contra eam quòd aliud agat, & aliud agere simulet. pone enim quod mulier dedit causa dotis marito. c. si vult modo deminuere dotem, non potest.

Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de nouo augeri, & de nouo constitui, & pacta de nouo apponi, vel vetera prorogari & hypotheca ex die augmenti contrahi. & econtrario possunt dos & donatio minui, nisi ista deminutio fieret in fraudem filiorum primi matrimonij. Bald. & Salyc.

XIX. Imp. IVSTINVS A. Archelao præfect. præt.

SI constãte matrimonio cõsilium augendæ dotis inierit vel vxor forte, vel ei [p] nomine quilibet alius: nihilominus [p] marito quoque licebat, seu [p] marito cuilibet alij, tanto donationem ante nuptias additam ẽro maiorẽ facere, quanto dotis augetur titulus. Nec obsit in huiusmodi munificentiis interdictas esse [c] liberalitates tempore nuptiarum. Indulgendum [d] est namque consensui communi partium: ne cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pignus [e] constituatur augmentum. Idemque licere præcipimus etiam in his matrimoniis, in quibus interdum accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse, [f] solam vero dotem marito mulierem obtulisse: vt etiam tunc mulier dotem augente, liceat marito quoque donationem in vxorem suam eiusdem quantitatis [g] facere, quantum aucta dos continere dinoscitur: pactis videlicet de redhibitione, vel retentione auctæ doris, vel donationis (prout partes consenserint) proiam statuto modo [h] ineundis, siue injungendis veteribus pactis, quæ initio nuptiarum de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituẽda inita sunt. [i] ¶ Iura etiam hypothecarum, quę in augenda dote, vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur. [k] ¶ Sed & si e contrario maritus & vxor ad deminuendam dotem & ante nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinem deminationis quæ in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: vt pacta de amborum deminutionibus ineunda, firma [l] & legitima esse intelligãtur: exceptis videlicet his casibus; in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundus migrauerit nuptias: aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus, secundo marito se iunxerit. in hoc enim secundo matrimonio, vel à parte mariti, vel à parte mulieris, vel ab vtraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionem dotis, vel ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari [m] videatur, censemus.

IN AVTHEN. de æquali. do. & propter nup. do. §. aliud. e. col. vij. const. viij.

ad lucrum dotis: vt §. ib authen. eo decisum est.

SI *liberos.*] CASVS. Paterfamilias habuit primam vxorem, & ex ea suscepit liberos, & dotem lucratus est ex pacto. vxore premortua nunquid teneatur seruare dotem liberis primi matrimonij? Certe non, si non consolat ad secundas nuptias. Idem econtra est in muliere cui donata est donatio propter nuptias à viro.

a *Ex donatione.* ad se reuersa, vt debet: quod est no per l. istam quia sicut dos ad mulierem, ita donatio ad virum redit soluto matrimonio: vt hic dicitur. Item dubitatio legis erat secundum quosdam: quia si vir lucraretur dotem ex pacto, teneretur seruare, sic ex morte mulieris lucrari videtur donationem, sed certe magis videtur rehabere suam. sic econtra dicas in muliere.

b Nihil. cum habeat alia bona ex quibus potest relinquere vnicuique filio tantum, quantum dat secundo viro in dotem. & sic soluitur contrarium quod est §. de secu. nup. l. hac edictali. in princip. Aliud autem si apud maritum aliquid ex dote remaneret. vel apud vxorem ex donatione: quia seruare cogeretur: vt §. de secun. nup. l. fœminæ.

SI *constante.*] CASVS. Mulier copulauit sibi Titium in matrimonium, & paruam dedit dotem, & ille paruam donationẽ. an illa posita constante matrimonio possit augere dotem, vel ille donationem? Et respon, quod sic. Item si illa vult augere dotem, ille donationem facere potest, vt æqualis sit quantitas tam dotis quàm donationis. Et pacta quæ apponũtur de non reddenda dote, vel retinenda illa, debebunt obseruari in donatione: & bona Titij tacitè erunt obligata pro illa quantitate quam mulier adiecit ab eo tempore quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor possunt augere dotem & donationem constante matrimonio, ita possunt deminuere, nisi in casu. verbi gratia, Matiens vel vxor suscepit filios ex primo matrimonio: vult conuolare ad secundum matrimonium: tunc si vult mulier dotem, vel partem dotis dare marito, non potest: nisi tantum det vnicuique filiorum quos suscepit ex primo matrimonio, quantum dat ipsi secundo marito. & hoc casu mulier non potest deminuere dotem in fraudem filiorum iure præsumente contra eam quòd aliud agat, & aliud agere simulet. pone enim quod mulier dedit causa dotis marito. c. si vult modo deminuere dotem, non potest.

c *Interdictas esse.* iure ciuili: vt ff. de do. inter vt. & vxo. l. j. sed ibi de simplici donatione.

d *Indulgendum.* id est remittendum aliquid de rigore iuris. sic infra de tempo. appel. l. fina. in fine.

e *Pignus.* sic §. de bo. quæ l. fi. constitutionis. §. prospiciendum.

f *Nullam esse.* scilicet ab initio.

g *Tantam quantitatis.* vt instit. de don. §. est & aliud. & die quantitatis, id est quoritatis iure ipso: sed hodie etiam quantitatis vt §. de pac. con. l. ex morte. & l. lege. & in authen. æqualitas. secundum quosdam. quod non placet. & illæ leges ad pactum lucri intelligunturnæ ad constituendam dotem & donationem.

h *Statuto modo.* in principio huius legis: vbi dicitur indulgeri sibi pacta: & si nil dicatur, erit & illud seruãdum, quod in principali erat: vt ff. de pact. do. l. inter socerum. §. ij.

i *Initasunt.* cum dos constitueba tur.

k *Referuntur.* sic & §. de secun nup. l. hac edictali. §. fin. & §. de pac. con. l. fi. Sed argu contra est §. de bon. quæ lib. l. cum oportet. in fine. & §. qui post. in prg. h. a. l. fin.

l *Firma.* in casibus illis tantum, vbi licet soluto dotem constante matrimonio: vt ff. solu. matri. l. si constante. & de iu. do. l. mutuo. §. manente alio quin contrarium §. si dos constante matrimonio. l. vnica. quæ est contra. Vel dic, hic nõ erat dos præstita, sed promissa, & per pactũ remissa.

m *Machinari.* sed quomodo aliquis posset machinari, cum quantum sit datum secundo conjugi nomine dotis vel donationis, spectetur tempus mortis binubi parentis: vt in authentica de nup. §. quia vero hactenus. colla. iiij? Respon, nihilo minus & tempus contracti matrimonij, inspicitur enim vtrunque. si enim tempore contracti matrimonij fuerint, vx. in dotem data sub pacto de lucrando, tempore autem mortis binubi parentis sint deminuta in v. tantum tempus contracti matrimonij spectatur. Si verò ponas econtra, inspicitur tempus mortis binubi. ergo ideo dicit hic, quia cito per hoc si est peractum deminutione n

deminutionem filij prioris matrimonij grauarentur, qui debet renocare quod plus est: vt infra de sec. nup. l. hac edictali. §. sin vero plus quàm statutum est. Iste autem ideo vult deminuere, vt fraudet illios priores matrimonij, vt non possint renocare scilicet sibi: cum iam tempore mortis non inueniatur plus in dote, & sic debeat communicari cum filiis & secundi & primi matrimonij, secundum H.

Sequitur authentica, Sed iam necesse. &c. quę legitur super principio huius legis, & est ex corpore de æquali. do. §. aliud. colla. vij.

Dictum est in lege si constante. quòd licitum est si constante matrimonio dos augetur, augere vel facere donationem propter nuptias. In hac authen. in. I. resp. dicitur quod hoc non solum est permissum, sed est necesse. sed statim exoritur, in quibus rebus posit fieri istud augmentū? Pone quod vir est grauatus ære alieno: nimber vult facere augmentum dotis, vt excludat anteriores creditores maritii: vt §. qui potest pign. ha. Item quid si dicitur. an istud augmentum poterit fieri in qualibet re? Respon. quòd hoc casu deberet fieri in re immobili, non in quantitate. nam si fiat in re mobili, vel quantitate, in isto augmento non venit aliquo priuilegio contra creditores mariti. Baldus.

SEd iam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram quoque parte incrementum celebrare, [a] & si quidem vir alieno ære [b] nõ impediatur, in rebus qui busliber procedat augmẽtum. [c] At si debitor sit [d] : ne fraudis erga creditores suspicio [e] subesse possit, omnino res immobiles incremẽto dotis proficiant. ¶ Si enim mulier immobilis substantiæ domina, res mobiles in augmẽtum dederit: in hac parte dotis nullo vtetur aduersus alios creditores [f] priuilegio.

Donatio quæ olim ante nuptias dicebatur hodie propter nuptias appellatur, proprio vocabulo ei imposito, & potest fieri constante matrimonio. Et pacta dotalia ad est in dote apposita in ista donatione correlatiua tacitè intelliguntur repetita. Et potest donatio propter nuptias insinuari tam ante quàm post matrimonium, quocunque modo durante matrimonio. Baldus.

XX. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm multæ nobis interpellationes factæ sint aduersus maritos, qui decipiendo suas vxores faciebant donationes, quas ante nuptias antiquitas nominauit, insinuare autẽ eas actis interuenientib [b] supersedebát [g], vt infectæ maneant, & ipsi quidem dotis cõmoda lucrentur, [h] vxores autem [i] sine nuptiali remedio relinquantur: sancim [o] nomine prius emendato, [k] ita rem [l] corrigi, & non ante nuptias donationẽ eandẽ vocari, sed ꝓpter nuptias donationem. Quare [m] enim dotẽ quidem etiã constãte matrimonio, mulieri marito dare conceditur: donationem autem marico, nisi ante nuptias, facere non permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inueniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus, quàm maribus subueniri? sicut enim dos propter nuptias fit, [n] & sine nuptiis [o] quidem nulla dos [p] intelligitur, sine dote autem [q] nuptiæ possunt celebrari: [r] ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alij, debet esse aperta licentia & constante matrimonio talem donationem facere: [s] quia quasi antipherna [t] hæc possunt intelligi, & non simplex donatio. Ideo enim & antiqui [v] iuris conditores inter donationes etiam dotes connumerant. ¶ Si igitur & nomine [x] & substantia [y] nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare nõ etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaque omnes licentiam habere: siue prius quàm matrimonia contraxerint, siue postea, donationes mulieribus dare propter dotis donationem: vt non simplices donationes intelligantur, sed propter dotẽ & propter nuptias factæ.

IN AVTHEN. VT immo. ante nup. do. §. si quis. co. la. v. constitu. xiiij.

Pro donatione propter nuptias competit in rem actio mulieri. Baldus.

sunt causa causans: sed dos est causa causata. ergo deficiẽte causa causante, deficit & causa quæ debet causari.

p *Nullatenus.* sic & ff. de iur. dot. l. iij. & in authen. de trien. & semiss. §. sed nec. col. iij.

q *Sine dote autem.* argu. contra. in decre. xxx. q. v. c. nullum sine dote.

r *Celebrari.* & sic est similiter in donatione.

s *Facere.* scilicet sicut est in dote.

t *Antipherna* contra dotem: ab anti quod est contra: & pherna, id est dos, quasi contra dotem dario, vt & hæc donatio est.

v *Antiqui iuris.* dicentis quòd alia est simplex donatio: alia ob causam, sicut est dos, & hæc donatio: vt ff. de dona. l. j.

x *Nomine.* quia ambæ dicuntur donationes.

y *Et substantia:* quia vtraque fit propter nuptias, & propter vtranque: datur rei vindicatio. & hoc dicit authen. permissa est &c. quam hic lege.

Antipherna quid & unde dicatur.

Vide de hoc Alc. præterquis. lib. 10.

Permissa.

[a] PErmissa est [a] & in rem actio pro tali donatione mulieri ad uersus omnes possessores.

Finis authentica.

Sequitur textus Codicis.

Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt: & propter alias causas [b], & libidines forsitan, vel vnius partis egestatem, nõ propter ipsarum, nuptiarum affectionẽ efficiuntur. [c] ¶ Si igitur [d] dote iam prẽstita, marit [e] nulla ante nuptias donatione facta, donare mulieri res maluerit, ita tamẽ, vt dotis quantitatem [e] non excedant, & quod ipsum significauerit, quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotẽ iam conscriptam, & ipse ad donationem venerit: licebit hoc ei facere: & supponatur pactis dotalib [f] huiusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressum, [f] pacta conuenta seruari oportet. § ¶ Sin autem donatio quidem talis facta sit, vt pote dotali instrumento antecedente, nulla autem pacta tali donationi post nuptias inserantur: re ipsa videatur hoc esse pactum, vt secundum dotales conuentiones intelligantur & in tali donatione pacta fuisse conuenta: vt æquis pasibus [h] vtraque ambulet, tam dos quàm donatio: ita tamen, vt Leoniana [i] constitutio (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus [k]) maneat in his casibus intacta: & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra, [l] quam de interpretatione eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes. disparibus etenim pactionibus factis, maiorem lucri partem ad minorem [m] deducendam esse censemus, vt eodem modo vterque minorem partem lucretur.

IN AVTHEN. VT exact. instan. do. §. illud. colla. vij. consti. v.

Nota est valde: & dicit quod dos data meretur donationem propter nuptias coequalem sibi in quantitate, & qualitate, & pactis. ita intelligit glo. Secundo dicit quod si mulier non dedit dotem, sed promisit, & vult dare & offerre: deponit & consignat, si res consignabilis est: vel offert tantum, si immobilis: (quod simile est dicti) & promeretur donationem. sed si differt dotis præstationem, non meretur propter nuptias præstationem, aliàs largitionem. Baldus.

DOs data donationem propter nuptias meretur. [n] præterea si pars mulieris dotẽ soluere sit parata, cum ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cumque sit res mobilis [o], signaculo impositio recondat: aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, vt parti viri denuncietur: & hc nequaquam declinanda est donationis exactio [p]. At si per dilationem dos viro non detur: etiã donatio prorsus denegetur.

Finis authentica.

Sequitur textus Codicis.

Similiq; [q] modo si facta quidẽ fuerit talis donatio, quæ antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiã constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. ¶ Similiq́ modo & ea constitutio, quam pro augendis tam dotibus, quàm antenuptias donationibus fecimus, [r] intacta illibataq́ue conseruetur: omnibus videlicet quæ de simplicibus donationibus inter maritum & vxorẽ constante matrimonio, vel à veteribus, [s] non fecit sibi fieri donationem. Item nunquid pactũ de lucrãda dimidia parte dotis valebit, cum nullum fiat in donatione? Respon. alij sic, cõtra: cum dicat lex ista, cum mulæ dispares etenim, &c. & minus dicitur, & si nihil sit: vt ff. de tri. l. illud. §. pe. & ff. de verb. signifi. l. minus. Sed contra eos est supra e. l. §. sinautem donatio &c.

DOs data] CASVS. Lex codicis dicit quod maritus potest facere donationem. Auth. imponit ei necessitatem faccre donationem, & mulier si velit soluere dotem, & maritus eam nolit accipere, potest eam consignare, & deponere coram iudice & coram testibus. dicit mulier se esse paratam soluere secundum pactum, quod fecit de lucranda donatione.

n *Meretur.* id est debet eam mulier lucrari soluto matrimonio: licet nullum pactum de ea vel eius quota parte lucranda fuerit factum, quod non placet: immo est dicere quod sicut mulier constituit dotẽ, ita & maritus debet donationem propter nuptias constituere. & sicut dos ad mulierem soluto matrimonio redit, nisi pactum sit de lucrãdo: vt infra de rei vxor. ac. §. illo procul dubio. *Dos & donatio propter nuptias meretur.* nuptias æquis passibus ambulare, sed cur meretur vxor, cum ipsa nõ lucretur eam, nisi ex pacto speciali: vt d. §. illo. nec fructus habeat? Respon. vt secutior sit in dote. nam res suas vir alienat consentiente vxore: vt supra ad Vell. l. etiam. quod non est in donatione: vt in authen. ibi posita sine à me &c. Sed qua actione agitur vt fiat donatio? Respon. condictione ex hac. l. Sed Azo dixit q agit mulier cõdictione, vt sibi tradatur; non autem vt constituatur: quia ipso iure est constituta in simili quãtitate qua est dos.

Donatio ante nuptias ambulare debet cum dote.

o *Res mobilis.* nam aliter non fit depositio: vt argu. infra quando & quibus quarta pars. l. ij. lib. x.

p *Exactio;* sed quid si nec fuit cõstituta donatio, nec petita constituí, sed facto diuortio petit eam constitui, & lucrari pro tertia, cũ dotem dedisset: & de ea lucranda pro tertia fit factum pactum? Respon. non potest agere: sed sibi imputetur quare constante matrimonio non fecit sibi fieri donationem. Item nunquid pactũ de lucrãda dimidia parte dotis valebit, cum nullum fiat in donatione? Respon. condictione ex hac. l. Sed Azo dixit q agit mulier cõdictione, vt sibi tradatur; non autem vt constituatur: quia ipso iure est constituta in simili quãtitate qua est dos.

q *Similiq; modo.* tertia pars legis, & refertur ad princi. l.

r *Fecimus.* supra. l. proxi. videtur enim fecisse, cũ fecerit pater eius. Vel dic quod fecit aliam quam non habemus, similem illi.

s *A veteribus.* vt ff. de do. inter virum & vxor. per totum. & infra de do. inter vi. & vxorem. per totum.

EO *decursum*.] CASVS. Lex antiqua dicit quòd maritus debet insinuare donationem. Auth. dicit quòd non est necesse vt insinuetur, siue maritus fecerit donationem in vxorem, siue econuerso. & quod dixi, non est necesse vt insinuetur, verum est quòd ad mulierem: quia si vxor fecit ei pactũ de lucranda dote, maritus petere non potest dotem, si non est insinuata.

a *Sponsalitia*. id est donatio propter nuptias. & sic improprie dicitur: sed proprie illa quam sponsus sponsę, vel eõ tradat & facit.

b *Specialis*. quia quoddam speciale in ea seruatur, vt subiicit: nec enim insinuationẽ &c. olim contra, nisi in casu: vt supra.e.l. minoribus.

c *Insinuationem*. quæ exigitur in donatione excedente quingentos solidos: vt j. de dona. l. pen. & si.

d *In viri personam*. scilicet nonune viri fiat mulieri.

e *Quatenus*. id est eo pacto, vt conferibat scilicet maritus in hunc contractum, id est donationem propter nuptias, id est dicere hoc pacto, vt fiat insinuatio. vel vt subscribat maritus.

f *Quantum ad mulierem*. vt insinuatio non sit necessaria.

g *Cum ea sit quantitas*. quia excedit quingentos solidos.

h *Concedant parti*. dicit enim quod fecerat pactum vir de lucranda dote, quæ erat mille. & sic vltra quingenta, si mulier scilicet præ decederet, & mulier deberet lucrari donationem propter nuptias si vir præcederet: quæ similiter erat in mille. lucrabitur ergo mulier donationem si vir præcedat, licet non interuenerit insinuatio. at econtra si vxor præcedat: non lucrabitur vir de dote, si donatio non est insinuata.

NVnc.] CASVS. Lex codicis dicit quòd constante matrimonio potest dos minui. ista auth. corrigit dicens q; hodie istud est prohibitum. secundò dicit quòd maritus vel vxor tenetur dare vni filiorum primi matrimonij tantum quantum dat vir mulieri, vel mulier viro.

DE NVPTIIS.

Dicit de præambulis nuptiarum, scilicet sponsalibus, sequitur nũc de nuptiis. Vel sic: Præmissis præparatoriis nuptiarum, ponit de nuptiis. A.Zo.

CVm de nuptiis.] CASVS. Mulier quædam habebat filiam minorem xij. an. cuius malitia supplebat ætatem: eratque toro natura; vnde mater & tutor illius puellæ impuberis trahebant de marito ei tradendo: super quo eligendo fuerunt discordes. quæritur quid hoc casu agendum sit? Respon. quod recurrendum est ad præsidem prouinciæ: & ille qui sibi iustior videbitur, præferetur in nubendo cum puella. Viuianus.

i *De nuptiis futuris*. aliàs si non esset pupilla, non haberet tutorem, & eius voluntas quæreretur: vt infra. e .l. in copulandis; & l. viduæ. & l. in coniunctione. Alii dicunt quod hæc puella nolebat suam voluntatem dicere, cultu verecundiæ: vt d. l. in coniunctione. quod tamen non placet, cum & ibi in adulta dicat.

k *Arbitrium*. per quod sedetur eorum discordia. sic & instit. de satisda. tuto. §. finatem. & ff. de admini. tuto. l. iij. §. finali.

SI *nuptiis*.] CASVS. Filiafamilias cõtrahit nuptias consentiente patre: pater instrumẽto docali non se subscripsit. nunquid nuptię sunt legitimè contractæ? Respon. quod sic, Viuianus.

l *Non subscripsit*. hoc visum quandoque: hodie contra: vt in auth. sed nouo iure. quæ est infra eo.

LIbertum.] CASVS. Libertus non potest contrahere nuptias cum patrona, vel patroni filia, vel coniuge, vel nepte, vel proneptę: & si contraxit, nuptiæ non valent: vnde de hoc potest accusari, & sustinebit pœnas iudicantis. Viuianus.

m *Coniugem*. quondam.

n *Accusare poterit*. quicunque sis, scilicet de stupro, vel adulterio, vel sacrilegio: nisi vilis esset talis fœmina: vt ff. eo. scilicet de ritu nup. l. si patrona. quæ est contra.

o *Consentiente*m. scilicet extra ordinem suo officio secundum quosdam.

p *Odiosas*. iure ciuili. sed non naturali.

q *Merito*. propter reuerentiam personarum, & facit. ff. eo. l. senatoris filia. & l. lege.

Libertum.] CASVS. Libertus non potest contrahere nuptias cum patrona, vel patroni filia, vel coniuge, vel nepte, vel proneptę: & si contraxit, nuptiæ non valent: vnde de hoc potest accusari, & sustinebit pœnas iudicantis. Viuianus.

m *Coniugem*. quondam.

n *Accusare poterit*. quicunque sis, scilicet de stupro, vel adulterio, vel sacrilegio: nisi vilis esset talis fœmina: vt ff. eo. scilicet de ritu nup. l. si patrona. quæ est contra.

o *Consentiente*m. scilicet extra ordinem suo officio secundum quosdam.

p *Odiosas*. iure ciuili. sed non naturali.

q *Merito*. propter reuerentiam personarum, & facit. ff. eo. l. senatoris filia. & l. lege.

Per concubinatum & illicitum coitum contrahitur affinitas, vnde eius affines prohibentur matrimonio copulari. Bald. Vel sic: Concubina patris non debet esse vxor filij. Salyc.

IIII. Imp. ALEXANDER A. Perpetuo.

LIberi concubinas parentum suorũ vxores [r] ducere non possunt [s]: quia minus religiosam & probabilem rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

Qui non contradicit, & patitur eum posse ratare: censetur consentire. l. d. Vel sic: Patientia habetur pro consensu in fauorabilibus. Bal. Vel sic: Taciturnitas patris habetur pro consensu in filij nuptiis. Salyc.

V. Idem A. Maximæ.

Liberi.] CASVS. Filius tuus illam quæ fuit tua concubina, in vxorem ducere non potest: & si contra fecerit, stuprum committit, & lege Iulia de stupro tenetur. Viuianus.

r *Vxores*. nec concubinas habere: vt ff. de concubi. l. j. §. penulti.

s *Non possunt*. propter adfinitatem. Sed certe contra non videtur adfinitas, cum dicitur adfinitas regularitas personarũ ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela. at hæc non prouenit ex nuptiis, sed certe sic impeditur matrimonium propter illicitam coniunctionem, sicut per adfinitatem: & sic est hic illicita coniunctio: vt ff. eo. l. semper. sed & hic potest dici adfinitas: vt xxxv. q. iij. c. de incestis. ADDITIO. Aduertas quòd de iure canonico, non solum ex illicito coitu, sed etiam ex nefario oritur adfinitas impediens matrimonium contrahendum, & dirimẽs iam contractũ.

Adfinitas definitur.

Sicitis si vt in c. diserationem. & simul sed c. penul. extra de eo qui cognouit consan. vxo. suę. & c. per tuas. extra de proba. vnde secundum canones sic definitur: Adfinitas est personarum proximitas ex coitu prouenies, omni carens parentela sanguinis, de quo vide latius per Io. And. in declaratione arboris adfinitatis in prin.

SI *vt proponis*.] CASVS. Titius patre suo sciente, & non contradicente, contraxit matrimoniũ cum Berta ex qua procreauit filiũ. nunquid iste filius erit auo suo iustus nepos? Respond. quòd sic, & eum agnoscere tenetur. Viuianus.

a *Non contradixit*. Idem contra in patre filiæ nubentis. ff. de spon. l. in sponsalibus. § . j. Et no. arg. hic, quitacet, consentit. sic ff. furti aduer. nau. cau. sta. l. j. in fi. & ad Macedl. l. sed Iulianus. §. interdum. & l. si filiusfa. patre. & ff. nau. cau. l. fi. & §. ad Vellejanum. l. fi sine. Sed arg. contra. ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. & adde hic quod dicitur ff. de contra tab. l. iij. §. fi emancipatus.

Tacitumitas equipollet consensui.

ET *si contra mandata*.] CASVS. Si præses prouinciæ durante suo præsidatu contraxit nuptias cũ sibi subdita: illæ nuptiæ non valent, veruntamen si sponsa deposito officio remansit in eadem voluntate, nouo consensu interueniente legitimũ erit matrimonium, secundũ consilia Pauli prudentissimi. Viui.

Mandata principum, & constitutiones legis.

b *Mandata*. differentia est inter mandata principum, & constitutiones. Nam cõstitutio generale est nomen ad omnes leges imperatorias pertinens. Mandatum vero est cõstitutio qua cauetur quomodo rector prouinciæ debeat se habere in prouincia quam administrat: vt in authen. de manda. prin. in prin. colla. iij.

c *Contractum sit*. Cum administratore, qui non sit oriundus inde. non enim qui in sua patria militat, prohibetur ibi ducere vxorem: vt ff. e. l. si quis officium. & l. eos qui. concubinam autem potest habere: vt ff. de concubi. l. fin.

d *Post depositum*. Nota hic quòd post depositum officii opus est nouo consensu. secus est in minore. xij. annis nupta, & loco vxoris habita, quæ scilicet legitimo tempore impleto fit vxor, etiam sine nouo consensu: vt ar. ff. de sponsa. l. quæritum. & de do. inter virum & vxorẽ. l. cum hic status. in fin. & ff. de ri. nup. l. iiij. ADDITIO. Tu dicas de hoc vt in c. j. §. idem quoque. de despons. impub. lib. vj.

e *Post ea liberos*. quid si ante? Respon. non sunt legitimi. ar. ff. de sta. ho. l. Paulus. secus in natis ex cõcubina: vt insti. de nup. §. fin. Sed cur hoc? Respon. quia concubinatus nomen per legem accipit: vt ff. de concu. l. in concubinatu. Sed alij contradixerunt. Sed quare non inspicitur initium contractus, vt ita nullum sit matrimonium: vt & aliàs. ff. manda. l. si procurator. §. j. & depo. l. j. §. item si seruus hæreditarius? Respon. non concedo vt contra legem inchoatum conualescat: sed de nouo incipit hic finita administratione. & sic nõ obstat supra de leg. & con. l. non dubium. Alij respond. illi. l. quòd loquitur in perpetuo pro hibitis: quod hic non est. concordantiæ sunt huic. l. infra si quacunque præ. po. l. j. & supra si rector pro. l. j. & ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. in princ. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. in fi. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. donationes j.

SI *vt proponis*.] CASVS. Filia mea habebat maritũ cum quo contraxerat matrimonium me consentiente: tandem conquesta de marito suo, fuit celebratum diuortium: postea reconciliata est suo marito me inuito. cui competit repetitio dotis, quæritur? Respõ. quòd tibi patri: quia sicut filia tua te inuito non potest matrimonium contrahere: ita nec marito reconciliari. Viuianus.

f *Non petente*. immo etiam contradicente. quod aliàs non esset: vt infra de rei vxo. act. §. & hoc ex rei. & ff. sol. matri. l. ij. §. penul. & l. dotem. & l. voluntate. & facit ff. de sta. hom. l. Paul[a]. & ff. eod. l. nuptiæ. ij. xxxij. q. iij. c. patrem. Sed contra. xxvij. q. ij. sufficiat. extra de rapto. ca. cum causa. & ff. de pac. do. l. cũ maritus. §. Titius. ADDITIO. Dicas quòd de iure canonico valet matrimonium etiam sine consensu parentum: vt d. c. cum causa. & d. c. sufficiat. supra allegatis per gl[a].

IN *copulandis*.] CASVS. Si puella est adulta, & agitur de nup. præsentibus contrahendis, voluntas puellæ, si eam vult exprimere, requiritur, non curatoris, cuius officium est administrare, non nubere: nec requiritur consensus propinquorum suorum. Viuianus.

g *Nec cognatorum*. ex necessitate.

h *Eius voluntas*. cum vult eam exprimere, alioquin præsidis: vt supra. e. l. j. vel aliud in tutore, quàm in curatore. & est sic. ff. de appell. l. cum in vna. §. tutor. & facit. ff e. l. sciendum. & supra de spon. l. si patrem. Et no. curatorem principaliter dari rebus; sed contra in tutore: vt inst. qui da. tu. pos. §. certæ.

SI *vicinis*.] CASVS. Contraxi matrimonium cum Berta nullis cõlectis doralibus instrumẽtis: postea mihi nati sunt filij ex ea: non feci natalia instrumenta filiorum conscribi, an sit legitima vxor, & liberi ex ea nati legitimi, quæritur? Respõ. quòd sic. Viuianus.

i *Ad natam filiam*. ex tali matrimonio.

k *Pertinentes*. scilicet tabulæ, quæ dicuntur natales. & facit. xxx. quæst. v. per totum.

l *Potestatem*. nisi in contrarium sit actum, quòd vt cõcubinam

SI (*vt proponis*) *pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate, cognitis nuptiis vestris, non contradixit* [a]: *verè non debes ne nepotem suum non agnoscat.*

Quod prohibetur initiari, potest postea impedimento cessante confirmari, accedente consensu nouo. Baldus. Vel sic: Matrimonium inualidum validatur ex nouo consensu adhibito: tempore quo cessauit causa impediens. Salycetus.

VI. Imp. GORDIANVS A. Valeriæ.

ETsi contra mandata [b] principum contractum sit [c] in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamen post depositum [d] officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptiæ efficiuntur: & ideo postea liberos [e] susceptos, natosque ex iusto matrimonio, legitimos esse, responsum viri prudentissimi Pauli declarat.

Solennitas requisita in actu faciendo, requiritur in eo reparando, vel reficiendo. Baldus. Vel sic: Sicut consensus patris necessarius est in matrimonio contrahendo à principio, sic in dissoluto reparando. Salycetus.

VII. Idem A. Apro.

2 SI (*vt proponis*) *post querelam de marito à filia tua ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa est: minus legitima coniunctio est, cessante patris voluntate, in cuius est potestate. atque ideo nõ petente [f] filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.*

Auctoritas curatoris in nuptiis adultæ

A gem accipit: vt ff. de concu. l. in concubinatu. Sed alij contradixerunt. Sed quare non inspicitur initium contractus, vt ita nullum sit matrimonium: vt & aliàs. ff. manda. l. si procurator. §. j. & depo. l. j. §. item si seruus hæreditarius? Respon. non concedo vt contra legem inchoatum conualescat: sed de nouo incipit hic finita administratione. & sic nõ obstat supra de leg. & con. l. non dubium. Alij respond. illi. l. quòd loquitur in perpetuo pro hibitis: quod hic non est. concordantiæ sunt huic. l. infra si quacunque præ. po. l. j. & supra si rector pro. l. j. & ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. in princ. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. in fi. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. donationes j.

nil operatur, quia persona curator non datur. Bal. Vel sic: Non curatorum, vel consanguineorum, sed solius puellæ consensus in eius nuptijs spectatur. Salyc.

VIII. Idem A. Romano.

IN copulandis nuptijs, nec cu
B ratoris (qui solam rei familiaris sustinet administrationem) nec cognatorum [g] vel adfinium vlla auctoritas potest interuenire, sed spectanda est eius voluntas, [h] de cuius coniunctione tractatur.

Ista lex tractat duo. Primo de matrimonio præsumendo. Secundo de simulatione præsumenda: & dicit quòd nati ex ea quæ est vel præsumitur vxor: si sint nati in domo patris, præsumuntur legitimi. Bald. Vel sic: Ad præsumendum matrimonium non sunt necessaria instrumenta nuptiarum, nec ad probationem filiationis est necessarium instrumentum natiuitatis: sed quod probetur natus ex ea cum qua dicitur esse legitimum matrimonium, & in domo vicinis scientibus. Salycetus.

IX. Imp. PROBVS A. Fortunato.

SI *vicinis*, vel alijs scientibus, vxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, &
C ex eo matrimonio filia suscepta est: quanuis neque nuptiales tabulæ, neque ad natam filiam [i] pertinentes [k] factæ sunt: non ideo minus veritas matrimonij, aut susceptæ filiæ, suam habet potestatem [l].

Dignitas accedens alis contrario accidenti restituitur: sed non ea quæ ex natalium radice procedit. Baldus. Vel sic: Mulier nobilitatem quam acquisiuit propter virum, statum perdit cum alteri inferiori nubit. Salycetus.

X. Imp. DIOCLETIAN. MAXIMIANVS AA. & CC. Paulinæ.

D

scilicet eã habeat: vt ff. de concubi. l. in concubinatu. Vel plene dic vt diximus. ff. de rit. nup. l. in liberæ. Et no. probationem filiationis. sic & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. filium. & ff. de proba. l. fi. & supra de testi. l. j. & supra de fei. vin. l. indicia. vel enim probari non potest de patre: vt ff. de condic. & demon. l. Lucius.

Filiatio qualiter probatur. Pater vere probari non potest.

CVm te.] CASVS. Si aliqua nõ est filia senatoris, sed vxor: si mortuo senatore nubat homini inferioris honoris, definit clarissima esse.

a *Cum te.* differentia est inter eam quæ sortita est nomen fœminæ clarissimæ per patrem senatorem, & eã quæ propter maritum. Nam primo casu retinet dignitatem etiam si sit nupta viro ordinis inferioris, dum tamen non plebeio. Sed in secũdo vxor retinet, si est vidua: si vel nubat: non tamẽ viro inferioris ordinis, nisi & tunc cõsularem dignitatem impetret à principe: vt ff. de sena. l. fœminæ. & l. fi. in princ. & infra de incolis. l. fi. lib. x. & de dig. l. mulieres. lib. xij. & in authent. de nupt. §. non tamen. coll. iiij. & ff. ad muni. l. filij. §. vidua.

b *Clarissimæ.* id est illustris.

c *Secundi ordinis.* id est plebeij, secũdum M. vel verius simpliciter, id est inferioris.

d *Dignitatis.* si quam antea habebas.

¶ Cõcor. cũ hac. l. ca. nõ est extra de spon. & matrimo. a Cõcor. c. ex parte. B in fi. cum gl. in fi. extra de fo. cõpe. vbi papa vocat Reginã Angliæ, quæ erat relicta à rege Angliæ.

SI inuita.] CASVS. Si mulier tua volẽs aut inuita à parentibus suis te inuito detineatur: adi præsidem prouinciæ, qui eos coget vt patiantur eam ad te redire. Viuianus.

e *Si inuita.* maxime. nam si esset volens, esset idem.

f *Exhibita.* per interdictum de libero homine exhibendo: vt infra de libe. exhibẽdis. l. si ad instar. Item & vtile de liberis exhibendis: vt ff. de libe. exhi. l. immo. & sic referatur. l. immo. ad titulũ sub quo posita est, licet quidam contra.

NEc filium.] CASVS. Filius non potest cogi à patre inuitus vxorem ducere. similiter ipse inuito patre non debet sibi vxorem eligere. Viuianus.

g *Permittit.* vt ff. eo. l. non cogitur. & l. si patre.

h *Turis præceptis.* quæ sunt instit. e. per totum. & facit. xxxij. q. ij. non omnis. §. cum ergo dicitur. q. iij. c. j. arg. contra. xxvij. q. ij. ca. j.

NEque.] CASVS. Si inter me & mulierem instrumentum dotale conscriptum est, & ego non consensi in eam per verba de præsenti, non sufficit dotale instrumentum ad cõsummationem matrimonii: & licet sit matrimonium contractum, non propter hoc exigitur instrumentum dotale. Viuianus.

i *Contiuente.* nam plus valet quod vere est gestum, quàm scriptum: vt ff. de off. præsi. l. illicitas. §. veritas. & supra plus valet. quod agi. interim tamen seruatur scripturæ publicæ: vt supra de proba. l. cum precibus.

k *Instrumentis.* non enim dotibus, sed affectu matrimonium

A contrahitur: vt infra de repu. l. iubemus.

l *Irritum est.* nisi in casu infra eo. tit. authen. sed nouo iure. Itẽ & in alio: vt infra. e. authen. maximis. & in alio secundum quos dam: vt insti. de nup §. fi. quod non placet: vt ibi diximus.

Neque ab initio.] CASVS. Sicut aliquis ab initio non cogitur inuitus contrahere matrimoniũ, ita contracto matrimonio si diuortio dissoluitur, nõ cogitur reconciliare. Vivianus.

m *Distrahendi.* secus in contractibus: vt supra de actio. & ob. l. ficut.

n *Matrimonij.* quam habet ab initio.

o *Necessitatem.* si dixerit vir vxori: promittis decem, si vnquam diuerteris à me? non valet: vt ff. de ver. oblig. l. stipulatio facta. & l. Titia. & infra de inuti. stipu. l. libera. & supra de spõ. l. fin. in fin. Sed contra. ff. de dona. inter virum & vxorẽ. l. ea quæ. Solu. ibi pecunia processit à stipulante: sed licet non valeat prædicta pœnalis stipulatio, pœnam tamẽ legalem subibit, qui sine causa diuertit: vt infra de repu. l. iubemus.

Stipulatio pœnalis, in matrimonio nõ valet.

VXorem.] CASVS. Patronus regulariter libertam suam in vxorem accipere potest, nisi patronus esset de his personis, quæ prohibẽtur contrahere cũ liberta sua: puta quia senator, vel senatoris filius. Viuia.

p *Ex his personis.* puta senator vel senatoris filius: vt ff. de ritu nup. l. lege Iulia. sed econtra non potest: vt supra eo. l. libertum. & die vt ibi. & ratio in prompta est.

Sed nouo iure.] CASVS. Si liberam nullierem cum qua non prohibeor contrahere, domi teneo: videor eã in vxorem retinere: nisi ab initio protester quòd teneo eam vt concubinam: vt ff. eo. l. liberæ. Sed si senator tenet libertam in domo sua, nunquã præsumitur sua vxor, nisi inueniatur dotale instrumentum in quo contineatur: confiteor me accepisse à tali muliere tantũ in dotem, cum qua matrimoniũ contraxi. Et est casus in quo requiritur dotale instrumentum contra hoc quod dicitur supra eo. l. neque sine. Viuianus.

q *Cum liberta.* idem econtra, secundum H. vt libertus cum filia senatoris.

r *Dotalibus.* id est nuptialibus. & est speciale: sed regulariter contra supra eo. l. neque sine.

PAtrem.] CASVS. Titius filiam suam exposuit, id est in locum publicum proijci fecit. ergo misericordia motus eam filiam nutriendam suscepi, ita quòd adulta facta est: nunc vole quòd filia Titij nubat filio meo, Titius nõ vult. an omnes sumptus quos feci in ea nutriẽda, potero à Titio recuperare, quæritur? Respon. quòd sic. Vnde quanuis pietas videatur inhibere repetitionem, tamen quia nõ vult quòd sua filia nubat meo filio, sumptus factos recuperabo.

s *Exposuit.* scilicet in hospitali.

a *Filio tuo desiderantis.* subaudi, tui desiderantis.

b *Qui.* scilicet pater.

c *Remittatur.* consentire. Sed videtur quod patria potestas sit soluta. & sic est contra infra de infan. exp. l. ij. & sic etiam citra consensum eius pater viri potest eam dare filio suo. quod quidam concedũt. vel dic aliud in seruo & liberto quàm filio: vt in prædicta. l.

d *Solutioni.* regulariter contra: vt supra de neg. gest. l. j. & ij. & ff. de condic. inde. l. cum is. §. pe.

Nemini.] CASVS. Hæc lex ponit inter quas personas nuptiæ sunt prohibitæ. Et certe inter ascendentes & collaterales. Itẽ inter affines. Viuianus.

e *Pronepte.* & vsque in infinitum: vt insti. eo. §. j. & ff. eo. l. fororis. & l. nuptiæ consistere. adeo vt si Adam viueret, non posset contrahere matrimonium secundũ Ioan.

f *Antiquo.* nisi sint in septimo gradu: vt in decre. xxxv. quæstione ij. cap. progeniem. & c. consanguinitate. & c in copulatione. & c. nulli.

ADDITIO. Hodie prohibitio solum extẽditur ad quartum gradum inclusiue. cap. non debet. extra de consangui. & affini.

Viduæ.] CASVS. Si mulier aliqua est vidua, & habẽs patrem sit emancipata, vel in potestate patris: & est intra xxv. an. si vult contrahere nuptias, debet contrahere cum patris volũtate. Sed quid? filia vidua vult sibi eligere vnum maritum: pater vult alium? Certe si æque bonus sit ille quem vult eligere mulier sicut pater, stabitur iudicio mulieris. Sed quid si mulier vidua non habeat patrem, & tractatur de eligẽdo mulieri marito: quorum consensus requiratur, quæritur? Respon. Agnatorum & cognatorũ qui non sunt ei successuri ab intestato: quia isti non videntur suspecti. Viuianus.

g *Sententia.* id est scientia. non autem consensus est necessarius. Vel dic quòd est consilium quod hæc lex dicit, cum emancipata sine patre possit hoc facere: vt ff. eo. l. filius emancipat. & de contra tab. l. iij. §.

cõiugi filio[a] tuo desiderantis fauere voto cõuenit: qui[b] si renitatur,[c] alimẽtorũ solutioni[d] ĩ hoc solummodo casu parêre debet.

Hæc lex ponit quæ sunt personæ cum quibus matrimonium non consistit. Bald.

XVII. Iidem AA. & CC.

NEmini liceat contrahere matrimonium cum filia, nepte, vel pronepte:[e] itémque cum matre, auia, vel proauia, & ex latere amita ac matertera, sorore, sororis filia, & ex ea nepte: præterea fratris tui filia, & ex ea nepte: itemque ex affinibus priuigna, nouerca, nuru, socru, cæterisque quæ iure antiquo[f] prohibentur, à quibus cunctos volumus se abstinere.

Ponitur hic forma qualiter viduæ debent contrahere matrimonium, & qualiter virgines, & de quorum consensu. Aduerte tamen, quia ista forma non est substantialis, quantum ad substantiam matrimonij, sed est quædam forma continens quandam iustitiam publicæ honestatis. Bald.

XVIII. Imppp. Valentin. Valens & Grat. AAA. ad Senatum.

VIduæ* intra quintum & vicesimum annum degentes, etiam si emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia[g] non conueniant. ¶ Quòd si in conuentionis * delectu[h] mulieris voluntas patris repugnat sententiæ, & propinquorũ: placet admodũ (vt in virginũ cõiunctionibus sanctum est) habendo[i] examini auctoritatem quoque iudiciarie cognitionis adiũgi: vt si pares[k] sint genere ac moribus comperitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. ¶ Sed ne forte hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur, etiã honestas nuptias impediant: si huius rei suspicio[l] præcesserit, eorũ voluntas auctoritatẽ iudiciumque succedere,[m] ad quos etiãsi fatalis sors intercesserit, tamen hæreditatis cõmodum peruenire non possit. Dat. XVII. Kal. August. Gratiano. A. II. & Probo Coss.

Inter consobrinos consistit matrimonium: dicit glo. iure Romano, sed non diuino: & ideo nati ex consobrina sunt incestuosi, & non succedunt, secundum Cy. & Baldum.

XIX. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano præfecto prætorio.

CElebrandis inter consobrinos matrimonijs licentia le-

A *Emancipatus.* & ar. infra eo. l. in coniunctione. sic est supra de iure emphy. l. fin.

h *Delectu.* id est deliberatione. aliàs, delectum.

i *Habendo examini.* id est ad habendum examen.

k *Pares.* si vero impares, protinus debet ei dici vt meliorem eligat.

l *Suspicio.* sic & infra vbi pu. edu. l. j. & ij. & supra ti. j. authen. sed iam necesse est.

m *Succedere.* id est ad deliberationẽ admitti.

Celebrandis.] CASVS. Licet inter ascendentes & descendentes & collaterales nuptiæ sint prohibitæ: tamen inter consobrinos nuptiæ sunt permissæ. Sunt autem consobrini ex duobus fratribus nati: sicut cõsorini ex duabus sororibus nati. Hæc lex hodie non seruatur iure canonico. Viuia.

n *Auctoritate.* quæ idem quod hæc lex flatuebat.

o *Fomentis.* quæ erant media iuris prudentiæ.

p *Fratribus.* hi sunt patrueles.

q *Sororibus.* hi sunt consobrini: vt insti. de gradi. §. quarto gradu.

r *Legitimi.* hoc est verum iure fori, vt hic, & ff. eo. l. iij. & l. non solum. §. j. & instit. eo. §. duorum. sed non iure poli. vt xxxv. q. j. c. cum igitur.

In continẽtiore.] CASVS. Si filia quæ est in potestate patris, vult contrahere nuptias: debet contrahere cum voluntate patris. sed si est sui iuris, & est destituta patre & matre, nõ requiritur cõsensus eorum, sed sui ipsius: sed si nõ vult declarare suum arbitrium, tunc recurritur ad propinquos. Viuianus.

s *Ipsius.* patris familias.

Caligato.] CASVS. Nedum plebeij possunt contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis, immo & milites.

t *Acaligato.* caligatus dicitur ille, qui habet ocreas ferreas. *Caligatus quis dicatur.*

v *Protectoris.* id est pedites, qui regit & protegit armatos milites. *Protector quis dicatur.* Vel caligatum vocat, *tur.* id est infimum & obscurum: vt in authent. qui. mo. na. effi. leg. §. quisquis. collatio. vj.

Protector quis dicatur. Pedestres milites qui dicantur. Equestres milites.

Protector ergo erit maior, quasi dicat à minore vsque ad maiorem. Vel tertio, est militia pedestris, & equestris. Pedestres milites dicuntur, qui habent caligas de corio: & hi dicuntur caligati milites. Equestres, qui in equis vadunt. Et not. quòd hodie est ius generale quòd hæc lex dicit, vt sine solennitate scripturæ & aliorum quæ dicuntur infra. l. proxi. contrahatur matrimonium. Accursius.

SI *donationum.*] CASVS. Quidam contraxit matrimoniũ cũ aliqua muliere, nec donauit ei propter nuptias, hoc fecit fieri dotale in strumentum, & pompam nuptiarum dimisit: propterea non deficit matrimonium, & nihilo minus liberi suscepti erunt legitimi. Viuianus.

a *Instrumenta*- sic & supra eo. l. neque sine. & infra de repu. l. iubem⁹. & in authen. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero dudum. col. viij.

b *Pompa*. id est conuiuium familiare. Accursius.

IMperialis. diuiditur in tres partes grossas. Primo ponit proœmium. Secundo ponit statutum. Tertio concludit. Iaco. de Are. Bald. CASVS. Sicut Deus misereτur hominibus, ita princeps vult prouidere subiectis, & eis misericordiam impertiri. dicit ergo quòd si mulier in meretricio degens pœnitere voluerit: poterit postea nubere cui voluerit, dum tamẽ interueniãt dotalia instrumẽta: nec vocabitur postea fœnica, & filij nati legitimi erunt, & succedent ex testamẽto vel ab intestato: nec nocet eis si non nubant ex quo eis permissum est nubere: quia eis filij postea suscepti succedunt. & licet mulier non petat priuilegium, sed à principe ei cõcedatur, mũdã etit: & filiæ postea susceptæ fœnicæ non dicentur: sed iam natæ

* *Quædã exem. inibant, iustum sit.*

imperrare possunt priuilegiũ, & nubere cuicunque voluerint, interuenientibus instrumentis. filiæ etiam natæ ex ea quæ in meretricio vsque ad mortem perseuerauit, post mortẽ matris poterunt priuilegium impetrare. Item cõtrahi potest matrimonium inter dispares: quia clarissimus poterit accipere spectabilem in vxorem, si interueniant dotalia instrumenta. Item hæc lex locum habet in præteritis negotijs. Viuianus.[a]

XXII. Iidem AA. Hierio præfecto prætorio.

SI donationum ante nuptias, vel dotis instrumenta[a] defuerint, pompa[b] etiam, aliaque nuptiarũ celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse recte aliàs inito matrimonio, firmitatẽ, vel ex eo natis libẽris iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege impediente consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum fide firmatur. Dat. X Kalend. Mar. Constantinop. Felice & Tauro Conss.

Clementia decet principem. restitutio natalibus omnem abstergit maculam. infectio parentum inficit filios post conceptum. inter pares etiã sine dot. instrumentis consistit matrimonium. h. d. lex ita long. t. Iaco. de Are. Bal.

XXIII. Imp. IVSTINIAN. A. Demostheni præfecto prætorio.

IMperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicantes, vt omni tempore subiectorũ commoda tam inuestigare, quàm eis mederi procuremus: lapsus quoque mulierum, per quos indignã honore conuersationem imbecillitate sexus elegerint, competenti moderatione subleuandos esse censemus: minimeq; eis spẽ melioris conditionis adimere: vt ad eam[c] respicientes, [d] improuidam & minus honestam electionem facilius derelinquant. Nã ita[e] credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanũ nimiam clementiam (quantum nostræ naturæ possibile est) imitari, [f] qui cotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiã suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiam facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. ¶ Itaque [g] cum iniustum sit, * seruos quidem libertate donatos posse per diuinam indulgentiam natalib⁹ suis restitui, postque huiusmodi principale beneficium ita degere, quasi nunquam seruissent, sed ingenui nati essent: [h] mulieres autem quæ scenicis[i] quidem ludis sese ante immiscuerunt,

A c *Ad eam.* meliorem conditionem.

d *Respicientes.* scilicet mulieres.

e *Nam ita.* scilicet subleuando lapsus mulierum, sicut & nostros lapsus deus miserator subleuat.

f *Imitari.* Nor. quòd dicit imitari nimiam, aliàs diuinam clementiã, id est dei, quod ideo dicit, quia in sola pietate possumus eos deo pares: sicut dicitur, sola deos æquat clementia nobis. sic & in authen. vt iu. sine quo. quo suffra. §. itaq;. coll. ij. & infra de dona. inter vi. & vxo. l. fi. in fin.

g *Itaque*. suspensiua est constructio vsque illuc, præsenti sanctione, &c.

h *Nati essent*. vt ff. de nata. restit. l. quæris.

i *Scenicis*. quæ dicantur scenicæ, dicitur in authen. fœnicas nõ solam &c. colla. v. scilicet prostitutæ. hic autem licet de eis tractare intendat, temperauit tamen vocabuli significationẽ, earũ turpitudinem supprimere volens. aliàs enim dicuntur scenicæ, quæ ludunt in scena: & istæ etiam sunt infames: & de eis etiam posset dici hic loqui: vt ff. de his qui not. infa. l. j. & ij. §. fin.

k *Scitis*. id est statutis.

l *Dignitate*. sibi data.

m *Alio modo*. puta data patri, scilicet dignitate: vt quia ille senator, & hic sit filius senatoris.

n *Dotalibus*. id est nuptialibus. nam & sine dote potest esse matrimonium: sed non econ *Matrimonia*: vt supra de dona. *nisum ante* nupt. l. fi. turius est *sit esse sine* tamẽ aliquid (licet modicum) in dotem dari. *dote.*

o *Omni macula*. Not. argu. quòd testis sit admittendus licet prius fuerit infamis, si accepit pœnitentiam: quod quidam concedunt. & pro eis in decret. xxxij. quæstione. j. quod autem. & capi. apud. & in Lombardia de periur. capi. fi. l. ij. Sed Ioan. cõtra, arg. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ignominia. & ff. de ritu nuptia. l. palam. §. non solum. & pœnitentia quo ad deum, non quo ad mundum vel solũ principem valeat sibi data. ADDITIO. Videas de hoc in capi. testimonium. cum ibi notatis per glossam & docto. extra de testibus.

p *Vocabulum*. sic supra de fer. l. à nullo.

q *Distulerint*. idem & si nunquam venerint. sic & supra de condic.

Pietas non deo parsitur.

* *al. non nullam.*

Scenicæ quæ sint.

* *subiecta legi &c.*

Seruitus eorum cuiũ dissentiat.

Matrimonia cum conditione debent.

dic. ob cau. l. si reperten di. sic ergo late interpretatur concessio. sic & ff. de constit. prin. l. fin. & ff. de re iudica. l. quidam cõsulebat. & j. de bo. vacan. l. si quando. j. lib. x. prædictam autem interpretationẽ licet facere etiam si iurauerit contrarium. Vnde sequitur authen. Quod eis &c. quæ est ex corpore, Scenicas &c. colla. v.

QVod *eis.*] CASVS. Hæc auth. nõ corrigit. l. codicis, sed addit ei: vnde lex eo dicis dicebat quòd mulier impetrabat vt posset contrahere nuptias intercenientibus dotalibus instrumentis. hæc authen. dicit, quòd si mulier scenica iurauit non reliquere illam vitam, & vult postea pœnitere, potest hoc facere, nec deferendo illam vitam peierauit: quia talc sacramentum est illicitum. Viuia.

a *Quod eis.* aliàs eis. & aliàs his.

b *Permittitur*. sic & aliàs ex permissione legis defertur sacramentum ratione pietatis: vt ff. de obse. l. nullum. & aliàs ratione tacitæ cõditionis: vt §. de nõ nu. pecu. l. fi. Item & aliàs quia contra leges fiat: vt §. de legi. & constit. l. non dubium. & ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. §. fin. & ff. de pact. Liuit gentium. §. & generaliter. & aliàs habes. Melius est vota stultæ promissionis non implere, quàm crimen admittere. Item tolerabilius est iuramentũ non implere, quàm turpiter facere: vt in decre. xxij. quæst. iiij. cap. j. & c. vnusquisque.

c *Pœna*. x. librarum auri: vt j. ea. authent. Et no. ꝙ tria debet continere iuramentum, veritatem, iustitiam, & iudicium. quorum si quod defuerit, periurus est qui facit: vt xxij. quæstione. ij. animaduertẽdũ. at hic nulla fuit discretio: nullũ iudicium. de hoc dicitur extra de iureiur. & si Christus.

d *Similes merentibus*. ad sui petitionem.

e *Dignitatem* à principe sibi datam.

f *Habent*. per priuilegiũ principis.

g *Vtroneam*. scilicet sine administratione.

saluã eis nihilo minus existimationem seruare præcipimus tam in aliis omnibus, quàm ad transmittendã quibus voluerint suam substantiam, & suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam, vel ab intestato delatam hæreditatem.

IN AVTHENT. fœnicas non solum si fideiussores. §. ij. col. v. consti. iiij.

Ista authen. continuatur ad l. C. hoc modo: Dictum est ff. in l. codicis, quod fœnicæ pœnitentes possunt supplicare principi vt eis restituat famam, vt possint nubere honestis personis. Nunc dubitatur, quid si illa mulier imuenerit semper permanere in illo vitio & in illo opprobrio & libidinis insania, numquid inuenientium impediat quin possit priuilegium impetrare? Determinat quòd inuentũ non valet, quia est illicitum: & dicitur quòd potius est puniendus ille qui exigit tale inuentum, quàm illa quæ inuit. Bald.

QVod eis[a] permittitur[b] etiã si iurauerint in tali professione se perseueraturas: quia legibus expressum est illicitæ rei iusiurandum seruari non oportere: & pœna[c] periurij, si qua est, in eum conuertenda est, qui exigit

Finis authenticæ. Sequitur textus Codicis.

Qui consequitur dignitatem, tacite videtur velle stipendia ad eam. Bald. Vel sic: Si mulieribus fœnicis vel quibuscunque aliis imperator dignitatis titulum concessit, videtur eum omni macula & impedimento dispensare. Salycetus.

Similes vero tale meretibus[d] ab imperatore beneficium mulieribus, illas etiã esse volumus, quæ dignitatem[e] aliquam habent, [f] etsi non sereniſſimo principi supplicauerint, vltroneam[g] tamen donationem[h] ante matrimonium meruerint. ex qua dignitate, & aliam etiam omnẽ maculam per quam certis hominibus legitimè coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet.[i]

Non dicitur fœnicæ filia, quæ concepta est adsertu macula: sed tantum illa, quæ nata est vigente macula. Bald. Vel sic: Filiæ natæ post priuilegium matri concessum, illo potiuntur priuilegio. n. prius natæ, nisi pro illis fuerit supplicatum. Saly.

His illud adiungimus, vt & filiæ huiusmodi mulierum, si quidem post expurgationem prioris vitæ matris suæ natæ [k] sint: non videantur scenicarum esse filiæ, nec subiacere legibus quæ prohibuerunt filias scenicarum certos homines in matrimonium ducere. ¶ Sin vero antè procreatæ sint, liceat eis Codex.

A preces offerentibus inuictissimo principi, sacrum sine obstaculo vllo mereri rescriptum: per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scenicæ matris filiæ: nec iam prohibeantur illis copulari, quibus scenicæ filias vel dignitatis vel alterius causæ gratia vxores ducere interdicitur: vt tamen omnimodo dotalia inter eos etiam instrumenta conficiantur.

¶ Sed & si à scenica matre procreata, quæ vsque ad mortẽ suã in eadem professione durauerit, post eius obitum preces imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuinam indulgentiam meruerit, liberationem maternę iniuriæ, & nubendi licentiam sibi condonantem: istam quoque posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicę filiam vxorem ducere prohibebantur.

Remotis veteribus legibus, quæ disponebant matrimonia sine dotalibus instrumentis inter impares honestate personas non valere: statuit imperator ea valere: excepti nefariis incestis, & aliis prohibitis. Bald. Vel sic: Matrimonia inter pares possunt fieri etiam sine dot. alibus instrumẽtis: sed si personæ sint impares. Salyc.

C Immo etiam illud remouendum[l] esse censemus, quod in priscis legibus (licet obscurius) cõstitutum est, vt matrimonia inter impares[m] honestate personas contrahenda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint. his vero etiam non intercedentibus, omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum: si modo liberæ sint & ingenuæ mulieres, nullaque nefariarum[n] vel incestarum [o] coniunctionum suberit suspicio. Nam nefarios & incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut & illos qui præteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet his quos præsenti lege permittimus: legitimique matrimonij iure muniri præcipimus.

IN AVTHEN. VT lic. ma. & auiæ. §. quia vero legẽ. colla. viij: constit. vlti.

Maximis dignitatibus præditi debent matrimonia contrahere cum dotalibus instrumentis. ex cipiuntur ab ista solemnitate Barbari subiecti Romano imperio. Bal.

MAximis decorati[p] dignitatibus vsque ad illustres, [q]

Regis filius an dicatur qui natus est ante quã pater eius rex esset.

l *Illud remouendum*. à dubitatione.

m *Impares*. vt inter clarissimum & illustrem: & inter illustrem & superillustrem.

n *Nefariarum*. quando inter ascendentes & descendentes.

o *Incestarii*. inter collaterales, vel affines.

MAximis.] C A S V S: In l. codicis dicebatur: Si mulier scenica impetrauit à principe quod posset contrahere nuptias: poterit contrahere dotalibus instrumentis interuenientibus. Hæc authent. dicit quæ sunt personæ quæ debent contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Nam regulariter inferiores personæ possunt contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Fallit in maxima decoratis dignitate. & certe aliæ personæ solo affectu nuptias contrahũt, exceptis Barbaris. Vi.

p *Decorati*. vt supra illustres.

q *Ad illustres*. descen-

siuè

siuè & inclusiuè nam & ipsi maximis decorantur dignitatibus. A
a *Dotalibus.* id est instrumentis nuptialibus. Nam dos non est op⁹, vt dixi. §. ea. l. Sed arg. cõtra in authen. qui. mo. na. efti. le. §. hoc ergo. col. vj. Itẽ & aliàs in tribus casib⁹ exigitur scriptura, q̃ sunt in hac. l. Est & quæ tus. §. eo. authẽ. sed no uo iure. regulariter cõ tra: vt §. eo. l. neq; sine. & hic subiicit.
b *Antè contractas.* s. ante dignitatem adeptam vt in corpore.
c *Barbaris.* id est subiectis nostræ reipublicæ, quibus solo affectu sine aliqua scriptura licet cõtrahere nuptias: licet maximis decoren tur dignitatibus.
d *Affectu solo.* non obstat institut. cod. §. fina. quia illud quo ad hoc vt filij fiant legitimi, nõ quo ad substantiam matrimonij.
Finit glos. authenti.
¶ Sequitur glossa textus Codicis.
e *Subiecto.* id est deinceps.
f *Successores.* si prædictum priuilegium impetretur.

Ancimus.] CASVS. Si promitto mulieri dare vel facere sub his verbis, cum nuptias contraxerit: non intelligimus cum est viripotens, sed cum venerit ad actum nuptialem. Nota circa hanc notabilem legẽ, quod tunc satisfit huic conditioni, quando fit desponsatio per verba de præsenti: quod probatur hac. l. ibi, sed ex quo vota &c. votum enim nuptiarũ procedit quãdo fit desponsatio per verba de præsenti. & sic diceretur conditiõ impleta, licet nondum fit facta coniunctio per carnis copulam, ita dicit Bart. hic, & idem latius in l. Titio centũ. §. Titio genero. in pen. quæsti. ff. de condic. & demonst. per. l. cui fuerit, illo tit.
g *Festinitas.* vt infra de testa. manu. l. cũ testator, & argu. §. de his qui veni. æta. impe. l. fin. & j. de le. hære. l. si maior. Argu. contra. j. de fideicommissariis libert. l. fideicommissaria. Sed ibi statuit certum tempus: hic autem non. Item ibi fauore libertatis. Item argu. contra infra de instit. & substitu. & restitutionib. sub condi. fac. l. si mater.
h *Mediocrem.* aliàs est in textu, meliorem.

non nisi dotalibus[a] instrumentis conscriptis, rite contrahunt nuptias: licet ante contractas[b] retineant, exceptis Barbaris:[c] reliqui omnes affectu solo[d] recte contrahunt matrimonium.

Sequitur textus. C.

Hæc lex trahitur etiam ad matrimonia iam cõtracta post imperium Iustiniani, non ante. Bald.

His itaque per hãc generalem legem ita constitutis, & decætero conseruandis, præteritas etiã huiusmodi coniunctiones ex subiecto[e] tempore factas secundum prædictam dispositionem iudicari præcipimus: vt si quis talem vxorem ab initio nostri imperij (prout dictum est) iam duxerit, & liberos ab ea procreauerit: iustos eos & legitimos, & tam ab intestato quàm ex testamento patris successores[f] * habeat, & legitima in posterum nihilo minus ea vxore permanente, procreati quoque liberi legitimi sint.

Vbi fit mentio nuptiarum, non sufficit nubilis ætas: sed oportet quod matrimonium respiciat consortium. hoc dicit Ang. secundum Bald. Vel sic: Conditio nuptiarum impletur per actum & verba ipsam, non per habitum & potentiam. Salye.

XXIIII. Idem A. ad Senatum.

1 SAncimus, si quis nuptiarum fecerit mentionem in qualicunq; pacto, quod ad dandum, vel ad faciendum, vel non dandum vel non faciendum concipitur, & siue nuptiarum tẽpus dixerit, siue nuptias nominauerit: non aliter intelligi conditionem esse adimplendam, vel non extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festiuitas: s & non esse tempus inspiciendũ in quo nuptiarũ ætas vel fœminis post duodecimum annum accesserit, vel maribus post quartumdecimum annum completum: sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. sic enim & antiqui iuris contentio dirimetur, & immensa librorum volumina ad mediocrem[h] modum tandem peruenient.

Filiæ vel filij furiosi vel mente capti sine consensu patris matrimonium contrahere possint: & dotem & donationem ante nuptias cum authoritate curatoris constituere: & gratis debet procedere, ne afflicto detur afflictio. Bald. & Saly.

Si furiosi.] CASVS. Hanc. l. habetis. §. de epi. audi. l. tam dementis. & vult hæc lex hoc dicere: Sicut filius & filia mente capti possunt nuptias cõtrahere, ita filius furiosi. Sed quomodo hoc potest esse, cum in nuptiis filij requiratur consensus patris?

XXV. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

SI furiosi parentis liberi, in cuius potestate constituti[i] sunt, nuptias[k] possint contrahere, apud veteres agitabatur. & quidem filiam furiosi marito posse copulari, omnes penè iuris antiqui conditores admiserunt. sufficere enim putauerunt si pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur, & Vlpianus quidem retulit constitutionem imperatoris Marci, quæ de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente capti: siue masculi, siue fœminæ sint, qui nuptias contrahunt: vt hoc facere possint etiam non adito principe. Et aliam[l] dubitationem ex hoc emergentem, si hoc quod de mente capto cõstitutio induxit, etiam in furiosis obtinendum sit, quasi exemplo mente capti & furiosi filios adiuuantes.[m] His itaq; dubitatis, tales ambiguitates decidentes, sancimus hic repleri, quod diui Marci constitutioni deesse videtur, vt non solum dementis, sed etiam furiosi liberi cuiuscunque sexus possint legitimas contrahere nuptias, tam dote, quàm ante nuptias donatione à curatore eorum præstanda, æstimatione tamen in hac regia vrbe excellentissimi præfecti vrbis, in prouinciis autẽ virorum clarissimorum earum præsidum, vel locorum antistitum,[n] tam opinione personæ, quàm moderatione[o] dotis & ante nuptias donationis constituenda, præsentibus tam curatoribus dementis vel furiosi, quàm his qui ex genere eorũ nobiliores sunt: ita tamẽ, vt nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia vrbe vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi, vel mente capti, sed gratis omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægrauetur.

Potest quis alumnam suam ducere in vxorem, sed non eam quam de sacro fonte leuauit. Bald. Vel sic: Cum ancilla manumissa patronus potest contrahere matrimonium: cum filia vero adoptiua etiam emancipata non potest: nec cum aliena de sacro baptismate sumpta. Salye.

XXVI. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

Curator furiosi habens curatorem, non potest.

Filius patris curator esse potest.

Matrimonium non potest contrahi per procuratorem.

te, ducere non possum. Vlpianus.
a *Alumnam.* id est quam ipse aluit cum sua esset ancilla, & in de eam manumisit: vt subiicit. & facit institu. qui ma. non possunt. §. eadem.
b *Loco filiæ.* scilicet adoptiuæ, quam etiã non licet ducere: vt insti. eo. §. & hæc adeo.
Vel hic dicit quando aluit vt filiã. §. in princ. alitus fuit cum ea. Vel aluit vt ancillam. & facit xxix. q. ij, si quis ancillam. & j. ad l. Iul. repetun. l. fi.
c *Deo mediante.* no. est sic ad hunc casum. xxx. q. iij. & iiij. per totum & extra de cogna. spiri. capi. j. lib. vj.
i *Constituti sunt.* remanent enim in potestate: vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre.
k *Nuptias.* vt instit. eo. §. j.
l *Aliam.* repete, retulit Vlpianus.
m *Adiuuantes.* repete, conditores antiqui iuris. aliis adiuuante.
n *Antistitum.* æstimatione, repete constituenda, quod est j.
o *Quàm moderatione.* sic & ff. de iure doti. l. quæro. & §. de episc. audien. l. tam dementis. Sed quid si idem sit filius patris curator, quod potest: vt ff. de cura. fur. l. j? Respon. specialis ad hoc dabitur: vt ar. ff. de iure do. l. siue generalis. quo minus enim curator detur habenti curatorem, regula iuris non est. impedimento: vt ff. de tut. & cura. da. ab his. l. venti. §. fin. Vel aliter dic quòd prædicta fiant au ctore prætore vel iudice: vt & quando debitor soluere vult minori: vt ff. de mino. l. ait prætor. §. j. & facit ad. l. ſtam. ff. de lega. iij. l. filiæ. & ff. eo. l. si nepos. & l. si ita. & l. si filius.
ADDITIO. Not. ex hac glo. q̃ filiusfam. potest donare causa mortis patri in cuius est potestate, non auctoritate patris, sed iudicis. quod not. pro limitatione glos. rem acquirit. l. j. ff. de aucto. tut. secundum And. Barba.

Si quis alumnam.] CASVS. Si ego nutrivi aliquam puellam ancillam vel libertam, vel aliqua nutriuit me: ego cum illa non prohibeor nuptias contrahere: quia licet ad illam habeam affectionem, non tamen prohibentur nuptiæ inter me & illam, eam tamẽ quam susceperi de sacro fonte, ducere

Curator interdum habens curatorem non potest.

A tertius coniugis infelicitas facit valere matrimonium, quod nõ valet: vt ff. eo. l. si quis in senatorio. non autẽ infelicitas patris: vt ff. de senato. l. filiam.
g *Deminutum.* non ergo viriatur, licet ad eum casum perueniat, à quo incipere non potest: vt & instit. de lega. §. potest autẽ.
h *Dissoluatur.* sic & ff. sol. mat. l. si cum dotẽ. §. an autem illa. & ff. de his qui sunt sui. vel alie ni iuris. l. patre.
i *Vna.* scilicet hac.

Si quis alumnam[a] suam libertate donauerit, & in matrimonio suo collocauerit: dubitabatur apud antiquos, vtrũmne huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an nõ. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, non esse vetitũ matrimoniũ censemus. si enim ex affectu omnes introduxuntur nuptiæ, & nihil impium, nec legibus contrariũ in tali copula expectamus: B quare prædictas nuptias inhibendas existimemus? nec enim homo sic impi⁹ inuenitur, vt quam ab initio loco filiæ[b] habuit, eam postea in suo collocet matrimonio: sed ei credendum est, quia eam & ab initio non vt filiam educauit, & libertate donauit, & dignam esse postea suo putauit matrimonio: Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, siue alumna sit, siue non, à sacrosancto susceperit baptismate: cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam C nuptiarum prohibitionem, quã huiusmodi nexus, per quem deo mediante[c] animæ eorum copulatæ sunt.

Potest quis accipere vxorẽ sexagenarium, vel decrepitæ ætatis constitutam. Bald.

XXVII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

2 SAncimus nuptias quæ inter masculos & fœminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibitæ sunt, homines volentes[d] contrahere, & ex nullo modo vel ex nulla parte tale nuptias impediri.

Nota dignitas mariti vel soceri matrimonium non dissoluit: quia felicitas viri debet vxori prodesse, & similiter felicitas vxoris debet prodesse viro: & similiter felicitas soceri debet nurui prodesse. Baldus. Vel sic: Res perfecta & consummata non vitiatur, licet veniat ad casum à quo non potest incipere. Saly.

XXVIII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI libertam quis vxorem habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an soluatur matrimonium, apud Vlpianum quærebatur: quia lex Papia inter senatores & libertas

Matrimonium non potest contrahi per procuratorem.

Homines volentes. Dicꝑ lege papia cautum fuerat ꝙ masculus maior sexagenario non contrahat cum maiore vel minore fœmina quinquagenaria: & econtra maior quinquagenaria non cõtrahat cũ maiore vel minore sexagenario: & eatenus ratio, quia nuptiæ fiunt causa liberorum, quæ causa hic deficere videbatur: sed contra est vt hic, & j. de legit. hære. l. si maior. ADDITIO. Hanc. l. intellige de tali sene, qui tamen coire potest, licet difficulter. aliàs autem si omnino non posset coire, non valeret matrimonium. facit. c. ij. extra de fri. & male. de quo vide latius per Christoph. Pore. in §. j. in fi. instit. de nuptiis.

Si libertam.] CASVS. Si liberta est vxor alicuius, qui postea senator efficitur, non propter hoc debent nuptiæ dissolui: nam felicitas casus mariti non debet esse dãnosa vxori. ab initio tamen senator non potest contrahere matrimonium cũ liberta, Secundo dicitur: ꝙ si pater mulieris quæ nupsit liberto, nõ erat senator, & postea effectus est senator: nunquid dissoluitur matrimoniũ ex eo quòd non licet filiæ senatoris nubere liberto? Respon. non. Viuia.
e *Non patitur.* vt ff. e. l. lege Iulia.
f *Decretum.* sic & j. de stat. & imagi. l. si, & ff. de condit. & demon. l. falsa. §. sed si cui, & §. eo. authen. maximis. Sed cõtra al-

DE INCESTIS & inutilibus &c.

Nuptiæ nefariæ & incestæ quæ sint.

Latæ omnes dicuntur inutiles: *sed nefariæ proprie intelligendæ & descendentes, incestæ inter collaterales vel affines: vt instit. eod. §. ergo non omnes. & ff. eod. l. quin etiam. & l. fina. & ff. de adul. l. si adulterii. j. resp. Hæ quæ aliis rationibus prohibẽtur, simpliciter inutiles dicuntur, quod multis modis contingit: vt dicimus infi. eo. §. finis & alias.*

Liberta.] CASVS. patronus cum sua liberta matrimonium cõtraxit: postea liberta ipso inuito à se discessit, & alij nupsit: an hoc facere potuit, quæritur? Rn. ꝙ non. & si alteri nubit, nõ erit sua vxor.
k *Non habeat.* diutortium tamen tenet: vt ff. de repu. l. fina. in prince. vnde non committitur adulterium cum ea: vt ff. ad l. Iul. de adult. l. pe. sed quo ad hoc venò possit alij nubere, dicitur durare prius matrimonium: vt ff. vnde vir & vxor. l. j. §. fina. & facit. ff. eod. l. matrimonij, & l. in eo iure. & de diuor. l. penul.
l *Vela.* quod qualiter fiat, die vt ff. de repu. l. fina. Accursius.

TITVLVS V.
DE INCESTIS ET inutilibus nuptiis.

Liberta vxor patroni non potest aliud facere inuito patrono, & cum alio contrahere matrimonium. Bald.

1. Imp. ALEXANDER A. Amphigono.

LIberta, eadémque vxor tua, si à te inuito discesserit: connubium cum alio non habeat, k si modo vxorem eam habere velis.[l]

Binas habens seu tenens vxores, est infamis. Bald.

11. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Sabastianæ.

NEminem qui sub ditione sit Romani nominis, binas vxores[m] habere posse, vulgo patet, cum etiam in edicto[n] prætoris huiusmodi viri infamia notati sint, quam rem competens iudex inultã esse non patietur.

Hæc verba ponuntur in gl. super verbo, non is ante §. in c. fraternitas. extra de testi.

Cum ancillis.]

Cvm ancillis.] CASVS. Si liber homo velit ancillam ducere in vxorem: de iure hoc esse non potest, cum ea tamen posset esse contubernium. Item decuriones non possunt cū ancillis contubernium contrahere: & si cōtra fecerint clam in aliqua villa vel prędio: si quidem fecerint procuratoribus domini nescientibus: mulier dā natur in metallum, decurio damnatur in insulam si fuerit sui iuris, omnibus bonis suis cōfiscandis, si non habebat aliquos propinquos ab intestato. Si autem fecerint procuratoribus domini scientibus: ipsi damnātur in metallum. Si autem dominus fundi sciuerit, & permiserit: si patiē fieri in prædio rustico, quæ sunt in illo prædio, vnā cū prędio confiscantur. Si autē patitur fieri in prædio vrbano: quia facinus intra parietes domesticos cōmissum est, pœna augetur: quia dimidia pars bonorum suorum confiscatur. Vi

Inter liberum & seruum matrimonium non consistit: & filij qui nascuntur ex serua, dicuntur serui: quia sequuntur conditionem matris. Hoc primo. Deinde qui contraxit matrimonium cum serua, deportatur: bona eius curiæ confiscantur: puniuntur & fures, & procuratores locorum scientes, qui passi sunt in domibus dominorum suorum huiusmodi libidinem exerceri: punitur etiam dominus si fuit scius, & non denuncians: & in publicatione fundi venient accessoria, mancipia, & pecora illi fundo deputata: & magis punitur delictum commissum in ciuitate, quàm in agro. hoc dicit hæc lex. Bald.

III. Imp. CONSTANTINVS A. Patroclo.

CVm ancillis non potest esse connubium,[a] nam ex[b] huiusmodi contubernio * serui nascuntur: ideoque præcipimus ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine seruarū ducente confugiant. Si enim decurio clam actoribus, & procuratoribus nescientibus, alienę fuerit seruę coniunctus: & mulierē in metallum detrudi per sententiam iudicis iubemus, & ipsum decurionem in insulam deportari: omnibus bonis eius ciuitati cuius curialis fuerat, mancipandis, si patria potestate fuerit liberatus, nulloque[c] habeat liberos vel parētes, vel etiā propinquos, qui secundum legum ordinē ad eius successionem vocentur.

¶ Quod si actores vel procuratores loci in quo flagitium admissum est, fuerint conscij, vel cōperti facinus promere noluerint: metallo eos conuenit implicari. ¶ Si vero dominus loci hoc fieri permisit, vel postea cognitum celauit:[d] si quidem in agro id factū est, fundus cum mancipiis & pecoribus cæteris que reb[9] quæ cultui rustico sustinentur, fisci iuribus vindicetur. Si vero in ciuita te[e] id factum est: dimidiam bonorum omnium partem præcipimus confiscari, pœnam augētes,[f] quoniam intra domesticos[g] parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare.

Ex matrimonio reprobato liceat matrimonialia non procedunt: sed veniunt potius confiscanda. Idem in donatione simplici: nisi ætas, sexus, vel inst. ignorantia excusset. Bal. Vel sic: Nuptiæ à iure prohibitæ, simul ipso iure nullæ: & donata hinc inde à fœmellus auferuntur vt indignis, & fisco applicantur: non ab errantibus iuste: dum tamen communem dirimant comperto errore. Salycetus

IIII. Imppp. VALENTIA. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Andromachum comitem rerum priuatarum.

QVi contra legum[h] præcepta, vel contra mandata[i] constitutionésque[k] principū nuptias forte contraxerit: nihil ex eodē matrimonio, siue ante nuptias donatum,[l] siue deinceps quoquomodo datum[m] fuerit, conse quatur: idque totum quod ab alterius liberalitate[n] in alterum processerit, vt indigno indigne ve sublatū, fisco vindicari[o] iancimus, exceptis tam fœminis quàm viris qui aut errore[p] acer-

Matrimonium vetitū per errore contractū, ab excusat ignorantia.

Filij nati ex matrimonio vetito an sint legitimi.

p *Errore acerrimo*, id est iustissimo vel fortissimo. Et dicas hic breuiter, quòd hæc lex propter errorem facti iustum & cōtinuum excusat. Si vero in iure, quantum ad pœnā incestus mulier in totū relenatur, & idem in mare qui sic errat in iure ciuili: quia credidit posse contrahere cum pupilla. si autem in iure gentium in aliquo subleuatur, non in totum: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. si adulteriū. §. nōnunquā. in fi. ibi, cum in adulterio &c. & §. stuprū. in fi. §. Est tamen arg. contra. ĵ. tit. j. l j. Sed certe ibi clam fuerat cōtractum, vnde præsumitur scientia: secus si palā, quādo bona fides præsumeretur: vt ff. de ritu nup. l. fi. Item quid erit de filiis ipsorum? Respond. nō est cautum in lege. Sed dico esse legitimos, si vterque ignorauit, licet nullū sit matrimonium: sicut & in adoptiuis contingit, qui sunt legitimi sine matrimonio. & hoc dicitur rescripsisse Alexander ex priuilegio cuidam: vt dices. ĵ. eod. l. si quis incesti. ad hoc. ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. §. diuus. vbi autem alter sciuit: illi non sunt legitimi, sed ignoranti sic. ADDITIO. Tu dicas de hoc. Si matrimonium est publice contractum in facie ecclesiæ: tunc siue vterque ignorauit impedimentum, siue alter tantum, filij sunt semper legitimi. c. cū inter. & c. ex tenore. extra qui filij sint legi. Si vero matrimonium esset contractum clandestine, licet vterque ignoraret impedimentum, non essent filij legitimi. c. cū inhibitio. §. si quis vero. de clandestina desponsa.

Affectato.

a *Similis in c. sane. vbi matrimonia contracta per sacerdotes dicitur contubernia. extra de clerc. coniuga.*

Cōtubernium quid sit.

a *Connubium*, id est matrimonium. cōnubium & coniugiū idem sunt, nisi in casu, vbi etiam quod matrimoniū non est, dicitur cōnubium. ff. de ritu nupt. l. in eo. §. hoc caput.

b *Non ex &c.* bona ratio: vt instit. de pa. po. in princip. appellabitur ergo contubernium: vt infrà ad legem Iul. de adul. l. serui. Item hoc iure fori, secus iure poli: vt extra de coniugio ser. c. j.

c *Nullosq;* repete, & si.

d *Cognitum celauit.* & not. hac & sequenti. l. tantundē esse siue quid sciam ab initio esse, siue postea sciam, si patiar. Sed arg. contra. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. facit. xxxiiij. q. j. cap. iij. & ĵ. de vsur. transfor. l. j. §. quod & in rebus. & ff. de vsuris. qui scit. §. fin. Item sume hic argu. quod parcitur ei qui delictum cognitum à se patefecit. sic. ĵ. de his qui se def. l. j. lib. x. & ĵ l. proxi. dices.

e *In ciuitate.* sic & in lege Mosaica distinguebatur, fieret adulterium in ciuitate, vel in rure.

f *Augentes*, immò in casu non augetur, si fundus in villa vbi hoc factū est, plus valeat, quam alia sua bona. Ad quod Ioan. dicit quod tunc nō totus fundus publicaretur, sed id omne quod est minus dimidia. hæc enim lex augere pœnam voluit. Alij dicunt cōtra, & rarò inueniri quod decuriones plus habeant extra ciuitatē quam intra: & sic de eo non cauent legislatores: vt ff. de leg. & senatusc. l. nam ad ea.

g *Domesticos.* facit ĵ. de fal. mo. l. j. & ad l. Iuliam de adul. l. Græcchus.

Qvi contra.] CASVS. In hac. l. dicitur quæ pœna imponitur ei qui incestas nuptias & inutiles contrahit. Et dicit q; si aliquis contrahit nuptias contra legum præcepta vel constitutiones principū, illæ nuptiæ nō valent: & dos data, & donatio propter nuptias debēt cōfiscari. nā & dos & donatio auferetur acciptēti vt indigno, & fisco applicat. Fallit si maritus vel fœmina, vel vtraque eorum iusto errore facti prohibitas nuptias contraxerūt: quo casu nec dos nec donatio ꝓpter nuptias publicātur. Itē fallit si vir vel mulier sunt minores. xxv. an. quod est verū,

a *Affectato.* cum forte potuit scire, & noluit.

b *Comperto.* parcitur alicui propter ignorantiam, vel cum scit, si se offerat: aliàs purget. sic. ff. depo. l. iij. & ff. de ędil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus ait si seruus. ar. cōtra. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. in princip. Nam ibi patre nesciente. sed

Vsucapio an interrumpatur si filiusfamilias rei alienæ sciens vsuceperit.

postea ratum habente filius duxit vxorem intra tempus luctus: & tamen non notatur pater infamia. Similiter est argu. contra in vsucapione, vbi bona fides sufficit ab initio: & si postea superuenit scien tia rei alienæ. nō enim vsucapio interrumpitur, nec ideo minus vsucaptor facit fructus suos: vt ff. de vsucap. l. qui scit. §. fina & ĵ. de vsucap. transfor. l. vnica. Sed arg. contra prędictis vbi superueniens scientia nocet, sicut & in nostra lege in petitione hæreditatis: vt ff. de peti. hære. l. sed & si lege. §. consuluit. Item & in vsucaptore partus, incipiēte cognoscere quòd mater sit furtiua, interrumpitur vsucapio: vt ff. pro suo. l. penulti. in princip.

c *Procrastinatione.* sic in decre. j. q. j. constat.

Ratris.] CASVS. Inst. ista dicitur q̄ quis non potest cā ducere in vxorē quæ fuit vxor fratris sui. Item si aliquis habuit vnam sororem, non potest aliā ducere prima mortua, Viuianus.

d *Fratris* facit insti. c. §. affinitatis. & ĵ. c. l. penult. & fina.

Siquis.] CASVS. Aliquis cōtraxit incestas nuptias, non amittit bona dum vivit: sed filij illegitimi erūt: nec pater eis aliqua da re debet: nec in testamento, nec inter vivos, nec per se, nec per interpositas personas. & dos si qua cōstituta est, confiscabitur: & si contrahens incestas nupt. testamentum faceret, non potest relinquere extraneis: filijs tamen quos suscepit ex primo matrimonio, potest relinquere, & nepotibus, & pronepotibus, patri & matri, & auo & auiæ, fratri & sorori: si tamen aliquis eorum consilium dederit vt cōtrahatur tale matrimonium, non habebit aliquid de hæreditate, sed ille qui est in secundo gradu. Viuianus.

Cæsus, incestus.

e *Vetitis.* propter incestum, & sic specialiter de incestis tantum. Et dicitur cæstus, id est cingulū Veneris. vnde incestus, id est effrenata libido. Vel dic vetiti generaliter: vt ad secundam partem rubricæ referatur.

f *Habere credatur.* vt in authen. qui. mo. na. effi. sui. §. fin. colla. vij. sed per desse. Alex. permittitur quòd sint legitimi eo casu quo permittitur stare matrimoniū: vt extra qui fil. sint legi. ex tenore. & ff. de rit. nup. l. qui in prouincia. §. j.

g *Testandi.* imponitur ergo necessitas in personas certas testari. sic & ĵ. de secun. nupt. l. iij. §. fin. & S. de sacrosanc. eccle. authen. si qua.

de descendentibus, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de ascendentibus autem pater, mater, auus, auia: de latere, frater, soror, patruus, amita. Testandi[g] sanè ita demum habeat facultatem, vt his tantummodo personis, pro iuris ac legum quod voluerit arbitrio relinquat, quas succedere impetialis præcepti tenore mandauimus: ita tamen, vt ab hæreditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his quos memorauimus, in contrahendis incestis nuptijs cōsilium inijsse mō strabitur: succesturo in locum illius, qui post eum gradu[h] proximus inuenitur. ¶ Ea fenè que de viris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum sese cōsortijs commaculauerint, custodiantur. Memoratis vero personis non extantibus, nostro fisco locus pateat. Dat. VI. Id. Decembr. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. Conss.

IN AVTHEN. de incestis & nefarijs nuptijs. §. j. colla. ij. constitut. fina.

Ista authen. dicit quòd bona contrahentium incestas nuptias ipso facto sunt confiscata. Item dicit quòd filij eorum legitimi ipso facto sunt effecti sui iuris. Item dicit quòd isti debent poni in exilio. Item dicit quòd licet pater sit exul: filius tamen debet eum alere, hoc dicit. Bald.

INcestas[i] nuptias contrahentis pœna est confiscatio[k] bonorum tam cæterorum quàm dotis, exilium etiam, & cinguli[l] (si quo potitur) spoliatio, verberatio quoque, si vilis est: fœmina quoque talia scienter[m] peccante, simili pœnæ subiugan da. Substantia sic amissa[n] liberis hoc ipso sui iuris effectis, [o] si quos habet legitimos, applicetur, [p] vt tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus, fisco defertur. [q]

h *Gradu.* nisi sit alius in eodem gradu cum eō qui excluditur: & est ad l. iiſtam. xxxv. q. vij. quidam. & ĵ. de minor. ie. quæ ser. proprijs. l. j. & infra de secū nupt. l. hac edictali. & ff. de ritu nupt. l. semper. Itē intellige hanc. l. secundum ea quæ notauimus. S. l. qui contra. id est quando sciuerunt. Item sunt & aliæ pœnæ quas patiuntur prędicti. vnde vide authent. incestas. quæ est ex titu. de incest. nupt. colla. ij.

Nuptiæ sunt nullis ex causis vetitæ.

Incestas.] CASVS. Lex codicis dicit quòd qui incestas contrahit nuptias, retinet bona. Authent. corrigit, dicens quòd bona illius confiscantur, si nō habet filios: alioquin substātia eius deuoluitur ad filios, & pater debet ali à filijs: & si miles est qui tale cōtrahit matrimonium, amittit cingulu, & mittetur in exilium: si vilis est, verberabitur.

i *Incestas.* Et hanc & sequen. authent. intel. lexerunt quidam tantūm de vetitis iure sanguinis. secus si aliàs sint vetitæ: vt cum ancilla alicuius, quod est vetitum: vt S. cod. l. cum ancillis. vnde eius filium dicunt naturalem. quod non placet: immo large hanc & proximam authen. accipe, quocunque modò sint inutiles. argu. incorpore huius authen. & S. cod. l. qui contra. & l. si quis incesti. proprie autem qualiter accipiatur, not. S. cod. in rubrica.

k *Confiscatio.* scilicet si non habet filios legitimos: vt ĵ. proxi. Sed videtur quòd etiam alij excludunt sifcum: vt in authen. vt nulli iudi. §. fina. colla. ix. Solu. illa hanc corrigit: vel aliter vt plene dices. ĵ. de bo. dam. authen. bona.

l *Cingulū.* id est dignitatis.

m *Scienter.* secus si ignoranter. & idem in mare: sed non ita ad plenum: vt plene dixi. S. cod. l. qui contra legum.

n *Substantia sic amissa.* Redit ad primum casum qñ vir delinquit.

o *Effectis.* ipso iure, vel hoc ipso quòd pater supplicio decimus est. Ad hanc expositionem pertinet quod dicitur in corpore, Paternam mox illi accipiant successionem &c.

p *Applicetur.* scilicet substantia.

q *Defertur.* ipso iure.

Filij sunt nuncupandi.

Senatores an possint cū fœminis humiliorib⁹ contrahere.

Ex complexu.] CASVS. Auth. incestas, dicit quòd substātia patris defertur filijs. Authē. hæc addit dicēs, quòd filijs natis de incestuoso matrimonio nō est danda patris substātia, nec ab eo ali debent. Vivianus.

a *Nefario.* large accipe, licet impropriè: vt §. proxi. auth. dixi.

b *Nec naturales.* quales sunt ex cōcubinana ri, qui sunt naturales tā tum: & legitimi tātum, vt adoptiui: legitimi & naturales, vt ex vxore. nec legitimi nec naturales: vt institu. de quibus hic dicitur.

c *Indigni.* & maternæ: quod est verū quando coitus per legem poterat accusari. aliàs nō: vt si ex meretrice: quo casu matri, non patri succedit: vt institu. de suc. cog. §. vulgo. & ff. de in ius vo. l. quique. in fi. & l. quia. Sed quid si non obstante hac l. concessit imperator talem fieri legitimū? Respond., potest: vt argu. ff. de testa. authen. hoc inter. cum nullus eiusmodi legem imponere potuerit: vt ff. de arbi. l. nam magistratus.

Humilem.] CASVS. Senator vel filius senatoris prohibetur contrahere nuptias cum humili persona: vt puta cum ancilla, aut eius filia: cum scenica, aut eius filia: aut cum illa quę lenocinium exercet. Vivian.

d *Humilem.* quia inhibitum erat senatoribus contrahere nuptias cum humilioribus fœminis: vt ff. de ritu nup. l. lege Papia. Quæ sunt intelligendæ humiles, hæc lex dicit: quæ innouatur per authen. vt liber. decę. §. si quis autem. coll. vj. per quam authen. licet senatoribus ducere libertas, dotalibus instrumētis cōfectis, sed per authen. vt liceat matri & auiæ, §. quia vero legem dudum. col. viij. generaliter permittitur idem de omnibus humilioribus personis.

e *Præditis*, i. ornatis.

f *Opulentiores*, i. dicere non refert, si sint ingenuæ, an sint diuites pecunia, an sint opulentæ fortuna. i. bona conuersatione vel bonis moribus. & facit in decretis. xciij. dist. c. leginus.

Licet.] CASVS. In l. ista dicitur quòd in terra Aegypti erat talis lex, quòd si contraxeram matrimoniū per verba de præsenti cum sorore vna: si ante contractum matrimonium volebam contrahere cum alia forore, poterā hoc facere. Sed hæc lex hodie est correcta. Vivianus.

g *Antiquarum.* §. e. l. qui contra. & l. si quis incesti. & est ad istam l. §. e. l. fratris. & j. l. proxi. & sic dona. ante nup. l. cū in te.

Incestis.] CASVS. In hac l. imperator reprobat leges & cōstitutiones quorundam vsurpatorum Romani imperij, qui suis legibus & constitutionibus incestas nuptias contrahi permiserunt. vnde imperator omnes leges & constitutiones tyranni tollit, & præcipit incestas nuptias nō contrahi etiam ex auctoritate imperialis rescripti. Vivianus.

h *Ab incestis.* §. l. proxi. & l. fratris. & j. si nup. ex re. pe. l. ij. xxiij. q. v. incestuosi. Item not. rescriptum permittens illicitum matrimoniū, nullius esse momenti.

i *Nam.* accipe decernimus. quod est j.

Licet quidam Aegyptiorum idcirco mortuorum fratrum sibi coniuges matrimonio copulauerint, quòd post illorum mortem manssisse virgines dicebantur, arbitrati scilicet quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non conuenerint, nuptias non videri re esse contractas: & huiusmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata sunt: tamen præsenti lege sancimus, si quæ huiusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas, earumque contractores, & ex his progenitos, antiquarum legum tenori subiacere, nec ad exemplum Aegyptiorum (de quibus supra dictum est) eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.

Rescriptum permittens incestuosum matrimonium, est ipso iure nullum. Saly.

IX. Imp. ANASTASIVS. A. Seueriano. PP

Ab incestis h *nuptijs vniuersi qui nostro reguntur imperio nouerint temperandum. nam* i *rescripta quoque omnia, vel pragmaticas formas, aut constitutiones impias quæ quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonij nomen imponere, vt fratris filiam, vel sororis, vel eam quæ cum fratre quondam nuptiali iure habitauerat, vxorem legitimam turpissimo consortio licerer amplecti, aut vtalia huiusmodi committerentur, viribus carere decernimus: ne dissimulatione * culpabili nefanda licentia corroboretur.*

TITVLVS VI.
DE INTERDICTO MATRIMONIO INTER PVPILLAM & TVTORĒ SEV CVRATOREM, FILIOSQVE EORVM.

Rusticitas vel imperitia non excusat. Bald. Vel sic: Inter pupillam & tutoris filium prohibitum est matrimonium: nec pretextu ignorantiæ excusatur. Salycetus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Marino.

Matrem pupillæ.] *Non prohibetur.* nam priuigni sui tutor quis esse potest: vt j. de contrario. iudi. tu. l. si.

Venit post susceptum priuignū.

c *Ostenderis.* scilicet dotem & vsuram promissam: & idem si tãtum vsura esset promissa: nam quòd aliàs facit solutio vsurarũ per longum tempus: vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. hoc debet stipulatio facere per vnam horam vt j. ad legem Falcid. l. fin. & sic etiam hic quidam dicunt, quod non fuit promissa sors nisi fictione iuris, per hoc scilicet, quod vsura fuit promissa à socero dicente & promittente vsuras prò centum in dotem datis. ex hoc enim & ad sortem dabitur ex tacito pacto actio. arg. infra eo. l. si voluntate. Et si hoc approbes, procedit arg. glossæ. & poterit tolerari. laco.

d *Præcipiet.* proposita certi conditione ex stipulatu: si tamen tu vir subeas onera matrimonij. secus si pater mulieris: vt ff. de iur. do. cum post §. in domum. & ff. de excep. do. l. pater. An autem dicendum sit idem si sponsus sponsam exhibeat, quæritur: quod satis dici potest: vt tunc scilicet habeat fructus, & vsuras: aliàs non.

Ille qui confitetur ex causa dotis plus recepisse quàm recepit: potest agere vt id quod non recepit, recipiat. b. d. Baldus. & non est alibi.

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & cc. Rufo.

SI voluntate dotantis in dotali instrumento plura tibi tradita scripsisti, quàm suscepisti: intelligis de his quæ desunt, petendis, h pactum esse consecutum i. S. Non. April. AA. Conss.

Ex promissione dotis agit maritus, non mulier. Bald.

V. Idem AA. & cc. Dasumianæ.

SI pater marito tuo stipulanti promiserit dotem: non tibi, sed marito contra successores socerik cõpetit actio.l Dat. VIII. Kalend. Decembr. AA. Conss.

Dos promissa nudo pacto cum scriptura vel sine scriptura, peti potest. b. d. Vel sic: Ex nudo pacto dotis præstãdæ oritur actio. Bald.

VI. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Hiero præfecto prætorio.

AD exactionem dotis, quam semel præstari placuit, qualiacunque sufficere verba censemus: siue scripta fuerint, siue non, etiam si stipulatio m in pollicitatione rerum dotalium minimè fuerit subsecuta. Dat. Kal. Mart. Felice & Tauro Conss.

SI *quum ea.*] CASVS. Si pater pro filia marito non certam dotem, sed qualem ipse arbitratus esset promisit, nec ster placitis: condic. certi ex stipul. compelletur eam declarare: alioquin recurretur ad arbitrium boni viri.

e *Arbitratus.* f. is qui dotem promisit.

f *Actionem.* id est actione puta certi condictione ex stipulatu.

g *Videtur.* fauore dotis etiam certa, intelligitur quantitas: quæ scilicet colligitur ex facultatibus & secundum dignitatem viri: vt ff. de iure dot. l. quæro. & l. cum post. §. gener. & sic est contra. §. eo. l. i. sed ibi solui: quia hic est ad arbitrium. Item, Arbitrium boni viri recurri, & sic à persona recedi: vt ff. de reg. iur. l. in personam. §. generaliter. & ff. pro socio. l. si societatem. j. & ff. de contrahen. emp. l. hæc venditio. & sic faciunt ad quæstionem eius qui se cum pignoribus compromisit in offensum. Sed ar. contra, vt à persona non recedatur. ff. de verbo. oblig. l. si quis arbitratu. & ff. pro socio. l. si ita coita.

Arbitrium boni viri quandoque requiritur, & à persona recedi.

SI *voluntate.*] CASVS. Pater pro filia certum dedit nomine dotis: fecit confici instrumentum, quo continebatur maritum fuisse confessum se recepisse. cc. tacitè videtur pactum de dandis. cc. & ea maritus petere potest.

Dos super extraneum promittitur de cuius patrimonio promissa præsumitur.

h *Petendis.* id est, petes tu vir: nisi animo simulandi hæc facta sunt, vt faciunt ignobiles cum nobiles accipiunt. a Et nota mirabilem fictionem, cui est arg. cõtra, in mutuo: vt ff. si certum petatur. l. qui pecuniam. & facit ẽ. de non nume. pecu. l. in contractibus. §. sed quoniam. & j. de rei vxoriæ act. l. vnica, circa finem. & est hoc speciale in dote.

a Adde tarabilem fictionem, qui est arg. contra, in mutuo quod petatur. l. qui pecuniam. & facit ẽ. de non nume. pecu. l. in contractibus. §. sed quoniam. & j. de rei vxoriæ act. l. vnica, circa finem. & est hoc speciale in dote.

Nobilis præsumitur dotare: ignobilis præsumitur dotare præcedit à nobilitate. C. de dona. Barba. 10. 6. fides datæ fœri.

i *Consecutum.* agetur ex prima stipulatione: & si excipiatur de confessione, replicabitur de tacito pacto.

SI *pater.*] CASVS. Pater pro filia promisit dotem marito filiæ, & decessit: an hæredem patris filia pro dote conuenire possit, quæritur? Dicitur quod non, sed maritus.

k *Socerik.* sic: id est patris tui. sed si tu es hæres, æqualiter cum fratribus de tuo est tota dos soluenda: vt ff. de coll. do. l. i. §. pe. & j. de colla. l. ij.

l *Actio.* secus in legato: vt ff. de lega. iij. l. fideicõmissa. §. interdum. secundum lo. & de lega. j. l. seruo legato. §. si testator. Acc.

Pactum non dum quando que parit actionem.

Ad l. *exactionem.*] CASVS. An dotis conuentio stipulatione non interueniente, & ita nudo pacto fieri possit, quæritur? Dicitur q sic: & ita ex nudo pacto agi potest: quod est speciale in dote.

m *Si stipulatio.* speciale vt ex nudo pacto oriatur actio: vt hic, & infra de donat. l. si quis argentum. sed regulariter contra, vt suprà locati. l. si tibi. sed hodie fingitur inesse stipulatio: vt infra de rei vxo. act. circa princip. est & secundum speciale in dote. ẽ. eo. l. iij. Item tertium ẽ. eo. l. si voluntate. & facit. j. de re stamen.

stamen. l. quoniam indignum. & ẽ. de non nume. pecu. l. generaliter. & instit. eo. verbo. oblig. §. in hac. & ẽ. ad Vellei. l. generaliter. Accursius.

SI *pater.*] CASVS. Si pater pro filia dotem dedit, vel dare promisit, nec expressit ex cuius patrimonio, scilicet an filiq, an patris: præsumitur de bonis patris, & non filiæ. Si vero expressit de bonis patris & filiæ: si pater sit soluendo: de proprijs bonis ipsius videtur dos cõstituta: si non, de bonis filiæ. Viuianus.

Pater simpliciter dotando filiam, non exprimendo de quo patrimonio, videtur dotasse de proprio patrimonio ipsius patris. si vero expressit quod dotabat de proprio patrimonio & filiæ: tunc si est soluendo, intelligitur dotasse de proprio. si vero non est soluendo, intelligitur dotasse de patrimonio filiæ. d. h. ista lex singularis & unica, & una de quinquaginta decessionibus Iustiniani Baldus.

a *Simpliciter.* id est non designato ex quo patrimonio.

b *Dederit.* per destinationem.

c *Fecerit.* destinatione.

d *Effugiunt.* id est non acquiruntur patri, vt ad mentitia, castrensia, & quasi castrensia.

e *Habere.* cum sit emancipatus. Vel dic inspecto naturali iure. Vel dic de ipsis, in quibus pater habet vsumfructum.

f *Pro rata portione.* vt pl. de maiore substãtia dare videatur.

g *Ex sua liberalitate.* id est sua substantia.

h *Intelligi.* secus præsumam in auo materno: argum. ff. de neg. gest. l. Nesennius. nam ibi non compellitur auia dare alimenta quia nepotes sufficientes erant: hic autem sic dotare, licet filij sufficiant sibi.

i *Paternum esse officium.* vt & ff. de ritu nupt. l. qui liberos. non maternum: vt j. tit. j. l. neque mater. nisi cũ dicitur esse hæretica: vt ẽ. de hæretil. cognouimus. Quid autem si extraneus dotem pro muliere promisit: de cuius patrimonio videtur promittere: de suo, vel mulieris, siue patris mulieris? Respon. mulieris, vel patris: quasi eius gerat negotium, nisi aliud probetur. argu. ff. de negot. gest. l. Nesennius. & ff. de admini. tuto. l. cum post mortem. §. j. & de lega. iij. l. vxorem. §. pater.

Dos super extraneum promittitur de cuius patrimonio promissa præsumitur.

k *Vera.* non ficta, quòd pater iactet se dare de suo, & de substantia filiæ detur: vt infra ead. l. in fi.

l *Materni.* filio delatis.

m *Pertinent.* sed hoc quid prodest patri? nam etsi hoc non præsumetes; tamen non condemnaretur pater, nisi in quantum facere potest: vt ff. de re iudi. l. sed hoc ita. Respond. prodest: quia si peruenïat hoc casu ad meliorem fortunam, non poterit conueniri, cum iam soluta est marito. secus autem si de suo præsumeres eum promisisse.

n *Idoneam.* scilicet tantam vel talem ex qua commode poterat hanc dotem prò filia dare. & accipe cõmode. i. secundum dignitatem & facultatem suã: vt ff. de verb. signifi. l. nepos Proculo. & ff. de iure dot. l. quæro. Sed in casu superiori indistinctè videreteneri de suo dare, quando scilicet simpliciter promisit. sed & ibi puto quòd secundũ mensurã substantiæ suæ teneatur: superfluũ verò de bonis filij & filiæ intelligatur promissum: nec enim verisimile est, quòd vltra se obligauerit parer. arg. ff. de vsur. l. si stipulatus. sed forte fauore dotis potest hic dici contrarium: quia hæc lex videtur velle notare differentiam inter primum & secundum casum.

o *Intelligatur.* scilicet tò tum.

p *Poterat.* ratio vtriusque.

q *Consentire.* repete, & poterat &c.

r *Liberalitati.* id est ei quod pater dedit.

s *Periculum.* & sic qui se iactauit, se obligat, sic ff. de serui. vtb. prędd. l. si arborem. § penul. & ff. de reg. iur. l. in ambiguis. arg. contra. ff. de contrahend. empt. h ea quæ.

DE IVRE dotium.

Continuatio.

De dotis promissione, & de privilegijs circa promissionem dotis competentibus dictum est: sequitur videre de iure dotium, id est de iure quod circa dotes promissas & præstitas est inducendum.

Azo.

EVicta.] CASVS. Pater pro filia dedit fundum in dotem: postea euictus est. an maritus possit agere de euictione, quæritur? Distinguitur: an incipit dos à datione, aut à promissione. si à promissione, scilicet quod promittebat de ea præstanda, aget ex stipulatu. si à datione, aut erat æstimata, aut non. Primo casu aget actione ex empto vtili ad interesse: Secundo casu aut interuenit bona fides dantis, aut non. si sic, non ager. si non: aut interuenit mala fides, scilicet mulieris dantis; aut extranei dantis pro ea. Primo casu datur actio in factum, Secundo casu, actio de dolo.

TITVLVS XII.

DE IVRE DOTIVM.

Vt constitutio dotis incipit à promissione, ve euicta potest agi de euictione. sed vbi incipit à traditione: de euictione non agitur, nisi res æstimata sit data, vel dolus dantis dotem, vel traditionis intercesserit. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Nicephoro.

EVicta re quæ fuerat in dotẽ data, si pollicitatio t vel promissio v fuerit interposita: gener cõtra socerum vel mulierem, seu hæredes eorum cõdictione, x vel

t *Pollicitatio.* cum interrogatione præcedente: vt ff. de pollici. l. iij.

v *Vel promissio.* cum interrogatione: & die de dote danda tam hic, quàm in superiori casu. Vel quòd est melius, de tradenda: quo casu potest ad interesse agi, quod non esset in superiori casu, sed ad æstimationem tantum: vt ff. de verbo. oblig. l. si fundum tradi. Vel tertio scilicet de euictione præstanda.

x *Condictionis.* scilicet certi. Vel dic condictione ex hac lege: Et nõ;

Et not quòd ex nudo pacto datur hic actio, prout ad pollicita A
rationem respicit: & sic contra. arg. ff. de pact. l. ex conuentione.

a *Ex stipulatione.* id est, certi conditione, quæ datur ex stipulatione, quasi nec sit datum, cum sit euictum: vt ff. de verbo. oblig. l. vbi autem. §. fi. & ff. de re. permu. l. j.

b *Interfecerit.* si à datione dos cœpit: sic & in donatione distinguitur, an teneatur de euictione donator vel non, per legem istam.

Donatoran teneatur de euictione.

**Hæc inclusa in quibusdam codic. non habentur.*

ADDITIO. Vide glos. l. in verbo. vendi tionis. in fin. §. perficiuntur. fin. tit. de donationibus.

c *Ex empto.* quia æstimatio facit emptionẽ: vt. ff. eod. l. plꝛfunc̃ne. & l. quotiens. & supra de pact. ex. l. conuentione.

d *Marito.* iure veteri. & facit. ff. de ædil. edic. l. ad res. & de dona. l. Aristo. sed hodiè secundum Azo. ex stipulatu competit: quia semper fingitur interuenisse: vt infra de rei vxo. act. §. j. Sed nos contra. nec enim ibi dicitur quòd detur ex stipulatu: sed quòd rebus euictis tacita est hypotheca constituta, vt ibi dices.

e *Interposito.* vtpote quia res aliena data est.

f *Aduersus eum.* scilicet exteraneum dotem constituentem, non autem contra mulierem, vt subijcit.

g *Famosa.* vt j. rerum amota. l. diuortij.

h *In factum.* id est nomine doli datur in factum: & sic intelligo quod est, ff. eod. l. cum post. §. cum res. Sic ergo ex prædictis colligo cum datur res in dotẽ:

Dotẽ dans, an teneatur de euictione.

aut æstimata, aut non. Primo casu, aut sit æstimatio vt precium restituatur, & tunc est vẽditio: & re euicta ex empto competit vtilis ad interesse: vt j. eo. l. quotiens, aut ideo vt appareat in quantum res deterior erit: vt eo precio quo æstimata res est, restituatur: vt j. eo. l. si inter virum. & ff. eo. d. l. cum post. §. cum res. quo casu idem est ac si non esset æstimata. Itaque cum non est æstimata: aut initium capit dos à datione, aut à promissione. si à datione: aut promissum est de euictione, & agitur ex stipulatu re euictâ: aut non est promissum, & tunc vel bona fides dantis interuenit, vel mala. si bona, re euicta non agitur. si mala agitur de dolo aduersus extraneum dãtem. sed si mulier vel pater eius dedit, agitur actione in factum in defectum famosæ actionis de dolo. Vbi autẽ res siue dos incipit à promissione, re euicta agitur ex stipulatu, ac si data nõ esset, vt modo diximus.

Si *stipulatio.*] CASVS. Materfamil. duas habens filias, Seiam & Pollam, pro Seia dedit centum in dotem, & passa est Pollam stipulari mediam partẽ dotis sibi reddi animo donãdi causã mortis in casu dissoluti matrimonij mortua matre, decessit mater; Polla instituta hærede p tertia, si dissoluatur matrimonij vel diuortio, vel morte: an possit petere medietatẽ dotis sibi reddi aut tertiã, sicut fuit in tertia institutæ? Respon. q poterit petere medietatẽ: nisi probetur matrẽ mutasse voluntatem.

i *Subiecta est.* scilicet pacto præcedenti super eodem.

k *Eius* stipulationis, quia solutum matrimonium est.

l *Secundum quod.* dixit in genere: nunc in specie.

m *Si Polla.* pro qua mater dederat dotem.

n *Donandi.* causa mortis, vel verius mortis causa capionis: quod est ac si inter viuos.

ex stipulatione[a] agere potest.

¶ Sin autem nulla pollicitatio vel promissio interfecerit: [b] post euictionem eius, si quidem res æstimata fuerit, ex empto[c] competit actio. [*¶ Sin verò hoc non est factum: si quidem bona fide eadem res in dotem data est, nulla marito[d] competit actio.] [d] Dolo autem dantis interposito, [e] de dolo actio aduersus[f] eum locum habebit: nisi à muliere dolus interpositus sit. tunc enim, ne famosa[g] actio B
actio competit. PP. Dat. Kalend. Auguſt. Mutiano & Fabiano Conss.

Filia agens ex proprio contractu non agit pro hereditaria portione, sed secundum formam contractus: potest tamen exceptione repelli si instituta sit animo compensandi: seu instituta est esse contenta portione in institutionis & prælegatis, insista non petere à marito. hoc dicit. Bald. Vel sic: Filia quæ sibi fuit stipulata partem dotis maternæ de matris voluntate non prohibetur illam petere, etiam si à matre fuerit instituta in minori parte: nisi probetur quòd mater eam instituit, ne à viro eius peteret. Salycetus.

II. Imp. ANTONINVS. A. Alluuiadi. C

Si stipulatio de restituenda portione dotis. datæ subiecta[i] est, conditioque eius[k] extitit; habet ex ea actionem is in cuius personam vtiliter concepta commissaque est. secundum quod[l] si Polla[m] soror tua dereſtituenda sibi parte dotis habet actionem, eo quòd mater vestra donandi[n] animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari: [o] metuere non debet doli exceptionem, quòd [p] matri suæ, quæ pactum interposuit, hæres ex minore [q] quàm dimidia portione extitit: nisi liquido probatum fuerit, matrem eius mutasse dotis pacti voluntatem, contentaque esse [r] voluisse filiam suam pro portione hæreditatis prælegationibus, maritumque suum exactione liberari voluisse. PP. Dat. III. Kal. Aug. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

Seruus dotalis potest per virum in testamento & inter vinos manumitti. Baldus. & Salycetus.

III. Imp. ALEXANDER A. Euphemio.

Et si[s] doris exactio, defuncta in matrimonio filia, potuisse ad patrem pertinere: * dotalibus[t] tamẽ seruis maritus testamento directam & fideicommissam libertatem iure dedit, & præstita reuocari non debuit: [v] cum & inter viuos manumittendi mancipia dotalia constante matrimonio liberam habeat maritus facultatem. PP. VI. Id. Decemb. Antonino & Alexandro Conss.

** alias per uentre.*

Stipulari. & aliam lucraretur vir.

p *Quod.* id est quia.

q *Ex minore.* quàm dimidia. per quod videbatur in tantum stipulationem etiam dotis deminutam.

r *Contentam; esse.* id est voluisse filiam contentam esse eiusdem partis dotis, cuius & hæreditatis. Vel dic quòd voluit quòd non haberet aliquid de dote propter hæreditatẽ: & secundum has duas expositiones improprie ponitur prælegationibus: id est beneficijs dotis, cum non esset in testamento relicta, sed inter viuos data, id est cõcessum ius petendæ dotis, sed ideo dicitur prælegatio, quia in tempus mortis fuit concessum ius petendi, & sic mortis causa donatio vel capio. sicq; simile legato: vt infra de dona. causa mor. l. fina. Vel die tertio secundũ Io. prælegationibus; id est quibusdã rebꝰ quas sibi prælegauit. prælegationibus dico valentibus pro portione hæreditatis. nam non valet prælegatio pro ea parte pro qua est hæres, sed pro partibus coheredum: vt ff. de lega. j. l. legatum. vlti. §. j. & hoc intellige salua Fal- * cidia ipsi filiæ. Colligo ergo hic, quòd ita demum reuocat mater, si aliquid p hoc reliquit quòd accipit filia. sic est contra. ff. de lega. iij. l. cum quis decedens. §. nuptura. vbi sola pœnitentia reuocat. Sol. hic valuerat filiæ donatio inter viuos: ibi non, sed pro se matre. vnde hic non potest suum consilium sola pœnitẽtia in alterius mutare iniuriam, idem si esset mera donatio causa mortis: quia sola pœnitentia posset reuocari, si solo nudo pacto esset inita, & sic inualida iure veteri: vt ff. de dona. l. fina. & facit ff. de dote prælega. l. Seia. & de alimẽ. lega. l. penult. & solu. matri. l. quæ dotis. & de pact. dot. l. cũ matrius. §. fin. & ff. de hæredita. actio. l. si adulta. & j. de dona. quæ sub mo. l. quotiens.

Et *si dotis,*] CASVS. Pater pro filia mancipium dedit in dotem & maritus in testamento suo reliquit fideicõmissi. libertatem: an pater ad quem dotis exactio pertinet, possit libertatem reuocare, quæritur? Dicitur quòd non, cum maritus etiã inter viuos potuerat eum manumisisse.

s *Eius.* id est quanuis.

t *Dotalibus,* & sic inæstimatis: vt j. tit. j. §. & cum lex.

x *Non debuit.* hoc si vir est soluendo: vt & infra de ser. pigno. da. manumiss. l. j. & l. fin. & ff. de manumiss. l. seruum dotalẽ. & ff. solu. matrimo. l. dotalem. Item not. hic maritu dominũ esse rei dotalis: vt & supra de rei vind. l. doce. & dices infra eod. l. in re bus. nec ob. ff. sol. matri. l. si constante. §. si maritus. vbi dicun. tur dotales serui alieni, id est non viri. sed illud propter spem, non rem. Inde est quod vir iubet seruo dotali hæreditatẽ adire vel repudiare, sed M. & Pi. dicunt virum reddere vxori interim quæsita vsque dũ adeat: per quod etiam probatur quod vir est dominus: vt ff. sol. matri. l. seruus dotalis. in fin. nec mirandum si quod seruus dotalis acquirit nõ ex re viri vel opera sua, vxori vir restituat: vt ff. de acquir. hæredi. l. aditio. nam & idem est in seruo vendito, qui redhibetur, de quo constat quod fuit factus emptoris: vt ff. de ædil. edic. l. & generaliter.

Maritus est rei dotalis dominus.

Nulla.]

Nulla.] CASVS. Omnia quæ habet mulier, potest dare in A
dotem. & hoc nulla lege prohibitum est. Viuia.

a *Prohibitum est.* immo permissum est: vt ff. eo. l. mulier bona. nec ob. §. de inoffi. dot. quia nõ reuocat ibi quia omnia dedit, sed quia inofficiosa erat pro filijs. Itẽ eodẽ modo nõ ob. §. de secund. nup. l. hac edictali. in princip. quia & ibi non ideo quia omnia, sed quia iniuriam facit filijs primi matrimonij. Item eodem modo non ob. §. si aduersꝰ dot. l. j. & ff. de mino. l. si ex causa. §. in dotis. quia & ibi non quia omnia, sed quia non erat vir dignus tam magnam dotem habere, & sic læsa. Item nec ob. quod dicitur quòd immobilia nõ possunt à minore alienari: & sic nec in dotẽ dari, quia illud est falsum: quia possunt ex hac causa alienari: vt ff. eo. l. Titia. & infra de admini. tut. l. lex quæ tutores. & j. de prædi. mil. l. prædia. & j. si ma. fac. ra. ha. l. fin. §. fi. Sed ar. est cõtra. in eo. tit. de præd. mi. l. ob æs. fed & hoc posito tamẽ nõ ga omnia, sed quia huiusmodi rei prohibita esset alienatio, & idem si datum est aliquid ea lege vt non alienet. Item nec ob. ff. eo. l. iure succursum. §. fi. quia ibi alia deceptio (non quia omnia, si modo matrimonius esset dignus) rescissionem induxit. & eodem modo respondeo ad ea quæ dicuntur. ff. eo. l. si res. §. j.

Brevis est, & per se patens. dicit enim quòd mulier marito suo potest dare in dotem omnia bona sua. quod intelligo non solum præsentia, sed & futura, si de futuris cauetur expresse: aliàs in vniuersali dispositione translatiua dominij futura non veniunt. Baldus.

IIII. Idem A. Valenti.

Nulla lege prohibitum est[a] vniuersa bona in dotem marito fœminam dare. PP. IIII. Id. Iul. Maximo II. & Aeliano Conss. B

Si res æstimata est in dotem data: soluto matrimonio res retinetur per virum, si æstimatio offeratur. ib. d. Bald. Vel sic: Æstimatio facit emptionem: sed maritus habet electionem restituat rem vel precium. Sal.

V. Idem A Statiæ.

Quotiens res æstimatæ in dotem dantur: maritus dominium[b] consecutus, summæ velut precij debitor efficitur. Si itaque non conuenit[c] vt soluto matrimonio restituerentur, & iure æstimatæ fiunt, retinebit[d] eas, si pecuniam tibi obtulerit. PP. Dat. III. Id. April. Alexandro A. II. & Marcello Conss. C

Extraneus dotem, ex nudo pacto incontinenti appositio sibi actionem quærit: pater vero communem actionem patris & filiæ sibi nudo pacto consolidare non potest. hoc dicit. Bald. Vel sic: Pater ex nudo pacto incontinenti appositio super dote profectitia sibi restituenda, agere non potest: mater vero & auia sic. h. d. Vel sic: Pater dotans filiam non potest sibi quærere actionem, nisi per stipulationem: cæteri etiam possunt ex nudo pacto. Salycetus.

VI. Imp. MAXIMINVS. A. Sulpitio.

A Via tua[f] *, eorum quæ pro filia tua[g] in dotem dedit, etsi verborum obligatio non intercesserit, actionem[h] ex fide conuentionis[i] ad te, si hæres extiteris, transmittere potuit. Nec enim eadem causa est patris & matris pacisscentium: quippe matris[k] pactum actionem præscriptis verbis constituit, patris[l] dotis actionem profectitiæ[m] nomine competentem[n] conuentione simplici[o] minimè creditur innouare. P Dat. III. Id. Februa. Maximino. A. & Africano Conss. D

Ius filiæ quæsitum facto patris, non potest ex post facto eam non consentiente mutari. Bal. Vel sic: Pater stipulando dotem sibi restitui ex intervallo, non præiudicat filiæ non consentienti. Salyc.

VII. Imp. GORDIANVS A. Marco.

Cvm à socero tuo pro vxore dos tibi data esset, si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis, sed postea: secer tuus tuum pacisscendo[q] si id non ex voluntate filiæ suæ fecit, conditionem eius lædere non potuit. [r] quandoquidem sola[s] de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendium operari, de iure defenditur. PP. Dat. Kal. Octob. Pio & Pontiano Conss.

** Concor. cũ hac. l. inter dilectos. cũ glo. super verbo, quod meũ. quæ ponit casum huius l. extra de fi. instrumen.*

f *Filia tua.* id est pronepte sua, & sic pro extranea: vt j. tit. j. §. extraneum. nam idem in quolibet extraneo: vt j. eo. l. si dotẽ. & j. de pact. con. l. j.

g *Actionem.* scilicet præscriptis verbis: vt ff. de rerum permu. l. rebus. & ff. de pact. l. in traditione. & supra de pact. inter emp. & vendi. l. ij.

h *Conuentionis.* inconuenienti adhibitæ, quæ valuit, vt dixi: sed non est idem in pacto patris. vere non idẽ, quippe matris &c.

i *Conuentionis.* inconuenienti adhibitæ, quæ valuit, vt dixi: sed non est idem in pacto patris. vere non idẽ; quippe matris &c.

k *Matris.* idem in auia, vt in nostro casu: & idẽ in quolibet qui non habet personam dotis. stantem in potestate, qui omnes dicuntur extranei: vt infra tit. j. §. extraneum.

l *Patris.* subaudi, sed.

m *Profectitiæ.* profectitiam dotem facit non ius potestatis, sed patris nomen, si modo vt pater dederit: vt & ff. eo. l. profectitia. §. fi. & §. si pater.

n *Competentem.* id est competituram. nã non videtur nasci nisi dempto soluto matrimonio: vt ff. de bo. dam. l. sed si alia. in fi. & facit infra solu. matrimo. l. dos.

o *Simplici.* sed stipulatione posset incõuenienti, nõ ex interuallo post contractum matrimonium: vt ff. solu. matrimo. l. quotiens. & ff. de pact. dot. l. cum dos. & ff. eod. l. post nuptias & j. l. proxi. Sic ergo notabis: non autem informatur vetus. quæ nulla est.

p *Immutare.* id est ad nouum esse reducere. scilicet vbi est essentialiter patris & filiæ communis: vt sit solius patris. Bal.

Cvm à socero.] CASVS. Pater pro filia dedit dotem, nec ipse stipulatus est eam sibi reddi: postea pactus est cum marito eam sibi reddi. In secundo casu sol. matrimo. morte vel diuortio, an præiudicauit filiæ quo min⁹ petere possit, quæritur? Respon. quòd non si sine voluntate filiæ pactum huiusmodi fuisset interpositum. Vivianus.

Pater dotis quærat ratio quare dotem pro filia dederit. nam si ad filiæ filiæ, quæ non da, quia patris officium est dotare. non extranei: vt §. tit. j. l. fi. & de ha re. l. cognouimus. & ideo pacto nudo facilius operatur in extraneo, quàm in patre. Et & tertia: quia cum iam esset a proprietate communiter quæsita, non potest filiæ auferri sine eius voluntate: vt ff. solu. matr. l. quotiens. Sed nonne & sic est acquisita filiæ ætatim cum auus maternus vel mater dedit dotem: vt j. tit. j. §. accedit. & §. extraneum? Respon. sic, sed fingitur nõ quæ sita: vt arg. ff. de noua. l. cum enim. Et quarta est ratio quæ redditur hic, quia non potest simplex pactum nouare. & facit ad. l. istam. ff. de condit. ob. cau. l. si extraneus. simplici pacto innouare. vel quia pater sit turpis persona, auf absens; extraneis.

q *Pacisscendo.* vt sibi soli reddatur.

r *Non potuit.* vt ff. eo. l. post nuptias. & de pact. dot. l. cũ dos. secus si ante: vt ff. solu. matri. l. quotiens.

s *Sola.* veluti sui iuris facta emancipatione, vel morte patris: vt infra tit. j. §. videamus; vel quia pater sit turpis persona, auf absens;

absens: vt ff. sol. matrimo. l. si cum dotem. §. eo tempore. & facit ff. de mino. l. iij. §. sed verum, in fi. §. & sicut pater non facit filiæ conditionem deteriorem, vt hic: sic nec filia patris: vt ff. sol. matrimonio. l. ij. §. item si voluntate. Econtra si fiat pactum, ab aliquo corũ, vt prosit, dic vt diximus. ff. de pact. dot. l. cũ dos. in gl. ĩmo nec &c. & de pact. l. & hæredi. §. filia. & facit ad l. istã in eo quòd quædã pacta super dote non valent, vt quæ ad ius respiciunt. ff. de pac. dot. l. si pater. §. ex pactis. & l. ij. & infra titul. ij. l. quamuis. & supra. l. proxi.

Sensum spectari potius quàm verba.

ETiam.] CASVS. Mater pro filia dedit dotem, nec eam stipulata est sibi reddi: sed vt eam sequeretur, vel ad eã pertineret in casu soluto matrimo. morte vel diuortio: licet illa non fuerit vsa verbis dotem sibi reddi, an ob hoc minus sibi sit ex stipulatu pro dote acquisita actio? Dicitur q; non: & eadem actione nõ solum dotem repetet, sed & dotis augmẽtum. Viuianus.

a *Sequerentur.* sic supra de dona. ante nup. l. si cum ante. & ff. de pac. l. tale pactum. §. fina. Et not. argu. sensum non verba spectari. sic & ff. de adimen. lega. l. iij. §. cõditio. & de contrahen. empt. l. sed Celsus. & infra de lib. præ. l. iij. & ff. de pactis. l. tale. j. respon. Argu. contra. ff. de pac. l. iurisgentium. §. vtrunque.

b *Cui.* scilicet rationi.

c *Additamenti.* vt sunt accessiones, vel etiam aliquod separatum augmentum: quod intelligit Ioan. si & super hoc incontinenti fuerit pactum, aliàs non, sed certe & idem videtur etiam si nullum pactum speciale fiat super augmento: vt ff. de pact. dot. l. inter. §. cum inter. & supra de dona. ante nup. l. constantre. §. pactis.

DOtis.] CASVS. Pater pro filia dedit dotem: maritus postea contraxit cũ fisco, & factus est eius debitor. quis præferri debeat in bonis mariti, quæritur? Dicitur quòd mulier. Viuianus.

d *Magis esse.* fiscus & fœmina paribus passibus ambulant: vnde qui prior est tempore, potior erit in iure: vt hic, & infra de priuileg. fisc. l. ij. & facit ex quib. cau. maio. l. fina. & infra qui potio. in pig. hab. l. iiij. hoc autem nisi ex primipili causa. nam tunc etiam res dotales occupantur pro tali debito: vt infra in quib. cau. pig. ta. contra. l. satis. & de primipilo. l. vtilitas. lib. xij. liberi etiam si non sint hæredes, conueniuntur: vt infra de primipil. l. fina. lib. xij.

CVm dotem.] CASVS. Pater pro filia dotis nomine fundũ dedit marito æstimatum. si euincatur, an vt talia præstentur quæ præstanda sunt, maritus habeat actionẽ ex empto, quæritur? Dicitur quòd sic, & commodum dotis ad maritum pertinebit, & tantum ad æstimationem tenebitur. Viuianus.

Verba trahuntur ad intellectum: & dispositum in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum, etiam in obligatione verbali. b. d. Baldus. Vel sic: Sensum magis spectamus, quàm verba. Et pactà nita in aliquo subiecto, intelliguntur repetita in eius augmento. Salycetus.

VIII. Idem A. Agrippinæ.

ETiam si non dotem reddi tibi mater, sed ea quæ in dotem data sunt, vt eam sequerentur,[a] vel ad se pertinerent, in matrimonio defuncta filia, stipulata sit: durante matrimonio filia decedente, actionem ex stipulatu videri quæsitam, æquissimum. esse iudicamus. cui[b] cõsequens est, vt etiã id quod additamenti[c] causa in dotem data est, eadem actione repetatur. PP. Kalendis Feb. Sabino & Venusto Conss.

Inter fiscum & mulierem prælatio sumitur ex tempore. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Mulier in dote præfertur fisco posterius contrahenti. Salycetus.

IX. Imp. DECIVS A. & Cæsar Verbicanę.

DOtis tuæ potiorem causam magis esse[d] conuenit, quã reipublicæ, cui postea idem maritus obnoxius factus est. PP. VI. Id. Iunij. Decio. A. & Grato Conss.

Vbi res æstimata datur in dotem, tenetur maritus viro actione ex empto: & commoda & incommoda rei pertinent ad maritum. b. d. Baldus. Vel sic: Quando æstimatio facit emptionem, mulier tenetur ex empto ad rem: & maritus soluto matrimonio tenetur ad æstimationem, & interim periculum & augmentum spectant ad maritum. Salycetus.

X. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Ingenuo.

CVm dotem te æstimatam accepisse profitearis: apparet iure communi per pactum quòd doti insertum est, formato contractu, ex empto[e] actionem esse. Quis enim[f] dubitet æstimationem à te mulieri deberi, cum periculo tuo res deteriores fiant,[g] vel augmenta lucro tuo recipiantur? PP. XII. Kalendas Maij, Maximo. II. & Aquilino Conss.

Si res dotalis vi auferatur, marito quæritur actio. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Pro rebus dotalibus & abreptis agit maritus, non vxor. Salycetus.

XI. Idem AA. & CC. Seuerę.

DE his quæ in dotem data ac direpta[h] commemoras, mariti[i] tui esse actionem,[k] nulla est dubitatio. Dat. X. Kalen. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

Res empta ex pecunia dotali non est dotalis, & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio: & ideo si dos est in casu restitutionis, mulier pecuniam repetit, non ad rem agit. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Fundus emptus ex pecunia dotali, num efficitur vxoris, ideo sola pecunia repetitur, vel eius vestibulum vbi pars vestitutæ fuit. Salycetus.

XII. Idem AA. & CC. Rufinæ.

EX pecunia dotali fundus a marito tuo cõparatus,[l] non tibi quæritur,[m] cum neque maritus vxori actionem empti possit acquirere:[n] at dotis tantùm actio tibi competit. Vnde aditus præses prouinciæ, si non te transegisse repererit, sed ex maiore parte dotem consecutam, residuum restitui prouidebit.[o] Dat. VIII. Kalen. Maij. Heracliæ. AA. Conss.

Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua, & accipienti non competit actio nomine eiectionis, si fuit sciens, nisi pactum vel stipulatio intercesserit de eiectione præstanda. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Mater non potest in præiudicium filiorum tradere pro sua dote res eorum. Salycetus.

XIII. Ijdem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.

SI à matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens, in dotem scienti vitrico vestro datum est: intelligitis nullam[p] firmitatẽ iuris dationem habere, si neque pollicitatio,[a] neque stipulatio[b] intercesit. Dat. prid. Kal. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

Mater non cogitur dotare filiam, nisi ex ratio nabili causa, & nisi ex causis expressis in iure. Item pater ex bonis vxoris suæ non potest dotare filiam communem non consentiente vxore. b. d. Bal. Vel sic: Mater non cogitur dotare filiam nisi ex causis: pater sic: sed non potest de alieno, domino inuito. quod nota. Salyc.

XIIII. Iidem AA. & Cæs. Basilissæ.

NEque mater pro filia dotem dare cogitur, nili ex magna & probabili causa,[c] vel lege specialiter expressa: neque pater de bonis vxoris suæ inuitæ vllam dandi habet facultatem.[d] Dat. Nonis Nouemb. Philippopoli. AA. Conss.

Amissio instrumentorum non præiudicat dotis: quia subsistantia dotis etiam sine instrumentis consistit, dummodo probetur per testes vel legitimas præsumptiones. b. d. cum glos. Bal. Vel sic: Amissio instrumentorum dotalium non nocet, si alias sunt probationes. Salyc.

XV. Iidem AA. & c c. Vlpiano.

CVm citra fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probanti,[e] post diuortium, quondam vxoris tuæ secũdum bonam fidem restitui debere constet: amissis[f] etiam instrumentis sine dubio cætera probationum indicia iure prodita, non habentur irrita. Dat. VIII. Kal. Aug. Sirmij. AA. Conss.

Soror habens bona indiuisa cum fratre, potest partem suam in dotem dare etiam fratre ignorante vel inuito. b. d. Bal. Vel sic: Communio non impedit partem pro indiuiso dari in dotem. Salyc.

XVI. Iidem AA. & c c. Aemilio.

ANte diuisionem soror tua in testato patri etiam ipsa succedens, pro indiuiso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur.[g] Dat. Nonis Iul. Sirmii. CC. Conss.

Dans proprietatem in dotem retento vsufructu, non potest in præiudicium proprietarij vendere, vel alio modo disponere. Bald.

XVII. Idem Augusti & Cæsares Sabino.

SI socrus.] CASVS. Socrus dedit filiæ suæ vxori meæ fundum dotalem cum decretio vsufructus vxor mea dedit mihi cum in dotem, & socrus vsumfructum, & fecit mihi pactum vxor mea & socrus de dote lucranda si vxor prædecederet, prædecessit vxor. an fundus pleno iure penes me remanere debeat, quæritur? Dicitur quod sic. si verò socrus filiæ suæ locasset vsumfructum, mortua filia ad socrum reuertitur. Viuianus.

l *Vxori tuæ.* scilicet filiæ suæ. & tenuit donatio.

m *Dedit.* donando vel faciẽdo simile pactum de lucrando, sicut & vxor facit super proprietate. & dedit cautelam, quamuis ipsa habeat formãlem.

n *Fundum.* id est plenam proprietatem.

o *Placiti.* de lucrando. & hoc cum socius dedit vsumfructum genero suo. socus autem si retinuit, & filiæ locauit. & hoc subiicit: & sic sunt duo casus: & huic secundo est contra supra de vsufruct. l. si domina. Sol. vtibi.

p *Vsufructus.* scilicet formalis.

CVm patrem.] CASVS. Pater duas habẽs filias, sciam, quæ erat in potestate, & Tiriam: pro Tiria dedit tibi centum in dotem, & pactus est vt matrimonio post mortẽ suam soluto, quod medietas dotis ad sciam perueniret. pater fecit testamentum, & sciam cum quibusdam aliis hæredem instituit, & prohibuit. Sciam aliquid à te petere pro dote. an Scia possit agere de dote, quæritur? Distinguitur: Aut pater stipulatus est, & non agit filia: quia alteri, &c. aut ipsa stipulata est, & agit. caremus quatenus est instituta. & non in plus: quia in eo quod plus est, obstaret exceptio, salua tamen retentione Falcid. verbi gratia, Quadraginta habuit ex institutione, & quadraginta ei debebantur ex stipulatione dotis, si agat, repellitur excep. in xxx. & x. sibi retinebit ex Falcidia. Viuianus.

a *Pollicitatio.* quæ fit circa dotem constituendã: vt supra tit. j. l. ad exactionem. & quando sic incipit dos, agitur de eiectione: vt ff. e. l. j.

b *Stipulatio.* f. de eiectione, etiam si incepit à traditione. & dic cum res non fuit æstimata. nam tunc agitur vtili ex empto: vt ff. e. l. j. & l. cum dotem.

Pro potest filius per patrem vocari.

NEque mater.] CASVS. An mater compellẽda sit dare dotem pro filia, quæritur? Dicitur quod non, nisi ex magna & probabili causa: vel lege specialiter expressa. & hoc in prima. an vero maritus bona vxoris ea inuita possit dare in dotem pro filia, quæritur? Dicitur quod non: & hoc in secunda. Viuianus.

c *Causa.* vt quia sit hæretica, filia vero orthodoxa: vt ff. de hæreti. l. cognouimus.

d *Facultatem.* sed de suis propriis habet necessitatem: vt ff. tit. proxi. l. fi.

CVm citra.] CASVS. An citra cõfectionem instrumenti dotalis dos à muliere sola. matrimonio re peri possit, quæritur? Respon. quod sic: nec sibi oberit quod instrumẽtum dotale non interuenerit: vel si interuenit, & amissum sit, non oberit quo minus reperat si alias habeat probationes. Viui.

e *Probanti.* per testes, vel alias probationes, vel præsumptiones.

f *Amissis.* sic in vendit ione: vt supra de fide instru. l. cum instrumentis. & in libertate data, infra de liber. cau. l. fi. cur. & fa. supra de rei vindi. l. indicia. & l. cũ super. & de proba. l. ad probationem. j. & ff. de fide instru. l. in re. & supra de nup. l. neque fine.

Dotalis res est ex pecunia dotali empta.

ANte diuisionem.] CASVS. Duæ sorores successerunt patri ab intestato. an altera portionem quam habet in fundo quasi pro indiuiso, ante factã diuisionem possit dare in dotem, quæritur? Dicitur quòd sic: nec obstat quòd fundus non est diuisus. Viui.

g *Prohibetur.* vt & ff. com. diuid. l. j. & de contrah. emp. dudum. & de com. re. alie. l. falso. Item hoc casu etiam lite contestata: vt ff. de litig. l. fi. in fi.

RES.] CASVS. Si pater pro filia fundum in dotem dedit, deducto pro se vsufructu, & eum vendat: an filiæ præiudicet, quæritur? Dicitur quod non. Viuia.

h *Quarum.* id est quas.

i *Vsufructu.* q. finitus. cedit lucro dotis: vt ff. eo. l. iij. Sed contra ff. de pac. dota. l. iiij. Sol. hic deduxit vsumfructũ, ibi fructũ. Iaco.

k *Tibi.* marito pro filia tua.

SI socrus.] CASVS. Socrus dedit filiæ suæ vxori meæ fundum dotalem cum decretio vsufructus vxor mea dedit mihi cum in dotem, & socrus vsumfructum, & fecit mihi pactum vxor mea & socrus de dote lucranda si vxor prædecederet, prædecessit vxor. an fundus pleno iure penes me remanere debeat, quæritur? Dicitur quod sic. si verò socrus filiæ suæ locasset vsumfructum, mortua filia ad socrum reuertitur. Viuianus.

l *Vxori tuæ.* scilicet filiæ suæ. & tenuit donatio.

m *Dedit.* donando vel faciẽdo simile pactum de lucrando, sicut & vxor facit super proprietate. & dedit cautelam, quamuis ipsa habeat formãlem.

n *Fundum.* id est plenam proprietatem.

o *Placiti.* de lucrando. & hoc cum socius dedit vsumfructum genero suo. socus autem si retinuit, & filiæ locauit. & hoc subiicit: & sic sunt duo casus: & huic secundo est contra supra de vsufruct. l. si domina. Sol. vtibi.

p *Vsufructus.* scilicet formalis.

CVm patrem.] CASVS. Pater duas habẽs filias, sciam, quæ erat in potestate, & Tiriam: pro Tiria dedit tibi centum in dotem, & pactus est vt matrimonio post mortẽ suam soluto, quod medietas dotis ad sciam perueniret. pater fecit testamentum, & sciam cum quibusdam aliis hæredem instituit, & prohibuit. Sciam aliquid à te petere pro dote. an Scia possit agere de dote, quæritur? Distinguitur: Aut pater stipulatus est, & non agit filia: quia alteri, &c. aut ipsa stipulata est, & agit. caremus quatenus est instituta. & non in plus: quia in eo quod plus est, obstaret exceptio, salua tamen retentione Falcid. verbi gratia, Quadraginta habuit ex institutione, & quadraginta ei debebantur ex stipulatione dotis, si agat, repellitur excep. in xxx. & x. sibi retinebit ex Falcidia. Viuianus.

q *Suam.* id est patris.

r *Eadem.* filia. nam si morte generi solueretur matrimonium, non noceret filiæ pactum patris: vt infra tit. ij. l. quamuis.

s *Amnia.* proprium nomen est filiæ emancipatæ non nuptæ.

t *Pactum.* ita quod stipulatus, vt statim innuit.

v *Nec Amniam.* repete, & proponas patrem. fanxisse se non velle Amniam aliquid petere ex stipulatione patris? Accursius.

a *Actio.*scilicet directa.sic & ſ. tit.ij.l.quanuis.& l. pactum. & ſupra ſi quis alte.vel ſibi.l.multum. veilis ſic, ſi non eſſet teſtamentum.ſic & infra tit.ij.l .pater pro filia . & infra de do ,quæ ſub modo.l.quotiens.

b *Tibi.*genero.

c *Probetur* . potuit enim dixiſſe gratia cohæredum:vt ff. de lega. iij.l. fideicommiſſa. §. interdum. Item gratia tui, qui eras gener,vt hic dicitur.

d *Accepit.* puta accepit quadraginta ex inſtitutione , cum totidem ei deberentur ex ſua ſtipulatione . in triginta patietur exceptiones quæ cõcurrunt cum eo quod ſupereſt deducta quarta in qua non potuit grauari, vt hic ſubiicit.& ff.ad legem Falcid. l. quod de bonis.§. fina.licet ipſe hæres poſſet ſe in ea grauare : vt ff.ad legem Falcid.l.poreſt . Vel & hic poſſet grauari , ſi hoc expreſſe diciſſet quod animo compenſandi dimittitur:vt ff. ad legem Falcidiam.l.ſi debitor. hodie autem conſtat quod poteſt: vt infra ad legẽ Falcidiam. authen . ſed cum teſtator.& facit.ſ. eo.l.ſi ſtipulatio. & contrarium ibi dictum & hic dici poſſet ex. ff. de leg.iiij.l.cum quis.§.nupetura.& ſolue vt ibi.

e *Falcidia.* iure inſtitutionis.

PRo oneribus .] CASVS. Fructus dotis lucro cedunt marito propter onus matrimonij quod ſuſtinet.Si vero conſtante matrimonio eos vxori dedit, reuocabit maritus eatenus quatenus locupletior facta eſt,& vir pauperior. Viuianus.

f *Pro oneribus matrimonii.* quæ ſunt plura,& ſuſtinet ea vir : vt ff.ſolu.matrimo.l. ſi cũ dotem.§. ſin autem in ſæuiſſimo.& ff. de donat.inter virum & vxo.l. ſi quis pro vxore. in prin.& §.j.& ff.eo.l.dotis fructus.& l. quanuis.in fin.& de doli exceptio.l.fin.in prin.& ff.famil.erciſc. l.ſi filia. & l.ſi maritus.

Matrimonij onera ſunt plura.

g *Totius* . niſi forte ſerui dotales quærãt aliquid extra res marriti,vel operam ſuam:quod quæritur mulieri.

h *Capere.*ſcilicet fructus.

i *Locupletior.* & ipſe pauperior : vt & ſupra ſi quis alteri vel ſibi.l.multum ,vbi ergo ipſa vxor & ſui ex eis ſuſtentara eſt, non repetet vir: vt ſ.tit.ij.l.fructus.& de donat.inter virum & vxo.l. ſi fructus .& ff.de dona . inter virum & vxo.l.ſi quis pro vxore. quæ ſunt contra. Sed videtur fructus poſſe donari nec repiti etiam in quo eſt locupletior: vt ff . de donat.inter virũ & vxorẽ. l.de fructibus. & ff. de vſu.l . fructus.quæ ſunt contra.ſed ibi rẽ donando donat fructus,licet iure nõ teneat donatio:hic autem principaliter fructus.

SI *inter.*]CASVS. Mulier dedit vineam marito in dotem:& pacta eſt vt in caſu ſoluti matrimonij in eadem bonitate,& eodem precio quo tunc æſtimabatur,ſibi redderetur . an maritus ſoluto matrimonio vineam retinere poſſit, & precium reddere,quæritur? Dicitur quod non.Viuia.

xxi. Iidem Avgvsti & Caesares ad Geminium.

SI inter virum & vxorem pactum ſit interpoſitum , vt ſi matrimonium intra quinquennij forte tempora quoquo modo eſſet diſſolutum,ſpecies æſtimatæ [k] doti datæ, preciis quibus æſtimatæ ſunt , redderentur: manifeſtum eſt non precia ſpecierum dari, ſed ipſas ſpecies debere reſtitui, cum in placitis ſpecierum reddendarum idcirco preciorum nomen videatur annexum,ne ſi species aliqua demi nuta [l] fuiſſet aut perdita,alio precio quàm quo taxata fuerat, reposceretur. Dat. Nonis Auguſt. Agrippinæ.CC.Conss.

Pater rem quam pro filia dedit in dotem,recte cepit,alienare non poteſt.Bald.

xxii. Iidem Avgvsti & Caesares Libyanæ.

REm quam pater in dotem genero pro filia dedit,nec recepit, [m] alienare non poteſt . [n] Dat.V.Kal.Decemb.iiſdẽ.CC. Conss.

Vxor non poteſt vendere prædium dotale,nec vendenti conſentire marito non conſentiente.hoc dicit.Bal.Vel ſic: Prædium dotale non poteſt vnus lier conſtante matrimonio alienare.Saly.

xxiii. Iidem AA. & cc. Diogeni.

SI prædium vxor tua dotale [o] venundedit : ſponte necne contractum ratum habuerit, nihil intereſt [p]:cum rei tibi quæſitę dominium [q] auferre nolenti minimè potuerit. Dat. V. Kal. Octob. Viminatij.CC. Conss.

Vbi mulier ex culpa perdit dotem,dos non reuertitur ad eum qui eam dedit,niſi ſibi fuerit pactus vel ſtipulatus.hoc dicit.Vel ſic : Pœna ſemel commiſſa propter vetulum non tollitur.licet mulier propter ingratũdinem ſit revocata in domini ſeruitutem.hoc dicit.Bald.Vel ſic: Vbi mulier ex culpa perdit dotem , non reuertitur ad eum qui dedit,niſi ille ſibi prouident.Salycetus.

xxiiii. Iidem AA. & cc. Aurelio & Lyſimacho.

Æſtimata . non tamen vt æſtimatio faceret emptionem , ſed vt ſciretur an eſſent deteriores : vt & ff.eo .l.plerumque.§. penult.& l.cum poſt.§.cum res. & ff.ſolu.matrimo l ſi æſtimatis. & ſ.de vſufr.l.intereſt. & ſ. ſolu.matri.l.dubium.& ff.de æſtima.actio.l. j. in fi. & vſufruct.quemadmodum ca.l.j.§.recte.

Quid autem ſi non apparet qua mente fiat æſtimatio? Reſpon. præ ſumitur illa quæ facit in dubio emptionem : vt arg. ff. eit vnpo loca.l. cũ fundus . Item quid ſi fuerit vilior in precio, non in ſubſtantia? Vel quid ſi fit in precio carior , non in ſubſtantia? Reſpõ.precium conſiderari.

Æſtimata ſumitur in dubio ſe emptionem.

Item nem.

l *Deminuta* . id eſt vſu capta: quod eſſe poteſt: vt ff. deſun.do.l.ſi fundus.deperdita vero,quę in rerum natura deſinit eſſe , & hoc dolo vel culpa viri . argu. ad has expoſitiones . ff. de peti.hæredi . l.deperditum.

REm quam .] CASVS . Pater pro filia dedit rem inæſtimatam in dotem , & poſtea non fuit ei reſtituta : quia non fuit ſolutum matrimonium. gener conſtante matrimonio rem illam alienauit : nunquid valet talis alienatio ,quæritur? Reſpon. quòd non. Viuianus.

m *Nec recepit* . ſecus ſi recepit , quia tunc alienare poteſt , vt innuit, ſed hodie contra : vt ſ. tit.j.in auth ,ſed quanuis.Vel die quòd non ſumitur hic arg. à contrario , quod in idem recidit.

n *Non poteſt* . cum non ſit ſuum : nec dotis poteſt conditionem facere deteriorem : vt ff. eod , l . poſt nuptias.& infra de dona .l . conſtante.

SI *prædium.*]CASVS. An vxor prędiũ dotale inæſtimatum ſponte vel coactè inuito viro alienare poſſit, quęritur? Dicitur quod non.Viuianus.

o *Dotale.* inæſtimatũ,cuius alienationẽ inhibet lex Iulia fundi dotalis: vt ſ.tit.j.l.& cũ lex.& inſtit. quibus alie.licet . in prin.

p *Nihil intereſt.* & poſſet ipſa venire contra venditionẽ etiam iuratam : vt ſ. de leg. & con.l.non dubiũ.& ſ.de agri. & cen.l. quemadmodum.lib . xj. Aliud dicunt quidã eſſe hodie per conſtitutionem Friderici ſacramenta puberũ ſponte facta , ſupra ſi aduer . vendi.ſed certe ſacramentum faceret eam haberi maiorem: at maior contraueniret : ergo & poſt ſacramẽtum cum erit minor , veniret contra . & ſic etiam ſibi non præiudicat ſecundum Io.Vel dic etiam cũ non iuraueret,diſtinguitur verum ſcienti vel ignoranti vendidit mulier . ſi ſciẽti,nullatenus tenetur de euictione . ſi ignoranti , obligatur emptori de euictione, licet res eius non fiat, nec qã habere poſſit: ſicut in re ſacra vendita dicitur: vt ff.de contrahen.empt.l.& liberi.& inſtit.de cõtrahen. emptio. §.fi.ADDITIO .Hæc quæſtio eſt deciſa de iure canonico in cap.cum contingat.extra de iureiur.in anti.& in cap.licet.co.tit.lib . vj.vbi dicitur quod mulier debet omnino ſuum iuramentum ſeruare.

q *Dominium.*not.vt ſ.co.l.in rebus.

Si dotem.]

Si dotem. CASVS. Si patronus pro liberta centum dedit in dotẽ, nec pactus eſt ea ſibi reddi in caſu ſol.mat. & propter culpam mulieris ſolutũ eſt matrimonium, vnde vir debet dotẽ lucrari : an patronus eam dotẽ repetere poſſit , quæritur? Dicitur q̃ non,nec ſi poſt diſſolu.mat. propter ingratitudinem eam in ſeruitutem reuocaſſet. Viuianus.

a *Matrimonio* . pacto vero appoſito culpa libertæ non nocet : vt in authent.de nupt . §. eſt quoque quoddam . colla.iiij.

b *Proęxiſtis* . ſic ergo fit vxoris , vt vel reddi, vel in pœnã ei auferri poſſit per maritum.

c *Fuiſſe.* poſtquam culpam diuortij commiſit. Sed quid ſi ante? Reſp. idem , ſi modo in ſeruitutem tunc non ſit reuocata, cum ſit diuortium factum ſua culpa. Sed an idem ſit in patre,ſi non ſit ſtipulatus ſibi reddi? Reſpon. vtique: licet lex prouideat ei: quia & filiæ prouidet,& tamen amiſit , & ſibi impuret quod non fuerat ſtipulatus ſecundum H. arg . dictæ authent. de nupt . Et nota de amiſſione dotis.ſicut & infra de repu. & dinor.l.conſenſu. & ff.ſolu.matri.l. Lucius.Item facit.ff.eo.l. cum poſt. §.patrona.

Si dotem * *marito libertæ veſtræ dediſtis,nec eam reddi ſoluto matrimonio* [a] *vobis incontinenti pacto vel ſtipulatione proſpexiſtis:* [b] *hanc culpa vxoris diſſoluto matrimonio,penes maritum remanſiſſe conſtitit , licet eam ingratam circa vos fuiſſe* [c] *oſtenderitis. Dat.VI. Kal. Nouembr. Antiochiæ. CC. Conss.*

Defectus cauſæ impulſiuæ non impedit ius agendi: nec habetur loco contractus formalis , nec loco conditionis , nec loco cauſæ finalis. hoc dicit. Bald.Vel ſic: Stipulatio de dote reddenda mulieri teſtandi cauſa , committitur illa mortua etiam inteſtata.Saly.

xxv. Iidem AA. & cc. Eutychiano.

SI mulier [d] *dotem à viro dari* [e] *ſtipuletur,vt de ea teſtari* [f] *poſſit:cum* [g] *ordinationis teſtamenti cogitatio mortis* [h] *antecedens tempus ſignificet,* [i] *nec conditionem,ſed cauſam* [k] *contineat:inteſtata quoque muliere defuncta,ſtipulationem cõmitti proficiet.* [l] *Dat.III.Id.Nouemb.Antiochiæ. CC. Conss.*

Pater non poteſt ſtipulari dotem extraneo red di.Bald.Vel ſic:Pater non poteſt ſtipulari filio emancipato.b.d.Saly.Vel ſic: Stipulatio alteri in terpoſita neutri eſt valida .b.d. Vel ſic : Preter intentionem agentis, & contra prohibitionem iuris non queritur actio. Saly.

xxvi. Iidem AA. & cc. Demoſtheni.

SI genero dotem dando pro filia pater cõmunis eam reddi tibi extraneo [m] cõſtituto ſtipulatus eſt: nec ſibi ceſſante voluntate , [n] nec tibi prohibẽte iure, quærere potuit actionem. [o] Dat. VI.Kalend. Ian.ipſis. CC. & Conss.

Bona lex & ſingularis eſt iſta.Licet maritus ſit locuratus dotem,non tamen tenetur ad ſoluendum tributa aliarum rerum vxoris ſuæ:ſed tenetur poſſeſſiones ſeu ſucceſſores. b. d. Bal. Vel ſic: Onera hæreditaria ſpectant ad hæredes , non ad maritum dotem locuratum.Saly.

xxvii. Iidem AA. & cc. Pompeiano.

m *Filiafamilias.* & sic erat in potestate. nam secus si emancipata: vt diximus. §. de rei vxo. act. §. extraneũ. hic autẽ illud queritur, si sint filij ex eo matrimonio, an nihilo minus habeat locũ hęc lex: Io. & B. & Azo, & nos quòd sic: nisi sit factum pactum retẽtionis, ff. de pa. do. l. si pater dotem. & pro nobis est. §. de rei vxo. act. §. fileat. & d. l. si pater dotem. & ff. de iure dot. l. iure. in princ. & §. de bo. quæ lib. l. ij. & ff. rem ra. l. si. in princ. & ff. de euic. l. pater. & ff. sol. matri. l. si ab hostibus. in prin. & §. de neg. gest. l. quod in vxorem. & de iure do. l. auia. & ff. de in rem ver. l. & ideo. in fi. & l. sequen. & ff. ad Mac. si filius fa. in id. Item probatur hoc aperta ratione. nã actio quæ acquiritur extraneo dã ti dotẽ ex pacto, vel stipulatione, acquiritur patri ex ipsa lege: sed extraneus repetit dotẽ mortua muliere etiam interuenientibus liberis: ergo & pater. Itẽ actio de dote communis est patri & filiæ. vnde vel patre mortuo, vel filia emancipata, ad solã mulierem pertinet etiam exhæredatã: vt §. de rei vxo. act. §. videamus. ergo & filia mortua dos generaliter ad patrẽ pertinet. M. autem dixit contra. & hanc & aliàs prædictas intelligebat liberis nõ existẽtibus, & pro eo iustit. de hære. quali. & diffe. §. fini. & ff.

Dos profecticia debet reuerti patrem, etiã liberis existentibus.

sui. & ff. de lib. & posthu. l. in suis. Item & §. de coll. illam. sed ibi respon. Sed M. opinio vsu prævalet: quia hæc lex intelligitur si decedat sine liberis. ADDITIO. De hac quæstione vide latius per Bar. in l. post dotẽ. ff. eo. tit. in versi. quinto quæro quid in dote &c. vbi concludit quod de iure indistincte dos reuerti debet ad maritum. subdẽs ibi vtilitatem istius disputationis, si de iure, aut de cõsuetudine dos reuertatur.

Captiuitas vxoris non facit locum repetitioni dotis: sed eius mors naturalis. Salyc.

SIquidem.] CASVS. Muliere ab hostibus capta, si dubiũ sit viuat an non: an frater eius dicens se hæredem eius dotem à marito petere possit, quæritur? Distinguitur: aut viuit, & tũc non est hæres eius, nec dotẽ petere potest: aut non viuit, & tunc dotẽ reperet, si eam stipulatus fuerit ipse. & intellige maxime: quia idem esset si non fuisset stipulatus illa vel ille: vt §. de rei vxo. act. l. j. §. accedit.

n *Fuscla est.* sed quomodo probat eam defunctam? an erit necessarius testis qui mortuam viderit, vel sepelierit? Dico secundum H. famam solã ad hoc sufficere. si ergo sint ali qui qui testificentur ꝙ sic se publica habet fama in ciuitate sua ꝙ ipsa mortua sit, sufficit. nam aliter quomodo probaretur, secundum Bul. & Io. mortuam esse? & sic innuit lex. j. de capti. l. nec nos præterii. sed R. apertè dicit probari debere.

o *Vindicare.* beneficio legis Corneliæ: vt §. de legi. hæredi. l. si is. & ff. eod. l. si ab hostibus. in prin. Accursius.

p *Cum in stipulatum.* maxime. nam idem si non fuit stipulatus ipse frater vel illa: quia tacita ei quæritur, quæ ad fratrẽ hæredẽ peruenit: vt §. de rei vxo. l. j. §. accedit. & melius in §. illo proculdubio.

SIcreamscripta.] CASVS. Si maritus res sibi datas in dotem æstimauerit, & mulierem circumuenerit æstimando minori precio quàm valuerit: filij si eas possideant, habebunt exceptionem multò magis actio. ad æstimationem, nõ autẽ ad res si extãt. & hoc in prima. Si vero vir dicat se circumuentũ in æstimatione à muliere facta vltra iustum precium, non tenebitur nisi ad verã æstimationem, & hoc in secunda. Ista locum habent cũ res extant. si vero precium in dotali instrumento comprehensum sit, considerabitur si vir dolose nõ fuerit versatus: & hoc in tertia.

q *Proinde.* id est ergo.

r *Dolosis.* quo casu debet purgari dolus omnino: vt ff. de iure dot. l. iure. §. fi. & §. quib. ex cau. maio. l. in contractibus.

s *Ostenderitis.* vos hæredes matris.

t *Quando.* id est quia.

u *Opitulatur.* Nota, cui datur exceptio, eidem datur & actio: quod tamen fallit in multis: vt ff. de condic. inde. l. ex quibus.

x *Debeat.* faciendo ipsa prædia restitui.

y *Iustum.* arg. ad hoc quod cum emptor se grauatum allegat, iustum precium restituendum sit.

z *Compelletur.* siue exeat res, siue non.

a *Locum habent.* quod hic vsque in finem dicit, referrur ad id scilicet, proinde si dolosis artibus &c. & sic parcitur marito in hoc casu, vt licet dolo mariti circumuenta sit vxor, tamẽ quãdo res non extant, non tenetur ad iustam æstimationem communem præstandam, quia hæc lex intelligitur si deceſsit sine liberis. ADDITIO. De hac quæstione vide latius per Bar. in l. post dotẽ. ff. eo. tit. in versi. quinto quæro quid in dote &c. vbi concludit quod de iure indistincte dos reuerti debet ad fubauditum casum, per istud verbum maxime: scilicet quando non fuit vir in dolo. hoc enim placet: sed si fuit in dolo etiam ad iustam tenetur æstimationẽ: vt ff. de iure do. l. si res. §. Sequola. & in hoc casu, scilicet quando non fuit vir in dolo, generaliter accipiat mulier illam conuentam æstimationem: etiam si sit minus dimidia iusti precij: a cum si æstimatio facta non esset, nil haberet: vt ff. de iure dot. l. si res. §. quod si deceſserit. & §. cæterum. Fallit ergo hæc lex, id est filiis huius legis, cum vir fuit in dolo: vt dixi. §. Item & cum mulier est minor: vt d. l. si res. §. idemque. Item & quando inueniebat tempore donationis emptorem plus offerentem: vt eo. l. si res. §. plane. sed illud intellige in minore, non maiore: vt ea. l. subiicitur. idque dumtaxat &c. Item in quarto, quando scilicet est minor mulier, & extat res: nam restituitur, vt iustam æstimationem habeat: vt dicta. l. si res. §. si mulier. & hoc si in æstimatione sit deceptio. si autem in hoc quod dedit illam rem aliàs non datura, tunc ad ipsam rem. vel si non extat, ad iustam æstimationem: vt in d. l. si res. §. j. Accursius.

a Placet Salyc. remittendi ad notata per se in l. a. C. de rescind. vẽd. in 14. q.

Filiæ.] CASVS. An pater pecuniã quã dedit filiæ in sua potestate constitutæ adimere possit, quæritur? Dicitur quod sic, nisi pro filia eam in dotem dedisset: quo casu ea inuita adimere non posset solu. matri. nec ea consentiente constante matrimonio.

Pater non potest adimere filiæ dotem. Bal. Vel sic: Pater auferre potest filiæ profectitia quæ nõ sunt dotalia. Salyc.

VII. Iidem AA. & cc. Erotio.

FIliæ pecuniam adimere, quã habes in potestate, minime prohiberis. Nam si pro ea dotem dedisti: hanc constante matrimonio, ne consentiente quidem ipsa: matrimonio autem dissoluto, eadem inuita repetere non potes. S. V. Id. Febru. Sirmij. CC. Conss.

Pinguior fortuna mariti facit quod potest dotem conuenire ad residuum dotis. Bal. Vel sic: Exceptio ne quis teneatur vltra quàm facere possit, non prodest ei qui postea dines factus est: nec ad hæredes transit. Salyceius.

VIII. Iidem AA. & cc. Sallustiæ.

NEc maritus, licet post diuortium inquantum p facere possit condemnandus est postea idoneus factus, qui non reddiderat integrũ, residui probabiliter solutionem recusat. q At cum eius hæredes r in solidum conueniendos s non ambigatur: t ne cum his soluendo factis experiri non possis, superstitiosam geris solicitudinem: Dat. XIII. Kalẽ. April. Sirmij. CC. Conss.

Pecuniam. quam ei donaueras tu pater non in dotem. nam si sic, non posses adimere: vt in fine huius legis.

Non potes. fauore dotis hoc speciale permittitur: vt hic, & §. de colla. l. dotis. & ff. solu. matri. l. ij. §. j. & quod dixi supra eodem l. ij.

Ne maritus.] CASVS. Maritus licet sol. ma. in quantum facere poterit condemnandus sit, tamen facto eo postea idoneo, in residuum conueniri potest: nec solum ipse, sed eius hæredes in solidum conueniri possunt. & si sint non soluendo, sed postea facti fuerint soluendo, poterunt conuenire. hoc intellige in hæredibus extraneis. secus si essent sui.

In quantum facere. vt ff. sol. ma. l. maritus. & ff. de re iudi. l. non tantum. & l. seq. Sed hoc in casibus duobus fallit, quibus tenetur in solidum: vt not. §. de rei vxo. act. §. cum autem.

Recepisse. vt d. §. cum autem. & ff. pro socio. l. verum §. item videndum. Accursius.

Hæredes. extraneos tamen.

Conuenendos. etiam si pauperes sint.

Non ambigatur. quando non sunt sui: aliàs secus: vt ff. sol. ma. l. etiam. & ff. pro socio. l. verum §. parti.

DOtis.] CASVS. Mulier solu. ma. actione sibi competenti dotem repetere debet, nec propria auctoritate potest ingredi res dotales hæredibus mariti non consentientibus.

a *Conuenire debes.* vt & supra de here.act. l.hæredem.
b *Facultatem.* vt ff. de acquiren. posſ. l.ſi ex ſtipulatione. & ſupra vt nc. li.ſi.iud.au.ſig impri.re,quas al.de.l j.Sed his duobus caſibus quos hic excipit,poteſt, ſcilicet cum iudice, & cum conuentione: vt j. de pig.l. creditores. & ſ. de pig.act.l.pe.

SI ſocero .] CASVS. Si pater mulieris dedit dotem ſocero filiæ ſuæ , licet gener ſi mortuus in poteſtate ſui patris , ſolu . matri.ſocer, idémque pater mariti, non quærens eſt peculium , ſed in ſolidũ prodote reſtituenda conuenietur , conſentiente filia.

c *Si ſocero* , qui eſt pater generi.
d *In ſolidum* , habita tamen ratione ne egeat: vt ff. de re iudi. l . non tantum.& l , ſicut.& facit.ff.ſolu.ma .l . ſi cum dotem. §. pe.& l.ij . & de pecu.l.depoſiti. §. j. & ſupra de rei vxo. act. §. extraneũ . & ff. fa.ercif.l.fundus . ij . in prin.

SI *conſtante* .] CASVS. Si vir conſtante ma. in fata conceſſerit , mulier dotẽ de bonis, ſuis profectam petere poteſt : nec hæredes defuncti aliquid ſibi poterunt vindicare.

e *Data dicitur.* i. à datione cœpiſſe.
f *Vel promiſſa.* i . à promiſſione cœpiſſe . ſi enim tantum eſſet promiſſa , non repeteretur.
g *Facultatibus* , maxime: vt ſ. de rei vxo.act. §.accedit.
h *Vindicare* . id eſt retinere.

SI DOS CONſtante &c.

Dos etiam conſtante matrimonio quandoque reddeda eſt.

Quia non ſolum ſoluto matrimonio redditur dos : vt ſupra titu.j. ſed etiam durante quandoque : ideo de hoc dicit. In quo dic : conſtante matrimonio maritus dotem reſtituit ex cauſa neceſſaria quandoque, & quandoque ex cauſa probabili.& quandoque ſine cauſa. ex cauſa neceſſaria : vt cum maritus ſit non ſoluendo : vt ſupra de iure dot.l.vbi. Vel cum maritus deportatur,& vxor retinet aſſectionem: vt ſupra de repu.l.j. Ex cauſa probabili: vt in caſibus enumeratis ff. de iure dot.l.mutuus. §. manente. & ff. ſo. ma.l. quamuis.& l.ſeq. Superiori ergo caſu ex neceſſitate ſeiendo ex volumtate viri redditur. Sine cauſa autem redditur : vt in hoc tit. & tunc quia donatio preſumitur,redditur viro.

SI *conſtante* .] CASVS. Maritus conſtante ma.dotem reddidit mulieri:nõ valet redditio: quia initar habet donationis , quę prohibetur fieri inter virum & vxorem . Si ergo ea deceſſerit,ab eo tempore quo maritus dotem reddidit,fructus dotis marito reſtituentur cum dote,ita tamen ne proprietatem alienet maritus,ſed ſalua ſit liberis ex eo natis.

i *Legitima.* quæ multæ ſunt: vt ff. de iure dot.l.mutuo.§.manẽte.
k *Perficitur.* id eſt præſumitur: vt in authen.de nupt. §. dotes. colla.iiij.
l *Cum fructibus.* mala fide perceptis. alioquin contra : vt ff. de vſuris l.fructus percipiendo. & ff. de acquir . poſſ. l. quod vxor viro.& ff. de dona.inter vi.& vxo.l.de fructibus.

Soluto matrimonio dominum rei dotalis recuperat ipſo iure, ſed non poſſeſſio: & ideo non poteſt ingredi eam ſine iudicis auctoritate . Bald. Vel ſic : Quis non debet propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei ſibi reſtituende: ſed actionem ſibi competentem intentare. Saly.

IX. Iidem AA. & CC. Martiæ.

DOtis actione ſucceſſores mariti ſuper eo quod ei dotis nomine fuerat datum, conuenire debes [a]. Ingrediendi enim poſſeſsionem rerum dotalium,hæredibus mariti non conſentientibus, ſine auctoritate competentis iudicis nullam habes facultatem.[b] S. Dat. VIII. Kalen. Nouembr. CC. Conss.

Socer qui recepit dotem pro filio,tenetur eam reſtituere. Bald. Vel ſic: Pater recipiens dotem pro filio,ad eius reſtitutionem tenetur in ſolidum, non de peculio. Saly.

X. Iidem AA. & CC. Epigono.

SI ſocero [c] filiæ tuæ dotem dediſti:licet in eius poſitus poteſtate gener tuus rebus humanis exemptus ſit : tamen non de peculio ,ſed in ſolidum [d] à te,conſentiente filia , conuentum eum ſatisfacere oportet. S. VII. Id. Nouembr . Heracliæ . CC. Conss.

Quando mulier ſuperuiuit , vel ſecũdo dotis debet ei fieri integraliter . Baldus. Vel ſic: Mortuo viro res debet integra reſtitui mulieri. Saly-cetus.

XI. Imperatores HONOR. & THEODO. AA. Mariniano præfecto prætorio.

SI conſtante matrimonio maritus fatali fuerit ſorte conſumptus : dos quæ data dicitur [e] vel promiſſa [f], ex eius vxoris facultatibus [g], ad eandem reuertatur : nihilque ſibi ex hoc defuncti hæres audeat vindicare [h], quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Da. No. Decemb . Rauennæ , Honorio VIII. & Theodoſio . III . AA. Conss.

TITVLVS XIX.
SI DOS CONSTANTE matrimonio ſoluta fuerit.

Dos conſtante matrimonio non poteſt vxori reſtitui: reſtituta cum fructibus interim perceptis repetitur. Saly.

I. Imperatores HONORIVS & THEOD. AA. Mariniano præfecto prætorio.

SI conſtante matrimonio à marito vxoris dos ſine cauſa legitima [i] refuſa eſt: (quod legibus ſtare non poteſt: quia donationis inſtar perſpicitur [k] obtinere) eadem vxore defuncta, ab eius heredibus cum fructibus [l] ex die refuſæ dotis marito reſtituatur [m]:ita vt proprietas eiuſdem liberis ex eadem ſuſceptis competens aliena ri contra leges à marito non poſſit. Dat. V. Non. Nouembr. Honorio. VIII. & Theodoſio III. AA. Cons.

TITVLVS XX.

NE FIDEIVSSORES VEL mandatores dotium dentur.

Satisdatio pro dote conſeruanda non debet dari:& ſi eſt data , non tenet . Baldus . Vel ſic: A parte viri fideiuſſor vel mandator non debet dari vxori pro dote conſeruanda. Saly.

I. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD . AAA. Cynegio præfecto prætorio.

SIue ex iure , ſiue ex conſuetudine [n] lex proficiſcitur, vt vir vxori [o] fideiuſſorẽ ſeruãdę dotis exhibeat:tñ eã iubem[p] abolemus. Dat. VIII. Nonas Septẽb. Eucherio & Syagrio Conss.

Contra virum & eius hæredes agitur : vt ſupra tit. ff. l. dotis. nunc contra fideiuſſorem, vel mandatores , qui non tenentur.

SIue.] CASVS. Lex ſcripta ſiue conſtitutudo quæ iubet vt maritus debeat vxori fideiuſſorem de conſeruanda dote dare , abolecatur , & non ſolum non debet dare fideiuſſorẽ, ſed nec mandatorem, nec à marito , vel patre, vel aliis qui dotem ſuſcepiunt , eſt exigenda cautio : quia ex quo mulier marito ſe committit ſine fideiuſſore, & dotem & alias res ſuas poteſt committere.& h.d. cum. l. ſe.

n *Sine ex conſuetudine.* ob errorẽ inducta : vel ante hanc legem.

o *Vir vxori fideiuſſorem* . In primis videtur contra . ff. de iur.do.l. cum dotis . quæ & ſequẽti legi ſimiliter contradicit. Solu.ibi vir accepit,quod poteſt: hic vxor à viro , quod non poteſt . ſecundo quid de pignore? videtur ſecus: cum & omnia ſint obligata, niſi dicas ab extraneo amico mariti dari : quia tunc idem quod in fideiuſſore videtur : vt arg. j. l. proxi. vbi omnem ſatisdationẽ prohibet. Item an ante matrimonium poteſt dari ſcilicet ſponſæ? videtur ꝙ ſic: cum de viro & vxore tantũ hic dicatur: vt arg. ſ. de dona.ante nup.l. ſi ante. Sed tu dic idem quod iam in viro, cum in eũ caſum obligatio cõferatur: vt ſ. de dona.ante nup. l. quod ſponſæ . Item an poſt ſolutum matrimonium pòteſt dari? Reſpon.ſic: vt ff.ſolu.ma.l. ſi conſtante.§.quotiens. & except.l. exceptiones.ij.reſpõ.& ſ. de rei vxo.act.§. cum autẽ in exactione. Item an alius poteſt pro viro dotẽ accipere , & ſe obligare? quod videtur: vt ſ. de do.cau.l.ſi.Econtra ꝙ non: vt j.l.proxi.poteſt dici,vt cum viro accipiens teneatur: vt ibi. ſolus accipiens non: vt in l.proxi.immo tenet vtrobique,cum nõ eſt ſatisdatio: niſi quando alterum eſt acceſſorium. Itẽ ſi extraneus dat dotẽ, & ſtipulatur,an poteſt accipere? quod videtur: quia de viro & vxore hic dicitur. Vel forte idem quod in vxore dante, vel patre cius,

cius,cum eadem ſit æquitas: vt arg. j. ad.l.Fal.l fina. Item ſiipſe vir dat,an teneatur fideiuſſor? Videtur ꝙ non,per.l. iſtam & ſequentem. Sed quidam dicunt vt dari non oporteat: datus tamẽ tenetur: ſicut in tutore reſtamẽtario, qui ſatisdare nõ tenetur: ſi tamen ſatisdederit,tenet: vt ff. de fideiuſ.l.Græce. §. à tutore. Alij ſic diſtinguunt , an ab errante, an à ſciente detur arg. ff. ſi quis cau. l.ſed & ſi quis.§. fin. Alij ſic diſtinguũt,an det ꝙ dote dãda ab vxore viro, vel reſtituẽda à viro vxori: & tunc dicunt teneri: vt ff. de iure dot. l.cũ dotis.an vero detur pro ea ſeruanda quaſi maritus ſic ſe habeat in adminiſtratione patrimonij ſui, vt nõ fiat inops: & tũc nõ tenetur . & ſic loquitur hic titulus, nã dicit hic, ſeruandę, quæ opinio eſt probabilis . & ſic dantur in ciuitate iſta. Sed Azo dixit & nos, nullo modo teneri: vt ſ. de leg. & cõſtil. non dubiũ .& ff. de fideiuſ.l.cum lex. Itẽ an poteſt renũciari huic titulo: quod dicunt quidã ex generali regula ſ. de pac.l. ſi quis in conſcribẽdo. Sed Azo dicit quòd non, in primis ex ipſa rubrica, quæ prohibitoria eſt: vt ff. ne quid in lo.pu. l ij. in prin. & ij.ſi.ſicut & aliàs. ſ. ne Chriſtia.mã.& aliàs. ſ. ne quis in ſua cauſa . in quib[q] caſibus nõ poteſt renũciari: nec ergo hic, eſt enim bonum arg. ex rubrica: vt ff. ſi cer. per. l. j. Item ſicut prohibet rubrica viro ne det: ſic textus vxori, ne acciat, ſi ergo contra fiat, non valet vt ff. de legi. & conſti. l. non dubium. & ff. de dona. inter virum & vxorem. l. iij. §. ſecundum . Item & pro hoc.ff. de aſb.l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex.

a *Generali . Conſtitutionem.* ſ. l. proxi.

b *Mandatum.* vbi poteſt aliàs ſatisſi atio eſſe, ibi & mandatum; vt ff. man. l. ſi hæreditatem. §. & in ſumma. ſic ergo vbi prohibetur alia,& mandatum: vt hic dicit.

c *Suſcipiunt.* contra ſ. de do.cau l.fin, Item contra. ff. de iur. do. l.cum dotis. ſed ſuperiori lege ſoluimus.

d *Credendam.* ſimile aug. ſ. de pac. con. l. hac generali. & ſ. de teſti.l. ſi quando.in prin. & j. qui po.in pig. ha.l. ſi. & in decret. xij. quæſt. j. præcipimus.

RERVM AMOTARVM.

De dotis petitione plene dictum eſt : ſed quia in ea ſæpe rerum amotarum obijcitur compenſatio : vt infra.e.l.j. ſupponit de rerum amotione,& earum actione, que dicitur rerum amotarum. AZo. Hæc actio datur cum mulier amouet conſilio diuortij,& ſecutum diuortium ſit: vt ff. eo.l. rerum. ij. & ſic cum non ſint diuortium,hodie inre eorum non habet locum,niſi vtilis,quando cauſa ſperatæ mortis vel diuortij amouit,& ſecuta non ſit: vt ff. eo.l.ſi mulier. nec poteſt dici habere locum vbi ratione ſanguinis ſit ſeparatio: cum ibi non temerit matrimo.ium : vt ff. eo.l.ſi concubina.ſimili autem actio ceſſat,ſecundum Io. niſi pro contractione poſtea facta ex fauore matrimonij: vt ff. eo.l j.& ij.& iij.in prin.

COmpenſationis.] CASVS. Si mulier res mariti ſurripiat , & diuertat, poſſea dotem petat: an vir poſsit compenſare res amotas cum dote, quæritur? Reſpon. quòd ſic. alioquin mulier niſi res amotas reſtituat, non audietur.

e *Conſiterit*, teneri ex alia cauſa, quàm dotis.

f *Tui iuris.* quia vel tuæ ſunt, vel tuo periculo : vt ff. e.l. ſi concubina.§. ſi.& concor.ſ. de compẽ.l. neque.Sed contra,ſ. de rei vxo.act.§. ſed neq; ob res. Sol. hic ex alia cauſa, quàm dotis vir debebat. vel hæc ſic illam corrigitur. Vel hic de dote in quantitate,ibi autem in ſpecie.

ſtante competit in factum. Saly.

II. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

GEnerali definitione conſtitutionem [a] priſtinam ampliantes , ſancimus nullã eſſe ſatisdationem, vel mãdatum [b] pro dote exigendum vel à marito , vel à patre eius , vel ab omnibus qui dotem ſuſcipiunt [c] . Si enim credendam [d] mulier eſſe, ſuamq; dotem parri * mariti exiſtimauit: quare ſideiuſſor, vel aliusinterceſſor exigitur, vt cauſa perfidiæ in cõnubio eorum generetur? Dat. X. Kal. Aug. Lampadio & Oreſta. VV. CC . Conss.

TITVLVS XXI.
RERVM AMOTARVM.

Maritus conuentus actione de dote , pro rebus amotis poteſt compenſationem obijcere. Saly.

I. Imperator ALEXANDER A. Polydeucæ .

COmpenſationis æquitatem iure poſtulas. nõ eſt prius exolui quod debere te conſtiterit, [e] æquum eſt, quam petitioni mutuæ reſponſum fuerit: eo magis, quòd ea te perſequi dicis, quæ diuortij cauſa amota quereris .

¶ Cũ igitur apud cõpetentem iudicem ex ſtipulatu conueniaris: apud eundem doce tui iuris [f] res ablatas eſſe. PP. Da. V. Kal. Dec. Alexandro. A. III. & Dioe Cõss.

Actio rerum amotarum non competit niſi ſoluto matrimonio. Bald. Matrimonio vero con-

II. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA. & CC. Sereno.

DIuortij cauſa rebus vxoris à marito amotis, vel ab vxore mariti : rerum amotarum edicto perpetuo permittitur [g] actio. Conſtante etenim matrimonio neutri eorum neque pœnalis [h] neque famoſa [i] actio competit , ſed de damno in factum [k] datur actio. Dat. V. Kal. Octob. ipſis AA. Conss.

Succeſſores mulieris tenentur actione rerum amotarum, quatenus ad eos peruenit . Bal. Vel ſic : Actio rerum amotarum datur contra hæredes quatenus ad eos peruenit. Saly.

III. Iidem AA. & CC. Quartino.

DE rebus quas diuortij cauſa quondam vxorem tuam abſtuliſſe proponis, rerum amotarum actione contra ſucceſſores eius non in ſolidum , ſed in quãtum ad eos peruenit [l]: quòd ſi res extent, dominij vindicatione vti non prohiberis . Dat . V. No. Decemb. ipſis AA. Conss.

TITVLVS XXII.
NE PRO DOTE MVLIERIS, bona quondã mariti addicãtur, id eſt in ſolidum dentur. *

In dote exigenda debet iuris ordo ſeruari , non citra ſolemnitatem debent vxori bona addici. Saly.



I. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Apollinariæ .

VT vxori pro dote ſtante competit in factum. Saly.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA. & CC. Sereno.

DIuortij cauſa rebus vxoris à marito amotis, vel ab vxore mariti : rerum amotarum edicto perpetuo permittitur [g] actio. Conſtante etenim matrimonio neutri eorum neque pœnalis [h] neque famoſa [i] actio competit , ſed de damno in factum [k] datur actio. Dat. V. Kal. Octob. ipſis AA. Conss.

Succeſſores mulieris tenentur actione rerum amotarum, quatenus ad eos peruenit . Bal. Vel ſic : Actio rerum amotarum datur contra hæredes quatenus ad eos peruenit. Saly.

III. Iidem AA. & CC. Quartino.

DE rebus quas diuortij cauſa quondam vxorem tuam abſtuliſſe proponis, rerum amotarum actione contra ſucceſſores eius non in ſolidum , ſed in quãtum ad eos peruenit [l]: quòd ſi res extent, dominij vindicatione vti non prohiberis . Dat . V. No. Decemb. ipſis AA. Conss.

TITVLVS XXII.
NE PRO DOTE MVLIERIS, bona quondã mariti addicãtur, id eſt in ſolidum dentur. *

In dote exigenda debet iuris ordo ſeruari , non citra ſolemnitatem debent vxori bona addici. Saly.

I. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Apollinariæ .

VT vxori pro dote ſtante competit in factum. Saly.

Diuortij.] CASVS. Dicitur in hac. l. quòd facto diuortio, rerum amotarum actio datur: quia matri. conſtan. famoſa nec pœnalis alterutri eorum cõpetit actio: ſed in factũ pro damnis datis .

g *Permittitur actio.* ſecuto diuortio: vt ff. e. l. rerum ij. non autẽ durãte matrimonio : vt hic ſubijcit, conſtante &c.

h *Neque pœnalis* . eſt ergo hæc pœnalis : & ideo contra matrimonio ceſſat . Sed quidam dicit quod in caſu datur ad quadruplum: vt ff. eo.l. ad ſiſen. quod non placet: immo rei perſecutionem continet. vt ff. eo.l. ſi mulier. §. hæc actio . & pœnalis, vt diximus ſupra. l proxi. & ideo ſic datur: vt hic, & ſupra ex delict. def.l.ij. & infra de fur l. quanuis : Sed videtur dari in ſolidum, ſicut cõdictio furtiua: vt ff. eo l. contra naturam. §. ſi poſt quæ eſt cõtra. ſed nõ per omnia cõdictioni aſſimilatur.

Actio rerũ amotarum eſt pœnalis.

NE PRO DOTE MVLIERIS, &c.

Satis patet continuatio ex præcedentibus clara.

VT vxori.] CASVS. Si ſolu. matri. morte viti, mulier petat nõ obſeruando iuris ordinem ſibi addici bona mariti iure dominij pro dote : non eſt audienda . ſed ſi decedente marito non ſoluendo , & ſine ſucceſſore, petit ſe mitti in poſſeſ. bonorum cauſa rei ſeruandæ, debitore non ſibi reſpondente : per l.ij. ff. quibus ex cauſis in poſ. ea. & diſtractis bonis , conſulatur ex edicto de bonis auctorita. iud. poſſ. & ſi emptor non fuerit inuentus: vel inuentus quidẽ, ſed minus idoneus: dabuntur mulieri

** aliàs ne pro dote mulieri bona mariti addicantur.*

mulieri bona in solutũ per.l. fi.ff. de iur.do.impe. & ff.de re iudi.l.à diuo.§. exequuntur. & est hæc forma iuris, de qua fecit mentionem lex præsens. Viuianus.

a *Addicantur.* citra ordinem iuris. sic. & j. de iure do.impe.l.j. in fi. & de bo. auct. iudi. posl. si pro debito. & l. in possessionem. & ff. de pact. l. si pacto quo

b *Iuris formam.* quæ est vt mittaris in possessionẽ causa reseruandæ, debitore non respondente, ex titulo. ff. qui ex cau. in possess. ea. l. ij. & distractis bonis constiterit tibi: quòd sit per alium titulum. ff. de bo. auctio. iudi. posl. immo per eundem titulũ: vt l. Fulcinius. §. j. quòd si non inuenias emptorem, vel minus idoneũ, etiam tibi tunc dabuntur in solutum: vt & j. de iure do. impe. l. fi. & ff. de re iudi. l. à diuo. §. exequuntur.

DE FVNDO dotali.

Specialiter de re æstimata in dotem data dicit.

SI æstimata.] CASVS. Si mulier prædium æstimatum. c. in dotem dederit, & cõuenerit vt solu. ma. eligere velit prædiũ, vel æstimationem exigere: vir alienare nõ potest obstante lege Iulia de fundo dotali. quæ vetat fundum inæstimatum datum alienari. & hoc in prima. alienationis verbo cõtinetur omnis actus per quẽ transfertur dominiũ. hoc dicit.

c *Electio.* vel æstimationis: secus si esset viri: vt ff. eod. l. quòd si fundus.

aliàs æstimatum.

d *Lex Iulia.* quæ vetat fundum inæstimatũ in dotem datum alienari: vt in auth. vt licet. ma. & auiæ. §. illud. & j. de rei vxo. act. l. & cũ lex. & ff. eo. l. si fundum. nã pro non æstimato haberur: vt ff. de iure dot. l. plerunque. §. fi.

aliàs apud quem filij morantur.

TITVLVS XXIII.

DE FVNDO DOTALI.

Vbi electio est reservata mulieri, fundus dotalis licet æstimatus non potest alienari. Salycetus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Didiæ.



Æstimata prædia ita dotẽ data sunt, & cõuenit vt electio c mulieri seruetur: nihilominꝰ lex Iulia d locum habet. ¶ Est autem e alienatio omnis actus per quẽ dominiũ trãsferꝛ. PP. Dat. XII. Kalend. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

Maritus non provocat ad diuisionem fundi dotalis, sed provocatur. Baldus. Vel sic: Alienatio fundi dotalis voluntaria est prohibita, non necessaria. Salyc.

II. Imp. GORDIANVS A. Domitiæ.

MAriti f qui fundum communem cum alio in dotem inæstimatum * acceperunt, ad communi diuidundo iudicium prouocare non possunt, g licet ipsi possint prouocari. PP. V. Non. Octob. Gordiano A. II. & Põpeiano Conss.

TITVLVS XXIIII.

DIVORTIO FACTO, apud quem liberi morari vel educari debeant.ᵏ

In arbitrio iudicis est, apud quem alatur liberi facto diuortio, hodie seruatur authen. hic posita. Salycetus.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Cælestinæ.

Licet neque nostra neque diuorum parentum nostrorum vlla constitutione cauetur, vt per sexum liberorum inter parentes h diuiso celebretur: competens tamen iudex æstimabit i verum apud patrẽ, an apud matrem matrimonio separato filij morari k ac nutriri l debeant. S. VIII. Kalend. Iul. Veronæ. CC. Conss.

IN AVTHENT. vt liceat matri & auiæ. §. illud. colla. viij. constit. fi.

Mater potest petere quòd pater alimentet filium. Bald. & tenent.

SI pater causam diuortij m præstiterit, apud matrem n ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis. Si vero contrà, tuncapud patrem, matris locupletis expensis: o nisi pater minus idoneus sit. tunc enim apud matrẽ locupletem nutriantur. Nam quemadmodum locupletes filij matrem alere coguntur egentẽ: ita iustũ decernimus & à matre filios pasci. ¶ Quod de matre & filijs indigentibus dictum est, hoc quoque in omnibus ascendentibus & descendentibus p personis vtriusque naturæ decernimus obseruari.

TITVLVS XXV.

DE ALENDIS LIBERIS ac parentibus.

Filij diuites tenentur alere parentes. hoc dicit eum l. seq. Salycetus.

DIVORTIO FACTO *apud quem &c.*

Ex præcedentibus patet continuatio.

LIcet.] CASVS. Si qua lege vel constitutione non cauetur apud quem solu. matrimo. liberi vtriusque sexus ali debeant: tamen considerabit competens iudex, scilicet vt masculi penes patrem, & fœminas penes matrem alantur. Viuian.

h *Inter parentes.* scilicet vt apud matrem filiæ, apud patrem filij sint. vt & alibi. j. de custo. re. l. quoniam vnum.

i *Æstimabit.* taliter diuidendo vt hic, nisi ex aliqua causa in contrarium moueatur: vtff. de libe. exhiben. l. j. §. in hoc interdicto. & differt hic titu. ab illo. j. vbi pupilli &c. quia hic viuit pater: ibi decessit.

k *Morari.* adulti.

n *Nutriri.* pupilli. vel potest esse quòd alibi morentur, & alibi nutriantur. & facit. xviij. q ij. c. definimus. Per authen. autem plenius dicetur, quæ sequitur, si pater &c. quæ est, vt liceat ma. & auiæ. §. illud. colla. viij.

SI pater.] CASVS. Hæc authen. clarificat. l. C. & dicit quòd celebrato diuortio si maritus dedit causam diuortio, & ad secundas nuptias mater non consolauit: liberi debent educari expensis mariti apud matrem. Similiter econtra si mater præstitit causam diuortij, liberi debẽt educari expẽsis matris apud patrem, si est locuples: sed si pater non est idoneus, non tenetur filios alere: immo apud matrem locupletẽ debent ali. nã & filij locupletes tenentur marrem indigentem alere. & quod dictũ est de matre alẽda, & filijs indigẽtibus: idẽ per omnia seruetur in omnibus ascendentibus & descẽdẽtibus indigẽtibus alẽdis.

Alimenta sunt negantibus denegata.

m *Diuortij.* quæ mulrę sunt, vt diximus. ff. de repu. l. cõsensu. §. j.

n *Matrem.* immo vbi pater vult: vt ff. de ven. inspi. l. j. §. apud eũ. sed ibi decesserat, hic non. Item hic præstitit causam diuortij.

o *Matris locupletis expensis.* Hæc verba, matris locupletis &c. nõ sunt in corpore, sed Ir. adiecit: & si habeas ea, die nisi pater &c. vt referatur ad primum dictum, scilicet quando apud patrem expensis patris debent ali. si autem ea verba omittis: die, nisi &c. referri ad primum & proximum: vt sit sensus. Si mater præstat causam, subaudi, tunc apud matrem & à patre aluntur: nisi &c. quia tunc præstat mater. idem & quando est minor triennio: vt j. de pa. pote. l. pe. prima placet.

p *Descendentibus.* vt ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. in princ.

DE ALENDIS LIBERIS.

Hic videbant parentes, & non diuerterunt, vel alter erat mortuus. & dicit hinc inde ali ne ita præsumida.

Parentum

PArentum] CASVS. Filij patrem vergentem ad inopiam alere tenentur. & hoc prouidebit iudex, si facultates filij supperant. & hoc dicit. l. seq.

a *Parentum necessitatibus.* id est alimentis: vt & j. de bo. quæ lib. l. fin. §. ipsum autem. & de patre. l. filia. & l. nec filium. non autem in æreo alieno: vt ff. de li. ag. l. si quis à liberis. §. parens. An autẽ frater fratrem? Videtur & sic: vt argu. ff. de tu. & ra. distl. j. §. j. & ff. vbi pu. edu. l. qui filium. & ja. j. l. proxi.

Mater fratrem alere tenetur.

b *Competens.* facit j. l. proxi.

Si competenti.] CASVS. Si pater non vult filium suum alere, probet mater filium suũ esse: & vt præstet sibi alimenta, compellet cõpetens iudex: & pendente lite filius commu nis, quia dicit pater eum filium esse non suum, apud quem educari debeat, scilicet an apud patrem, iudex æstimabit.

c *Ex Claudio.* marito: vt no. j. l. proxi.

d *Ei.* scilicet maiori triẽnio, aliàs mater deber eũ alere: vt j. de pa. po. l. nec filium. & fa. Sũ dehæret. l. cognouim⁹.

Si patrem.] CASVS. Parer filium suum si ei obsequiosus extiterit alere tenetur. & hoc in prima. si noluerit, cõpelletur à iudice pro modo facultatum suarum filio præstare alimenta. & hoc in secunda. Si pater dicat eum filium suum non esse, in primis an sit filius, inquiretur.

Alimenta sunt negantibus denegata.

e *Promeruerit.* ergo propter ingratitudinem possunt denegari alimenta. Vel si filius patrem deruerit: vt ff. e. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. in fi. & onus probandi videtur imminere patri: vt ar. ff. de inof. testa. l. omnimodo. licet sit ar. contra. in eod. tit. l. liberi.

f *Non denegabit.* præstando alimenta.

g *Examinabit.* summatim: vt ff. eo. l. si quis à liberis. §. si vel parens. interim tamen alit, etsi non sit filius: vt ff. eo. l. j. §. Idem Iulianus. & l. si neget, & si constiterit non esse legitimum, non alit: vt ff. e. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, secus per au-

Cod ex.

I. Imp. ANTONINVS PIVS, A. Basso.

PArentum * necessitatibus a liberos succurrere iustum est. Sine die & consule.

II. Dim fratres & AA. Celeri.

COmpetens b iudex à filio te ali iubebit, si in ea facultate est, vt tibi alimenta præstare possit. Dat. Idib. April. ipsis & Conss.

Mater agere potest contra maritum vt alat filium. Salycetus.

III. Iidem. AA. Titianæ.

SI competenti iudici eũ quem te ex Claudio c enixam esse dicis, filium eius esse probaueris: alimenta ei d pro modo facultatum præberi: iubebit. Idem an apud eum educari debeat, æstimabit PP. XIII. Kal. Mart. Romæ, Rustico & Aquilino Cõss.

Pater in licis officio tenetur alere filium non ingratum: & vbi negatur filius, debet de filiatione prius constare. Salycetus.

IIII. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Sabino.

SI patrem tuum officio debito promeueris, e paternam pietatem non tibi denegabit. f Quod si sponte non fecerit: aditus competens iudex alimenta pro modo facultatum præstari tibi iubebit. Quòd si patrem se negabit: quæstionem istam in primis idem iudex examinabit. g PP. Non. Februa. Laterano & Rufino Conss.

TITVLVS XXVI.

DE CONCVBINIS.

Non licet marito concubinam habere. hoc dicit. & in hoc imperator sanctè vxoribus. Salycetus.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Populum.



Emini h licentia concedatur, constante matrimonio concubinam penes se habere. Dat. XVIII. Kal. Iul. Constantinis patre & filio Conss.

TITVLVS XXVII.

DE NATVRALIBVS LIBERIS, & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur.

Nati ex concubinis vilissimis, & patribus in dignitate positis: sunt spurij, & incapaces tam per viam vltimæ voluntatis, quàm contractus. Et quod eis auferuntur, quibusdam personis applicatur: quibus remittendus, negligentibus, vel non existentibus, fisco locus aperitur. Item nec ipsis concubinis aliquid potest relinqui, vel donari, vel fictio titulo vendi, vel concedi. Baldus. Vel sic: In dignitate positi non possunt nuptias contrahere cum personis hic nominatis: aliàs non tanquam infamia: nec valet matrimonium: &

A *collata liberis ex tali coniugio, vel etiam talibus vxoribus, renocantur per legitimas personas quibus negligentibus venit fiscus. hodie vero tenet matrimonium, & collata non renocantur. Salyce.*

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Gregorium.



SEnatores, seu præfectos, * vel quos in ciuitatibus dũ nuirilitas, vel facerdotij, i id est Phœniciarchiæ, vel Syriarchiæ ornamenta cõdecorant: placet maculam subire infamiæ, & alienos à Romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillæ filia: vel liberta, vel libertæ filia: vel scenica, vel scenicæ filia: vel tabernaria, vel tabernariæ filia: vel humili, vel abiecta persona: vel lenonis, aut arenarij filia, vel quę mercimoniis publicè præfuit, susceptos k filios in numero legitimorũ habere voluerint aut proprio iudicio, aut nostri prærogatiua rescripti: l ita vt quicquid talibus liberis pater donauerit (seu illos legitimos seu naturales dixerit) totũ retractũ legitimæ sũboli reddatur, aut fratri, aut sororii, aut patri, aut matri. ¶ Sed & si vxori tali quodcunq; datũ quolibet genere fuerit, vel emptione collatum: etiam hoc retractũ reddi præcipimus. ¶ Ipsas etiam quarum venenis m inficiuntur * animi perditorum (si quid quæritur, n vel commendatũ dicitur, quod his reddendum est quibus iussimus, aut fisco nostro) tormentis subiici o inbemus. ¶ Siue itaque per ipsum donatum est qui pater dicitur, vel per alium, siue per interpositam personam, siue ab eo emptum, vel ab alio, siue ipsorum nomine comparatum: statim retractum reddatur quibus iussimus: aut si non existant, p fisci iuribus vindicetur. ¶ Quòd si existant, & in præsentia rerum constituti agere noluerint pacto q vel iureiurando excluſi, torum sine mora fiscus inuadat. Quibus tacentibus & dissimulantibus, ad defensionem r fiscalem duorum mensium tempora limitentur: intra quæ si non retraxerint, vel propter retrahendum rectorem prouincæ [non] interpellauerint: quicquid talibus filiis vel vxoribus liberalitas impura contulerit, fiscus noster inuadat, donatas vel commendatas s res sub pœna t qua-

Nolle dicor, quod non dicor, quod non pos sum, &c.

then. vt j. tit. ij. authen. licet.

DE CONCVbinis.

NEmini.] CASVS. Vir constante matrimonio concubinam habere non debet.

h *Nemini.* facit j. communia de manu. l. fina. * *perficiſſimes.* nec vlra vnam concubinam: vt in authen. de trien. & se. §. considerauimus. circa fin. colla. iij.

DE NATVRAlibus. &c.

Ii proueniunt ex contubernis, ideo bene supponitur titulus.

i SEnatores. *Sacerdotij,* non loquitur de sacerdotio, id est presbyterio, sed de quadam dignitate. sic exponit ignotum per ignotius, secundum Io.

k *Susceptos.* vt ab vxore velut à concubina: nã nec naturales sunt. & facit §. de incest. nup. l. humilem.

l *Rescripti.* quid si dicit non obstante lege aliqua? Respon. tenet: vt argu. ff. de leg. iij. l. si quis in principio.

m *Venenis.* vt veneno occiditur corpus, sic animus istarum confuersatione. Accurſius.

Mulieris maritum corrumpunt fatione animus occidi. tur.

n *Si quid quæritur.* interpositio est.

o *Subiici.* si dubitetur an apud eas sint tales res.

Quæstio, inter dicta personæ quæ repetere possunt.

p *Existant.* scilicet præsentiuntur. dictæ personæ quæ repetere possunt.

q *Pacto.* quod secerant post mortem defuncti: nam ante non valet: vt j. de capti. & postli. reuer. l. nec nos. & ff. de acquiren. hæred. qui superstitis. Alij non distinguunt, antea vel postea fecerunt. & idem de iuramento dicas, quo iurauerunt se non petituros. Et no, noluerunt: quia nolle dicor, quod non pos sum, meo facto impeditus. valuit enim pactum: quia licet pater non possit pacisci, extranei possunt, sed fiscus aufert.

r *Ad defensionem.* id est ad defendendum se à fisco, & ad fiscum vincendum si intra duos menses agant: aliàs repelluntur, vt subiicit.

s *Commendatas.* alij vt denter concubinæ, vel filiis. Accurſius.

t *Pœna.* talibus filiis & concubinis inferen-

I.I. da, non

da, non forte alij detinenti tales res, & facit ſ. de iure fiſc. l. qui in contractibus, lib. x.

* *ſæua.*

a *Quæſtione.* torquentur enim concubinæ: vt ſ. dixi. ſed hodie hæc conſtitutio eſt abolita: vt in authent. quib. mod. nat. effic. ſui. §. fi. colla. vij. quia huiuſmodi fœminę cum omnibus poſſunt contrahere: vt ſ. de nupt. auth. ſed nouo iure. & authē. maximis. & hic habent quidam authent. ſed nouo iure huiuſmodi mulieres.

Concubinæ cū omnibus poſſunt contrahere.

MAtre.] CASVS. Si Titius habeat matrem & filios naturales & legitimos: quid naturalibus liberis ex concubina, & concubinæ relinquere poſsit, quæritur? Reſpō. quod vnciam. & ſoli concubinæ, ſi liberos naturales ex ea non habet, ſemunciam: ſi vltra relinquat, reſtituetur legitimis vel matri.

b *Matre.* alicuius qui habet filios naturales.

c *Centrici.* concubinæ ſcilicet.

d *Semunciam.* quid ſi ſoli filij? dic ſemunciam, alij dicunt vnciam. ſed licet directe nō capiant vltra: iure tamen pupillaris ſubſtitutiōis totum habere poterunt, quod tamen ex bonis patris non fuit: vt ff. de vulg. ſubſtit. ſiis qui. ſed per authen. deminuitur hæc lex quæ ſequitur, nunc ſoli &c. quę eſt in authen. quib. mo. nat. effi. ſui. §. ne igitur. col. vij.

NVnc.] CASVS. Lex Codicis dicit, ſiue teſtator habeat matrem, ſiue filios legitimos, poterit relinquere naturalibus tantum vnciam, concubinę tantum ſemunciam. Authen. iſta corrigit. l. C. in hoc quod dicit de matre teſtatoris: quia filij legitimi tantum impediunt naturales, non mater.

e *Soli liberi.* quod accipe in infinitum: vt ff. de verb. ſigni. l. liberorū. licet in corpore vnde ſumitur, dicat filios.

f *Naturales.* ſcilicet tantum.

g *Mater.* defuncti.

SI quis.] CASVS. Lege iſtas vſque ad l. humanitatis. poteſtis videre per vos. vnde. l. iſta ponit caſum. qualiter filium naturalem poſſum efficere legitimum, vt mihi ſuccedat. nam ſi ſum liber homo, & non habeo legitimam ſobolem: ſi volo ipſum tradere curiæ, efficitur legitimus: & ſuccedet mihi ſi ſum natus ex vico illo. Et idem ſi trado oneribus curiæ ex cuius territorio ſum. & idem ſi ſum ex regali ciuitate. Idem eſt ſi habeo filiam naturalem. & non habeo legitimam vxorem: ſi trado eam alicui in vxorem illi qui eſt obnoxius curiæ, poterit mihi ſuccedere: quia non refert *quideam*[d] oneribus curiæ an per liberos, an per generos,

A

drupli ſeuera * quæſtione,[a] perquirens. Dat. XII. Kalend. Auguſt. Carthagine, Nepotiano & Facundo Conss.

IN AVTHEN. vt li. ma. & auię. §. quia vero legem. colla. viij. conſti. ſi.

SEd nouo iure huiuſmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias poſſunt etiam cum prædictis magnis dignitatibus, dū tamen dotalia inſtrumenta ſuper hoc conficiantur ab illuſtribus. ¶ Reliqui vero citra eos, qui maioribus decorati ſunt dignitatibus, ſolo adfectu nuptias contrahere poſſunt, dum tamen liberæ ſint, cum quibus licet nuptias celebrare.

B

Iure iſto ſi quis habet matrem, vel filios legitimos non poteſt naturalibus & eorum matri relinquere vltra vnciam. Et ipſis naturalibus non extantibus ſolum ſemunciam concubinæ poteſt relinquere, & vltra relictum vrbis ad ſucceſſores. Salycetus.

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA. Antemonio præfecto prætorio.

MAtre,[b] vel legitimis filijs, vel nepotibus, aut pronepotibus, cuiuſcunque ſexus, vno pluribúſve exiſtentibus: bonorum ſuorum vnam tantam vnciam pater naturalibus filijs, ſeu filiabus, eorumque genitrici: vel ſi ſola ſit concubina, ſemunciā[d] largiendi vel relinquēdi habeat poteſtatem. ¶ Quicquid vero vltra modum conceſſum relictū ſit: legitimis filijs, vel matri, vel ceteris ſucceſſoribus iure reddatur. Dat. Id. Nouemb. Stilichone II. & Anthemio Coss.

C

IN AVTHENT. quib. mo. natu. effi. ſui. §. ne igitur. colla. vij. conſti. j.

NVnc ſoli liberi[e] naturales[f] & legitimi ad hunc modum coarctant, non etiā mater,[g]

D

Filij naturales legitimantur, ſi per patrem principali curiæ offeruntur: & ſi pater in teſtamento ordinat quod ſui filij naturales efficiantur curiales: & ipſi hoc non habent ratum: & poſtea immoriuntur paterna bona poſſidere ſeu alienare, compelluntur curiæ deſeruire: quia ex poſteriore poſſeſſione præſumitur fraus. quod eſt notabile. Filia ſi eſt naturalis: efficitur capax ſi in vxorem viro tradatur. Baldus. Vel ſic: Pater qui filios naturales tradidit curiæ propriæ ciuitatis, vel ei quæ ſit caput prouinciæ: quando ortum habet ex regia vrbe, poteſt illos in ſolidum heredes inſtituere: nec poterunt illi conditionem curialem recuſare ſi reperiuntur paterna bona poſſidere. & idem ſi filiam naturalem obtinebuntur. Quid[a] *enim intereſt. ſic & in authē. eo. §. ſed hoc ſimiliter ſancimus. & argu. ff. de iti. actuq; priua. l. j. §. penult. & ff. de verb. obli. l. cum ſeruos. Sed arg. contra. ſ. de ope. pu. l. ſi. Item argu. contra. ſ. de decu. l. nullus qui. lib. x.*

A

b *Quoniam deſideria.*] hæc, l. loquitur de ſuperiori materia, ſed in ſpecie.

c *Concedatur facultas.* quia prius conſenſerat ſe dari curiæ, alioquin permitteretur ei hæreditatem repudiare, & curialem conditionem: vt ſ. l. proxi.

d *Philocalum.* proprium nomen eſt filij.

e *Ciuitatis.* ſcilicet Buſtrenæ: vt in auth. eod. §. prim[a] itaque. vbi hic caſus refertur.

B

Dui.] CASVS. Hæc lex ponit alium modū legitimandi: & dicit, ſi ex concubina habeo filium naturalem: ſi cōtraho matrimonium cum ea, illi efficiuntur ſui: ſiue erāt nati ante contractū matrimonium, ſiue poſt. Et ad iſtam. l. concordat iſte. & dicto. §. ſi quis igitur fuerit.

Coſtitutus inſtitut. de nupt. in fin.

ſui primus imperator Chriſtus.

f *Conſtantini.* hic huius prim[a] imperator Chriſtianus. Et non legitur hęc lex. & habet locum ſecundum ſua tempora quādo facta fuit. hodie autem aliter eſt: vt ſ. c. l. cum quis.

C

g *Vbenus.* hæc Anaſtaſij, & ſuperior Zenonis nō valēt: quia ſecundum ſua tempora loquuntur: in authen. eo. §. tribus. coll. vij. ſed ſequens ſic, quæ eſt Iuſtini. patris Iuſtiniani: vt in authen. eo. §. adoptionis. caſſatur ergo hæc per ſequentem ſecundum Ir. & nihil valet. & facit. ff. de ritu nupt. l. in liberæ.

Iuſtiſ falſitate Iuſtiniani.

h *Vxoris loco habentur.* puta cōcubinæ, quæ tenentur ac ſi eſſent vxores, ſecūdum quod hæc lex loquitur ſecundum ſua tēpora: dicit enim, in præſenti aliquæ &c. Vel aliter vere erat effecta vxor, & habebatur loco vxoris. nec obſtat quod dicit, in poſterū nihilo minus quiſ quis huiuſmodi mulierem dotalibus &c. nam poſſet eſſe quod cum copulauit eam ſibi, non fecit dotalia inſtrumentas ſed ſi modo faciat, idem erat.

D

i *In arrogationem.* hoc

Quid enim

Acceptans onus intelligitur acceptare emolumentum annexum. immo hoc caſu emolumentum eſt irrepudiabile. vnde qui inuita ordinatio nem patris acceptauit decurionatum: hereditatem ea contemplatione relictam repudiare non poteſt. Bal. Vel ſic: Naturalis per patrem curiæ depu tatus, ſi onus agnoſcit, hereditatem patris non poteſt repudiare. Salycetus.

IIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Armaſio. P. P.

QVoniā deſideria[b] moriētium ex arbitrio viuentium non ſine iuſta ratione colligimus: & is qui naturalem filium habens, horrantibus legibus vltro ad inſtar legitimi filij municipalibus eum voluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalem: manifeſtauit, notumque fecit ſine dubio profeſsione certiſſima facultatum ſuarū omnium elegiſſe ſe adfectione debita ſucceſſorē: cū certe huiuſmodi perſonis adeò ſacratiſsima conſtitutione ſubuentum ſit, vt nec renunciandi eis, aut alienandi, vel repudiandi paternas hæreditates aut donationes in fraudem curiæ cōcedatur facultas, c ſed muneribus patriæ ſuſceptis, patrimonia ſibi re cogantur: nullā è diuerſo calumniantium vocem penitus patientur admitti, ſed ipſum Philocalum, d & paternorum bonorum omnium ab inteſtato hæredem, & noſtræ ciuitatis curiæ principalem iniuncta vel iniungenda ſibi munera ſubire, ex eoque genitos vel naſcituros filios ſimiliter paternę conditioni ſubiacere præcipimus. ¶ Et huiuſmodi formam in omnibus cauſis quæ ſimiliter in quocunque ciuitatis e ordine curiaq; contigerint, in poſterum decernimus obſeruari. Dat. Kalen. Ian. Conſtantinop. Iordane & Seuero Coss.

B

Per ſubſequens matrimonium poſſunt legitimari illa ciuilia procreati. quod olim erat in cōtrarium ſtatutum à Conſtantino, corrigitur, & ſolum præterita caſibus reſeruantur. hoc dicit. Iſta lex eſt correcta per. l. cum quis infra. cod. Bald. Vel ſic: Iure iſto quis poterit concubinam ducere in vxorem ſi ex ea liberos habebat, nec ei vlla proles legitima extabat: & liberi efficiebantur legitimi, & in poteſtate, & poterant ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato etiam cum fratribus poſtea natis ſecus ſi prolem ex concubina non habebat. Salycetus.

Codex.

V. Imp. ZENO. A. Sebaſtiano prætorio.

DVi Conſtantini, f qui venerāda Chriſtianorum ſide Romanum munuit imperium: ſuper ingenuis concubinis ducendis vxoribus, filiis quinetiā ex eiſdem vel ante matrimonium vel poſtea progenitis, ſuis ac legitimis habendis, ſacratiſsimam cōſtitutionē renouantes, iubemus eos qui ante hanc legem ingenuarū mulierū, nuptiis minime intercedentibus, electo contubernio, cuiuſlibet ſexus filios procreauerint: quibus nulla videlicet vxor eſt, nulla ex iuſto matrimonio legitima proles ſuſcepta: ſi voluerint eas vxores ducere, quæ anteā fuerant concubinæ tam coniugium legitimum cum huiuſmodi mulieribus ingenuis (vt dictum eſt) poſſe contrahere, quàm filios vtriuſque ſexus ex earundē mulierum priore contubernio procreatos, mox poſtquàm nuptię cum matribus eorum fuerint celebratæ, ſuos patri, & in poteſtate fieri: & cum his qui poſtea ex eodem matrimonio ſuſcepti fuerint, vel ſolos (ſi nullus alius deinde naſcatur) tam ex teſtamento volentibus patribus etiam ex integro ſuccedere, quàm ab inteſtato petere hereditatem paternam: pactis quæ matrimonij tempore ſuper dotibus vel ante nuptias donationis rebus ſubſecuta fuerint, etiam ad ipſorum perſonas pertinentibus: vt vnà cum fratribus ſuis poſtea ex eiſdem parentibus forte progenitis, aut ſoli (ſi nullus alius ſit procreatus) dotis & ante nuptias donationis pro tenore legum, nec minus pactorum emolumenta percipiant. ¶ Hi vero qui tempore huius ſacratiſsimæ iuſſionis necdum prolem aliquam exingenuarum concubinarum conſortio meruerint, minime huius legis beneficio perfruantur: cum liceat eaſdem mulieres ſibi prius iure matrimonij copulare, non extantibus legitimis liberis, aut vxoribus, & legitimos illos (vtpote nuptiis præcedentibus) procreare: nec audeant quos ex ingenua cōcubina dilato poſt hanc legem matrimonio naſci voluerint, vt iuſti ac legitimi poſtea videantur magnopere poſtulare. Dat. X. Kalen. Mart. Baſilio. II. & Armaſio. Coss.

C

Per arrogationem poteſt filius naturalis legitimari. hoc eſt correctum per legem ſequentem cuius ratio per hoc aperiretur via libidini. hoc dicit cum l. ſeq. Bald. Vel ſic: Anaſtaſius imperator permittit per hanc legem naturalibus liberis quibibet titulo dari & relinqui non exiſtente legitima ſobole: ac etiam dicit quod propter conſequens matrimonium, & per arrogationem legitimantur. Salycetus.

VI. Imp. ANASTASIVS A. Sergio. P. P.

IVbemus[g] eos quibus nullis legitimis exiſtentibus liberis, in præſenti aliquæ mulieres vxoris loco habentur,[h] ex his ſibi progenitos ſeu procreandos, ſuos & in poteſtate legitimóſque habere: propriáſque ſubſtantias ad eos vel per vltimas voluntates, vel per donationes, ſeu alios legi cognitos titulos (ſi voluerint) transferre. ab inteſtato quoque ad eorum hæreditatem vocandos, nec aliquas quæſtiones ſeu altercationes exercendi ſub qualibet aſtutia ſubtiliſque legum vel conſtitutionum occaſione ſuper his, vel agnatis ſeu cognatis genitoris eorum, vel quibuſdam aliis ſuperſtite facultatem in poſterum nihilo minus quiſquis huiuſmodi mulierem vxoris loco dotalibus inſtrumentis confectis habuerit, pro eius ſobole ſimilem eandemque formam cuſtodiri: ne adimatur ei licentia ſibi quodammodo per liberos proprium ſuum patrimonium acquirendi. ¶ Filios inſuper & filias iam per diuinos adfatus à patribus ſuis in arrogationem[i] ſuſceptos, vel

D

Tutelam.id est rationem tutelæ.petebat enim à contutore rationẽ tutelæ: hoc ſicti non potest durante tutela: vt hic,& ſ.de admini.tut.l.ij.& ff.de admini.tu.l.cum plures.in prin.accusset igitur eum de suspecto,& remoueat.

dente causa suspecti, tutor non potest administrare: sed datur curator qui interim administret. Salyce.

VII. Idem A. Gorgoniæ.

EVm quem vt suspectum tutorem vel curatorem accusas, pendente causa cognitionis abstinere ab administratione rerum tuarum, donec causa finiatur, præses prouinciæ iubebit.[i] Alius tamen interea in locum eius in administratione rerum ordinandus est. [k] PP. VII. Kalend. Mart. Sabino. II.& Venusto.Conss.

Vnus tutor non potest petere ab altero administrationis rationem durante tutela. Bald. Vel sic: Durante administratione tutor non potest petere à contutore vt reddat sibi rationem administrationis vniuersæ. Salyce.

VIII. Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS Cæſ. Proculo.

SI non suspectum contutorem tuum postulare, ac remouere ab administratione bonorum pupilli curaueris: admitti nequa quam potest ratio desiderij tui, iam nunc postulantis tutelam[l] tibi nomine eiusdem pupilli restitui. PP. XIIII. Kalend. Nouembr. Peregrino & Æmiliano Cons.

Remotus ob dolum est infamis, non ob culpam. Salyce.

IX. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Hammiano.

SVspectos tutores ex dolo nõ etiam eos qui ob negligentiam[m] remoti sunt, infames fieri manifestum est. S. VIII. Kalend. Maij. CC. Conss.

TITVLVS XLIIII. DE IN LITEM DANDO tutore vel curatore.

Tutor potest agere contra pupillum alio contutore auctore: & ſi nullum contutorem habet, dabitur ei curator ad litem illum defendendam. Salycetus.

I. Imp. ANTONINVS A. Miltiadi.

SI quas petitiones aduersus pupillos tuos habes:[n] dirigere eas potes adſidentibus causamq; defendentibus cõtutoribus tuis: cum & ſi alios tutores nõ haberent, ad hoc genus litis[o] defendendæ curatores accipere debebat, petar ordinari curatorem.

n *Habes*.vt quia rei vindicationem contra eum habes.secus in personali hodie: vt ſ.qui da.tu.poſſ. authen. minoris.

o *Litisque est iter tutorẽ & pupillũ*: vt inst. de auctoritu. tut. §.ſi. *Au tibi.*

Tutor ob id tantum culpa non remotus, an sit infamis.

Infamiã nõ obijciebatur dolus & incurrit qui culpa, non dolus tantu. ex ff. 10 & facit supra titu.j.l. & indices damnatur.

An tibi.] CASVS. Istius. l. ponitur in glo. sed clarius dic sic: Duo erant fratres Seius & Mæuius habentes fundum communem: Seius fundum vendidit in solidum, & decedens Mæuij dedit tutorem filio suo: an Mæuius fundū vindicare possit pro parte sua, quæritur? Videtur q̄ non possit. Prima ratio est: quia si agat Mæuius emptor, conueniet pu. de euictione ad duplum, & Mæuius habet necesse defendere pupillū suū, alioquin faceret contra officium suum. Alia ratio est, quòd si venderet, poterit obiicere compensationem pupil. qa pone quòd pars fundi valeat, x. & debeat x. tutor ex administratione: fiet compensatio. Si vero Mæuius nihil debeat, conueniat pu. finita tutela act. tutelæ contraria, si poterit agere pro parte fundi: constituto tamē curatore. Viui.

Casum ponit literalē.

a *An tibi.* tu & frater tuus habebatis fundum paternum cōmunem in solidū: eum frater vendidit Titio, & de dupla promisit: qui frater decessit, & tu es tutor filij sui pupilli: si vis vindicare partem tuam fundi, teneberis pupillum in causa euictionis defendere: & cum damnum duplū habeat per te, ei teneberis. vnde melius est q̄ vel compensando vel agendo alias tibi consulas: sed & vindicare potes petito curatore pupillo, qui in causa euictionis defendat emptorem. dic ergo an tibi, scilicet tutori.

b *Officium.* argu. ff. si fer. vin. l. altius. & ff. de condic. indeb. l. frater a fratre. & de admi. tut. l quotiens. §. item si tēporali.

c *Quantitatem.* in duplū, vel in interesse forte nomine euictionis.

d *Laudatus.* ab emptore vt defendat eum.

e *Cuius aut.* ne timeas damnum, cum &c.

f *Compensationis.* cum & tu aliquid pupillo debebas.

g *Aut contrario.* id est quando nihil debes pupillo, & hoc finita tutela: vt ff. de cōtra. & vti. ac. tut. l. j. §. finito. & §. quid tamen si ideo. & sic partem precij tantum consequeris. & ita est contra ff. re. amo. l. non enim sed hic forte habebat rem venalē: vel hic non præcise: sed si vult maius malum euitare.

h *Impedatur.* forte quia lapsu tanti temporis reuocaretur ius tuum in dubium: vt sic officium tuum non sit tibi damnosum: vt ff. quib. ex cau. ma. l. videlicet & c. ex officij. de præscrip.

i *Vindicantem.* ab emptore: & sic defendat hic curator emptorem contra tutorem vindicantem: vt instit. de aucto. tut. §. fi. & arg. ff. de neg. gest. l. at qui. §. cum me. Alij dicunt dandum curatorem, qui statim agat contra tutorem ratione damni illati, pro eo quod tutor vindicat.

Ad prosegend. mi.] CASVS. Tutor vel curator datus ad vnum negotium vel rationem, illius nomine tantum tenebitur.

k *Sine curator.* subaudi, disiunctiue: vt ibi, Alexander siue Paris, &c. nam tutor certæ rei non potest dari: vt not. in rubrica.

l *Administrationis.* alterius quam illius quam gessit.

m *Negotij.* id est causæ.

rēt. PP. XII. Kal. Aug. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

Tutor pupilli, cuius pater vendidit fundū sē cum communem cōsultius faciet si tutela durante partem suam non vindicet. si tamen vult vindicare, debet petere curatorem dari, qui emptorem pupilli nomine defendat aduersus ipsum tutorem suū dum vindicantem. Saly.

II. Imp. ALEXANDER A. Euaresto.

AN tibi[a] partis fundi paterni vindicatio competat: is cuius de ea re notio est, æstimabit. Respicere autem debes officium[b] in quo te esse tutorem dicis, ne ob eiusmodi petitionē euictione secuta, vltra precij quantitatem[c] auctoris hæredem pupillum tuum oneres, qui laudatus[d] per te defendi debeat: cum aut[e] compensationis[f] rationem habere, aut contrario[g] tutelæ iudicio experiri possis. ¶Sed ne tuum ius (si quod habes) impediatur,[h] ad eam rem defendendam, quæ aduersus te vindicantem[i] agenda erit, curatores pupillo petantur. PP. XII. Kal. Maij, Iuliano II. & Crispino Conss.

Curator datus certæ rei vel liti, non tenetur de alia gestione. Bal. Vel sic: Curator datus ad litē non subibitur periculo administrationis. Sal.

III. Imp. GALLIENVS A. Valerio.

AD protegendum causam tutor siue curator[k] datus conueniri non potest administrationis[l] periculo, cum sola susceptī negotij[m] tutela mandata est. ¶Si nihil igitur (vt allegas) præter negotiū[n] gessisti, frustra conueniris. PP. Kalendis Aprilis, Valeriano & Luciano Conss.

Si curator ad litem expendit aliquid pro vtilitate pupilli, debet illud recuperare. Bald. Vel sic: Curator ad litem, sumptus repetit quos bona fide fecit. Salycetus.

IIII. Idem A. Irenæo.

AD litem datus tutor, o si quid bona fide erogasti, à contutoribus P more solito exigere potes. q PP. Kal. Nouemb. Paterno & Arcesilao Conss.

Vbi tutor testamentarius vel legitimus est eam pupillo intig̃ uenus, debet eide curatore ad litem fieri petere: vel potest pupillus illius auctoritate procuratorem constituere, qui eum sit defensurus: & si res exegerit, alius tutor ordinabitur. Salyc.

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Tigrani.

SIue ex testamento, siue ex iure legitimo, fratris tui filiorū tutelæ onus ad te peruenit: ve reri non debes de his quæstionibus, quas aduersus fratrem tuum quondam tibi fuisse dicis: r cum si qua emerserit lis, procuratore s dato, & illis curatore ad litē constituto, & solennitati iuris t (vbi tutor exigitur v) & indemnitati vtriusque prospici possit. Scrip. IIII. Kalend. Maij. CC. Conss.

TITVLVS XLV.

DE EO QVI PRO TVtore negotia gessit.

Mulier quæ tutrix esse non potest, si se gerat vt tutrix, a Titio protutele tenetur. Salyc.

I. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Marcello.

TIam mulieres x si res pupillares pro tutore y administrauerint, ad præstandam saluum fore promittit. Vel dic tutor, id est curator: vt fere per totum hunc tit. & secundum hoc exigitur, id est necessarius quod est: quod est semper in tali causa. Vel dic tertio exigitur tutor: vt quia dicebat pupillus hæreditatem quandam ad se pertinere, quam & adire volebat: quod cum curatore facere non poterit: sed econtra tutor ad se pertinere dicit: quare detur tutor, cuius auctoritate adeat: vt ff. de ap. l. cum in vna. §. tutor. & ff. de iudic. tut. l. curatorem. & tunc etiam in hoc satisfit solennitati iuris, vt detur tutor. & facit ff. de tute. l. qui habet. §. si pupillus. & facit instit. de cura. §. fi. & 3. qui dari tut. possl. credi torem. sed hodie contra: vt in auth. ibi posita.

DE EO QVI PRO TVTORE negotia gessit.

Cum tutor non sit: vt ff. eo. l. i. circa principio.

ETiam.] CASVS. Mulier credens se tutricem filij sui, administrauit res pupil. & male, cùm tutrix nō esset: an conueniri possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

x *Etiam mulieres.* matres vel aliæ.

y *Pro tutore.* id est quasi turrices, cùm non sint: & sic not. quòd qui nec est, nec esse potest tutor, tenetur protutelæ, vt mulier: vt hic. & seruus: vt ff. eodem. l. j. §. proinde. sed secus si ille in cuius bonis geritur, non potest habere, vt quia sit pubes: vt ff. eo. l. j.

co. l. j. §. si quis quasi. Et potest quæri, quæ sit ratio diuersitatis. vel potest dici idem si talis gerit pro tutore, qui nullo modo posset esse tutor, vt non habeat locum protutelæ: vt supra qui tuto. da. post. l. militiæ. at mulier & seruus quandoque possunt se cundum Azo. & H. quod non placet: quia non est verum in seruo remanente seruo.

a *Tenentur.* actione pro tutelæ, quæ est priuilegiata vt tutelæ: vt ff. de priuileg. credi. l. dabimus. §. j. & ante etiam pubertatem intenditur: vt ff. eo. l. j. §. cum eo. nec potest res minoris distrahere: vt ff. de re. eo. l. qui neque.

NOn vtiliter.] CASVS. Bonoſi. non habebat tutorē: mater eius petijt tutorē Mutinēſi. inutiliter fuit petitus: veruntamen si administret & conueniat debitores pupillares: an possit ei obijci quòd non sit de iure tutor, quæritur? Dicitur quòd sic, si mater indemnitatem promisit.

b *Vtiliter.* vt de aliena prouincia.

c *Nomine.* aduersus debitores.

d *Inuectus.* à iudice.

e *Intentiones.* non habita contradictione.

f *Exceptione.* etiam post litem contestatam: quia similis est exceptioni falsi procuratoris: vt supra de procur. l. licet. & idem in prælato vt possit repelli si quoquo modo posset vitiari eius electio, vt exceptione repellatur. Item facit ff. de administr. tut. l. vulgo.

SI MATER indemnitatem promisit.

SVo.] CASVS. Mulier petijt tutorem dari filio suo. & periculo suo: iudex malum dedit tutorem, nūquid pupillus matrem suam conuenire poterit, quæritur? Dicitur quòd nō: sed iudicem, qui non idoneum dedit.

g *Suo potius.* electiuè.

h *Quos petisti.* ô mater. Accursius.

i *Abeni.* vel pupillo pro tutoris debito: vel tutori pro eo quod pupillus debebit: & hoc propter Velleianum. secus si tutori promisisti quod debebis pupillo, vel econtra pupillo quod debebis tutori, quia tunc cessat: vel vt infra. l. proxi. & supra ad Velleianum. l. si mater dixi. & hoc nisi dolose petijt nō idoneum: vt ff. ad Terrul. l. ij. §. non solum.

k *Postulasti.* nisi decreto hoc esset comprehensum: vt & infra eo. l. fin. item facit supra de adminis. tuto. l. fi. §. personis. contra. Solu. vt ibi.

QVædam.] CASVS. Mater vel auus maternus petijt à tutoribus filiorum suorum, vt quædam possit administrare, & promisit de præstando eos indemnes: administrauit, & male. si potius volunt pupilli conuenire te, quàm matrem vel aunm: bene possunt: sed à matre vel auo, quæ susceperit administrationē tutelæ, tutoribus omnimoda præstabitur indēnitas.

Codex.

l *Quodam.* scilicet negotia.

m *Vestrorum.* ô tutores.

n *Promisi.* m. his verbis, promittimus vobis quod pupillis debebitis occasione vestræ administrationis: vt dixi supra. l. proxi.

o *Matrem.* neque auum, qui nihil promiserunt pupillis: vt infra arb. tutelæ. l. tutorem.

OB tutorem.] CASVS. Mater petiit tutorem dari filio suo minus idoneum, & suo periculo &c. puta dicendo sic: Do tutorem periculo matris: non poterit conueniri, nec ea obligatione obstricta est.

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. Caiano

OB tutorem non idoneum à matre petitum, frustra vobis eam teneri contenditis, cum non nisi specialiter eius periculo dari decreto P fuerit comprehensum, ex ea obligatione obstricta sit. S. Kalendis Decemb. AA. Conss.

TITVLVS XLVII.

SI CONTRA MATRIS voluntatem tutor datus sit.

Contra matris voluntatem tutor filio dari nō potest. Baldus. Vel sic: tutor datus à iudice vel à patre contra voluntatem matris premortuæ, ab officio removebitur: nec infamia notabitur, nisi de fraude conueniatur. l. d. ano. Salycetus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Tertio.

SI contra matris[q] voluntatem[r] Fuscinium filio communi[s] tutorē datū probaueris: eum sine damno existimationis à tutela remouendū prætor decernet. quæ rescripto, t si in fraude v conuictus fuerit, nō suffragabitur. x PP. XIII. Kalendas Mart. Laterano & Rufino Conss.

TITVLVS XLVIII.

VT CAVSAE POST PVbertatem adsit tutor.

Tutor causam pupilli inchoatam prosequi tenetur etiam post pupillarem ætatem, si instrumenta curatori non reddiderit. Salyc.

I. Imp. PHILIPPVS A. Dextro.

VTeres y qui necdum administrationem ad curatores transtulerunt z, de-

p *Decreto.* iudicis, & ipsa consentiente. & facit supra. l. j. & supra ad Velleia. l. si mater. in fi.

SI CONTRA *matris voluntatem tutor datus sit.*

Contra.] CASVS. Mater decedens prohibuit ne Titius filio suo tutor daretur: nihilo minus eum pater dedit: nunquid poterit remoueri, quæritur? Dicitur quòd sic, sed non erit infamis. Viuianus.

q *Contra matris.* prædecedentis.

r *Voluntatem.* prohibentem ne aliquo tempore fieret tutor filij sui. Accursius.

s *Filio communi.* sed cū patri loquatur, qualiter tutorem habeat? Respon. de filio naturali dicit, secundum Azo. vel potest etiam de legitimo dici, scilicet emancipato, cū pater non possit esse tutor aliqua ex causa: cessā si iudex det. Vel tertio cuā si non est emancipatus, & pater det prohibitum à matre, non erit quidem tutor: unde de alio parer quideat. & secundum hoc die quòd alij non patri dirigit fermonem. & quod dicit communi, scilicet Titij dantis, & Bertæ prohibentis. sicque erit melior conditio prohibentis: sicque erit melior conditio prohibentis: vt & ff. communi diui. l. Sabinus.

t *Rescriptio.* scilicet euæ dicit eum remoueri sine infamia.

v *Sine fraude.* vt & supra de suspec. tu. l. fi.

x *Non suffragabitur.* sic & monachus licet in minoribus ordinibus constitutus, in quibus alias si nō esset monachus, posset habere vxorem: monachus non habet: vt in authen. de mona. §. si vero relinquēs. versi. quòd si facti. col j. & facit ad. l. ff. de confirman. tu. l. vtilitatem.

VT CAVSAE POST PVBERTATEM *adsit tutor.*

TVteres.] CASVS. Pendente tutela causam pupilli tutor egit, & succubuit, & appellauit: omnia acta penes eum habet, & factus est pup. adultus. nūquid causam appellationis prosequi tutor debet? Dicitur quòd sic.

y *Tutores.* vel eorū hæredes: vt ff. de hær. tu. l. j. & de ap. l. tutor.

z *Transtulerunt.* secus si transtulerint: vt ff. de appel. l. tutor.

& ff.si pen.appel.mors inter.l.j.in fin.

a *Cautarum*. cœptarum antequam finiretur tutela pubertate: vt hic erat, & ff.de admi.tut.l.ita autem. §. si tutor.& arg.ff.de neg.gest.l.nã,& Seruius.§.si viuo.& infra arb.tut.l. tutor post puberem,secus videtur in curatore polt.xxv.an.vt ff.de appel. l.negotiorum.§. fi. sed magis dic idem: vt ff. de admini.tut.l.ita autem. §. fin.& illa de apploquitur quando non habebat curator quondam instrumenta, sed minor factus maior. & facit ad hanc.l. supra de peri.tut.l.fi. & ff. rem pu. sal. fo.l. si postea.& ff.de admini.tu. l.à tutoribus.§. j. Item not. hic arg. quòd procurator & aduocatus sine nouo salario causam appellationis agere debeant. quod lo.non placet.

Aduocatus an teneatur appellationis causam sine nouo salario agere.

b *Asseri*. sic ergo qui appellat probar: quod est falsum: vt no. infra de app.l.hi qui. vide glos'. in c. in præsentia. super verbo, stãdum. extra de renunciatione.

c *Hi*. tutores quondam.

VBI PVPILLI *educari debeant.*

Plana est differentia inter hunc titu.& illum supra de diuort. s.t. quia ibi diuortio solutum erat matrimonium, hic viuente patre.

EDucatio.] CASVS. Si inter matrem & pupillum & tutorem & alios consanguineos sit controuersia apud quem educari debeat pupillus: si mater ad secundas nuptias non conuolauerit, præferenda est. Si autẽ ad secundas nuptias conuolauerit, & orta fuerit quæstio inter matrem & tutores seu consanguineos super tutela pupillorum: debet adiri præses prouinciæ: qui inspecta qualitate personarum & coniunctione perpendet. & si iudex decreuerit apud quem educari debeat, ille necesse habebit hoc facere.

**al.incipit hec lex, Verisimile posthumus ex filia. &c.*

d *Nulli magis*. quia in illis est affectus &c. vt infra de cu.su. l. fina.j respon.

e *Si non vitricum, &c.* quia tunc etiam filiorum vitam ei addiceret: vt supra de admini.tut.l.lex quæ.§.lex enim. Sed nonne potest esse tutor vitricus? Respon. sic: vt infra de contra.iu.tu. l. fi. Sed respon. non per hoc apud eum vel eam debent educari. Alij dicunt quòd à patre poterit dari tutor, non à iudice.

Vitricus an possit esse tutor priuigni.

f *Quando autem*. retento eodem casu quando secundo nupsit: aliàs nulla super hoc fierer deliberatio: sed indistincte matri committeretur: vt supra eadem.l. Vel hic quando mater non apperit, sed alij dicit committendam, & tutor alij: vel tertio supra non fiebat quæstio inter tutorem & matrem & cognatos, hic sic. prima placet: vt in authen. de nup.§. ciusdem quoque. colla.iiij. constit.j.

A g *Qualitate*. vt tamen non sit apud eos qui pudicitiæ eius insidientur: vt ff. eodem.l.fi discepteturr.

h *Coniunctione*. vt ff. eodem.l.j. & facit ff. de leg.j.l. si seruus plurium.§. fi.

i *Necessitatem*. secus in curatore bonorum: vt ff. de cur.bo.dan. l.j.§. quæritur.

TITVLVS L.

DE ALIMENITS PVpillo præstandis.

Tutor iudicis officio cogitur alimenta præstare pupillo: licet pendeat quæstio de statu suo. Salycetus.

1. Imp. ANTONINVS A. Faustino.

PVpillus,si ei alimẽta à tutore suo nõ præstantur,præsidem prouinciæ adeat: qui, ne in alimentorum præstatione mora fiat,partibus suis fungetur. ¶ Idem est& si de statu pupilli seu adulti, & de bonis eius controuersia pendeat. PP. VI. Id. Iul. Romæ. Læto. II. & Cereale Conss.

Pupillus præsumitur alimentatus à tutore; & non præsumitur de nihilo vixisse, vel sine sumptibus stendisse. Baldus. Vel sic: Tutori constituitur vt alimenta pupillo præstanda faciat taxari à prætore: si tamen non fecerit ea, quæ legitimè in eius alimentis impendit, poterit ei imputare, & in dubio præsumitur alitus à tutore. Saly.

11. Imp. ALEXANDER A. Euphido.

QVod plerunque [n] postulatur, vt arbitrio prætoris [o] alimenta pro modo faculatum pupillis vel inuenibus constituatur: pro officio suo, qui alienegotia gerunt, ne apud iudicem controuersiam habeant, [p] faciũt. Cæterum si bonus vir & innocens tutor arbitrio suo aluit pupillos: quod interdũ etiam necesse est fieri, ne secreta [q] *patrimonij [r] & suspectũ æs alienũ pãdatur (quod melius [s] est interim taceri, quàm cum de modo bonorũ quæritur, vltro proferri, & apud acta ius dicẽtis cõtra vtilitatẽ pupillorũ deligniari) [s] *nõ dubie accepto ferre debebunt ea quæ vir bonus arbitratur [t] merito ad exhibitionem educationis, ministeria, [v] studiaque erogata esse. Nec ferõd [o] est iuuenis, qui cũ præsens alimẽta, & impensas faciunt sine auctoritate iudicis: quia nolunt declarare facultates pu. ne inde possint sustinere damnũ: an tales sumptus repetere possint quæritur? Diciture quod sic: quia repetunt sumptus factos in alimẽtis, & in magistris instrumentibus pupillum. nec enim dicat se vixisse vento.

**alio, al. sigillo.*

n *Quod plerunque*. q. d. quandoque non petunt decerni.

o *Prætorij*. qui arbitretur secundum quod legitur. ff. eo. l.iij.

p *Habeant*. quia postea pupillus diceret quod minus esset expensum.

q *Secreta*. sic infra quando & qui. quar. pars. l.ij. lib. x.

r *Patrimonij*. scilicet diuulgenter.

s *Deligniari*. id est in scripturam redigi.

t *Arbitretur*. sic supra de admini.tut.l. lex quæ.

v *Ministeria*. id est ministros.

Non

a *Non probet*. sic supra de nego.gest.l.ij.& facit.ff.de neg.gest.l. Nesennius.& de adminis.tut.l.cum plures.§.j.

Vento vt vulpus.

b *Vento*. vt lupus.

ARBITRIVM TVTELAE, *id est, actio: qualis sit, subaudi, quæ arbitraria dicitur: quia arbitrium iudicis habet locum, cum bonæ fidei sit.*

CVm.] CASVS. Si paterfam. in testamento suo tutorem dederit filio suo, & dixerit se. c. habere in bonis, cum non habeat nisi.l. an in ratione reddẽda pupi. præiudicetur tutori, quo magis peratur, quæritur? Dicitur quòd non. Idem est si dixerit testator se non habere nisi. x. cum habeat. l. quia non præiudicabitur pupillo.

c *Ratio*. quæ scribi debet: vt ff. de tut. & ra. distl.j.§. officio.

Voluntas testantis non sit fraudi.

d *Minuit*. nam non enunciatiuæ voluntates, sed dispositiuæ seruantur, vt hic, & ff. de leg.ij. l.Titia.§. Caius. & supra cõmunia veriindi.l. scriptura. & infra de testa. l. verba. nisi in casu quando iurat: vt supra de proba.l. rationes.& in authẽ.quod obtinet.

NOmina.] CASVS. Quando tutor accessit ad gerenda negotia pupilli, omnes debitores patris erant soluendo. si ergo tutor dolo vel culpa non exegerit, & facti fuerint non soluẽdo: an periculum spectet tutori, quæritur? Dicitur quod sic.

c *Susceptæ tutelæ*. quod probari debet à pupillo: vt ff. de condit. & demon. l. antepenult. & de ma. conue. l.j.§. si magistratus.

f *Culpam*. no. dolum & latam culpam tantum hoc casu venire, secundum H. sic & in alio casu: vt ff. de admini. tut. l. tutor qui repu.§. competit. sed regulariter etiam leuis: vt infra eodem.l. quicquid.

g *Negligentia*. quæ est lata culpa & facit. ff. si cer. per. l. periculum. & ff. de admini. re. ad ci. perti. l.ij.§. eo. & de ma. con. l.j.§. si magistratus. & ff. de sol. l. Stichum. § pe. & ff. de vsur. l. si bene.

SI curator.] CASVS. Iudex præcepit tutori vt de pecunia pub. comparet prædia: & ille sibi, non pupillo comparauit. in electione pupilli est vel petere prædia empta de pecunia sua, vel pecuniam cum vsuris centesimis.

h *Curator*. scilicet tenetur tibi, secundum Azo. vel id est curatorem. sic infra de fideicommiss. l. eam quam frater.

i *Elige*. subaudi ergo.

k *Cessisse*. & sic prædium petere: vt & ff. quando ex fa. tut. l.ij. & facit supra de re vindi. l. si vt proponis.

l *Legitimas*. id est maximas siue centesimas: vt ff. de nego. gest. Codex.

Iudex inter. Cura. tor qui. Inter alia dedo to ei lata culpa solum tenetur.

esset: si ea per alium se consecutũ non probet: [a] sumptus recusset, quasi vento [b] vixerit, aut nullo liberi hominis sibi imbuimeruerit. PP. Non. Decẽb. Maximo. II. & Aeliano Conss.

TITVLVS LI. ARBITRIVM tutelæ.

In præiudicium tutoris non statur æstimationi bonorum quam testator in suo testamento fecit, vel dixit se habere. Vel sic: Verba enunciatiua testatoris non inducunt dispositionem in præiudicium tutorum. Baldus. Vel sic: Non secundum te statoris æstimationem, sed secundum veritatem tenetur tutor reddere rationem. Salycetus.

1. Imp. ANTONINVS A. Leoni.

VM tutelæ administratæ ratio [c] à te peti cœperit: neque veritati, neque iustis probationibus officit, quòd (vt dicis) testator modum patrimonij sui verbis testamenti ampliauit vel minuit. [d] PP. V. Kalend. Octob. Duobus & Aspris Conss.

In exigendis nominibus delitorum tutor tenetur tantum de lata culpa. Salycetus.

11. Idem A. Præsentino.

NOmina paternorum debitorum si idonea fuerint initio susceptæ [e] tutelæ, & per latã culpam [f] tutoris minus idonea tempore tutelæ esse cœperũt: iudex qui super ea re datus fuerit, disp iciet: & si palam dolo tutoris vel manifesta negligentia [g] cessatum est, tutelæ iudicio damnum quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandũ esse, statuere curabit. PP. Non. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino. Conss.

Minoris est electio verum petat vel emptam ex pecunia sua, licet non nomine suo: an pecuniã ipsa in eum vsuris consentis. Sal.

D 111. Idem A. Vitalio.

SI curator [h] * post decretum præsidis, sublata pecunia quæ ad cõparationẽ possessionis fue

** al. in ea, quæ ex &c.*

rat deposita, sibi prædium comparauit: elige [i] vtrum malis in emptione negotium tibi eum gessisse, [k] an quia in vsus suos pecuniæ conuersæ sunt, legitimas [l] vsuras ab eo accipere: secundum quæ iudex tutelæ iudicio reddidit, partẽ religionis implebit. [m] PP. III. Kalendas Iul. Læto. II. & Cereale Conss.

Filius absentus per tutores ab hæreditate, creditoribus patris non tenetur: licet à tutoribus consequatur interesse, quia eum absentarunt ab hæreditate locupleti. idem si cum eis transegerit. Baldus: Vel sic: Licet minor consequi posset, vel consecutus fuerit dominum sibi illatum à tutore, eo à paterna hæreditate abstinente: non propterea potest ipse à creditoribus hæreditarijs conueniri. Salycetus.

1111. Imp. ALEXAND. A. Aglao.

EVm qui [n] bonis paternis secũdum edicti formã [o] abstentus est, hæreditarijs actionibus conueniri nulla ratio suadet. [p] Nec ad rẽ facit, [q] quòd aduersus curatores vel tutores, si nõ consulte abstẽtus fit, actio ei competat. Nihil [r] quippe in ea actione, [s] * quæ ex officio gesta sunt vel geri debebunt, veniet, sed culpa solũmodo: quantique interfuit eius nõ fuisse abstentũ, æstimabitur. Cui consequens est, vt si propter eam causam transegerit [t] cum tutoribus vel curatoribus, nulla aduersus te creditoribus patris tui petitio cõpetat. PP. III. Kalendas Maij. Alexandro. A. Cons.

Quando plures tenentur eodem iure, & vtrumque eiusdem officij: omnes sunt ad eundem iudicem remittendi. Bald. Vel sic: Tutores omnes, & eorum hæredes, coram eodem iudice debent conuenti ex eadem tutela: & idem iudex debet delegari. Salycetus.

v. Imp. GORDIAN. A. Victorino.

OMnes tutores, seu hæredes eorum qui administrauerunt depositam pecuniam pupillorum, & non soluerunt, ex rescripto diui Pij conuenti, ad exemplum argentariorum, in solidum tenentur. [u] PP. Non. Decẽb. Gordiano. A. & Auito Conss.

Cessat pœnitentia.

Minor qui se ab hæreditate paterna abstinuit, an à creditoribus hæreditarijs conueniri possit.

n *Eum qui*. Tutores abstinuerunt pupillum ab hæreditate paterna minus consulte: tenentur ergo hoc nomine. vnde videtur quòd pupillus quid cõse qui potest à tutoribus propter hoc quòd creditores hæreditarij valeãt eum conuenire. Sed dicitur hic contra: quia consequitur quod interest eum non esse abstentũ: & illud est deducto ære alieno.

o *Formam*. quæ est vt antequam de hæreditate quid amouerat, abstinerat: non posit: vt ff. de acquirend. hæredi. l. pro hærede. §. Papinianus scribit. Item si aliquid ex hæreditate amouit: vt dicta l. si seruum. Item si per suppositam personam bona patris mercetur: vt ff. de acquiren. hæred. l. si is qui

p *Studet*. vt & supra quod cum eo. l. si ex cõtractu. & infra de reuocandis quę in frau. cre. l.ij. sed hoc fallit in casibus: vt infra de primipilo. l. si lib. xij. & quãdo instituitus abstinens accepit pecuniam à sta tutibero: vt ff. de acquirend. hæredi. l. pro hærede. §. Papinianus scribit. Item si aliquid ex hæreditate amouit: vt dicta l. si seruum. Item si per suppositam personam bona patris mercetur: vt ff. de acquiren. hæred. l. si is qui

q *Facit*. vt magis teneatur actionibus hereditarijs.

r *Nihil*. eorum.

s *In actione*. tutelæ. q. d. hoc venit in actione tutelæ, quod interest ratione absentionis: quod est ære alieno deducto: nõ quod male gesserit vel administrauit res hereditarias: quod fecit forte non adeundo, vel in adeundo, sed per restitutionem eam dimisit. vel etiam nil administrauit: quia tunc ipsam hereditatem adire videtur.

t *Transegisti*. & aliquid ex ea transactione habes quod occasione hæreditatis habes.

OMnes.] CASVS. Tam tutores, si plures habet pupillus, quàm eorum hæredes, coram eodem iudice conueniendi sunt. Si igitur pater tuus cum alio tutore administra-

NN ij uerit,

uerit,& vterque decesſit: idem iudex pu. dabitur aduerſus te,& hæredem tutoris.

a *Tutelam.* ſcilicet eandem.

b *Conſtitutum eſt.* ne diuidatur continentia cauſæ: vt ff. de qui. re.ad eũ.iu.ea.l.j.& ij.& ſupra de iudi.licet.& l.nulli.& ff.de li cau.l. ſi pariter. & de eden.l.ſi quis.§.j.in.ſi.

Cauſæ continentia nõ eſt diuidenda.

CVm interdictæ.] CASVS. Tutor in duobus peccauit, tum quia vendidit rem pupilli: tum quia paruo præcio, & de precio aliquid ſubtraxit. ſi minor vult habere ratam venditionem, poteſt repetere precium quod recepit tutor: & ſi tutor vnam partem precij pupillo reſtituerit, vel precio minus iuſto vendiderit: reſidui precij neceſſaria eſt reſtitutio, quia iure communi tutus eſt: & illos qui geſſerunt, poterit conuenire, cum plures habuit tutores: & ſi omnes geſſerunt, poterit eligere vnum ex tutoribus, & conuenire eum: pupillus tamen cedet act. quam habet aduerſus alios. Viuia.

c *Interdictæ.* à lege: vt ff.de re.eorum.l.j.

d *Vitium.* vel quia gratio ſe vẽdidit minus quàm valet.

e *Voluiſſis.* nam & infirmare poteritis: vt ff. de admi.tut.l. cum plures. §.j. & facit. ff. de neg.geſt. l. Põponius.j.

f *Reſiduum precium.* habebat enim pupillus partem precij, & aliam petere vult à tutore, quam apud ſe tutor retinuerat. Vel dic, reſiduum iuſtæ æſtimationis.&.cõfirmauerat pupillus quòd fuerat alienata: non autem pro tali precio.

g *Reſtituí.* à tutore vel ab emptore, ſi non ſoluit.

h *Ab hæredibus eius.* ſcilicet tutoris.

i *A nobis.* cum ſuperfluum ſit,&c, vt infra de theſau. l.j. in fine. libro.x. & ff. ad municip.l.j.

k *Subſtituitis.* ſi non eſt ſoluendo, qui adminiſtrauit: vt plene dices.j. de diui.tut.l.iij.

l *Transferantur.* vt & ff. de tut. & ra.diſ.l.cũ pupillus.& infra de fideiuſſ.l.ij.& ſupra loca.l.ſi diuiſa.

QVicquid.) Hæc lex plana eſt: ideo pone caſum per ſeipſum.

m *Leui.* non leuiſſima. & da exemplum.ff. ſi cert.pet.l.periculum. Item ratione debet conficere, & confectas exhibere: vt ff. de tut.& ra. diſtra.l.j.§. officio. quandoque lata culpa tantum venit: vt dixi ſupra eo.l.nomina.

Tutor de leuiſſima culpa non tenetur.

n *Non aeq iſſerint.* cum conditio quærendi exiſteret: vt & ſupra de adminiſt. tu.l. pupillorum. & ff. ad legem Aquil.l. inde Neratius.§.idem Iulianus.& l.ſi ſeruum meum. vel vſuras exte pupillari, vel ſimilia: vt ff. de admini.tut.l.fine hærede.§. Modeſtinus.& §.idem reſpondetur. Sed quid ſi aliquis velit relinquere aliquid pupillo, & tutor fecit ſibi relinqui? non videtur. Tutor ſi ſe fecit ſibi relinqui quod pupillo voluit aliquid dare, an teneatur. Quære.

runt tutelam,[a] ad eundem iudicem ire debere iam pridem conſtitutũ eſt[b]. Cum igitur patrem tuum cum alio tutelam adminiſtraſſe alleges: præſes prouinciæ eundem iudicem aduerſus te atque hæredes contutorum patris tui dare debebit, quatenus quiſque condemnari debeat, examinaturũ. PP. X. Kalend. Auguſti, Pio & Pontiano Conss.

Minor poteſt approbare contractum qui non tenet ſi vult, & ad reliquum precium agere contra adminiſtratorem. Baldus. Vel ſic: In electione minoris eſt ratificare venditionem inualidam à tutore factam, & precium inſtum (licet viltori ſit venditum) iure communi petere ab ipſo vendente, & poſtea ad alios peruenire. & ſi omnes tutores pariter vendiderint, vnus in ſolidum conueniri poteſt. ſed eo commento ſunt contra alios cedendæ actiones. Salycetus.

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA. & C C. Cononi & aliis.

CVm interdictæ[c] venditionis vitium,[d] etiam precij fraude tutor veſter cumulaſſe proponatur: non dubitabit præſes prouinciæ, quando venditionem confirmare voluiſſis,[e] reſiduum[f] precium cum vſuris venditæ à tutore poſſeſſionis celeriter vobis reſtitui[g] iubere.

¶ Quod autem petitis ab hæredibus[h] eius qui vendidit, precium vobis exolui, ſuperfluò à nobis[i] deſideratis: quia nec præſidis experientiam poſſit hoc latere, tutores qui geſſerunt, ſiue eorum hæredes, ob ea negotia quæ per eos adminiſtrata ſunt, principali loco conueniri debere: cæteris ob culpæ rationem non ſeruati detrimenti periculo ſubſtitutis:[k] vel ſi pariter adminiſtraſſe doceantur: etiam aduerſus vnum, liberum experiundi arbitrium competere: ita vt actiones quas aduerſus alios habetis, ad electum transferantur.[l] PP. IIII. Kalend. Septembr. ipſis. IIII. & III. AA. Conss.

Tutor vel curator nedum tenetur de damno illato, ſed etiam de lucro omiſſo: & in actione tutelæ, vel vtili actione negotiorum geſtorum venit etiam leuis culpa. Salyc.

VII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

QVicquid tutoris dolo vel lata culpa, aut leui,[m] ſeu cura toris, minores amiſerint, vel cũ poſſent, non acquiſierint: [n] hoc in tutelæ ſeu negotiorum geſtorum vtile[o] iudicium venire, non eſt incerti iuris. S. Pridie Idus Aprilis. AA. Conss.

Actioni tutelæ non præſcribitur longo tempore. Salyc.

VIII. Iidem AA. & c c. Dalmatio.

TVtores tutelę conuenīti longi temporis preſcriptio non prohibet.[p] vnde ſi his tranſactio ne vel nouatione aut acceptilatione liberationem non preſtitiſti: apud rectorem prouincię quęcunque tibi debentur, repetere non prohiberis. S. XIIII. Kalendas Maij. AA. Conss.

Contra tutorem debet pupillus agere, non contra eum qui indemnitatem promiſit. Salyc.

IX. Iidem AA. & c c. Iuliano.

TVtorem quondam, vt tam rationem[q], quàm ſi quid reliquorum[r] nomine debet, reddat, apud prętorem conuenire potes. quanuis enim matrem tuam ſuſceptis bonis veſtris indemnitatem pro hac adminiſtratione tutori ſe pręſtituram promiſiſſe[s] proponatur: tamen aduerſus tutorem tibi tutelę, non aduerſus matris ſucceſſores ex ſtipulatu competit actio. S. Prid. Kalendas Ianuarij. AA. Conss.

Licet tempore quo tutor acceſſit ad gerendam tutelam, eſſet pauper, & finita geſtione veperiatur dues: tamen præſumitur ſua induſtria & labore, non ex bonis pupilli ditatus. Baldus. Vel ſic: Quæſita à tutore tutela durante, non præſumuntur quæſita de bonis pupilli: ideo non ea vindicare, ſed tutelæ iudicio agere debet. Salycetus.

X. Iidem AA. & c c. Pomponio.

SI defunctus tutelam veſtram adminiſtrauit, non rerum eius dominiũ vindicare vel tenere potes, ſed tutelę contra eius ſucceſſores tibi competit actio. Debitum autẽ aliis indiciis com probari oportet. nam quod v

iudica,l.à diuo.§.ſic quoque.

SI defunctus.] CASVS. Tutor in initio quando erat tutor datus, erat pauper: pendente tutela factus eſt dives. vult pupillus vindicare prædia quæ comparauit ſibi tutor, tantum empta de bonis pupilli: nunquid poteſt, quæritur? Dicitur quod non quia non ſufficit ad probationem quod ex bonis ſuis factus fuerit dives, quia ab initio geſtionis pauper erat. *Nam quod.* vere aliis, nam &c.

Queritur.

a *Quæritur.* vt & ſupra de vſufru.l.ſi. in princip. Et eſt argu. quòd ea quæ acquirit filius, non acquirit patri. Sed argu. contra ſupra de epiſcop.& cleri. authen. licentiã.& de donatio. inter virum & vxorem.l. etiam.

VTor.] CASVS. durante tutela tutor inchoauit ædificare domum: finita tutela connexis cõpletis, ad alia gerenda non acceſſit: de non geſtis nõ tenebitur.

b *Adminiſtratione connexa.* vt quia tempore pupillaris ætatis cœpit facere domum, poſt eandẽ ætatem complexã perfecit domum, non tenetur ad alia, vel dic poſt finitã adminiſtrationẽ, ſcilicet ante (ſubaudi) tranſlationem factã ad curatorem: nam & in connexa adminiſtratio ne non tenetur: vt ff. de admiſt. tut.l.à tutoribus. §.j. & ſic diuerſimodè punctabis. ſed ſi conſumeret negotiorũ geſtorum non tutelæ teneretur, cùm non teneatur adminiſtrare. & facit. ff. de neg. geſt.l. cum actum.

c *Perſeuauerit.* quidam intelligunt hoc in principio, ſiue ſit connexa ſiue non, dummodo cõtinue perſeueret, quod non placet: ſed in connexis tãtum dixit, vt ve niantin tutelæ iudiciũ. alia in actiõe negotiorum geſtorum: vt ff. de tu. & ra. diſt. l. ſi tutor poſt. Et die quòd perſeuerare tenetur tutor & curator in connexis ante translationem, non poſt: vt hic, & ſupra vt eau. poſt pu. l. vnica. & ff. de admini. tu. l. ita autem. §. pe. & §. fin. & l. tutorem qui, §. turelam. ibi, ſic enim &c. & ff. de app. l. tutor. & ſupra de peri. tu. l. tempora. Sed quid ſi in connexa ceſſauit ad tempus, & poſtea reaſſumpſit ante translationẽ? Dicã in tutelæ iudicium venire, cum gerere teneatur: vt dictum eſt.

d *Tutela actio.*] *Hæredibus.* ſed aliter quàm pupillo: vt ff. de admi. tut. l. ex pluribus.

e *Succeſſores.* ſed aliter quàm in tutorem: vt infra de hæred. tut. per totum.

VEteris.] CASVS. Si tutor extra iudicium confiteatur plus eſſe in bonis quàm ſit, vt pupillus ſit cum nobili muliere contracturus matrimonium: ſibi non præiudicat. & hoc in prima. Si verò tutor in inuentario ſcripſerit. c. eſſe in hæreditate, cum non ſint niſi. l. præiudicat ſibi. quia creditur publico inſtrumento. & hoc in ſecunda. Non autem accedit tutor ad adminiſtrandas res pupillares, niſi prius facto inuentario: niſi teſtator præceperit inuentarium non fieri. & hoc in tertia. Si vero inuentarium non fecerit, remouebitur vt ſuſpectus, & erit infamis: nec beneficio principali erit abſolutus, & aliis pœnis legitimis ſubiugabitur.

Non tenetur in connexa poſt.

f *Dixerit.* confitendo extra ius, & extra inuentarium.

neque ipſe neque vxor eius quic quam ante adminiſtrationem habuerunt: non idoneum huius cõtinet indicium. Nec enim paupe ribus induſtria vel augmentum patrimonij, quod laboribus & multis caſibus quæritur,[a] interdi cendum eſt. S. X. Kalend. Febr. Sirmij. Cæſaribus Conss.

Tutor tenetur etiam poſt tempus tutelæ trãſactæ. Bal. Vel ſic: Adminiſtrata poſt finitam tutelã, prioribus connexa, veniunt in actione tutelæ. Salycetus.

XI. Iidem AA. & CC. Chruſiano.

TVtor poſt puberem ætatem puellæ ſi in adminiſtratione[b] connexa perſeuerauerit:[c] tutelæ actione totius temporis rationem præſtare cogitur.

¶ Sin autem poſt finitam adminiſtrationem in hiſdem rebus minimè ſe immiſcuerit: temporis quod inſequitur, periculũ ad eum non pertinet. S. Kalendis Decembr. Anchialo, Cæſaribus Conss.

Vide per te hanc l. Salycetus.

XII. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

TVtelę actio tam hęredibus,[d] quàm etiam contra ſucceſſores[e] competit. S. X. Kal. Decẽb. Sirmij Cæſaribus Conss.

Confeſſio tutoris extra inuentarium, non præiudicat veritati, ſed confeſſio facta per inuentarium, adeo præiudicat quod non poteſt contra probari. hoc primo. Tutori non poteſt adminiſtratio decerni, niſi inuentario ſolemiter præcedente, niſi teſtator vetuerit inuentarium fieri. Item qui non facit inuentarium, reputatur ſuſpectus: & debet remoueri, & puniri. Baldus. Vel ſic: Confeſſio profitentis maiorem eſſe quantitatem patrimonij pupilli quam ſit, non præiudicat ſibi, niſi inuentarium fecit ſcribi, quia tunc probatio in contrarium non admittitur. Salycetus.

XIII. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano. P. P.

VEteris iuris dubitationem decidentes, ſancimus, ſi quidem tutor vel curator pro ſubſtantia pupilli vel adulti aliquid vbicunque dixerit[f] ad maiorem quantitatem eam[g] reducens, ſiue pro vtilitate pupilli vel adulti,[h] ſiue per ſuam ſimplicitatem, ſiue per aliam quancunque cauſam:[i] nihil veritati præiudicare,[k] ſed hoc obtinere, quod ipſius rei inducit natura, & menſura pupillaris vel adulti oſtendit ſubſtantiæ.[l] ¶ Sin autem inuentario publicè facto res pupillares vel adulti inſcripſerit,[m] & ipſe per huiuſmodi ſcripturam confeſſus fuerit ampliorem quantitatem ſubſtantiæ: non eſſe aliud inſpiciendum niſi hoc quod inſcripſerit, & ſecundum vires eiuſdem ſcripturæ patrimonium pupilli vel adulti exigi. neque enim ſic homo ſimplex (immo magis ſtultus) inuenitur, vt in publico inuentario ſcribi contra ſe *aliquid patiatur.[n]

Tutor vel curator ante adminiſtrationem ei decretam, & confectionem inuentarij ſibi à teſtatore non remiſſi, non poteſt adminiſtrare: & inuentarium nõ confectum remouetur vt ſuſpectus, niſi teſtator remiſerit. Salycetus.

¶Illo prouidubio obſeruando, vt non audeat tutor vel curator res pupillares vel adulti aliter attingere, vel vllam ſibi cõmunionẽ ad eas vindicare,[o] niſi prius inuentario publicè facto,[p] ſecundum morem ſolitum res ei tradantur: niſi teſtatores qui ſubſtantiam tranſmittunt, ſpecialiter inuentarium conſcribi vetuerint. ¶ Scituristuroribus & curatoribus, quòd ſi inuentarium facere neglexerint:[q] & quaſi ſuſpecti[r] ab officio remouebũtur, & pœnis legitimisquę contra eos interminatæ ſunt, ſubiacebunt: & poſteà perpetua macula infamiæ notabũtur, neq; ab imperiali beneficio abſolutione huius notæ fruituri. Dat. Idib. Augu. Cõſtantinop. Lãpadio & Oreſte. VV. CC. Conss.

Non tenetur ſi vult.

Præſumptio hæc præſumptio: vt ff. violenta eſt de ſuſpect. tutori. l. iij. §. cõtra tutorẽ tutor & pœnas alias ha quis mutabent vt ſubiicit: quia in nil neglexit vinculis detruditur: vt ſupra d. l. iij. §. tutores. & hoc niſi aliquo vinculo neceſſitudinis vel affinitatis ſint pupillo coniuncti: vt ff. de ſupec. tuto. l. ſi tutor. Vel illud intellige cũ ob aliã cauſam remouetur vt ſuſpectus. Vel dic vt ibi.

allegantur ad hoc ſicut l. cũ de in debitis ff. de pro ſolu. hic eo. patiente & volente, vel ipſomet scribente ſic ſcripſi eſt, ibi eo ignorante quid ſcriberetur. vel ſpeciale Clare ſumus.

TITVLVS LII.

DE DIVIDENDA TVTELA, & pro qua parte quiſque tutorum conueniantur.

Si tutor qui tenebatur per prius, tempore officij depoſiti eſt ſoluendo: collega non tenetur. Bal. Vel ſic: Tutor non tenetur ex factio contutoris qui fuit ſoluendo tempore depoſitæ ſiue finitæ adminiſtrationis. Salycetus.

I. Imp. GORDIANVS A. Optato.

SI poſt finitum adminiſtrationis officium collegæ tui indemnati præ-

DE DIVIDENDA TVTELA, &c.

ſcilicet à iudice: vel diuiſa, ſcilicet à defuncto.

SI poſt.] CASVS. Si pupillus plures habeat tutores: & finita tutela omnes fuerint ſoluendo: & datus fuerit curator, nec ille egerit: & aliquis eorum fuerit factus non ſoluendo, pe-

riculum ad contutorem non pertinebit, sed ad curatorem: qui cùm agere potuit cum effectu, agere supersedit.

a *Fuerint.* sic infra de fideiuss. l. fi deiussor.

b *Non patitur.* vt supra de proba. ex persona. & ff. de admin. rut. l. tutores qui post. §. tutoribus. & l. AEmilius. & ff. rem pu. sal. fo. l. fi. & ff. in quibus caus. cur. ha. l. fina.

SI diuisio.] CASVS. Si pupillus plures habeat tutores: aut facta est diuisio inter eos à iudice, vel à testatore: aut non. si non, electionem habet pupillus finita tutela quem velit conuenire, & in solidum, cessione tamen conuentionis & exactionis sibi competentis aduersus alios cõtutores suos facta. & hoc in prima. Si facta est aut à iudice, aut à testatore, aut à se: istis duobus primis casibus vnus ex alterius administratione non tenebitur: nisi per dolum alium suspectum remoueri non fecerit: vel tardè remouit, cum alter factus fuerit nõ soluendo, vel si accusauerit de suspecto, & collusit patiendo se superari propter aliquam pecuniæ quantitatem: & si dicat contutorem non administrasse: quia per hoc non excusabitur: quia & de non administraris tenebitur. & hoc in secunda. Si verò ipsi inter se diuiserunt, perinde est quasi diuisio facta non esset: & quilibet in solidum conueniretur: & vno conuento & exacto, cederet sibi pu. actio. aduersus alium, & hoc in tertia. Viuianus.

c *Seu prouincia.* secus ergo vbi diuersarum prouinciarum fuerint: vt supra de peri. tut. l. ij. & si vnus ex plu. tuto. l. ij. & ff. de cur. bo. dan. l. ij. §. j.

d *Eligere.* vt supra tit. j. l. cum interdictæ. & argu. ff. de cu. bo. dan. l. iij. Vel dic, si omnes administrent, aut nullus: habet electionem pupillus. si vnus administrauit, & alius non: in administratis primo conuenitur qui gessit, secundo magistratus, deinde alius: at in non gestis omnes tenentur: vt infra si tu. non gess. l. fi. & ff. de administ. tut. l. tres. §. item in eo. & infra de hæredib. tut. l. pater.

Tutores pupillo obligati, quo ordine conueniantur.

e *Faciendæ.* Item alia duo beneficia habet, scilicet vt actio diuidatur. & vtilis (etiam non cessa) detur: vt ff. de tut. & ra. distr. l. j. §. nunc tractemus. & infra de contra. iu. tut. l. ij. sed fideiussoribus tutoris denegatur: vt ff. rem pu. sal. fo. l. fi. §. j. sed si essent plures fideiussores, alter vnius tutoris, alter alterius tutoris: non denegatur eis hoc beneficium: vt ff. de hære. tu. l. pupillus. nec obstat lex sequens, si fideiussores. quia pupillus accepit nouam cautionem: & sic sibi fecit præiudicium. Et nota quòd primum & vltimum beneficium non dantur dolosis. sed medium diuidêda actione sic: vt ff. de tut. & ra. distr. l. j. §. nunc tractemus. & de administ. tut. l si plures. secundum H. licet Azo non concesserit.

f *Deducta.* ablatiui absoluti.

g *Prodiderunt.* idem si vnus non instruat alterum super eo quod alter nescit ad suam gestionem pertinere: vt ff. de admini. tu. l. Titium. §. tutores. Idem si non exegit satisdationem rem pu. salfo. cum videret eum fieri non soluendo: vt ff. de administ. tut. l. tres tutores. §. fina.

h *Non administrasse.* nam nihil minus poterunt accusari de suspecto: vt insti. de suspe. tut. §. suspectus autem est.

i *In solidum.* aliud in pluribus administratoribus reipubli. vt infra de conue. fi. debi. l. j. & l. quoniã. lib. x. & quo quisque ex con. l. j & ij. & fi. lib. xj. & facit. ff. de neg. gest. l. cum alicui. & ff. de admini. tu. l. Lucius, ij. §. Sempronij. & §. maxime. in fin. & ff. ad munic. l. imperatores, & arg. ff. de administra. tuto. l. si pupillus alterum. Ex prædictis colligo, quia aut est diuisa à testatore, vel à iudice: & tunc non tenetur vnus pro altero, nisi in tribus casibus hic positis, & duobus additis, si à nullo, vel à seipsis est diuisa: siue omnes administrent, siue nullus, omnes tenentur in solidum: vt in fi. huius l. & in princip. si vnus gessit, alter non: tunc primo gerens, secundo magistratus, tertio non gerens: nisi quando debuit non gerens facere alium suspectum, vel tarde fecit, vel collusit: vt infra si tutor non ge. l. j. & ff. de tute. & ra. distr. l. j. §. vlq; adeo. & infra de vsu. pu. l. ij. Aliud in curatore bonorum. vt ff. de cu. bo. dan. l. ij. §. fina. quia voluntariè constituitur: vt in ea l. §. quæritur. vbicunque dixi eos insolidum teneri, triplex datur remedium alijs: sed dolosis vnum tantum, secundum Azo. sed nec vnum quidem, vt modo nota. & de hac materia dixi supra de transact. l. j. & d. §. nunc tractemus. & facit supra de loca. & con. l. si diuisa in fin.

D

LIcet.] CASVS. Cõueniter duos tutores vt vnus administraret, alius non. pactum illud non præiudicat quo minus quem velit conueniat pupillus, vel quo minus periculum ad vtrumque perrineat: nisi quòd prius conuenietur qui administrauit, si soluendo sit: vel eius hæres.

k *Licet tutorum conuentione.* sic supra de pac. l. debitorũ. & l. pacto. & ff. de admi. re. ad ci perti l. ij. §. ius reipublicæ.

l *Non ambigitur.* vt infra si tu. non gest. l. ij. & supra tit. j. l. cum interdictæ. & ff. de admi. tut. l. tres tutores. & infra si tu. reipu. l. j. & quod not. supra l. proxi.

DE IN LITEM IVRANDO.

Quia in actione tutelæ ob culpam specialiter iurator in litem: vt infra eo. l. alio. quod aliàs non est: vt ff. eo. l. sine. & l. videamus. §. fina. & l. in actionibus. §. j. ideo ponitur hic titulus.

ADuersus. CASVS. Si hæres tutoris res vel instrumenta minoris detineat finita tutela, & datus est curator: aget aduersus eum vt restituat. Si verò dolo vel culpa lata instrumenta non exhibeat: poterit curator aduersus eum iurare in litẽ, pro quanto nollet instrumentis carere; vel sibi non exhibita fuisse, Viuianus.

m *Tutelam.* id est tutelarem administrationem in te curatorem, qui & quondam cum alio fuisti tutor.

n *Litis.* & sententiæ, ne sit contra ff. ad exhiben. l. tigni. §. fina. Vel illud in realibus, vel in rem scriptis: hoc in personalibus, vt tempus litis sufficiat: vt ibi hot.

o *Pertinentia.* vel quia sua, vel sibi debita, vel ab eo possessa: vt ff. de verbo. signifi. l. verbum pertinere.

Desiderabis

a *Desiderabis*, tu curator.

b *Dolo.* vel culpa, licet finita sit tutela: vt infra eo. l. alio. maxime post lit. cõtest. cõmissa: vt ff. de p. ea. l. quæstũ. §. si seruiture.

c *Quondam.* cuius & tutor fuisti, & nunc curator es.

d *Voueris* non enim cogeris. & mater non admittitur etiam volens: sed ipse adultus.

si vult, potest: vt ff. eo. l. videamus. in princi. & facit ad prin. l. §. arbit. tu. l. tutelæ.

ISqui.] CASVS. Curator reposcens rationem tutoris ab hærede tutoris, non compellitur iurare in litem, sed si vult, potest, si hæres aut hæres hæredis instrumẽta pupilli quondam dolo vel lata culpa exhibere detrectat. & hoc in prima. Si verò dolus vel culpa non inueniatur, non iurabitur in litem: sed iudex de veritate iuquiret.

e *Reposcit.* nomine minoris, siue tutor siue curator sit, & contra tutorem vel curatorem vel eorum hæredes agit: & idem si ipsemet ageret auctoritate tutoris vel curatoris.

f *Ita demum.* hæc verba, ita demum, determinant verbũ dolo, quod est infra: & subaudies, vel lata culpa. & similis remota determinatio est. ff. de fur. l. si vendidero. §. si Titius. vel subaudi, maxime hæres remotus. nam idem si est primus, & est similis subauditum. ff. pro soc. l. si non fuerit. §. j.

g *Per longam successionem.* forte quia est hæres hæredis tutoris.

h *Neque dolus.* dolus palam & clam committitur, sed fraus palam: vt. & ff. de pact. l. iuris gentium. §. dolo.

i *Culpa.* scilicet tutoris secũdum quosdam, vel verius hæredis. Et nõt. quod ex lata culpa etiam hæredis. secundum nos iurator in litem, vt hic. Arg. à contra. sumitur: sed aduersus tutorem etiam de leui. & sic non ob. j. cod. l. alio. quæ est contra. Alij dicũt ex dolo & lata culpa tutoris iurari in litem: sed ex dolo tantũ hæredis per hoc quod modo dixit, dolo. Et quod hic subiicit, de lata culpa, similitudinem notando inter dolum & latam culpam: dicit ideo, vt innuat vt tunc iuretur, si lata culpa cõmittatur ab hærede sic & ff. familiæ ercisc. un. l. ij. § j. sed prima placet.

Inuentũ inter ciuiles & consuetudines, in quibus pugnant.

D

k *Argumentis.* non solum iureiurando, quod est species probationis: quod tamen ante & post potest taxari: licet quidam dicant hodie cõtra: vt no. ff. eo. l. videamus. §. penult. & supra de iudi. authen. post iusiurandum.

SVmma.] CASVS. Duobus administratione rerum iniuncta, vnus administrauit, alius cessauit. qui gessit, dicebat minorẽ damnificatum fuisse in centum per hoc q̃ alius non gessit: & iurauit aduersus eum in litem: & iudex condemnauit eum in centum. minor circumuentus forte fecit ei pactum de nõ petendo: nunquid ei noceat, quæritur? Dicitur quod non, eo quod non interuenit curatoris auctoritas. Vel sic: Petiit socius vt transigeretur super prædicta summa: an possit fieri transactio, quæritur? Dicitur quod non. prima positio verior est.

l *Summa.* id est quantitas.

Codex.

m *Cessantibus.* scilicet in restituendis rebus adulti.

n *Pacto.* quia gratis non valet, cum sit minor: vt supra de pact. l. pactum curatoris. nec transigendo, cũ sit res certa: vt supra de trãsac. l. si de certa. & l. si causa cognita. & ff. de trãsac. l. & post. §. fi. & ff. de cõdic. inde. l. eleganter. §. si quis post. sed si esset maior, valeret pactum, & nonatio: vt ff. de re iudi. l. iiij. & §. si ex conuentione.

ALio iure.] CASVS. Alio iure tenetur tutor, alio iure hæres eius: quia aduersus tutorẽ, si instrumenta nõ exhibeat dolo, lata culpa vel leui. iuratur in litem: aduersus hæredem non, nisi instrumenta fuerint in hæreditate inuenta, & illa dolo vel lata culpa non exhibeat. & hoc in prima. Si vero lis cum tutore fuerit contestata in trãsferenda actione in hæredem, præses partibus suis fungetur: & nisi instrumenta exhibeantur, non ignorabit qualiter procedet. sed non aperit qua actione. Tu die quod deferet iuramentum hæredi, sicut poterat deferre defuncto: vt ff. de hære. tuto. l. cum oportet. & l. vlti.

o *Alio iure* est. id est tenetur.

p *Non proferat.* dolo, vel lata culpa vel leui. alioquin. i. si non per leuem, non esset aliud in tutore quàm in hærede. pro cuius lata culpa iuratur. & sic est speciale, vt propter culpam iuretur. aliàs contra: vt ff. eo. l. videamus. §. fi.

q *Dolo malo.* supple vel lata culpa: vt ff. eo. l. is qui. vel lege vt ibi not. Item de dolo ipsius hæredis dicit, non defuncti: quia tunc nõ iuratur in litem contra hæredem pro dolo defuncti: sed communi intereſſe petitur: vt infra. l. proxima. Sed cum propter latam culpam vel leuem iuratur, an veniat singulare interesse in facti cognitione iudiciaria sine alia probatione, sicut & quando propter dolum iuratur? Respõ. commune interesse venire: vt ff. eo. l. ij. §. j. secundum Azo. & satis est à probatione releuari.

Aliàs iudicem vnum vel ex dolo &c.

Quæstio not. abilis.

r *Moderari.* sic deferendo iuramentum contra hæredẽ, vt poterat contra defunctum deferri: vt ff. de fideiuss. & nomi. & hær. tu. l. cum oblendimus. & l. fi.

LIcet.] CASVS. Si tutor inuentarium: non fecit, & decessit: aduersus hęredem in litem non iurabitur: sed cõueniri potest de dolo defuncti ad commune interesse.

f *Plusquerit.* Apparet hic quod propter dolum defuncti non iuratur aduersus hæredem in litem, sed ob suum hæredis, vt supra eo. l. is qui. & l. alio. Item aduersus tutorem ipsum ex tali dolo iuratur, vt ff. de admini. tu. l. tutor qui repertoriũ. in prin. Alij dicerunt tantum defunctum in culpa fuisse. nam & si in dolo, etiam aduersus hæredem ob dolum defuncti iurareturr.

DE HAEREDIBVS TVtorum vel curatorum.

HAeredes.] CASVS. De negligentia tutoris quæ dolo non comparatur, an hæredes eius conueniri possint, quæritur? Respon. quod non, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, vel

aliquid ad eum peruenerit ex bonis pup. vel cum pupillo acqui A rere potuit, alij cessit, vt ff. mandati. l. si procurator. §. vlti.

Hæres tenetur ex dolo, & lata culpa defuncti.

a *Ob negligentiam.* scilicet defuncti.

b *Non oportet.* ex dolo ergo defuncti & lata culpa hæres tenetur, non leui: vt hic, & supra de nego. gestis. l. curatoris. & ff. eo. l. fina. §. j. & de actio. & obliga. l. ex depositi. & l. ex cõtractibus. & arg. ff. de ma. conue. l. non similiter. & §. de ma. cõtue. l. in hæredes. nisi in tribus casibus: vt subiicit.

c *Inchoata est.* vt supra titu. j. l. alio. in fi. & ff. eo. l. fi.

d *Lucrum.* vt infra eo. l. fin. & ff. de calum. l. in hæredem.

e *Præstitum sit.* vt quod potuit pupillo quærere tutor, alij permisit: vt ff. manda. l. si procuratorem. §. fina. lucrum enim est ex alieno & c. vt ff. de fur. l. si pignore. §. j.

PAter.] CASVS. Si plures dati sunt tutores alicui, & quidã gesserũt, & quidam nõ: non gerentes vel eorũ hæredes tenẽtur: prius tamen cõueniendi sunt quigesserunt.

f *Vel vtili.* vel pro id est. nam vtili non directa tenetur qui non gessit: vt ff. rem pupil. fal. fo. l. non quasi. §. j. Vel dic tutelæ, scilicet vtili. vel vtili, scilicet negotiorũ gestorũ contra hæredem curatoris. §. de neg. gest. l. curatoris. g *Potestis.* cum ex dolo vel lata culpa tantũ defuncti hæres teneatur: vt supra. l. proxi. apparet quòd cessatio est dolus, vel lata culpa: vt hic. & infra tit. j. l. ij.

h *Referipsum est.* vt §. tit. ij. l. licet. & §. arb. tu. l. cum interdictæ. & supra de admi. tu. l. & si scisses. & infra si tu. rei pub. cau. l. j.

Auersus.] CASVS. Si tutor in causa pupilli contraxit, & fideiussorẽ non idoneũ accepit, puta quia mutuauit pecuniã pu. an teneat eo nomine, quæritur? Dicitur quod sic. Vel sic: Aliquis fideiussit pro Titio apud Sẽtum: Seius filio suo fideiussorem dedit tutorẽ. si à seipso non exegerit Titio facto nõ soluendo, vel Titium non conuenit: poterit pupillus ex causa fideiussionis actione tutelæ eum conuenire, eo quòd cõuersa sit prima actio in auctionem tutelæ.

i *Aduersus hæredes.* qui si mares sunt, & legitimæ ætatis, debent explicare quæ per defunctum inchoata sunt: vt ff. eo. l. j.

k *Fideiussionis.* puta quia malum fideiussorem accepit in causam pupilli: nã tenetur eo nomine. Vel aliter: quia cum debuit exigere alios debitores pupilli, & seipsum debet exigere: & si non fecit, deuoluitur in actionem tutelæ prima actio: vt ff. de admi. tut. l. quotiens. § j. etiam si prima erat finita tempore: vt ed. l. quotiẽs. & ff. de fideiuss. tu. l. tutor datus. & ff. de neg. gest. l. dinortio. §. penul. & §. fin. & l. qui sine. Accursius.

Tutor à se vt ab alijs debet exigere.

TITVLVS LIIII.
DE HEREDIBVS TVTORVM VEL CVRATORVM.

Hæredes tutoris non tenentur ex leui culpa tutoris, hoc dicit totus iste titulus. Bald. Vel sic: *Hæredes tutoris non tenentur ex leui culpa defunctis: nisi in tribus casibus hic expressis.* h. d. Salycetus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Fusciano.

HÆredes tutorum ob negligentiam quæ non latæ culpæ comparari, posB sit cõdemnari nõ oportet: b si non contra tutorem lis inchoata c est, neque ex damno pupilli lucrum d captatũ, aut gratia præstitũ sit e. PP. VI. Id. Mar. Laterano & Rufino Cõss.

De non gesto à tutore, teneatur eius hæres. h. d. Salycetus.

II. Imp. ANTONINVS A. Valentino & Materno.

PAter vester tutor vel curator datus, si se non excusauit, nõ ideo vos minus hæredes eius tutelæ, vel vtili f iudicio conueniri poteſtis, & quod eum tutelam seu curam non administrasse dicitis, nam & cessationis ratio reddenda est. Prius tamen propter actum suum eos conueniendos esse, qui administrauerunt, sæpe rescriptum est. h PP. XI. Kal. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

Hæredes tutoris tenentur de eo quod defunctus à se vel ab alio non exigit, hoc dicit. Salycetus.

III. Idem A. Vitæ.

ADuersus hæredes i quondã tutoris tui tutelæ actione consiste. In iudicium autem veniet etiam id quod tibi tutor ex causa fideiussionis k debuit. PP. IIII. Non. Iul. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Hæredes tenentur ad eos pertenta restituere, & de negletis à defuncto rationem reddere. h. d. Salyc.

HAeredes.] CASVS. Si ad tutoris hæredes vel curatoris aliquid ex re pu. vel adulti peruenierit: an id restituere debeant quæritur? Dicitur q̃ sic. & sic administrauerit tutor. vel curator, siue non: tenebuntur. Viuianus.

l *Cognitur.* vt supra eo. l. j.

IIII. Imp. ALEXAND. A. Frontino.

HÆredes eorum qui tutelam vel curam administrauerũt, si quid ad eos ex re pupilli vel adulti peruenerit, restituere coguntur. l ¶ In eo etiam quod tutor vel curator administrare debuit, nec administrauit, ratione reddere eos debere, non est ambigendum. m PP. VIII. Kal. Nouembr. Alexandro. A. III. & Dione Conss.

TITVLVS LV.
SI TVTOR VEL CVrator non gesserit.

Qui non admittitur ad accusandum, potest esse promotor inquisitionis, & potest implorare officium iudicis in locum defuncti accusatoris, quod est nota. dignum. Bal. Vel sic: *Tutori etiã non gerenti imputatur si conseruatorem suspecti non facit: & libertus qui non potest patronum de suspecto accusare, non prohibetur iudicis officium implorare.* Salycetus.

I. Imp. ALEXANDER A. Zotico.

CErtum est non solum eos qui gesserunt, sed etiam qui gerere debuerũt, n tutelæ teneri etiã in ea quæ à contutoribus seruari non potuerunt: o si modo cum eos suspectos facere deberent, id officium omiserunt. p ¶ Tu autem etsi contra patronũ q tuũ famosam actionem r instituere non potuisti: prouidere tamen ne quid tutelæ deesset, necessariis postulationibus apud eum cuius de ea re iurisdictio fuit, potuisti. s PP. II. Id. Decem. Maximo. II. & Æliano Conss.

Contutor pro gestis à contutore idoneo non tenetur in fulsidium, pro negletis ab vtroque pariter tenetur cum illis. Salyce.

II. Idem A. Iusto.

QVi se non immiscuerunt tutelæ vel curæ ex persona eorum qui gesserunt, & idonei

m *Ambigendum.* vt supra eo. l. pater. & facit §. arbi. tu. l. tutelæ.

SI TVTOR vel curator &c.

Qualiter is qui gessit teneatur, dictum est: videamus qualiter is qui non gessit conueniatur, & quando sine quo ordine. Ayo. Cõtinuatio

CErtum est.] CASVS. Si plures dati sunt tutores, & quidã gerant, & quidam non: non gerentes si soluendo non sunt qui gesserunt, vel eos de suspecto non accusauerint: quin teneãtur, dubium non est, & hoc in prima. Si ergo libertus & patronus dati fuerunt tutores, & patronus fuerit suspectus: non debet libertus excusari si eo prætexteu dimittat patronum accusare, quia non licear sibi aduersus patronum famosam instituere actionem, eũ possit officium iudicis implorare si aliquid de rebus pupilli periret, vt amoueretur, & alius daretur. Viuianus.

Sunt dati aliqui pupillo qui si teneantur qua lenus.

n *Debuerunt.* vt infra l. proxi. & §. de testa. tut. l. si cibi pater. & ff. de rit. nupt. l. si quis tutor. §. quinetiã. licet enim gessisse videatur & qui per alium gerit: vt ff. de admini. tut. l. ita autem. §. gessisse. & l. tres tutores. & ff. de fideiuss. tut. l. ij. nihilo minus tamen teneatur, vt ff. mãda. l. si procuratorem. §. si tutores.

o *Non potuerint.* dic vt dixi supra, de proba. l. ex persona. & §. si tutor reipub. l. j. vide. l. fin. §. de fideiuss. tuto. vbi similia verba habentur.

p *Omiserunt.* hic dicitur dixi supra de diui. tut. l. ij.

q *Patronumtuum.* qui contutor erat.

r *Actionem.* id est actionem de suspecto. nam actionem pecuniariam etiam famosam pupilli nomine potest intendere: vt ff. de in ius vocan. l. quæsitum. quæ est contra. Vel dic proprie, & non potest, scilicet suo nomine intendere: nisi ex magna causa: vt ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. fi. sed nomine pupilli sic vt in contrariis. Vel dic. non potest accusare, scilicet per libellum, sed implorãdo officium iudicis sic, vt subiicit. quod dic vt in summa. de obpatro. præstan.

Tutor sic potius quã accusare desque sine remouatur.

s *Potuisti.* implorando per officium iudicis vt ille remoueatur, & alius detur cũ sine accusatore hoc fieri possit: vt ff. de suspec. tuto. l. iij. §. præterea. Sed quidam dicunt hic peti curatorẽ non eũ remoueri, cũ sit cõiunctus pupillo necessitudinis vinculo: vt ff. de suspe. tut. l. si tutor. in pri. quod nõ placet: quia nõ pupilli, sed cõtutoris erat patron⁹. satis tamẽ potest legi in patrono pupilli: Quise.]

QVise.] CASVS. Si duo tutores dati sunt pupillo, & vnus A gerat: alius non. ille qui non gerit, non tenetur si alter qui gessit, idoneus est. Si vero aliqua sunt quæ à nullo eorum gesta sunt: ad vtrunque periculum communiter pertinet. Viuianus.

a *Tenet.* nisi erant appẽdicia eorũ quæ gesta sunt: vt ff. de admini. tut. l. tres tutores. §. itẽ in eo. & facit supra. l. proxi. in prin. & de diui. tut. l. si. & ff. rem pupil. fal. fo. l. non quasi. §. si quis procurator. Et nota cum quis ad tutelam vocatur: aut iniuriliter, & non tenetur si se non immiscuit: aliàs sic negotiorum gestorum: vt §. de testamen. ture. l. j. aut vtiliter, & tunc si non habet excusationem, tenetur ex quo scit se nominatum, nisi alius gerat: vt §. de admini. tut. l. & si scisses. si habet, aut exequitur eam intra legitimum tempus, & tunc non tenetur. aut non exequitur eam intra legitimũ tempus, & tunc pro toto tẽpore tenet, si iussus est administrare vt ff. de excu. tu. l. si is qui tres.

DE VSVRIS pupillaribus.

Quis in actione tutelæ vsurarum sit condemnatio, de vsuris pupillaribus supponit. Azo.

Vsuræ quæ pupillares dicuntur.

b Pupillaribus. *pupillares dicuntur, quas pro conditione sua persona potest pupillus pupillari secundum modum qui est supra de vsur. l. ult.*

TVtorem.] CASVS. An tutor vel curator qui pecuniam pupilli vel adulti in vsus suos conuerit, ad legitimas teneatur vsuras quæritur? Dicitur quod sic. Viuianus.

c *Legitimas.* id est pupillares, non minuendas ex more regionis: & hoc si palam conuertit. & sic loquitur. ff. de adminis. tut. l. tutor qui. §. quæ autem sunt. Vel dic legitimas, id est centesimas, vt quãdo conuertit clam: vt ff. de admi. tuto. l. non existimo & ff. de nego. gest. l. qui sine. & omnes dicũtur legitimæ. id est à lege statutæ. & facit. §. arb. tut. l. iij. & depositi. l. si depositi. Et not. quandoque præstantur cẽtesimæ, quandoque pupillares, ita vt non minuantur per consuetudinem regionis, vt pater per d. l. ff. de admini. tuto. l. tutor qui repertorium. §. si post. vsque in fi.

Tutor potest pupillum suum in vsus suos conuertere.

Vsuræ quæ debentur.

Vsuræ pupillares.

Eius.] CASVS. Si plures sunt tutores, & vnus vel ex persona sua, quia gessit, & male: vel omisit, cũ gerere debuit: vel ex alterius persona qui soluendo non est, conueniatur, & non soluat: an teneatur ad vsuras, quæritur? Dicitur quod sic, licet videatur quod ex persona alterius vsuras soluere non debeat: quia euenit vt ab alio vsuræ præstentur, si contutorem suum suspectum non fecerit, cum facere potuit. Viuia.

d *Dubium non est.* vt ff. rem pupilli fal. fore. l. si postea.

e *Numeris.* qui cum suspectus remoueri debuit, remotus non est.

f *Solutionis.* sortis & vsurarum.

g *Quia non.* id scilicet vt vsurę præstentur pro alio &cæt. vt

A hic, & ff. de admini. tut. l. tutor qui repertorium. §. pe.

h *Imputari possit.* hoc potest admitti diuisa tutela à testatore vel iudice. vt supra de diui. tut. l. ij. Si autem non erat diuisa, & omnes gesserunt, vt hic erat: omnes tenentur in solidum etiam si non debuit vel potuit remouere vt suspectum.

Idibus April. Modesto & Probo Conss.

Obligatus ad rationem reddendam, aduersa parte nolente agere, potest petere testes recipi ad æternam rei memoriam: per quos fides probatio sui iuris. hoc dicit secundum vnam lectur. nam. Et item quod assignetur aduersario terminus ad agendum. hoc dicit secundum aliam. sed primam notabiliorem puto. Bald. Vel sic: *Tutor non potest pupillum suum quandam compellere vt agat contra eum, sed denuntiationibus fidelis potest coram præside ea ad quæ tenetur, deponere: & pro depositis non current vsuræ. hoc dicit secundum aliam lecturam. & hoc intendit. Reus non potest compellere eum qui suum se dicit creditorem, vt agat: sed potest eius testes facere examinari ad perpetuam rei memoriam, vel potest petere vt ei præfigatur tempus vltra quod non audiatur.* Salycetus.

IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & cc. Ditatio, & Aurelio.

PVpillus agere vobiscum actione tutelæ compelli non potest k. Verum aduersus futurã calumniã, vt & si quid ei debetis, cursus inhibeatur vsurarum, denuntiationibus frequenter l interpositis, ad iudicium eũ pro uocate: ac si rem ditsimulatione proferat m, actis apud præsidem prouincię factis *, voluntatis n vestræ rationem declarate quo facto, tam vobisipsis, quam securitati filiorum vestrorum consuletis. Quod & in curatoribus locum habet. PP. III. Kalend. Sept. Sirmij. CC. Conss.

TITVLVS LVII.
DE FIDEIVSSORIBVS tutorum vel curatorum.

Cum tutore & cum fideiussore non potest pupillus in solidum agere. Salycetus.

I. Imp. ALEXANDER A. Felici.

ELigere debes o vtrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus, seu hæ-

k *Compelli non potest.* vt supra vt nemo inui. l. j. sed fallit in casibus: vt ibi not.

l *Frequenter.* vt ex hoc magis contumax præsumatur.

m *Proferat.* i. differat.

n *Voluntatis*, quæ est quia vultis soluere. & quod subiicit, quo facto: supple & depositis solenniter: vt ff. de procur. l. si reus. Vel dic quæ voluntas est, quia vultis producere testes ad perpetuã memoriã qualiter nihil debetis: vel si debetis, qualiter offertis: vt futura vsura impediatur. & pro hoc est quod subiicit, actis etiã &c. vt in authen. de testi. §. pe. colla. vij. Tertium etiam est consilium, & petat à iudice vt statuat tempus pupillo, vltra quod non audiat eum agentem: vt §. de ingenu. ma. l. diffamari. & ff. quib. ex cau. ma. l. sed & si. §. ait prætor.

Gloss. tit. e. si. de fideiussor. inducit hic l. in arg. quod tutor & probatio de bent in publicam formã redigi. & sic non pereant.

DE FIDEIVSSORIBVS TVTORVM vel curatorum.

ELigere] CASVS. Finita tutela pupilli habet eligere vtrũ velhæ agere cũ tutoribꝰ seu curatoribꝰ, vel cũ eorũ hæredibus, vel cũ fideiussoribꝰ eorũ: vel velit agere, p parte cũ tutoribus vel cũ curatoribus, vel cũ hæredibꝰ eorũ: & p parte cũ eorũ fideiussoribꝰ. Si autẽ velit oẽs in solidũ cõuenire hoc sibi nõ licebit. Vi.

o *Eligere debes.* vt §. de acti. & oblig. l. est in arbitrio. sed hodie contra: vt in authen. de fideiuss. §. j. colla. j.

Dimidere.

a *Dividere.* inter reum & fideiussores: vt ff. de duo.re.l.reos.in princ. sed fideiussores contra pupillum non habent beneficiū epistolæ. vt ff. re.in pup.sal. fo.l.fina.

Nb Act.in quod exigitur.

Quo est.] CASVS. Si tutor teneatur pupillo, & soluat. liberatur fideiussor. Si vero fideiubeat pro tutore: reiicit an simpliciter, an intercueniente stipulatione rem pupil. saluam fore. primo casu tutore soluente liberatur fideiussor. secundo casu tutore satisfaciente non dicitur liberatus, sed non incidisse in obligationem. vel primo casu obligatur fideiussor in totum, secundo in id tantū quod à tutore seruari nō potest. Viuianus.

c *Liberari.* vt instit. quib. mod.tol.oblig.in princ.& ĵ. de fideiuſ.l.ſi indebitam.in fin.

d *Simpliciter.* sic dicens, pro isto fideiubeo.

e *Planè.* sed nonne idē in primo casu quod in his duobus est? Respon. non; quia primo ab initio fuit obligatus, sicque postea liberatur: sed in his nō fuit obligatus, sicque non liberari, sed non incidere in obligationē dicitur, nisi in id quod deest: vt hic, & ff. de verbo.oblig.l.decem.

DE CONTRARIO *iudicio tutelæ.*

SI *pro contutore.*] CASVS. Si finita tutela pupillus vnum de tutoribus ob communem dolum conuenerit & condemnari fecerit, & alius pro condēnato soluerit: si postea alia die velit vt pupillus cedat sibi act. aduersus contutorem: an contrario iudicio tutelæ ad id faciendum possit pupillum conuenire, quæritur? Dicitur quod non. Si vere soluerit vt cederetur ei actio: hoc casu videtur actionem emisse. & vt ea sibi cedatur, poterit pupillum conuenire. Viuianus.

f *Iudicato.* id est condemnato propter communem dolum, vel tuum tantum, cum te diutius administrantem, suspectum facere debuerit: secundum quosdam.

g *Actio.* scilicet contra eum qui iam per solutionem tuam liberatus est: tuo tamen nomine vtilem habes: vt infra.l.proxi.secundum Ir.

h *Emisti* dicendo, ideo soluo, vt cedas actionem.

i *Suam.* id est tuam.

k *Dam.* scilicet tu.

l *Heredes.* contutoris.

m *Commenta.* vt ff. de solu.l.Modestinus. & sic quæ est inutilis cedenti, erit vtilis ei cui cessa est: vt ff. māda.l.Papinianus. & ff. de cessi.l.cum possessor. in princ. & facit. ff. de ma.con.l.ij, & iij. & facit. ĵ. de solu.l.nulla.

Si non.] CASVS. Duo erant tutores qui male administrabant A bona pupilli. finita tutela pupillus contra vnum qui erat absens egit, & in solidum condemnari fecit: nec ille sciuit se condemnatum, nec appellauit, & sic acquieuit eo soluente. iste condemnatus conuenit pupillum vt sibi cedat act. aduersus contutorē: vel si non cedat, conueniet tutorem vtili nego. gest. act. vel tutelæ. Viuianus.

n *Si non ex propria culpa.* Duo erant tutores puellæ: vnus qui erat absens electus à pupilla, in solidum fuit condemnatus. *Casum ius.*

n *Non ex propria culpa.* idem si ex proprio dolo, vt actio ei non cedatur: vt ff. de tut. & ra. dist. l. j. §. nūc tractemus. sic & ff. pro soc. l. cum duobus. §. fin. sic & procurator qui soluit propter sum delictum: vt ff. de procur. l. qui proprio. §. item contra.

o *Absens.* cum constabat eum malam fouere causam: alioquin contra: vt ff. de euic. l. si ideo. & l. si per imprudentiam. Vel dic q fuit absens ex iusta & probabili causa.

p *Cæterus.* opponitur ergo hæc exceptio cedendarum actionum etiam post sententiam: vt hic, & ff. de fideiusso. l. si fideiussores.

q *Mandari.* pro parte, non in solidum: vt ff. de tu. & ra. dist. l. cum pupillus. & de admi.tu. l. si plures. in fin.

r *Desiderabis.* contra, §. l. proxi. vbi non mandatur à pupillo. Solu. ibi soluit, hic non.

f *Vtili actione.* scilicet neg. gest. vel tutelæ, secundum Azo. sic & ff. de nego. gest. l. ex facto. & §. si cer. pera. l. si absentis. & ff. de act. & oblig. l. j. in fin. secus in fideiussoribus: vt ff. de fideiuſ. l. vt fideiussor.

Si pater.] CASVS. Pater tuus administrauit tutelā priuigni sui: & ex mala administratione tenebatur pupillo priuigno in cccc. decesſit priuigno & te hæredi bus institutis: & ita confusione extincta est actio. reliqua. cc. à te petere poterit. Si vero pater aliqua in rem priuigni impendit: vsque ad concurrentem quantitatem cōpensabit. Si vero quingenta impendit, & in cccc. tantum tenebatur: nec agere velit plus sciens fuisse erogatum quàm debitum sit: poterit eum conuenire contrario iudicio in id quod supereſt deducto debito. Viuianus.

t *Proponis.* Not. vitricum posse esse tutorem priuigni, non tamē apud eum alibi: vt hic, & §. vbi pu. edu. de. l. j.

v *Extingui.* vt supra de nego. gest. l. si ab eo & de hære. ac. l. si adulta. & infra ad legem Falcid. l. licet. & supra de rei vindic. l. cum à patre.

x *Compensatione.* sic supra communi diui. l. iiij. in fine. & ff. commo. l. in rebus. §. fina.

Poteſt.

a *Potes.* sic ff. commo. l. in commodato. §. j.

DE AVCTORITATE PRAESTANDA.

De tutoribus & curatoribus dictum est, & quia oportet eos auctoritatem præstare minoribus in his quæ agunt vel pacisc untur in præiudicium suum, ponit de auctoritate præstanda. A. Ro.

Neque tutoris.] CASVS. Si pupillus sine tutoris auctoritate stipulatur aliquid sibi dari vel fieri: an valeat stipulatio, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.

b *Pro pupillo.* nisi sit infans: vt ff. de verb. obliga. l. mulier. Excepto vno casu: vt ff. rē pupil. fal. fo. l. seruum. & facit instit. de auct. tut. in prin. & infra de contrahen. stipu. l. neque.

Neque actiones.] CASVS. Si pupillus aduersus aliquem act. habeat: an sine tutoris auctoritate eam remittere possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

c *Tutoris.* non solum dominici.

d *Poteri.* quandoque nec adesse sibi potest: vt infra. de auct. tut. §. neque.

Eum qui.] CASVS. Si à pupillo sine tutoris auctoritate distractum fundum compara sti eum præscribere nō potuisti. Viuianus.

e *Non defendit.* vt infra de vsucap. pro empt. l. eum qui. & ff. si cer. petat. l. non omnis. §. si pupillus. sed certe immo videtur quòd sic: vt ff. pro emp. l. ij. §. si à pupillo. quæ est contra. Solu, Distingue, cum quis emit aliquid à pupillo sine tutore, sciens cum impuberem: siue credat eam rem tenere, siue non: cum errat in iure, non vsucapit: vt ff. de vsucap. l. nunquam. Si vero putat puberem: aut est mobilis res quę emitur, & aliena, & vsu capitur; & sic loquitur contrarium. aut immobilis: & tunc non vsucapitur, cum non possit alienari: vt hic. si autem est pupilli etiam mobilis, non vsucapitur: vt ff. de vsucap. l. vbi. & ff. de acquir. re. domi. l. bonæ fidei.

Clarum.] CASVS. In hac. l. dicit imperator, quòd tam in ciuili causa quàm in criminali, si pupillus vel adultus cōueniatur vel conueniat, interuenire debet tutor vel curator ad hoc vt teneat quod actum est: ne dicat pupill⁹ quod sibi nocet, vel taceat quod sibi prodest. Viuia.

f *Concedunt,* quod est in omni crimine, excepto crimine carnis: vt ff. de reg. iur. l. pupillum. & de tribu. l. iij. §. fin. & instit. de oblig. ex delic. §. fin. & ff. de fur. l. impuberem. & ff. de adulte. l. si minor.

g *Responsa.* quando conueniuntur.

h *Inferre,* cum pulsant, quod faciunt in accusando, prosequendo suam vel suorum iniuriam: vt ff. de accusa. l. ij. & l. hi tamē. & ĵ. de adult. l. propter.

i *Calculo,* id est sententia. non ergo valet sententia ipso iure sine tutoris auctoritate in iudicio: vt hic, & §. si aduer. rem. iud. l. cum minores. & qui le. per. l. ij. sed contractus valet, licet restituatur. primum fallit in iudicio momentaneæ possessionis: vt §. qui le. per l. fin. *Sententia in pupillis lata sine tutoris auctoritate non valet.*

Veterem.] CASVS. Olim si plures erant tutores dati in testamento, vel à iudice, vel à lege, vel ex inquisitione: vni⁹ dati in testamento auctoritas sufficiebat. si plures erant legitimi, non vnius, sed omnium sufficiebat auctoritas. hodie vero nulla erit differentia cuiuscunque generis sint tutores: dūm tamen administratio non sit diuisa. tunc enim quilibet pro sua regione seu parte præstabit auctoritatem: nisi tale factum fuerit, per quod soluitur tutelar: verbi gratia: Pupillus vult se dare alicui in arrogationem: finitur tutela. vnde in hoc casu omnes tutores debēt præstare auctoritatem: nec vnus sufficit: quiā quod omnes tāgit, &c. Viuianus. ** al. & vid cat.*

k *Et.* pro etiam.

l *Compellebantur.* cuius distinctionis erat argu. §. de tu. vel cura. qui fā. non de. l. non omnium.

m *Sufficere.* vt & §. si vnus ex plu. l. j. & ff. de cura. fur. l. consilio. §. fi. arg. ff. de offic proconſ. l. j. §. j.

n *Absimiles.* sed similes.

o *Prægrauantur.* vt & ff. iudi. sol. l. iij. §. si tutor. & de cura. bo. dan. l. ij. §. j.

p *Speratur.* in ipsos magistratus: vt instit. de satisda. §. penult.

q *Absentium est.* vt & ff. de adop. l. quòd ne. & l. nam ita. & de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & l. si autē plures. & ff. de re iudi. l. duo ex tribus. & ĵ. de app. l. nominationes. & ĵ. de omni agr. defer. l. fi. lib. xj. & extra de temp. ordi. l. si archiepiscopus. & de offi. archid. ca. ad hæc. sed fallit hoc vbicunque cōsensus tacitus sufficit, & facit. ĵ. de cura. fur. l. fin. *Omnes tã gens, ab omnibus approbatur. Con cor. extra de reg. iur. c. quod oēs. & c. si archiepiscop⁹. & gl. super ver. cū omnibus. de temp. or.*

r *Similter.* id est æqualiter.

QVANDO

consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

In omnibus actibus sufficit auctoritas vnius tutoris, nisi administratio sit diuisa, & nisi auctoretur super eo quod finit officium. Baldus. Vel sic: In gerendis à minoribus, sufficit vnius tutoris vel curatoris auctoritas interposita super his quæ spectant ad eius administrationem: nisi sit actus per quem tutela finitur: quia tunc omnium consensus exigitur. Salyc.

v. Idem A. Ioanni præf. prætor.

VEterem dubitationem amputantes per quam testamentarij quidem vel per inquisitionem dati tutoris & *k vnius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diuersis regionibus destinati, legitimi autem vel simpliciter dati omnes consentire compellebantur; l sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, siue in testamento paterno, siue ex lege vocati, siue à iudice vel ex inquisitione vel simpliciter dati, vnius tutoris auctoritatem pro omnibus tutoribus sufficere m, vbi nondum diuisa est administratio vel pro regionibus, vel pro substantiæ partibus. ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatē pupillo præstare: quia in hoc casu non absimiles n esse testamentarijs, & per inquisitionem datis legitimos, & simpliciter datos iubemus, eo quòd fideiusionis onere prægrauantur, o & subsidiariæ actionis admiculum speratur. p ¶ Sed hæc omnia ita accipienda sunt, si non res quæ agitur, solutionem faciat ipsius tutelæ: vt puta si pupillus in arrogationem se dare desiderat. Etenim absurdum est q solui tutelam nō consentiente, sed forsitan ignorante eo qui tutor fuerat ordinatus. Tunc etenim, siue testamentarij, siue per inquisitionem dati, siue legitimi, siue simpliciter creati sunt: necesse est omnes suam auctoritatem præstare: vt quod omnes similiter r tangit, ab omnibus comprobetur. Quæ omnia simili modo & in curatoribus obseruari oportet. Dat.

QVANDO TVTORES &c.

Quia actio tutelæ demum finita tutela nascitur, & intentatur, vt diximus. S. arbi. sut. videamus quando tutores vel curatores desinare esse. Azo.

Sl curatores.] CASVS. Si tutor non sufficiat ad administrationem tutelæ: pupillus potest petere vt sibi adiugatur curator, qui eo tempore quo tutela finiatur, ab officio curæ eximitur: hoc est cum tempus pubertatis aduenerit, quo peruento, dandus est sibi alius curator, propter ætatis infirmitatē. Viu.

a *Adiuncti sunt*. quod quandoque fit: vt infra. de cura. §. interdum.

b *Finiri*. vt §. in quibus cau. tu. ha. l. potuit. & ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. curatorem. & de tut. & ra. distr. l. nisi. in principio.

c *Esse dandos*. vt ff. de mi no. l. j. in fin.

TVtoris.] CASVS. Si pupillus tu. sibi datus, non plus habere voluerit: an sola voluntas eius sufficiat ad hoc quòd finiatur officium tutelæ, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

d *Certissimum est*. sic. ff. de offic. præsi. l. legarus. certi enim sunt n. odi quibus finitur: vt institu. qui. mo. tu. fin. per totum.

IN decoram.] CASVS. Aduenientе tempore pubertatis an finitur officium tutelæ? Dicitur quòd sic, qualiter autem hoc sciebatur? olim fiebat corporis indagatio: sed hodie fœmina cum peruenit ad xij. an. iudicatur pubes, masculus, cum peruenit ad xiiij. an. Viuia.

e *Cessante*. vt institut. quib. mod. tut. fin. in princip. ADDITIO. Hanc l. intellige quantum ad tutelam vel similia: secus vero quo ad matrimonium contrahendum: quia tunc bene debet fieri corporis indagatio, si dubium sit an sint puberes, hoc est an generare iā possint, nec ne: vt in c. puberes. x. extra de despō. impube.

DE ACTORE à tutore &c.

Quoniam sæpe contingit tutorem vel curatorem impediri gerere minorum negotia, & æquum est interim prouidere minoribus, ponit de actore ordinando à tutore seu curatore. Azo.

Si sui iuris.] CASVS. Pater filij sui emancipati erat tutor legitimus: obuenit pupil. hæreditas materna: quā pater administrare nō poterat, quia oportebat eum abesse causa reipubli. an possit petere actorem, quæritur? Dicitur quòd sic: sed procuratorem constituere non potest: quia dominus non est. Viuia.

f *Si sui iuris*. quia emancipati à te, per quod es legitimus eorū tutor: vt hic, & institu. de leg. paren. tu.

g *Non per procurat orem*. quia non es dominus rerum filij: vt ff. de procur. l. j. sed per actorē: vt subijcit & j. de appel. l. si actor. & §. de pro cura. l. neque. ipse tamen pupillus cū auctoritate tutoris, vel ipse tutor lite contestata ordinat: vt dicta. l. neque. & hoc in iudicijs. ad negotia verò etiam procurator ordinat procuratorem: vt ff. mandati. l. si procuratorem. §. si quis. Similem actorem ordinat episcopus, non syndicum, cū non sit vniuersitas. & hic actor de calumnia iurat, cum legitimam personā habeat vt dixi. §. de iuramē. calum. l. ij. §. j. & §. fin autem vel dignitas. & non constituitur hic actor nisi ex causa: vt institu. de cura. §. fin. & ff. de adminis. tut. l. decreto. & hoc subijcit, nam absens erat à pupillo.

h *Ate*. id est petitum constitui per iudicē: vt d. §. institu. de cura. §. fin. à *Petitionibus*. & facit supra qui da. tu. posl. curatorem. & ff. de tutelis. l. solet.

Kalen. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

TITVLVS LX.

QVANDO TVTORES vel curatores esse desinant.

Finitur officium adiuncti simul cum officio eius cui adiungitur. Bald. Vel sic: Finito officio eius cui quis adiungitur: finitur & eius qui adiungitur. Salycetus.

1. Imp. ANTONINVS A. Hermulæ.

SI curatores tutori b aduncti sunt: a pubertate pupilli, tā tutorū quàm curatorum adiunctorum officiū finiri, b ideoque alios propter ætatis infirmitatem curatores esse dandos, c manifestissimū est. PP. IIII. Kalend. Augusti. Romæ, Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Pupillus non potest cassare tutorem. Salye.

II. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA. & CC. Menippo.

TVtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri, certissimum est. d S. XIII. Kal. Februa. Cæsaribus Conss.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto præto.

INdecoram obseruationem in examinanda marium pubertate resecantes, iubemus quèadmodū fœminæ post impletos duodecim annos omnimodo pubescere * iudicantur, ita & mares post excessum quatuordecim annorum puberes existimentur: indagatione corporis inhonesta cessante. e Dat. VIII. Idus Aprilis Constantinopo. Decio V. C. Cons.

* *al. omnimodo puberes iud. &c.*

a *Ibi est gl. alia, quod exsistentia annorum si non adsit potestas coeundi, nō inducit matrimoniū etiā cū consensu. Continuatio.*

TITVLVS LXI.

DE ACTORE A TVTore seu curatore dando.

Etiam pater tutor filij non constituit procuratorem, sed actorem ante litem contestatam. Bal. Vel sic: Tutor pro rebus pupilli petendis nō constituit procuratorem, sed actorem. Salye.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aphocrationi.

SI sui iuris f constituti filij tui, matri successerunt: licet te tutorem eorum esse probetur: tamē non per procuratorem, g sed actorem decreto cōstitutū à te, h res eorum te absente peti contenit. i S. Nō. Ia. Sirmij. CC. Cōss.

TITVLVS LXII.

BDE EXCVSATIONIBVS tutorum & curatorum, & de temporibus earum.

Spado non excusatur à tutela. Salye.

1. Imp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Autolæ.

FAlsa suasione credis te propterea quòd spado k sis, immunitatem à tutelis habere. PP. Kalend. Maij Chilone & Libone Conss.

Curator generaliter & simpliciter datus, intelligitur etiam datus ad bona extra prouinciam sita: ea: sed de facili ab illis obtinebit liberationem. Salycetus.

C

II. Iidem AA. Habentiano & Cosconio.

SI curatores * dati estis l generaliter, m nec decreto significatum est Italicarum tantum rerum vobis munus iniunctum: adire debetis competentem iudicem, vt vos à prouinciali administratione liberet. n quod si factum fuerit, o petent sibi in prouincia curatores adolescentes. PP. VIII. Kalend. Septemb. Chilone & Libone Conss.

* *Glo. in. super officio leg. indicta hanc l. in arg. quod simpliciter committens vices suas, totū committit.*

Ingenuus excusatur à tutela libertini: & si excusatio renunciatur, debet appellare: aliàs tenetur. Salycetus.

D III. Iidem AA. Crispino.

EXcusationis quidem tuæ, si ingenuus p libertino tutor datus es, certa causa est. ¶ Sed cum te præses prouinciæ audien-

DE EXCVSAtionibus tutorum & curatorum, & de temporibus earum.

Qualiter tutores & curatores ordinentur, item remouentur vel suspecti & reprobi, dictum est. Nunc videamus qualiter excusentur quasi minus idonei. Azo.

k FAlsa suasione. Spado. idem in castrato, secundum Io. vt ff. co. l. spadonem, in princ. licet in adoptionibus, & matrimonio, & substitutione posthumi sit differentia inter spadonem & castratū; vt institu. de adopt. §. sed & illud, & ff. de iure do. l. si serua. §. spadoni. & ff. de libe. & posthu. l. sed est quæsitum. §. j.

l SI curatores.] CASVS. Alicui erat datus tutor, aliàs curator generaliter: minor habet patrimonium suum tam in Italia quàm in prouincia: an curator Italicus possit se excusare ne sit curator in prouincia? Dicitur quòd sic: quo facto dādus est sibi curator in prouincia. Viuianus.

m *Generaliter*. vt institu. de excusa. tut. & cura. §. datus. & ff. de aur. & argen. leg. l. Plautius.

n *Liberet*. quod facere debet, cum sit is de Italia: vt j. co. l. testamento. & ff. e. l. illud vsitatum. & l. propter. §. licet.

o *Fuerit*. id est si eritis liberati à prouinciali administratione. Vel id est si tantùm Italicarum decreto munus est iniunctum.

EXcusationis.] CASVS. Ingenuus excusationem habet ne libertō detur tutor: sed cum aliquis prætēdat hanc exceptionem, & iudex eum repellat quasi tarde prætendisset, nisi appellet, habet necesse parere sententiæ. Viuianus.

p *Ingenuus*. idem si libertus, si modo impetrauit ius aureorum anulorum:

Libertis libertinis non committ.

anulorum libertorum: vt ff. co. l. cum ex oratione. liberti ergo erunt tutores aliorum libertorum: vt ff. de tu. & cura. da. ab. l. pupillo. §. libertis. sed contra libertus non se excusat à tutela patroni: vt infra e. l. nec senatorum. & l. libertos.

a *Quasi tardius*. non vsque ad quinquaginta dies.

b *Prouocaueris*. quod potuisti: vt ff. quando appellandum. l. j. §. si quis tutor.

APplissimi.] CASVS. Si tutor contrahit cum pupilla nuptias, non est matrimonium: & erit infamis. si vero aliquis vxorem habens minorem, cum absens esset, datus sit ei curator: an impediatur matrimonium, quæritur? Dicitur quod non, sed debet ei alius substitui. non enim debet ipsemet maritus remanere in cura per hoc quod dicit se ignorasse curatorem datum. Viuianus.

c *Non intelligitur*. tum quia contra legem: tum quia pupilla est adhuc: vt hic, & ff. de adulte. l. qui pupillam.

d *Constituitur*. vt §. de interdic. matrimo. l. si tutor. & not. factum infamare, licet de iure nō teneat: vt infra de adulte. l. cum qui. & ff. de his qui not. infami. leg. quid ergo. §. cum autē. & argu. ff. ad leg. Cornel. de falsis. l. si quis legatum. in prin. & argu. ff. de ritu nupt. l. palam. §. pe. in fine.

e *Secundo*. vt non vicietur matrimoniū, nec infameris, dum tamen &c. & hoc ex voluntate vel §. de interdic. matrimo. l. cum proponas, secūdum quosdam, sed illud quo ad matrimonium: quia nihilo minus durat: vt dicit. l. cum proponas. & ff. de ritu nup. l. pe. §. sed videamus, sed infamiam non cuirat, nisi curatorem petat: vt hic, & j. eod. l. licet. & ad hoc quod alterū petat, facit. ff. de administra. tut. l. tutores. §. qui se. & de eo qui pro tutore. l. j. §. fin. & §. de ad ministr. tut. l. fin. §. personis. item, sunt argu. hæc. ff. de mor. infe. l. j. §. fi. & ff. de sepul. vio. l. sepulchri.

f *Libertos*. sponte manumissos. sed ex necessitate manumissi possunt se excusare: vt ff. e. l. libertum. §. pen. & l. quanquā.

g *Nullam excusationē*. nec propter numerū liberorū, vt l. aliam.

h *Administrauerunt*. propter hoc alius excusaretur: vt j. eod. l. curator. libertus non: vt hic. Item no. argu. quod clericus qui beneficium habet ab ecclesia, ab onere sibi iniuncto se excusare non debeat, cum & ipsa loco pupillæ sit: vt argu. §. de aduo. diuer. iudiciorum. l. ij.

Vinquaginta.

VInquaginta.] CASVS. Certum est quòd. l. dies dantur volenti se excusare à cura vel tutela. sed à quo tēpore incipiant currere, quæritur? Dicitur quod ab eo tempore ex quo quis scit se datum tutorem vel curatorē, si iudex non admisit eius excusationem: quia si intra. l. dies nō venit, nec appellauit, videtur acquieuisse iudicis sententiæ. Viuianus.

i *Professionem*. id est protestationē apud tribunal: vt ff. e. l. scire. §. scire autē oportet. & habet locum hoc si est intra centum miliaria. si verò vltra: pro viginti miliaribus habet vnū diem, &

dum non putauerit propter prescriptionem: quasi tardius[a] adires, nec à decreto prouocaueris: [b] inrelligis parendum esse sententiæ. PP. Idib. Mart. Albino & Aeliano Conss.

Si maritus ignorans curator datur vxori, excusatur à pœna senatusconsulti, dum tamen aliis petat substitui. Salycetus.

IIII. Imp. ANTONINVS A. Agatho Damoni.

APplissimi ordinis consulto * qui pupillam suam vxorem ducit, nuptias contrahere non intelligitur, [c] & tamen infamis constituitur. [d] ¶ Sed si tu Demetriæ, cum eam in matrimonio haberes, absens & ignorans curator constitutus es: potes esse securus, [e] dum tamen alius substituatur. Non enim debet ignorantia maritorum, amplissimi ordinis consulto fraus queri. PP. XI. Kalend. Iul. Sabino & Aemiliano Conss.

* *Curatores à quibus dari possunt.*

Libertus nullam habet excusationem à tutel. vel cura filiorum patroni & rideo licet fuerit eorum tutor, non prohibetur eis esse curator. Saly.

C

V. Imp. ALEXANDER A. Basilio.

LIbertos[f] à tutela vel cura liberorum patroni seu patronæ nullam excusationem § impetrare posse amplissimus ordo auctore diuo Marco censuit. Et ideo nec illud eis prodesse debet quo minus curatores etiam inuiti, patroni seu patronæ liberis dētur, quod eorundem tutelam ad ministrauerunt. [h]

Terminus ad excusandum se, non latitur ignorati. Baldus. Vel sic: Tutores vel D

Tēpus excusationis datū tutoribus quando incipit currere.

sed aliud in aliis nominationibus munerū quæ sunt publica auctoritate & vtilitate: vt j. de app. l. hi qui. nisi in casu, vt j. quando prouo. non est ne. l. iij.

o *Acquiescere*. Not. arg. de tacito consensu. sic. §. de postu. l. j. & de erro. aduo. l. fi. & distingue vt dixi. §. si tu. non gest. l. ij.

NEque à tutela.] CASVS. Eo prætextu quod quis sit debitor vel creditor pupilli vel adulti, à tutela vel cura se excusare non potest: sed alius debet sibi adiungi: vt si creditor est, & velit pupillum conuenire, defendat eum adiunctus. Viuianus.

p *Diuisset*. vt j. co. l. quod ves. & j. qui da. tu. posl. l. creditorē. etiam si lis mota sit, nisi de maiori parte bonorum sit: vt institu. co. §. item propter. sed hodie contra: vt in authē. vt hi qui. obli. §. j. colla. vi.

q *Defendatur*. vt institut. de auctor. tut. §. fin. & supra de in lit. dan. tu. l. j.

COloni.] CASVS. Id est tutelis quæ ciuiles sunt, id est à iure ciuili inductę: vt ff. de tu. l. j. Sed & cōtra. §. qui da. tut. posl. l. fi. sed ibi in colono Cæsaris. Vel die vt ibi dixi. Item contra. ff. de iure immu. l. semper. §. conductores. Solu. ibi ab aliis muneribus, non tutelis excusantur. Vel ibi de conductore vectigalis, hic alicuius prædij, quod est verius, secundum Azo.

Finis.

Casum potuit.

a FRater. Amisit. vnum. secus si ambos: vt ſ. qui mor. l. j. & ſ. A qui da. tu. l. luminibus. & ff. eo. l. post susceptam.

b *Non posse.* sic. ff. de mino. l. verum. §. ex facto.

c EXactores. *Tanto tempore.* etiam postquàm desiit, habeat tantundem: quod non placet. sed dic tanto, id est interim dũ tractant. Et idem in omni eo cui princeps curã alicuius rei mandauit: vt ff. eod. l. geometræ. & l. mensores. & insti. eo. §. itẽ diuus Marcus. sed secus in absente reipublicæ causa, qui quandoq; ad annum, quandoque ad plus, quandoque in perpetuum excusatur. vt ff. eo. l. sed & milites. & intti. eo. §. itẽ hi qui rei.

d *Oneribus.* aliis.

TEſtamento.]C A. SVS. Si pupillus habeat patrimonium in Italia, & in prouincia: tutor ei datus simpliciter intra. l. diem excusationem habebit, scilicet quod vtrobique domicilium non habet, proponere debet. quod si tempus fluxit, videtur dationi consensisse: & vtriusque patrimonij erit tutor: sed propter latum patrimoniũ poterit adiũgi curator. Viuianus.

e *Postulare debuisti.* & habuisses: vt ff. eo. l. illud. & ſ. eo. l. ij. & ſ. qui da. tuto. pos. l. neque à præside.

f *Diffusum patrimonium.* in eadem prouincia vnde es.

g *Aestimabit.* vt & ſ. in quibus cau. habenti. l. iij. in fi.

VOluntaria.] C A. SVS. Si quis habebat excusationem, & voluntarie seu sponte suscepit tutelam: non propter hoc compellitur aliam susципere: vt supra de epiſc. & cler. authen. presbyteros. Vel sic: Licet vnus excusationem habens sponte susципiat, non præiudicat alij qui similem excusationẽ habet: vt ff. de priui. vetera. l. ij. Vel dic, non præiudicat priuilegio pup. quo minus tutoris bona sint pupillo obligata. Vi.

h *Voluntariæ.* si cum haberes excusationem, sponte vnam susцepisti tutelam, non per hoc compelleris aliam accipere: vt hic, & supra de epiſco, & cleri. authenti presbyteros. ij. & infra de his qui spon. mu. l. ij. lib. x. Vel secundo, licet vnus sponte susципiat, non præiudicat alij qui habet similem excusationem: vt ff. de priuile. vetera. l. ij. illam tamen adimplere tenetur: vt ff. de va. & excu. mu. l. prætor. §. si post causam. & ſ. de his qui spon. pu. mu. l. j. lib. x.

i *Priuilegiis.* scilicet suis, vel alterius, vt dixi. Vel dic tertio, id est pupilli quo minus eius bona teneantur pupillo. & facit ff. de operis lib. l. operis non impositis. & supra ne filius pro patre. l. fina.

Monoculus non excusatur à tutela vel cura. Salycetus.

IX. Idem A. Romano.

FRater tuus non ideo à tutela vel cura excusari debet, quod oculum amisit [a], proinde intelligis munꝰ susceptum eum deferere nõ posse [b]. PP. Kalend. Feb. Modesto & Probo Conss.

Exactor tributorum durante tempore exactionis excusatur à tutela vel cura. Salycetus.

X. Idem A. Crispino.

EXactores tributorum tanto tempore [c] quanto rationem tributariam tractauerint, nõ solum ab oneribus [d], sed etiã à tutelis vacationem habere dubitare non debuisti. Dat. Idibus August. Alexandro. A. III. & Dione Coss.

Tutor testamentarius tenetur bona administrare etiam extra prouinciam constituta, nisi ab hoc se excusauerit: propter tamen insufficientiam curator adiungitur. Saly.

XI. Idem A. Hylæ.

TEſtamento tutor datus, vt à bonis his excuſareris, quæ pupilli tui in alia prouincia quã vnde es, vbique moraris, possident: intra quinquagesimum diẽ C postulare debuisti [e]. Quod si facere cessasti, excusatio quidem temporis prescriptione summouetur: sed propter latè diffusum patrimonium [f] an tibi adiungi aliquos curatores oporteat, prases prouinciæ, si te insufficientem de prehẽderit, estimabit [g]. PP. VIII. Id. Decemb. Pompeiano & Peligno Conss.

Habens priuilegium circa plura, per actum contrarium in vno actu specialiter factum non perdit in aliis. Bald. Vel sic: Per vnum actum contrarium quis non perdit in aliis priuilegium, habens effectum reiterabilem & successiuum. Saly.

XII. Imp. GORDIANVS A. Valentino.

VOluntariæ [h] * tutelę munera priuilegiis [i] nihil derogant. PP. XI. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano Conss.

Liberti non excusantur à tutela, quia gerunt patronorum negotia: nisi patronus

NE *senatorum.*] CASVS. Non solum liberti aliorum, sed nec senatorum si gerãt tutelam vel curam patroni, à muneribus ciuilibus se excusare possunt: si vero senator tãtum habeat vnum libertum qui datus sit tutor patrono: ille à tutela vel cura habet excusationem. Viuianus.

sit senator: & tunc vnus tantum excusatur. Salycetus.

XIII. Idem A. A. pollinari.

NE senatorum quidem liberti, nedum * cæterorum, propterea quia patronorum negotia gerunt [k], à muneribus ciuilibus habent immunitatem. tantummodo etenim vnus senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, à tutela siue cura vacationem habet [l]. PP. X. Kal. Febr. Gordiano A. & Auiola Conss.

Qui nominat aliquem ad munera, vt eum redimere faciat, criminaliter punitur. qui vero nominat vt lite fatigetur, ad expensas ei refectionis ciuiliter tenetur. Saly.

XIIII. Idem A. Heraclidæ.

SEueriter [m] præses prouinciæ exequetur, si animaduerterit aũunculum tum propterea nominari [n] tutorem, vt metu huiusmodi creationis à magistratibus iniuriam redimat. Quinetiã si aliqua ei excusatio cõpetit, & non alia causa nominatus est, q̃ vt lite fatigetur * quod in eam rem absumptũ fuerit, is qui eum nominauit, iuxta formam constitutionũ ei reddere cogetur [o]. PP. Idib. Septemb. Gordiano A. & Auiola Conss.

Finita tutela durante quæstio inchoata propter periculum medij temporis. Bald. Vel sic: Licet pupilli efficiantur adulti, lite super excusatione pendente: tamen causa propter periculum medij temporis debet terminari. Salycetus.

XV. Idem A. Tauro.

QVanquam in tutela detentus, [p] eo quod excusatio quam obiiciebas, non est admissa, prouocationis auxilium flagitaueris, [q] & in medio tempore hi quorum meministi, in adultã ætate agere cœperint: tamen non eo minus causa interpositæ prouocationis propter periculum administrationis eius temporis iudiciorum more examinanda est. [r] PP. VIII. Kalẽd. Nouemb. Ariano & Pappo Conss.

k *Gerunt.* vt tutores vel curatores.

l *Vacationem habet.* vt & ff. eo. l. spadonem. §. liberti. & l. cum ex oratione. in fin. Sed contra in eo. tit. l. libertum. in fi. Sol. ibi præteritas nõ reiicit, sed à nouis excusatur: vt hic. Item cõtra. in eo. tit. l. libertus. sed ibi intellige quod non erat solus. Itẽ contra. primo casui huius l. ff. ad muni. l. libertus. Sol. licet in plurali numero loquatur illa. l. liberti quod liberti gerentes patronorum negotia excusantur: diuisim intellige, id est ille illius solus, & iste isti [?]. sic. ff. de verb. signi. l. lictus. §. fi.

m *Seueriter.* quia lex Iulia repetundarum eũ damnabit: vt ff. ad leg. Iul. repe. l. iij. & iiij. Itẽ condictione ob turpem causam; quando accepisset pecuniã ob hoc: & concussionis crimine vt ſ. de condic. ob tur. eau. l. quod euitandi. actio vero in factum de calumnia non videtur habere locum, quia non nominauit per pecuniam, licet quidam dicant contra.

n *Nominari.* à Titio puta.

o *Cogetur.* ex officio iudicis, vel actione in factum generali: vt ff. de vaca. mu. l. j. §. j. & ſ. de decuri. l. ij. in fine. & de ſtump. recu. l. j. lib. x.

QVanquam.]C A. SVS. Nominatus ad tutelam vel curam, si excusationem suam habet, appellare non habet necesse, sed eã proponat intra. l. dies. an autem sufficiat quòd testator reliquit vxori suæ vsumfru. omnium bonorum suorũ, & pupillus nihil habet, quæritur? Dicitur quòd non: quia personæ non rei principaliter datur tutor: vt instit. qui da. tur pos. Vi.

p *Detentus.* per sententiam iudicis.

q *Flagitaueris.* quod pores facere: vt & ff. quæ senten. sine app. l. j. §. item cum contra sacras.

r *Examinanda est.* ratione præteriti tẽporis, vt si appareat quod per malitiam cessauerit, teneatur: aliàs non: vt ff. eo. qui testamento.

f *Dispicies.* & hæc cognitio potest delegari: vt ff. vbi & apud quem. l. fin. secus in decreto super alienatione interponendo: vt argu. ff. de transact.l. cũ hi.§.si prætor. & fa.j.l.proxi.

NOn est.] CASVS. Si tutor pupil. licet alij obligatam distrahat possessionem sine decreto, ipso iure nõ tenebit alienatio: nec restitutio in integrum est necessaria. & hoc in prima. Si vero creditor, minore non soluẽte, iure creditoris sine decreto distrahat, valet venditio: sed si fraudem in vẽditione commisit, restituetur minor. & hoc in secunda.

g *Vendiderunt.* credentes sibi licere quod creditori licebat. cum ergo ipso iure non teneat sine decreto: vt ff. eo.l.j. ergo cessat restitutio: vt ff. de mino.l.in causę.ij.in prin.

h *Quod si creditores.* qui iure facere possunt sine decreto, licet tutius cũ decreto: vt ff.e.l.j.§.si cõmunis. & l. si pupillorũ.§.j.

i *Beneficium.* C. restitutionis contra emptorẽ.

k *Deceatur.* idem si enorme damnum fuerit passus, licet non interuenerit fraus: vt §. si adu er. vendi. pign. l.j. quæ est contra. pro minimo autem non daretur restitutio: vt ff. de in integr.restit.l.scio. Et potes hic referre quæ diximus.§.si aduer. ven.pigno.l.ij.

Vtrum emancipatis.] CASVS. An pater filij sui emancipati minoris prædiũ minoris acquisitum, sine decreto alienare possit, quæritur? Dicitur quòd non, etiam si tanquam suum esset vẽdidisset, non vt pupillare.

l *Foret.* vel directo vel vtiliter: siue ius in eo habeat, vel bona

a *Libello*, quo petitur decretum, & causa inscribitur. non ergo assertioni libello factæ creditur, sed necesse est probari causam. Vel dic quod procurator ad hanc causam non potest constitui, sicut in excusatione tutel. e: vt ff. de excusa. tuto. l. excusare. & arg. §. si proprer pu. pen. l. fi. & arg. ff. de offic. eius cui mandata est iur. l. ij. §. j. Sed contra. ff. de minor. l. illud. §. si talis. sed ibi ad fauorem: hic ad damnum, & tamen non potest ibi fieri sine speciali mandato.

Si ad restituendum.] CASVS. Pater filio suo minori & emancipato prædium donauit: postea filius sine decreto de reddendo patri cautionem emisit: tamen contra senatusconsultum huius cautionis emissa filio non præiudicabit.

b *Contulerat.* tradendo

c *Cautionem.* de reddendo prædio dato a patre.

d *Emisisti.* ex interuallo.

e *Consulti.* quo colligitur, sicut in tradendo nõ potest dominium in alium trãsferre: sic nec stipulanti potest id promittere, cum iam habere videtur stipulator: vt ff. de regu. iuris. l. qui actionem. & facit supra si aduersus dona. l.ij.

Prædia rustica.] CASVS. Minor sponsæ suæ donauit prædiũ ante nuptias nomine sponsaliorum sine decreto, an valeat donatio, quæritur? Dicitur quod non, vtpote facta contra senatusconsultum.

f *Ad te.* vxorem.

g *Non potuerit.* immo, vt supra si aduer. dona. l.j. quæ est contra. Sol. ibi mobiles: hic immobiles. Vel ibi decretum fuit: hic non. Vel hic sponsalitia: ibi propter nuptias. hoc. placet. Itẽ contra. supra de admi. tuto. l. ex. Solu. non est contra: quia ibi nil de donatione dicit. Item contra infra si maior fac. l. fi. §. cum autem. Solu. vt ibi.

Etsi.] CASVS. Tutor vel curator si prædium minoris alienauerit sine decreto, an illud minor reuocare possit, quæritur? Dicitur quod sic. Pignora autem quæ curator emptori ob euictionem obligauit, poterit emptor persequi.

h *Orationem.* id est contra senatusconsultum ad orationem factum: vt ff. eo.l.j.

i *Rescissa est.* quatenus de facto processit, cum de iure non teneat. sic supra de rescinden. vendi. l. si dolo. & ff. de actio. empt. l. ex empto. §. is qui vina. & sic de sacrosanct. eccle. l. iubemus. ij. §. post statutum.

k *Pignora.* quid si simplum de euictione promisit? Respon. tenetur: vt ff. de euictio. l. minor. xxv. annis.

l *Sane.* immo quidquid sequitur, & c. vt supra de legi. & constit. l. non dubium, quæ est contra. Solu. illa in his quæ tant in fini.

dẽ prouincię libello, a fieri non potuit: cum ea res confici rectè aliter non possit, nisi apud acta cauſis probatis, quę venditionis necessitatẽ inferant, decretũ solenniter interponatur. S. Non. Maij, Caro & Carino. AA. Cõss.

Sicut minor non potest alienare rem non alienabilem sita nec eam potest resituere vel finire. l. d. Bald. Vel sic: Sicut minor non potest alienare immobilia sine decreto: ita nec ad alienandum se obligare. Salyc.

VII. Iidem AA. Isidoro.

SI ad resoluendam donationẽ, quam in emancipatum te pater contulerat, b minor viginti-quinque annis cautionem c ei emisisti: d cum huiusmodi scriptura contra senatusconsulti e auctoritatem data sit, non oberit iuri tuo. PP. VI. Id. Decemb. Caro & Carino. AA. Conss.

Etiam propter nuptias non potest minor aliena ve sua auctoritate vem non alienandã. l. d. Bald. Vel sic: Ex causa sponsalitie largitatis immobilia non alienantur sine decreto. Salycetus.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Theodotæ.

PRædia rustica quæ contra senatusconsultum data esse ante nuptias sponsaliorum nomine, precum tuarum confessio ostendit: cum proprietas ad te f propter iuris interdictũ transire non potuerit, g in dominio mariti permansisse palã est. PP. III. Non. Nou. Diocletiano & Aristobolo Conss.

Licet ex priuilegio non obligetur fideiussor, cui priuilegium non competit obligatur. l. d. Bald. Vel sic: Licet alienatio sit prohibita minorum fauore, tamen alij non prohibentur se & res suas obligare. Vel sic: Prohibitio extra personam & causam prohibitionis non egreditur. Salyc.

IX. Iidem AA. Mutiano.

ET si is quem prædium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit: venditio tamen contra

A fide possideat: vt ff. eo. l. iij. §. penul. & antepenul. & l. magis. §. j.

m *Curatore.* id est tutore: cum hic pater, & ille impubes ab eo emancipatus esset: vt instit. de legi. paren. tut. & hic subijcit, sic & aliàs vnũ ponitur pro alio. §. de in litem dan. tut. l. tutorem. Vel dic hos adultos & patrẽ & curatorem. & quod dicit pupillare, scilicet quondam.

n *Tanquam suum.* vbi etiam hęc ratio impedit: vt ar. ff. de cura. fur. l. Iulianus. in fi.

NOn solum.] CASVS. Certum est quòd oratione Diui Seueri cauetur, vt prædium minoris sine decreto alienari non possit titulo venditionis. an idem sit in alijs titulis alienationis, puta donationis, vel transactionis, quæritur? Dicitur quòd sic. Si ergo minor ex causa falsa vendidit fratri fundum sine decreto, reuocari potest: restituto fratri si quid minor ab eo percepit.

o *Prohibentur.* vt & §. de his qui ve. æta. impe. l. fi. & dic quòd eadẽ appellat rustica & suburbana hoc titulo.

p *Possint.* nisi in casibus: vt j. titu. proxi. per totum.

q *Dedisti.* secus si fundum de quo litigabat minor diuisit, aliquo sibi dato nomine transactionis. ar. §. de transac. l. præses, immo idem, vt ff. de transac. l. cum hi. §. si cum lis.

r *Mutuo.* sic §. de reputatio. l.j. & §. si aduersus transact. l.j. & ij.

ET si præses.] CASVS: Iudex circumuentus falsis allegationibus, puta quia diceba tur quòd æs alienum vergebat, cum non immineret: de prædio minoris alienando decretum interposuit: non valet decretum, nec alienatio: vnde prædium alienatum minor vindicare poterit.

s *Actionem.* in rem & in personam contra curatorem vel curatorem: vt ff. eod. l. magis. §. penult.

t *Reseruauit.* nullum enim fuit decretum: & sic nulla alienatio. sic §. si ex fal. allega. l.j. & arg. ff. quibus ex causis in possess. ea. l. Fulcinius. §. si quis bona possederit. & ff. eo. l. quanuis. Sed ar. cõtra. instituq. manumit. non poss. §. semel, sed ibi improprie ponitur falsa.

v *Quam.* §. in genere, nunc in specie.

x *Tu quoque.* scilicet minor.

Minorum.] CASVS. Si minor vel eius procurator præsidi de interponendo decretum libellũ porrexit: non statim decernere debet vt res minoris vẽdatur, sed causam examinabit.

Libello,

B bus prohibitionis, nec aliam specialem pœnã imponit. nam ad illa de quibus est specialiter cautum, non porrigitur generalitas: vt ff. de verb. oblig. l. doli. & de pœ. l. pen. secundum Io. Vel illud intelligitur de his quæ fiunt contra cõmunes leges: illud de eo quod fit contra priuilegium, & non cõtra leges communes. Vel hoc ideo contingit, quia curator est extra causam prohibitionis: & hoc pignus minorem nõ onerat: & sic quantum ad minorẽ vt non tenet principale, ita nec subsecutum. & sic loquitur aliud contra. ff. de fideiuss. l. cum lex. quantum autem ad tutorem. principale tenet, a sic & subsecutum. sic & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. si socer nurui. & ff. de diuor. l. fina. in prin. & §. de bo. mater. l.j. Vel quarto, ibi de his quæ habent perpetuam causam, prohibitionis. Vel quinto, refert vendidenit tutor, vt hic: an pupillus eo auctore, vt ibi.

General tas non porrigitur ad species alitercauta.

a *Nota ex hac gl. vela ta ad tex. quod accessorius nõ sequitur suũ principũ. vbi in accessorio nõ est eadẽ ratio.*

m *Persequi.* tu emptor.

Rescindam.] CASVS. Si prædium suum minor sine decreto alienauerit, poterit id reuocare: ita tamen vt precium quatenus in vtilitatem suam conuersum est, emptori restituat.

n *Constiterit*, nota ergo quòd emptor probat minorem locupletatum, cum tutori est soluta. secus si ipsi pupillo: quia tunc pupillus probat nõ esse versum: vt j. eo. l. si prædiũ: & ff. de iureiur. l. nam & postea. §. si minor. quæ est contra. Sed fallit in creditore: vt §. si aduer. cred. l.j. & ij. Vel hoc quando contractus est nullus: sic quia comperat pupillo directa rei vindicatio: & aduersarius excipiat, dicens eum locupletatũ, & ita suam exceptionem probare debeat, scilicet se minorem, & læsum: vt ff. de proba. l. in exceptionibus. & j. eo. l. vtere. & l. si prædium. vbi autem tenet, cum agit minor petendo restitui: plene intentionẽ suam probare debet, scilicet se minorem & læsum: vt j. eo. l. si. & ff. de cura. fur. l. consilio. §. fi. & ff. e. l. si pupillorum. §. fi. & l. si fundus. & ff. de mino. & l. patri. §. item. Vel planius: aut non tenet, & probat emptor: vt hic, & infra. e. l. vtere. & l. si prædium. Aut tenet, & tunc minor: vt ff. de iureiur. l. nam & postea. §. si minor. Accursius.

Minor petens restitutionẽ probet se minorem & læsum.

Si quidem.] CASVS. Minor prædium suum sine decreto alienauit: non refert, alienauit vili precio vel non: quia non tenebit vẽditio. & hoc in prima. Si vero interposito decreto alienauit, sed ignorans vires prædij minori precio quàm valuit, tenebit alienatio: sed restituetur, vt iustum preciũ ei suppleatur.

o *Patronus tuus.* ô liberte idem & curator.

p *Obstruxerit.* vt & ff. eo. l.j.

q *Restitutio.* ad hoc vt precium suppleatur, vel res reddatur,

si vt minori venderet, deceptus est. & hoc data electione emptori: alioquin si in hoc ipso quod vendiderit est deceptus, ad rē ipsam: vt ar. ff. de iure dot. l. fi res. §. j. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si sponsus. §. circa. & arg. supra de rescin. vē. l. ij. Sed videtur iudicis decretum facere cessare restitutionē: vt ff. de minor. l. ait prætor. §. quid tamen. sed aliud est cū pro recipiente sibi debitum, & aliud cū pro alienante interponitur: vt ibi dixi. Item ad hoc quod dicit de vili precio, facit. ff. de transac. l. cum hi. §. si quis de alimentis. & supra de rescin. ven. l. quisquis.

Restitutionē an faciat cessare decretū iudicis.

OB æs.] CASVS. Si minor alicui incentum teneatur: an vt liberetur interposito decreto possit rusticum prædium alienare, quæritur? Respon. quod sic, etiam prouinciale.

a *Alienam tantum*. vel similem causam, vt dotem: vt plene dixi supra de admi. tut. l. lex quæ. in princ. Vel donationē propter nuptias: vt supra si ma. fa. l. fi. §. fi. Itē ob famem. ar. supra de pa. qui fi. dic. l. j. & ij. cū psonæ rebus præponātur: vt ē. de sacrosan. eccle. l. sancimus. Forte & ob famem coniunctum personarum: a vt ff. de tut. & ra. dist. l. j. §. sed nonnullos. Idem dicūt de fundo sterili. ar. supra de sac. sanc. eccle. authen. itē prædiū. quod non placet: quia non videtur sterile, quod vendi potest: vt ff. ad leg. Falci. l. iij. & ff. e. l. si fundus. nisi forte nil posset percipi.

Persona sunt rebus præferēdæ. a Not. glos. quia singu. est.

b *Prouinciale*. econtra videbatur, quia directū dominium venditoris vel minoris nō erat. & fac. ff. e l. magis. §. ne tamen.

ETiam.] CASVS. Si minor habeat prædium in emphyteusin, vel tale pro quo reddat tributum fisco vel Cæsari: an id sine decreto alienari possit, quæritur? Respon., quòd non.

c *Etiam vectigale*. quod præstat vectigal fisco.

d *Patrimoniale*. quod Cæsari.

e *Emphyteuticum*. quod priuato. & idem si quodcunque ius habet in re: vt ff. eo. l. iij. §. sed ius.

VTere.] CASVS. Si minor prædium suum prouinciale sine decreto distrahat, vt emptor nomine precij fisco cuius debitor erat minor, vel creditori suo vel patriæ satisfaceret, & prædium reuocare voluerit: an ei agenti, nisi precium cum vsuris fisco debitis restituat emptori, obstet doli exceptio, quæritur? Dicitur q sic, & hoc cauetur respōso Papi. & cęterorum iurisconsf *Precibus*. id est in libello precum.

g *Oppone*. tu emptor.

h *Ob eorum*. s. minorum. & habes idem. ff. e. l. si fundus. §. fi. & l. si pupillorum. §. pe. & ff. de mino. l. tutor. & ff. de cur. fur. l. cōsilio. §. j. & ʒ. ritu. ij. l. si contra amplissimi. & ff. de acquir. re. domi. l. bonæ. fidei.

i *Vænundatos*. à minore.

OB æs alienum tantum [a] causa cognita præsidiali decreto prædium rusticum minoris prouinciale [b] distrahi permittitur. Dat. II. Kalendas Maij Heraclię. CC. Conss.

Minor non potest vendere suam emphyteusin sine decreto. Baldus. Vel sic: Non tantum proprium, sed nec vectigale vel emphyteuticarium prædium vendet minor sine decreto. Salycetus.

XIII. Iidem AA. & cc. Zenophilæ.

ETiam vectigale [c] vel patrimoniale [d] siue emphyteuticum [e] prædium sine decreto præsidis distrahi non licet. Dat VIII. Kalendas Septemb. Sirmij. CC. Cōss.

Etiam ex contractu mutui secuta traditione propter reciprocam præstationem causatur ius retinendi. b. d. Bald. Vel sic: Minor à vendicando alienata, repellitur si precium in suum debitū versum non restituat cum vsuris. Salycetus.

XIIII. Iidem AA. & cc. Phrominio.

VTere viri prudentissimi Papiniani responso, cęterorum quę quorum precibus [f] recisti mētionem, sententiis. ac doli mali exceptionem oppone. [g] precium ob eorum [h] debitum solutū probans, si fortem cum vsuris, quæ fisco deberentur, pupilli non offerentes, fundos prouinciales citra decretum præsidis venundatos [i] cum fructibus petant. Dat. IX. Kalendas Decemb. ipsis. CC. Conss.

Non potest minor solvere sine decreto aliud pro alio in his quæ non possunt alienari. b. d. Bal. Vel sic: Immobilia pro alio debito non possunt in solutum dari sine decreto. Salycetus.

XV. Iidem AA. & cc. Sabinæ

SI minor viginticquinque annis prædium rusticum, cum aliud [k] deberes, [l] sine decreto in solutum dedisti: dominiū à te dis cedere nō permittit senatusconsulti auctoritas. Dat. VIII. Kalendas Decemb. CC. Conss.

Minor qui ex precio fundi venditi solvit onera & tributa, precium non recuperat, nisi restituat quod accepit. Baldus. Vel sic: Immobilia alienata sine decreto iudicis in cuius territorio sunt sita, possunt cū fructibus vindicari: sed preciū in vtilitatem minoris versum, cum vsuris debet restitui, & sumptus meliorationis. Salycetus.

XVI. Iidem AA. & cc. Eutichię.

SI prædiū rusticū vel suburbanum [m] (quod ab vrbanis non loco, [n] sed qualitate secernitur) in pupillari ætate constituta tutore auctore, vel adulta sine decreto præsidis prouinciæ in qua situm est, venundedisti: secundum sententiam senatusconsulti dominium eius siue ius à te discedere non potuit: sed vindicationem eius, & fructuum, vel his non existentibus, condictionem competere constitit. ¶ Emptor autem si probare [o] potuerit ex cæteris facultatibus [p] obedire te muneribus siue oneribus non potuisse, ad vtilitates præterea tuas cessisse pecuniam quam precij nomine sumpseras: doli exceptionis auxilio precium cum vsuris quas præstitura esses, & sumptus meliorati prædij seruare tātummodo potest. Dat. VI. Id. April. Anchialo. CC. Conss.

Non potest minor dividere immobilia, nisi provocetur à maiore. b. d. Baldus. Vel sic: Minor non alienat etiam in communi, sine decreto: nec pronocat ad divisionem: sed provocatur à maiore, & sine decreto procedit alienatio. Saly.

XVII. Iidem AA. & cc. Philippo.

INter omnes minores [q] nec commune prædium sine decreto præsidis sententia senatusconsulti distrahi [r] patitur. nam ad tiam decretum illius in dicis qui habet pupillū sub se, licet non habeat rem sub se: vt l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum.

Minor non potest esse in rure & in ciuitate: vt ff. de verbo. signi. l. vrbana prædia. & l. vrbana familia. & econtra rusticum in ciuitate.

n *Non loco*. nam vrbanum potest esse in rure & in ciuitate: vt ff. de verbo. signi. l. vrbana prædia. & l. vrbana familia. & econtra rusticum in ciuitate.

o *Probare*. ex voluntate. vel sic: ex necessitate: vt dixi supra. e. l. prædiorum. secundum H. & Azo. vel etiam en necessitate, cum contractus non tenuerit, vt ibi dixi.

p *Facultatibus*. mobilibus: vt ff. eo. l. magis. §. item requirat. & ad hoc supra de his qui ve. æta. impe. l. eos. & infra titu. j. l. prædium. & ff. eodem. l. iij. & infra titu. ij. l. si contra amplissimi. & supra de condic. ex le. l. si mala. & ff. de peti. hære. l. sed & si lege. §. scire. & ff. de. min. l. intra vtile. & l. tutor. in fi. & ff. eodem. l. si fundus. §. quanquam. & l. pe.

INter.] CASVS. Si minor cum minore habeat rem communem: sine decreto alienare nō licet, sed nec ad communi diuidundo iudicium prouocare. sed si maior cuius fundus erat communis, ad diuisionem prouocet, etiam si sine decreto fiat diuisio, bene tenet.

q *Minores*. vterque enim eorum erat minor. sic. ff. eodem. l. si pupillorum.

r *Distrahi*. etiam per diuisionem. Est enim quædam alienatio per diuisionem & adiudicationem.

Sine

a *Sine decreto*. vt & ff. eo. l. j. §. si communis. & est ratio, quia ex necessitate fit, sic & ff. de condict. furt. l. & ideo. & arg. supra de fun. do. l. j. & facit infra tit. j. l. j. & si.

SI minores.] CASVS. Si minor nomine suo vel patris fisco vel priuato teneatur: an interposito decreto res suas distrahere possit, quæritur?

Dicitur quod sic.

b *Debitis duntaxat*. determinat debitis, non autē ea quæ sequuntur.

c *Obnoxij*. ad pecuniā: secus si ad rem certam. tunc enim distinguitur, patris, an suo nomine debeant: vt ff. eo. l. magis. §. si pupillus. & §. sed & si pater.

d *Prætore*. id est prætore quem constituit Constantinus.

e *Fida*. quia non inuenitur vnde aliunde commode potuerit debitum solui. nec enim frumenti, nec alia necessaria debuerunt vendi: vt arg. ff. de verbor. signific. l. Nepos Proculo.

f QVANDO DECRETO OPUS NON EST.

Divinus quando decreto opus sit: modo exponamus casus in quibus non est opus iudicis decreto. A. Ang. Not. ca. Quibus bonis vbi non est opus decreto. Primus supra tit. ij. l. penult. Secundus, si non caueatur de dam bon. qui ne vi infecto. ff. de dam. infec. Tertius. l. si finita. §. si pupillus. Item in alio quando desinet tus permissus: vt infra eod. l. i. §. i. & ff. eo. l. §. i. Item in alio: vt infra eod. titu. l. ij. Item si immobilia, quod plane dixi supra si aduer. ven. authen. sacramenta. Item alius: vt ff. eo. l. magis. §. sed si pater. Item in alio: vt infra eod. l. fin. Item in alio: vt supra de admini. tuto. l. fina. §. defensoum. Accursius.

SI probare.] CASVS. Si mandauit testator vt reddito precio minor tibi prædium restituat: decretum non est necessarium.

g *Si probare*. sic supra de pact. inter empt. & vendi. l. ij.

h *Potes*. tu venditor.

i *Conuenisti*. ex vendito, vel præscriptis verbis.

k *Consensisse*. in pacto emptionis.

l *Voluntati*. habitæ in pacto venditionis.

ILlud.] CASVS. Minor impetrauit à principe vt liceret sibi prædiū distrahere sine decreto: si distrahat, an valeat alienatio? Dicitur quod sic: quia priuilegium loco est decreti.

m *Vel tristissimus*. minor XXV. annis. non enim sufficit generaliter veniam ætatis impetrari: vt supra de his qui ven. ætā. impel. pen. & fi. quæ est contra. sic & hoc casu cessat restitutio: vt ē. de his qui ve. eta. impe. l. j. & potest forte dici hoc casu salrem coram iudice inquiri causam vendendi, licet decretum non interponatur: vt ē. de his qui ve. eta. imp. l. ij.

PRædium. CASVS. In hac l. dicitur quod prædium minoris sine decreto alienari non potest, nisi in testamento vel codicil. vt alienetur iubeat restator.

n *Deprehendit*. testamento vel codicillis: vel nisi parens, vel *aliis* ille cui minor succes- *sensio.* sit, ad alienandum aliquo modo fuerit obligatus: vt ff. e. l. j. §. i. & l. magis. § fi pupillus. Sed quid si mandauit generaliter, vt mulci faciunt de rebus suis vendendis, vel tutoribus, vel curatoribus, vel fideicommissariis: nunquid poterunt mittere manum ad quem rem velint? quod puto ex hac l. & ff. e. l. j. §. j. & fa. supra de his qui ve. æta. impe. l. ij. & iij. & supra. e. l. j.

OET *sine*. Permittimus. vt & supra de admi. tu. l. lex. §. fi. & ff. de mino. l. & si sine. §. quæritum.

SI QVIS IGNORANS &c. *Continuatio.*

Quoniam res minoris ab aliquibus sic substituta ut quasi sint eorum proprię, sine decreto ideo quid incitis si sine decreto iguoran quis rem esse minoris, ab extraneo comparauerit, ponit.

SI ea.] CASVS. Hæres tutoris rem pupilli distraxit: an eam pup. vindicare possit? Distinguit: aut distraxit vt suam, aut vt pupillarem. Secundo casu, si emptor scies, nulla ēptoris præscriptione tutus est. Primo casu, si emptor erat ignorans, licet dominus nō fuerit factus statim cū res tradebatur: tamen si eam post legitimam ætatem minoris præscripserit, vindicāti obstat præscriptio.

p *Hæreditario*. id est iure ciuili.

q *Qui sciens*. rem esse pupilli, & non tenere vēditionem: & sic duo obstāt emptori vel præscriptori, mala fides, & quod pupillaris est res, idem si sciat esse pupilli, & credat licere eme re ab hērede tutoris: sed tunc impedit iuris error: vt ff. de vsuc. l. nunquam. in principio. *Præscriptio impeditur per iuris errorem.*

a Nisi minor viginti quinque annis prædium rusticum, cum aliud deberes, sine decreto in solutum dedisti: dominiū à te discedere non permittit senatusconsulti auctoritas. Dat. VIII. Kalendas Decemb. CC. Conss.

b Debitis duntaxat. determinat debitis, non autē ea quæ sequuntur.

c Obnoxij. ad pecuniā: secus si ad rem certam. tunc enim distinguitur, patris, an suo nomine debeant: vt ff. eo. l. magis. §. si pupillus. & §. sed & si pater.

d Prætore. id est prætore quem constituit Constantinus.

e Fida. quia non inuenitur vnde aliunde commode potuerit debitum solui. nec enim frumenti, nec alia necessaria debuerunt vendi: vt arg. ff. de verbor. signific. l. Nepos Proculo.

f QVANDO DECRETO OPUS NON EST.

Divinus quando decreto opus sit: modo exponamus casus in quibus non est opus iudicis decreto. A. Ang. Not. ca. Quibus bonis vbi non est opus decreto. Primus supra tit. ij. l. penult. Secundus, si non caueatur de dam bon. qui ne vi infecto. ff. de dam. infec. Tertius. l. si finita. §. si pupillus. Item in alio quando desinet tus permissus: vt infra eod. l. i. §. i. & ff. eo. l. §. i. Item in alio: vt infra eod. titu. l. ij. Item si immobilia, quod plane dixi supra si aduer. ven. authen. sacramenta. Item alius: vt ff. eo. l. magis. §. sed si pater. Item in alio: vt infra eod. l. fin. Item in alio: vt supra de admini. tuto. l. fina. §. defensoum. Accursius.

g Si probare. sic supra de pact. inter empt. & vendi. l. ij.

h Potes. tu venditor.

i Conuenisti. ex vendito, vel præscriptis verbis.

k Consensisse. in pacto emptionis.

l Voluntati. habitæ in pacto venditionis.

m Vel tristissimus. minor XXV. annis. non enim sufficit generaliter veniam ætatis impetrari: vt supra de his qui ven. ætā. impel. pen. & fi. quæ est contra. sic & hoc casu cessat restitutio: vt ē. de his qui ve. eta. impe. l. j. & potest forte dici hoc casu salrem coram iudice inquiri causam vendendi, licet decretum non interponatur: vt ē. de his qui ve. eta. imp. l. ij.

n Deprehendit. testamento vel codicillis: vel nisi parens, vel *aliis* ille cui minor succes- *sensio.* sit, ad alienandum aliquo modo fuerit obligatus: vt ff. e. l. j. §. i. & l. magis. § fi pupillus. Sed quid si mandauit generaliter, vt mulci faciunt de rebus suis vendendis, vel tutoribus, vel curatoribus, vel fideicommissariis: nunquid poterunt mittere manum ad quem rem velint? quod puto ex hac l. & ff. e. l. j. §. j. & fa. supra de his qui ve. æta. impe. l. ij. & iij. & supra. e. l. j.

o ET *sine*. Permittimus. vt & supra de admi. tu. l. lex. §. fi. & ff. de mino. l. & si sine. §. quæritum.

SI QVIS IGNORANS &c. *Continuatio.*

Quoniam res minoris ab aliquibus sic substituta ut quasi sint eorum proprię, sine decreto ideo quid incitis si sine decreto iguoran quis rem esse minoris, ab extraneo comparauerit, ponit.

SI ea.] CASVS. Hæres tutoris rem pupilli distraxit: an eam pup. vindicare possit? Distinguit: aut distraxit vt suam, aut vt pupillarem. Secundo casu, si emptor scies, nulla ēptoris præscriptione tutus est. Primo casu, si emptor erat ignorans, licet dominus nō fuerit factus statim cū res tradebatur: tamen si eam post legitimam ætatem minoris præscripserit, vindicāti obstat præscriptio.

p Hæreditario. id est iure ciuili.

q Qui sciens. rem esse pupilli, & non tenere vēditionem: & sic duo obstāt emptori vel præscriptori, mala fides, & quod pupillaris est res, idem si sciat esse pupilli, & credat licere eme re ab hērede tutoris: sed tunc impedit iuris error: vt ff. de vsuc. l. nunquam. in principio. *Præscriptio impeditur per iuris errorem.*

PRædium. CASVS. In hac l. dicitur quod prædium minoris sine decreto alienari non potest, nisi in testamento vel codicill. vt alienetur iubeat restator.

Alienatio facta ex patris voluntate vel testatoris, valet sine decreto. Sal.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & cc. Stratoniciano.

PRædiū rusticū vel suburbanū à minore viginticquinque annis alienari sine decreto præsidis (nisi parentis voluntas, vel testatoris, ex cuius bonis ad minorē peruenit, super alienando eo aliquid mandasse deprehendatur [n]) nulla ratione potest. Dat. XII. Kal. April. Nicomediæ. A A. Conss.

Vestes detritæ & animalia supernacua possunt alienari sine decreto. Saly.

XIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad populum.

ET sine interpositione decreti tutores & curatores quarumcunque personarum vestes detritas & superuacua animalia vendere permittimus. [o] Dat. Id. Mar. Constantino. A. VII. & Constantio Cæs. IIII. Conss.

TITVLVS LXXIII.
SI QVIS IGNORANS rem minoris esse, sine decreto comparauerit.

Qui emit rem minoris tanquam minoris, non præscribit: si autem tanquam maioris bona fide, præscribit. Bald. Vel sic: Emptor bonæ fidei præscribit, non malæ fidei. b. d. primo in vendente vt alienam: secundo vt propriam. secundi tibi, si vero. Salycetus.

I. Imp. GORDIANVS A. Felici.

SEd ea quæ in iura tutoris hæreditario [p] vel honorario tutelæ titulo successit, possessionem tuam vendiderit: si vt pupillaré distraxit: emptor qui sciens [q] à tutoris hærede mercatus est, cū officiū morte finiatur, [r] alienam rem cōparando, de temporis interualo nullā potuit acquirere defensionem. Si vero vt suā distraxit, ignorānsque rem alienā emptor coparauit: neque statim per traditionem possessionis dominus effectus [s] est, sed tantūmodo aduersus te statuti temporis [t] (cum

& pro empto. l. ij. §. si quis à pupillo.

r *Finiatur*. vt & ē. de nego. gest. l. curatoris: inchoata tamen debet perficere: vt ff. de hęred. tut. l. j.

s *Effecit*. cū à nō domino habeat: vt ff. de acquir. re. do. l. traditio.

t *Statuti temporis*. x. vel xx. ann. quod denium eo facto maiore

curriti

currit: vt hic, & ſ. qui. non ob. long. tem. præſcrip. l. non eſt incognitum, & ſ. eo. l. fi. Et eſt ratio: quia cum tempore minoris ætatis non poteſt alienari, ergo nec vſucapi: vt ff. de verb. ſig. l. Alienationis.

Si contra.] CASVS. Tutor vel curator ſi rem minoris alienauerit ſine decreto, reſcindi poteſt venditio: nec tantum res, ſed in reſtitutionem veniet etiam fructus, ſiue extent, ſiue conſumpti ſint: ſi emptor nō bona fide emit.

a *Probaueris.* quod eſt eo ipſo quod contrariū non probatur: ſic ſ. tit. ij. l. ſi prædium. ſic ergo probat aduerſarius ſolennitatem: vt & aliàs qui ſolennitatem dicit, probet: vt ff. de pub. in rem act. l. quæcunque. §. fi. Sed arg. contra. inſtitu. de fideiuſ. §. fi.

b *Vniuerſi.* extent vel non: vt & ſ. titu. ij. l. ſi prædium.

c *Si non bona fide.* etiam in iure errantem: vt ff. de peti. hære. ſed & ſi lege. §. ſcire. Sed opponitur, non poteſt vſucapi: ergo nec fructus poteſt lucrari: vt ff. de vſucap. l. vbi lex. Sed trū. ibi propter rei vitium, hic propter defectum ſolennitatis, vel propter ætatem, quæ non nocet ad fructus: vt ff. de acquiren. re. do. l. bonæ fidei.

Poſſeſſiones.] CASVS. Si tutor rem pupilli vt ſuā ſine decreto alienauerit: & ille in quē alienata eſt, ſecundò vēdiderit: ſecundus emptor ſecurus nō erit, niſi poſt ætatem legitimam minoris eam præſcripſerit.

d *Emptore.* etiam bonæ fidei.

e *Spatium.* ſ. x. vel xx. annorum.

f *Interceſſerit.* poſt minorem ætatem: vt ſ. eo. l. j. ſed hodie, malæ fidei poſſeſſore alienāte &c. vt ſ. de pſcrip. long. temp. auth. malæ fidei. Sed opponitur: Nonne etiam olim prohibebatur alienari: vt ff. de re. eo. l. j. ergo & vſucapi: vt ff. de verbo. ſign. l. alienationis. ergo bona fides non prodeſt, vt ff. de vſucap. l. vbi lex? Reſpon. interim dum minor eſt: & ſicut prohibetur alienatio, & vſucapio eſt prohibita, ſed poſt minorem ætatem vtraque valet; vt hic. Vel ibi prohibetur, quia furtiua: hic propter defectum ſolennitatis: vt dixi ſ. eo. l. j.

Quoniam aduerſus.] CASVS. Si prædium à minore mihi donatum ſine decreto, vel ab eius curatore vel tutore, alij bona fide emonti vendidero, an teneat venditio? Reſpon. quod ſi emptor preſente domino & maiore facto prediū decem annis eo preſente, vel xx. eo abſente tenuerit, ſecurus erit: & vindicanti obſtat exceptio.

g *Quoniam aduerſus emptorem.* ſcilicet agitur.

h *Donata res.* vt ſ. tit. ij. l. non ſolum.

i *Effecto.* quare hoc, cum & contra minores olim huiuſmodi præſcriptiones currebant. licet hodie ſit ſecus: vt ſ. in qui. cau. in integrum reſti. l. fin? Reſpon. immo non currebāt in huiuſmodi caſibus: eum nec alienari poterāt: vt ff. de verb. ſig. l. alienatio. & arg. ff. de fun. do. l. ſi fundum. ſic & in quibuſdam aliis erat, quę ipſo iure non currebant olim: vt diximus ſupra in qui.

Præſcriptio minores an currens contra nis.

A cau. in integrum reſti. l. fi. Vel dic hoc additum à compoſitoribus. Vel tertio ideo dicit maiore effecto, vt nec reſtitutio detur; hodie conſtat ipſo iure prius non currere. d. l. ſ. in qui. cau. in integ. reſti. l. fi. & facit. ſ. d. l. j. in fi. & ſ. qui. non ob. long. tēp. præ. l. non eſt incognitū. ſed videtur etiā poſtea nō poſſe vſucapi: cū initium ſit inſpiciēdum in vſucapione: vt ff. de vſucap. l. ſequitur. §. de illo. in fi. §. quo hic inſpecto non procedit vſucapio: ſed dic vitium eſſe rei & perſonæ. primum impedit. & demū eo finito currit vſucapio, nullo ad principiū pōſt habito reſpectu: vt ff. de vſucap. l. vbi lex. §. interdum. & l. uō ſolum. §. quod vulgo, ſed perſonæ vitium licet eo finito currat præſcriptio, tamen ex bona fide & titulo ante vitium habito procedit: vt hic, & ſupra eo. l. j. in fi. & facit. ſ. tit. j. l. ſi fine. Sed contra. ſ. titu. proxi. l. ſi. vbi quinque annos dicit ſufficere, ſed ibi ſolues.

Vſucapio impedes duplex vitij.

ſ. aliàs reſtitutionem.

B tum donata res [h] eſt, iuſto titulo interueniente, ea res de qualis eſt, tranſitum fecit: requirere oportebit an præſente priore domino, & maiore effecto [i], ſine cō trouerſia bona fide decennio, vel abſente viginti annis, qui quæſtionem patitur, poſſeſſor fuiſſe mōſtretur. ¶ Quod ſi apud graui tatem tuam manifeſte cōſtiterit: ſine vlla cunctatione, habita longi tēporis præſcriptione petitorem oportebit excludi. Dat. VI. Id. Iun. Doroſtoli. CC. Conss.

TITVLVS LXXIIII.

SI MAIOR FACTVS alienationem ſ factam ſine decreto ratam habuerit.

Licet minor factus maior ratam habeat alienationem prædii intra dimidiam iuſti precij venditi, poteſt nihilo minus ipſum vindicare, niſi ſibi iuſtum pretium ſuppleatur, vel in debito compenſetur. Salycetus.

I. Imp. GORDIANVS A. Liciniæ.

C [G]Vm proponas curatorem patris tui non interpoſito præſidis decreto prædium ruſticum hæredi creditoris [k] ſeu tuto ri eius [l] deſtinaſſe [m] venundare, eamque venditionem deceptum patrem tuum ratam habuiſſe [n]: ſi minore [o] precio diſtractum eſt prediū & inconſulto errore lapſum patrē tuum, perperam venditioni conſenſum dediſſe cōſtiterit: non abs re erit ſuperfluū [p] precij in compenſationē deduci, quod præſidis prouiſione fieri cō uenit: cuius ſolertię congruū eſt, ditoris prædium quod valebat. xl. cum debitum non eſſet niſi. x. dedit in ſolutum vel vendidit: & ita vltra dimidiam iuſti precij D deceptus eſt. maior factus ratam habuit venditionē, & deceſſit: an tu igitur qui ei ſucceſſiſti, deſiderare poſſis vt iuſtū pretium tibi ſuppleatur compenſando ſi quid ei debes vſque ad competentem concurrentem quantitatē, quæritur? Reſpon. quod ſic: & niſi ſuppleat, prædium cum fructibus recuperabit. & hoc vel hoc eligere poterit hęres creditoris: vt ſuppleatur iuſtum pretium cum vſuris, aut prædium recuperet.

Vſucapio impedes duplex vitij.

Continuatio.

Si maior ſe decreto.] CASVS. Curator patris tui creditori vel hæredi vel tutori filij cre-

k *Hæredi creditoris.* ſcilicet ſui.

l *Eius.* ſcilicet creditoris.

m *Deſtinaſſe.* & vēdidit vel deſtinauit, quod de iure nō potuit.

n *Ratam habuiſſe.* expreſſe, cū eſſet maior factus. & ſic iam non poteſt renocari, licet ſine decreto facta.

o *Si minore.* quām ſit dimidia iuſti precij: vt patet ſtatim. pro tali ergo hic talis ratihabitio habetur, ac ſi in maiore ætate venderet: ſed tūc daretur electio emptori, an redderet rem, vel iuſtum precium ſuppleret: vt ſ. de reſcin. ven. l. ij. & l. ſi voluerit. & nunc erit idē; vt hic ſubiicit. Alij dicūt fuiſſe hic deceptionē in eo q̄ dolo emptoris fuit inductus ad habendum ratū: cum putaret precio iuſto factam fuiſſe venditionē. quod nō placet.

p *Superfluum.* iuſtum precium erat dece: conuentū puta, quatuor. quæ

tuor, quæ ſoluta ſunt: ſex ergo quæ remanent, compenſantur A cum eo quod hic quondam minor ſito creditori debuit.

a *Si.* id eſt quamuis non habuit bonam fidem. vel ponitur conditionaliter, ſcilicet ſi non vult adimplere quod debet, ſoluendo ſcilicet vel compenſando.

b *In arbitrio eius.* id eſt aduerſæ partis, hoc eſt hæredis creditoris.

c *Reſtituere.* ſupple, an quod iuſto precio deeſt, ſupplere ſoluendo, vel compenſando. Sed contra ſ. de præſcr. xxx. an. l. j in fi. Sol. ibi dolo: hic ipſa re interuenit deceptio.

d *Fœnebris.* quæ vt creditori ei debebatur.

Si ſine decreto.] CASVS. Dicit imperator in hac lege, quòd ſi tutor rem minoris ſine decreto alienauerit vt ſuam, niſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor in quem res alienata eſt, & tutus fuerit præſcripti. vel confirmatione: quo minus minor vindicare rem poſſit, non ſibi præiudicabitur.

c *Alienata ſint.* ranquam ſua. & ſic facit hæc lex cum titulo ſuperiori: vt ſ. tit. j. l. j. & l. ſi.

f *Confirmatione.* ſic ſ. ſi alie. res pign. da. ſic. l. antepenult.

g *Poſſeſſor fuiſſet.* putans dominum fuiſſe vendentem, vel habuiſſe ius diſtrahendi: vt ff. de verb. ſig. l. bonæ fidei.

Si quando.] CASVS. Si res minoris ſine decreto alienetur, ſiue adhuc fuerit ſub curatore ſiue non: per hoc quòd veniam ætatis impetrauerit, non valet alienatio ab initio. ſi tamen minor nihil dicat tempore minoris ætatis, & poſt xxv. an. per quinquennium tacuerit: non auditur ſi vult poſtea reſcindere venditionem. & hoc in prima. Si verò minor ſine decreto res ſuas donauerit, & per x. an. inter præſentes, per xx. inter abſentes res donatarius tenuerit: poſtquàm factus fuerit maior, ſecurus erit. & hoc in ſecunda. Ita ſcilicet vt ſi maiori aliquid ſupereſt de quinquēnio, quia cucurrit biennium, & ſuccedat ei minor: illud quod ſupererat defuncto, puta triennium, currat ei poſt legitimam ætatem ad præſcriptionem complendam. & hoc in tertia.

h *Sine decreto.* ſi vero interueniſſet decretum, daretur reſtitutio vſque ad quadriennium poſt legitimam ætatem: vt ſ. de præd. mino. l. ſi quidem. & ſ. de temp. in integ. reſtit. l. fin.

i *Minorum.* hic ſubdiuidit, vel adhuc, &c. & ſic in duobus tantum caſibus loquitur, quando ſcilicet minor habet curatorem, item quando non habet: quia veniam ætatis impetrauit, & eius res eſt alienata vel obligata: quod quidā dicunt. ſed certe idem ſi curatorem non habet, nec impetrauit veniam. Vel dic in quatuor caſibus loquitur. ſ. quando minor auctoritate tutorum vel curatorum vendit. Item eo contra quando tutor præſente & volente minore. Item quādo aliàs eſt minor ſine tutore vel curatore conſtitutus, nec tamen impetrauit veniam. Item & quādo impetrauit veniam: & hoc quaſi cōſonat cum prædictis. Quod autē dixi habere locum eum tutor vēdidit præſente & volente pupillo: intellige ſecūdum Azo. ſi pupillus intelligit quid agatur, aliàs perinde habetur ac ſi nō eſſet præſens. & ſic habet locum titulus ſuperior, qui de præſcriptione. x. vel xx. annorum dicit. Sed Pla. dixit hunc titulum locum habere, qui de quin-

que annis dicit, cum nomine pupilli fecit tutor venditionem. Sed opponitur prædictis, ſi minori præſcribitur. v. an. maiori vero. x. melioris conditionis eſt maior quām minor? Reſpon. hoc verū in maiore, quando ſine eius voluntate venditur. aliàs etiā ſtatim non poſſet contra venire. præterea maior venit cōtra li. tem conteſtando: hic minor quocunque modo voluntatem contra riam declarando. Item adhuc opponitur: quia videtur hic malæ fidei emptor tueri ſe. v. ann. ſed ſ. titu. j. l. j. & l. fina. quæ ſunt contra. bonæ fidei tuetur ſe. x. annis, vel. xx. & ſic deterioris conditionis eſt bonę fidei, quàm malæ fidei. Sed reſponde, hic quoquo modo declarando voluntatem contrariam, venit minor contra malæ fidei poſſeſſorem. vel ibi ſuo nomine vendidit tutor, hic nomine minoris facta eſt venditio. Porro vbi vendidit vel obligauit minor habēs tutorem vel curatorem, ſine eo non valet: vt ſ. de in integrū reſti. mi. l. ſi curatorem. & ſic non habet locum lex iſta: quia cum non ſubſit verus titulus, nō habet locum vſucapio: & ſic nec iſtud quinquennium. Item dixerunt quidam eam non habere locum, cū quis minor non habens tutorem vel curatorē, & nō impetrata venia vēdidit: quod non placet H. Si autem tutor vel curator, vel aliquis extraneus vendidit rem minoris vt ſuam, ignorante minore: ſi quidē emptor fuit bonæ fidei, habet locum præſcriptio. x. vel. xx. an. quæ incipit currere poſt legitimam ætatem completam. Si autem ſciebat emptor rem eſſe minoris, & ſic non poſſe diſtrahi ſine decreto, vel etiam putabat poſſe diſtrahi ſine decreto, & ſic errabat in iure, habet locum præſcriptio. xxx. an. quæ incipit currere poſtquām habuit xiiij. an. vt ſ. eius. j. l. j. & l. ſi. & ſ. de præſcrip. xxx. vel xl. an. l. ſicut. Sed Pla. hoc caſu etiam poſt legitimam ætatem incipere dicebat præſcriptionem. xxx. anno, & pro eo ſ. de bo. ma. auth. niſi. & ſ. de an. excep. l. j. §. fina.

Minor an ſit deterioris conditionis quā ma ior in præſcriptione.

** al. minorum.*

Minoris vē ſi ipſi vendat vt ſuā, an habeat locum præſcriptio.

k *Tradiderint.* tacēdo: ſi autē expreſſe, ſtatim poſſet eam confirmare: vt ſ. e. l. j. & ij & ſ. ſi maior fa. l. j. & ij.

l *Conqueſtus eſt.* neque in iudicio, neque extra iudicium. Sed quid ſi extra conqueſtus eſt, narrādo quærelā emptori? Videtur quòd ſufficiat. arg. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum quidā. ſecundum Azo. ſed H. cōtra, ſcilicet vt coram iudice fiat. arg. ſ. de non nume. pecu. authē. hanc. ſed ibi tenuit cōtractus, hic nō.

m *Quaſi ab initio.* & ita emptor incipit dominus eſſe. & ſic plus operatur hæc præſcriptio, quàm alia præſcriptio. xxx. an.

n *Celebrari poſſint.* niſi præceptoribus: vt ff. de admini. tu. l. cum plures. §. j. vel alimenta neceſſarijs: vt ff. de tu & ra. diſtra. l. j. §. ſed non nullos. & niſi in donatione propter nuptias, vt ſubijcit. Item excipiunt quidam ſponſalitiam largitatem: vt ſ. ſi aduerſus dona. l. j. ſed ibi in rebus mobilibus facta fuit. Nā ſi in immobilibus non valeret: vt ſ. de prædijs minorum. l. prædia.

o *Excepta propter nuptias donatione.* quæ tenet ab initio: vt argum. ff. de iure do. l. Titia. & ſic eſt contra ſ. de præd. mi. l. prædia, ſolu. hic oꝑtigit. Vel dic quòd non valet: vt ibi. ſed quinque annis cōfirmatur, vt cæteræ alienationes per. l. iſtā ſecundū Io.

Vel dis

Vel hic de donatione propter nuptias: ibi de spōsalitia, id est de simplici. & de hoc dixi ſ. de adm. tu. l. lex quæ. circa prin.

a *In hæredis persona.* eius qui donauit vel vendidit, vt referatur ad vtrunque.

b *Accedat.* ad complendam præſcriptionem: vt ff. de mino. l. interdum. in fi.

c *Hæredis.* ſic lege vt ſit ſenſus, quòd ſi hæres maioris eſt minor, id ex quinquennio vel decennio quod ſupererat defuncto, currit hæredi demum cum erit maior, & ſic intranſitiue, id eſt hæredis qui eſt minor. & ſic eſt contra M. & P. in eo quod no. ſ. de temp. in integr. reſti. l. ea quæ. §. fi. At ipſi ſic legunt, vt hic ſit ſenſus, quòd ſtatim hæredi minori currit tempus quod de quinquennio ſupererat: & dicūt quod poſt eiuſdem ætatem, ſcilicet defuncti, quod non placet.

DE MAGISTRATIBVS conueniendis.

Non ſolum tutores & curatores occaſione tutelæ vel curæ conueniuntur, ſed etiam magiſtratus, & ſcribæ, & æſtimatores patrimonij, & ſimiles qui ratione publici officij tenentur prouidere minoribus: & ideo ponit de magiſtratibus conueniendis. A.Ro.

d De magiſtratibus cōueniendis. *hi in ſubſidium conueniuntur: vt inſtit. de ſatisfda. tu. §. j. pen.*

SI *magiſtratus.*] CASVS. Poteſtas Bonōſ. dedit tu. pu. tutor repromiſit rem pu. ſal. fo. & fideiuſſores eo nomine dedit. Item dedit tutor fideiuſſorem de ſeruādo eum indemnem, id eſt poteſtatem. poſtea apparet eum tutorem ſoluere non poſſe adminiſtrata tutela, & ex mala adminiſtratione teneatur pupil. in c. finita tutela agit aduersus aduersus tutorē quondā. non per hoc liberatur magiſtratus. ſed ſi ſoluēdo nō inueniatur ipſe, vel eius fideiuſſor, in ſubſidium cōuenietur magiſtratus vt cedat ſibi actiones aduersus fideiuſſores quos magiſtratus nomine ſuo accepit: quoniam & ſine ceſſione vtilem habent actionem contra fideiuſſores nomine pupilli acceptos.

c *Si magiſtratus.* dic quòd magiſtratus qui tutores dedit, exegit à tutoribus fideiuſſores rem pupilli ſaluam fore. Item & alios de ſua propria indēnitate. licet pupillus agat cōtra tutores, nō tollitur actio contra magiſtratum, ſed tenetur in ſubſidium, & poterit cedere actionem contra fideiuſſores quos accepit: & ſine ceſſione habet vtilem.

f *Indemnes futuros.* an tutores hoc tenebantur promittere? Reſp. ita. ſicut & quando vnus alij committit geſtionem: vt inſtit. de ſatiſda. tu. §. j. & ij.

g *Extra rem.* id eſt præter rem.

h *Actio.* vtilis tutelę, vel negotiorum geſtorum.

i *Alienam*, qua tenetur magiſtratus.

k *Vtilis.* tutelæ: vt ff. eo. l. ſi. vel in factum.

l *Bonis excuſſis.* tutorum omnium ſi omnes geſſerunt, & non eſt diuiſa tutela, vel eſt, ſed à ſe: vt ff. eo. l. duo. Si autem aliquis geſſerit, alter non prius magiſtratus cōuenitur, quàm ille qui non inter abſentes autem vicēnium donatore acquieſcente effluxerit: vt tamen in hæredis perſonā[a] illud tantummodo tempus accedat, [b] quod poſt eiuſdem hę redis[c] minoris ætatem ſilentio tranſactum ſit. Dat. Idib. April. Decio. V. C. Conss.

Continuatio.

**al. vtcapturos.*

Tutores & magiſtratus quo ordine

TITVLVS LXXV.
DE MAGISTRATIBVS conueniendis. d

Minores in ſubſidium habent regreſſum contra magiſtratus qui eis tutores vel curatores dederunt: & contra fideiuſſores, quos illi de indemnitate recepérunt. b. d. Primo ſoluit vnam queſtionem vſque ibi, ſed aduerſus. Secundo ſoluit aliam vſque ibi, quam ſi exerceueris. Tertio nouum dubium remouet in fauorem magiſtratuum. Salyc.

I. Imp. ANTONINVS A. Mutiano.

SI magiſtratus [e] à tutoribus ſeu curatoribus quos tibi dederint ſeu nominauerint, ſi pulati ſunt ſe eo nomine indemnes [f] futuros, & ſi quid præſtitiſſent, repetituros, * inque eā rē fideiuſſores acceperūt: extra rēs [g] ſaluam fore ſatisdationem, actio [h] quā aduerſus tutores ſeu curatores tuos inſtituiſti, alienam [i] obligationem non reſoluit. Sed aduerſus magiſtratus qui curatorem dederunt, actio vtilis [k] ita demum cōpetit, ſi vniuerſis bonis excuſis, [l] reuocatiſque quæ eū [m] in fraudē alienaſſe conſtiterit, indemnitati tuæ in ſolidū ſatisfieri non potuit. ¶ Quam [n] ſi exercueri s:[o] mandatis tibi abeis, [p] actionibus aduerſus fideiuſſores [q] quos acceperunt, conſiſtere potes, licet vtilem actionem ſine ceſſione habeas. Accepta Non Ianuar. Duobus & Aſpris Conss.

Ex lata culpa magiſtratus tenetur eius hæres, non ex leui. Salyc.

II. Imp. ALEXANDER A Paterno.

IN hæredes magiſtratus, cuius [r] non lata culpa [s] idoneè cautū pupillo non eſt, non ſolet actio dari. PP. III. Non. Iul. Iuliano. II. & Criſpino Conss.

Magiſtratus qui ſunt ſoluendo, habent beneficium diuiſionis. Salyc.

III. Imp. GORDIANVS A. Probiano.

SI tu & collega tuus cum magiſtratu fungeremini, minus idoneum tutorem dediſtis, cautionemque idoneam non exegiſtis, [t] nec aliàs ſeruari pupillo indēnitas poteſt, [v] & vtrique ſoluēdo eſtis: pro virili [x] parte in vos actionem dari non iniuria poſtulabis. [y] Dat. VIII. Kalend. Nouemb. Pio & Pontiano Conss.

Contra magiſtratum agitur in ſubſidium, id eſt exceſſis tutoribus, collegis & fideiuſſoribus. Salyc.

IIII. Idem A. Aruntiano.

ADuerſus nominatorem tutoris vel curatoris minus idonei non ante perueniri poteſt, quàm ſi bonis nominati item & fideiuſſoris eius, nec non collegarum [z] ad quorum periculū conſortium adminiſtrationis ſpectat, excuſſis, non ſit indemnitati pupilli vel adulti ſatisfactū. [a] PP. Idib. Mart. Attico & Prætextato Conss.

Fideiuſſores complentes vicem tutoris quoad tenentur.

m *Eum.* tutorem vel curatorem. & ſubaudi, & excuſſis etiam fideiuſſoribus: vt ſ. eo. l. aduerſus.

n *Quam.* ſcilicet vtilē contra magiſtratum.

o *Exercueris.* non tamen exegiſti: quia fruſtra diceret, mandatis.

p *Ab eis.* magiſtratibus.

q *Fideiuſſores.* dicit de his qui fuerunt accepti pro rem pupilli ſaluam fore, contra quos etiam ſine ceſſione habet vtilem: vt hic, & ff. eo. l. j. §. exigere. &. interim non tenetur magiſtratus: vt ſ. eo. l. aduerſus Ir. dixit de alijs à magiſtratu acceptis pro ſua indemnitate. quod non placet: quia & in eos actionem non habet, niſi demum cum damnum fuerit paſſus. Præterea non accepit eos nomine minoris, vnde quomodo vtilis daretur minori, quod hic dicit? & facit ſ. de conue. fiſc. l. iij. lib. x. & ſ. quo quiſ. or. cō. l. ij. lib. xj. & ff. de admini. tut. l. Lucius ij. §. Sempronius.

r *In hæredes. Cuius.* ſ. magiſtratus,

s *Non lata culpa.* ſed leui. Et ſic not. ex dolo & lata culpa magiſtratus tenetur hæres, non pro leui: vt hic, & ff. e. l. non ſimiliter. & l. quod ad hæredē. niſi lite cōteſt. pro leui contra magiſtratum: vt ff. de precario. l. quæritū. §. antepe. & arg. ſ. de hære. tu. l. j.

St *tu & collega.*] Nt *Non exegiſti.* leui culpa, nō lata vel dolo, quia tunc in ſolidū teneremini cū effectu: vt ff. eo. l. in magiſtratib'.

v *Poteſt.* vt infra. l. proxi.

x *Pro virili parte.* niſi actum ſit inter eos vt alterius tantum periculo dentur, vel alter tantum nominauit: quibus caſibus hi primo conueniuntur, non autem alij liberantur: vt ff. eo. l. j. §. ſi inter magiſtratus. & ff. ad municipalem. l. imperator. §. fi. & caue: quia aliter ſeruatur in pluribus fideiuſſoribus vnius tutoris, quorum quilibet in ſolidum tenetur ceſſis actionibus. vt ff. rem pup. ſal. fore. l. vlti. Item nor. ſi non ſunt ſoluendo hi magiſtratus, non habet pupillus priuilegium ante alios creditores in bonis eorum: vt ff. eo. l. j. §. priuilegium.

y *Poſtulabis.* tu conuentus in ſolidum.

ADuerſus.] CASVS. Ita demum ad magiſtratum qui tutorē dedit, peruenitur, ſi tutor vel eius fideiuſſor ſoluendo non ſint, vt bonis eorū excuſſis, pupillo ſatisfieri idoneè non poſſit.

z *Collegarum.* id eſt contutorum, qui cum eo adminiſtrauerūt inſimul, vel vnus quidam, alius quædam alia: vt ff. eo. l. duo. nam ſi non adminiſtrant, tertio loco eſſent conueniendi, niſi in ſuſpecto faciendo ceſſaſſent, vel tarde feciſſent, vel prodidiſſent: vt ff. eo. l. proponebatur. & dixi ſupra eo. l. i. & facit ſ. ſi tu. non geſ. l. j. & de diui. tu. l. ij.

a *Satisfactum.* & ſi nunc inueniuntur nō ſoluendo, præſumſitut tēpore donationis fuiſſe nō ſoluēdo: & ſic onus probandi pupillo non

pillo nō imminet: vt ff. eo. l. j. §. ſi magiſtratus. & dixi ſ. de probat. l. ex perſona. Itē contra. ff. ad municip. l. imperator. ſed ibi paret ſolutio.

IN *magiſtratus.*] CASVS. Aduerſus magiſtratum vtilis in ſubſidium pupilli competit actio, ſi nec tutor nec fideiuſſor qui fideiuſſit rem pupi. ſaluā fore, fuerit ſoluēdo.

a *Municipales.* non autem in eorum fideiuſſores, qui rem pupilli ſaluā fore promiſerant: vt ff. ad muni. l. ij. §. pe. & ff. eo. l. j. ij. reſpon.

b *Adminiſtrationis.* ſcilicet tutelæ.

c *Soluendo.* ſ. tutores.

d *Fideiuſſionis.* datæ ob rem pupilli ſaluam fore: vt & ſ. e. l. proxi.

e *Vtilem.* tutelę ſecundum Azo. vel in factū ſecundum H. quæ dicitur eadem cum ſit omnino ſimilis: vt ff. e. l. ſi. & facit. ff. de conſtit. tut. l. iiij. & in authē. de iudi. §. nullo. col. vj. Sed contra inſti. de ſatiſd. tuto. §. neque autem. vbi dicit magiſtratum vel præſidem torem vel præſidem nō teneri. Ad quod dic q quidā ſunt ad quos pertinet tantum dare tutorem vel curatorem: nō autem exigere ſatisdationē: vt ſunt præſides, & hi non tenētur, vt ibi. Alij qui verūque, & alij qui tantum exigere ſatisdationem poſſunt: & hi tenentur, vt hic. & ff. de admini. tut. l. Aemilius Dexter.

h Græcè. vt ff. eodem. l. qui testamento. §. fi. sic & ff. de verb. obliga. l. j. §. fin. Sed arg. contra. ff. de bonorum pos. sess. l. sed cum patrono. §. fi. sed ibi notis scripsit, non Græcis literis.

Dubitantibus.] CASVS. An dictanti testamentum, vel testi adhibito, aliquid legari vel relinqui possit? Respondeo quod sic, (ratio dubitationis fuit quod est infra de his qui sibi adscribũt in testamento. l. ij.) sed ibi dictauit & scripsit.

i *Dubitandum est*. immo videtur quod non: vt infra de his qui sibi adscribunt in testamen. & l. ij. quæ est contra. Solu. ibi dictauit & scripsit: hic tantum dictauit.

k Prohibetur. vt & ff. eodem. l. qui testamento. in prin. & instit. eodem. §. legatariis. & ff. de rebus dub. l. si quis ita.

Consulta.] CASVS. Quod in pluribus. ll. dictum est quod publicatio sit coram magistro. census * de episc. & cl. repetita. & l. placet. & supra eodem. l. testamen. & infra de donatio. l. in hac. & infra eodem. l. diui. per hanc legem confirmat. prohibet ergo quod coram nullo fiat, nisi coram magistro census, nec fiat coram clericis, quibus opprobrium est &c. Si qui autem huius legis transgressores fuerint, pœna quinquaginta aureorum multentur. Vlianus.

l *Consulta diualia*. id est rescripta, quæ sunt supra de episco. & cleri. l. repetita, & l. placet. & infra de donatio. l. in hac. & l. secundum diui. & supra eodem. l. testamenta.

m *Monumentis*. id est publicis scripturis.

n *Defensores ecclesiarum*. scilicet clerici.

o *Officia*. vt & supra de assesso. l. nemo . & supra de postu. l. quisquis. §. fi.

p *Clericis*. vt d. l. supra de episco. & cleri. l. repetita.

q *Se velint*. scilicet ostendere.

a *Auth.* testamentum autem non ob hoc vitiatur. & redditur ratio, & hoc subijcit, nec enim &c.

b *Incongruis*. sic supra eodem. l. si vnus. ibi, vel ab altero &c.

Ambiguitates.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, licet ordo scripturæ in eo, vitio notarij & imperitia non seruatur, vt quia primo scripsit legata, demum hæredis institutionem, cum ecõuerso fieri debeat: an ob hoc minus valeat testamẽtũ, quæritur? Respondeo quod nõ, licet antiquitus hoc obseruaretur, quo non obseruato nõ valuit testamentum.

c *Vel imperitia*. vel error: vt supra eodem. l. error.

d *Non ex mente*. hodie idem etsi ex mente: vt instit. de lega. §. ante hæredis. vel dic quod hoc refertur ad alia, nõ ad capitulum primum: quandoque tamen seruatur ordo: vt prius institutio, quàm substitutio erit: vt ff. de vulga. substit. l. moribus. §. prius. a Item non dico quod hæc lex habeat locum si imperitia tabellionis minor numerus testiũ interueniat, vel quid de iuris ordine, id est solennitate immuretur, b secundum Azo. transpositio ergo erronea non nocet: sed solẽnitatis omissio sic. e *Scribit*. qui tamen seruus esse non debet: vt infra de tabel. l. generali. lib. x.

Rapostheri.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, & rogasti mihi ab hærede tuo decem, & reliquisti his verbis, si nauis venerit, tunc intra diem mortis meæ proximũ, vel pridie quàm moriar, illi dato decem: an ista præposterario sermonis, cùm debeat venire nauis, deinde legatum præstet, vitiet testamentum, quæritur? Respon. quod non: nec tantum in testamento non nocet præposteratio, sed nec etiã in contractibus: vt instit. de inuti. stipu. §. item si quis, Item nec in dotibus: vt supra de iure do. l. si mulier. & licet taliter relictum valeat: exactio tamen eius non competit nisi post diem vel cõditionem existentem. Vlianus.

f *Præposteri*. id est præposterationis vitium. præposteritas vitiabat olim contractus & vltimas voluntates.

g *Quam*. scilicet reprehensionem.

h *Constitutio*. vt supra de iure doti. l. si mulier, c nam ibi prius continebatur de dote, & postea de testamento: ipsa vero prius testari, & postea dotem reddi volebat. Item secundum Ioan. si ita dicatur, si dabis mihi nomine dotis decem, promittis te numerare mihi. primo enim nubere, postea dos dari debet. sed hoc exemplum non est huius legis.

i *Contractibus*. vt ecce si Titius fuerit consul vsque ad annum, tunc ex hac die decem dare spõdes. tempus enim dationis præcedit, conditio sequitur: cum econtra fieri debeat: vt instidisceptationum esse forensium. Pœna etiam temeratoribus præsentis sanctionis feriendis quinquaginta librarum auri. a Nec enim concedendum est * vt suprema vota deficientium, euersionis * quicquam ex incongrua insinuatione contrahant, dum res ab incongruis b vsurpantur audacter. Dat. XIIII. Kalend. Decemb. Constantinopo. Iustino . A. II. & Opilione Coss.

Verborum ambiguitas, vel ordinis peruersio, si à tabellionis errore procedant, non vitiant. Alexand. & Saly.

XXIIII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

Ambiguitates quæ vel imperitia c vel desidia testamẽta conscribentium oriuntur, resecandas esse censemus; & siue institutio hæredum post legatorum donationes scripta sit, vel alia prætermissa sit obseruatio, non ex mente d testatoris, sed vitio tabellionis, vel alterius qui testamentum scribit: e nulli licẽtiam concedimus per eam occasionem testatoris voluntatẽ subuertere, vel minuere. Dat. Kalendis Ianuar. D N. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

Transpositio verborum non vitiat contractũ, nec vltimam voluntatem. Baldus, Salyceetus, & Alexander.

XXV. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

Præposteri f reprehensionem quam g nouella constitutio h diui Leonis in dotalibus instrumentis fustulisse noscitur: in alijs quoque omnibus tam contractibus i quàm testamentis k tollimus: vt tali exceptione cessante, & stipulatio & alij contractus, & testatoris voluntas indubitatè valeant: exactione videlicet post conditionem vel diem competente. l S. Dat. VII. Id. Decembr. D N. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

Valet testamentum nuncupatiuum, licet testator non exprimat coram testibus illa formalia verba, scilicet ipsos testes esse vocatos eo quia vult sine scriptis testari. Alexand.

XXVI. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem obseruationẽ penitus amputam[3]; m vt postquàm septem testes conuenerint, satis sit voluntatem testatoris vel testatricis simul omnibus manifestari, significantis ad quos substantiam suam peruenire velit, vel quibus legata dare, vel fideicommissa, vel libertates disponere: etiam si non ante huiusmodi dispositionem prædixerit testator vel testatrix illa formalia verba, n *ideo eosdem testes conuenisse, quod sine scriptis suam voluntatem vel testamentum componere censuit*. S. Dat. IIII. Id. Decemb. Cõstantinop. DN. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

Testamentum perfectum, solo cursu temporis non tollitur, sed per sequens perfectum testamentum, vel per solam contrariam voluntatem in actis, vel coram tribus testibus declaratam cum transierit decennii ex tempore facti prioris testamenti. Alexand. post Baldum & Salyceetum.

XXVII. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

Sancimus, * si quis legitimo modo condidit testamentum, & post eius confectionem decennium profluxerit: si quidem nulla innouatio vel contraria voluntas testatoris apparuerit, hoc esse firmum. Quod enim non mutatur, quare stare o talsti, & aliud testamentum condidisti: si solenne fuit, ipso iure tollitur primum. Si autem dixisti te nolle primum testamentum valere, vel alijs quibuscunque verbis apparuit te velle contrarium: & hoc etiam coram iudice præsentibus ad minus tribus testibus declarauerit: & decennium à tempore voluntatis contrariæ (secundum quosdam) vel compositionis testamenti (secundum alios) effluxerit: verum maneat testamentum primum ratum? Dicitur quòd non, immo rumpitur.

o *Stare*. certe pro nihilo: vt hic, & infra de appel. l. præcipimus. in fi. & supra de testa. tu. l. ij. & Tauch. quib. mo. testa. effi. fui. §. tribus. colla. vij. Sed arg. contra. ff. de adimen. lega. l. alumnæ. §. qui filias ex disparibus. ADDITIO. Ista. §. est sub. l. Titia. & dic quod concor. cum hac. l. quia ibi prima diuisio nõ reformatur nisi in his quæ venerunt in secunda. Cy. Ang. Salyceetus & Alexander.

Testamẽta an vitientur per præpositionẽ.

* Hic corrige posteriora. l. testamenta. C. de Cõsti. & alias, reperies.

* libitu.

alibi loquitur de errore testatoris: hic de errore notarij. Alex. idem Cy. Bald. Ang. Pau. Salyc. & Alex.

* id est. l. Testamẽta.

eam adnota.

b Sequitur Bal. Angel. Pau. Saly. Al. & Ias.

c Illa non est constit. Leonis: sed Diocletiani. Ale. Nec ad rem de qua hic agitur pertinet. Contius.

* hinc sumpta. l. de epis. & cl. & l. penita. C. de epis. & cler. Contius.

* Hæc lege abrogatur legi Honorij & Theodosij. quæ extat in Cod. Theodos. lib. 4. tit. 4. l. 6. Contius.

*Testamẽtũ secundũ an ipso iure tol lat prunũ. a Diuinæ, secundũ Al. * Concor. gl. in c. cum causam, super verbo, personas. cir ca me. extra de testi. * Concor. c. 1. cũ gl. super verbo, mortis in med. extra de his quæ vi met. cau. * al. elapsum.*

b Quia vi lat tex. secũ dum Alex.

*c Hæc est de menteillius interæ, cũ clausula in fi. posita debeas referri ad omnia præcedentia Sal. & Ale. * Theodosij & Honorij quæ extant in Co dice Theo sia. eod. tit. l. ne quis post diem. Contius. d Ista est vera secundum Bart. & alios. e Placet Bar. displicet tamen Ange. & Ale.*

a *Quemadmodum.* i. qualiter. interrogatiuè loquitur.

b *Efficitur.* certe nullo modo.

c *Ipso iure.* immo videtur ope exceptionis: vt ff. de bonorũ possessione secundũ tab. l. pe. §. testamento. ibi, nec putauerit quisquam &c. Solu. ibi vltimæ tabulę non erant solennes a, & in eis dixerat: quos in primis tabulis instituì, non meruerunt meum iudicium. vnde non ipso iure est irritum: vt infra de his quib. vt indig. l. hæreditas. sed per exceptionem: vt ibi. hic vero vltimum testamentum solenne erat. Alij dicũt hic quòd hoc ipso iure, scilicet ope exceptionis: quod non placet b. Tu dic, quod ibi dicit de exceptione, referatur non ad proximum c, sed ad primum casum, scilicet quãdo testator post testamentum fuit arrogatus: deinde fuiiuris factus declarauit se vel le testanientum seruari. quia ergo sua voluntas non potest facere quin arrogatio tenuerit, & ipsum testamentum primum irritum fit: non ipso iure reconualescit, sed exceptione repelluntur venientes ab intestato, qui hæredibus in eo institutis volunt hærediratem auferre: vnde dicitur, ambulatoria &c. vt ff. de adimen. legat. l. iij. in fi. & l. iiij. Nec obstat q ibi dicuntur similia: quia in aliquo, non per omnia similia sunt: vtrobique enim statur primo iudicio quod quodammodo erat expugnatum. Vel loquitur ibi cum testator incidit secundas tabulas, vt hæredes in eis instituti exceptione repellantur: nõ autem quòd illæ non roilant ipso iure primas: quanuis postea incidantur, & hanc approbo. Vel ibi non duranit d secundum testamẽtum, cum tabulas incideritt: hic duranit.

d *Fuerit.* aliàs fiat: id est, sit emensum à tempore scilicet quo monstrauit contrariam voluntatẽ secundum quosdam, vt colligunt hic. Tu dic à tempore compositionis testamenti: vt patet in princ. huius l. sed primi subaudiunthic post, nos ante.

e *Constitutionibus.* id est legibus.

f *Antiquandis.* id est tollendis.

Cvm antiquitas.] CASVS. Dicebant olim antiqui, quòd testamẽta debebant fieri vno contextu, nullo actu extraneo interueniente: hoc tamen limitat imperatór, dicens quod si forte testator aliqua necessitate cõstrictus, puta vel medicinæ capiendæ, vel causa forte cacandi, vel alia necessitate vrgẽte vel-

A let secedere modicũ ĩcepto testamẽto, & postea iterũ reueni, & residuã partẽ testamẽti perficere: hoc facere potest. similiter & testes, dũ tamẽ testis nõ diu absit. quòd si forte opus esset ei diu abesse, & non posset reueni, & testator periclitaretur: tunc esset alius surrogandus. Secũdo dicit imperator quòd vult corrigere quandam consti turionem, quæ dicebat quòd septem testes debent adhiberi in testamentis, & subscriptio ipsi⁹ testatoris. dicit lex quod si testator totum testamentum scripserit sua manu: non est opus sua subscriptione, similiter de codicillis dicit. textus satis prolixus est, hoc tamen dicit in casu.

h *Voluerit.* vt ff. eo. l. hęredes. §. fi.

h *Interpretata.* passiuè.

i *Penè.* id est ferè, qui scilicet interim moriebantur.

k *Et testamentorum.* quæ nihil valebant.

l *Codicillus.* Not. in singulari numero: vt diximus. ff. de sacrosanct. eccles. l. generali. & dicnascitur, id est incipit fieri.

m *Nihil enim.* interpositio est.

n *Subtilissima.* ablatiui absoluti.

o *Superfina.* id est extranea facta, nõ superflua dicta: alioquin contra. ff. eo. l. testamẽtum. vel illa in verbis: hæc in actibus.

p *Comitialis.* id est caducus.

q *Imminet.* puta fitis.

r *Repleto.* vt potu.

s *Deposito.* vt onere.

t *Fiat.* vt cum iam inceptũ est testamẽtum.

v *Ab eo.* surrogato, vel surrogatis.

x *Scisciturì.* id est interrogari: quasi dicat, cum breuiter repertta Testenda erunt corã surrogatis, plicher re quæ ante eorũ præsen- ponit. tiam facta erant: quærent surrogari à testatore & à testibus qui ibi semper fuerunt: Repertis coram nobis omnia quæ ante nos feceratis, & dispositis. * Positis & pro hoc, infra de hic accipien appel. l. ampliorem. vt dum ff. vij. q. j. nihil. Alij dicunt Contius. quod interrogabunt, an ea quæ facta fuerunt, sint facta coram recedentibus. nec enim est opus quod ipsi sciant quæ illa sunt. & pro hoc est. ff. eod. l. hac consultissima. in prin. Expone ergo coram his, id est surrogatis. secundũ primã. vel corã recedẽtibus, secundũ aliã expositionẽ.

y *Tunc eos.* surrogatos vel surrogatum.

z *Etsi.* id est quanuis.

a *In medio.* scilicet tempore postquàm quidam recesserunt, & antequam alij surrogarentur: & sic non est cõtra supra. c. l. hac consultissima. §. j. Item in eo quòd hic diuersis tẽporibus subscribitur, est contra. supra eodẽ. l. hac consultissima. §. in omnibus. sed

bus. sed dic quod hoc fit hic ex necessitate.

a *Cum autem constitutione.* quæ est contra ff. eo. l. hac consultissima. in fine. j. respon. quæ modo corrigitur in eo capitulo, aliàs casu.

b *Cauetur.* modo recitat aliqua quæ dicuntur in eadem. l. §. hac consultissima in prin. l.

c *Corrigentes.* hoc scilicet casu quando testator scripsit sua manu: vt arg. ff. eod. authen. quod sine.

Vbemus.] CASVS. Ista lex & sequentes vsque ad titulũ sequentem, procedunt per textũ prolixum: & satis clarę sunt. vide textum: quia casum super eis scribere, esset obtundere auditores.

d *Minimè potuerit.* vel noluerit: vt j. dicitur §. oporter enim &c. in fine. §.

e *Committitur.* id est committeretur de facili, si permitteremus tales testari.

f *Quam.* falsitatem.

g *A republica.* vt j. de fideicom. l. fi.

h *Tota.* id est omnia. sic ff. de fideiuss. l. fi debitori.

i *In eius.* valet ergo in nominatis, & non in aliis. Sed videtur in nullo valere: vt ff. e. l. si is. quæst contra. So. hoc nouum, illud vetus ius. Vel ibi certum erat quòd alios erat instituturus, hic nõ. sed certe & hic dico certum, aliquin nulla esset quæstio. Sed tu dic quod hic erat certum quos alios erat instituturus: quia forte vni testium eius nomen expresserat, qui dixit alijs. Vel ipsemet dixerat eis, ibi non erat certum quos alios erat instituturus: & ideo hic valet in institutis, & aliorum portio eis acrescit: ibi non valet.

Vide singulariter in fine Dd. l. 14. §. vbi adnotatur. Contius.

k *Eos.* ſ. testes.

l *Ex voce.* immò & nutu: vt ff. de leg. ij. l. cum proponebatur. & ff. de lega. iij. l. nutu. quæ sunt contra. Solu. hic in institutione hæredis: ibi in legatis & fideicommissis. Item contra. §. eo. l. hac consultissima. in prin. Solu, vt ibi in glo. conscriptam.

m *Quemadmodum.* not. regulam, vt quæ seruantur in vno, seruentur. & in alio: vt hîc, subscriptiones testiũ iã fuerant subsecutæ. Sic etenim & naturæ medemur, & mortuorum elogia in suo statu facimus permanere.

Olim testatori necessario habebat subscribere manu propria: & hoc hodie verum est, nisi scribat testamentum manu propria, quia tunc non habet necesse subscribere. hoc dicit secundum Old. Et sic nota quod in scriptura priuati testatoris non requiritur subscriptio. Bald.

Cum autem constitutione a quæ de testamentis ordinandis processit, cauetur, b quatenus septem testium præsentia in testamentis requiratur, & subscriptio à testatore fiat, vel ab aliquo pro eo, & constitutio sic edixit, Octauo subscriptore adhibito: & quidam testamentum suum omne manu propria conscripsit, & post eius literas testes adhibiti suas subscriptiones supposuerunt, aliaque omnia solenniter in testamento peracta sunt, & testamentum ex hoc dubitabatur an irritum factum esset: eandem constitutionem corrigentes c, sancimus, si quis sua manu totum testamentum vel codicillum conscripserit, & hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod hæc sua manu confecit: sufficiat ei totius testamenti scriptura, & non alia subscriptio requiratur, neque ab eo, neque pro eo ab alio: sed sequantur huiusmodi scripturam & literæ testium, & omnis quæ expectatur obseruatio: & sic testamentum validum, & codicillus, * si quinque testium literæ testatoris scripturæ coadunentur, in sua firmitate remaneant, & nemo callidus machinator huiusmodi iniquitatis in posterũ inueniatur. Dat. VI. Kal. April. Constantinopo. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

In testamento in scriptis nomen cuiuslibet hæredis instituti debet esse scriptum manu testatoris, aut eius voce nuncupatum coram testibus, & ab istis testibus in subscriptionibus declaratis: alioquin illius hæredis institutio nulla est, in cuius persona hæc forma seruata non fuit. quod in futuris tantum testamentis post hanc legem locũ habet. & notarius qui contra fecerit, falsi pœna punitur. Alexand.

xxix. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

IVbemus omnino testatorem, si vires habeat ad scribendum, nomen hæredis, vel hæredum in sua subscriptione, vel in quacunque parte testamenti ponere: vt sit manifestum secundum Codex.

illius voluntatem hæreditatem esse transmissam. ¶ Sin autem forsitan ex morbi acerbitate, vel literarũ † imperitia, hoc facere minimè potuerit d: testibus testamenti præsentibus, nomen vel nomina hæredis vel hæredum ab eo nuncupati, vt omnimodo sciant testes, qui sint scripti heredes: & ita certo hæredis nomine succesſio procedat. ¶ Si enim talis est testator, qui neque scribere, neque articulatè loqui potest: mortuo similis est, & falsitas in elogiis committitur. e ¶ Quam f, vt exul fiat à republica g nostra maximè in testamentorũ confectione, cupientes, hanc edictalẽ legem in orbem terrarum ponimus. ¶ Quod si non fuerit obseruatum, & nomen hæredis vel hæredum non fuerit manu testatoris scriptum, vel voce coram testibus nuncupatum: hoc testamentum stare minimè patimur, vel in totum, si tota h hæredum nomina fuerint prętermissa: vel in eius i hæredis institutionem, cuius nomen neque lingua neq; manus testatoris significauit. Sed ne aliqua forsitan obliuio testium animis incumbat, pluribus interdum nominibus hæredum expressis: ipsi testes in suis subscriptionibus (cum testator hæc non scripserit, sed nuncupauerit) eorum nomina subscribere non differant ad æternam rei memoriam. ¶ Sin verò ipse testator in qualicunque parte testamenti nomina hæredum (sicut dictum est) scripserit: superuacuum est postea testes in sua subscriptioe hæc exprimere: cum forsitan nec eos k scire testator suos hæredes voluerit, & semel causa ex ipsius testatoris scriptura appareat. † ¶ Oportet enim omnimodo vel ex literis testatoris, vel ex l voce quidem testatoris, literis autem testium qui ad elogium conficiendum fuerint conuocati, nomina manifestari hæredum. Quemadmodum m enim in elogio quod sine scriptura conficitur, necesse est testatorem voce exprimere nomen vel nomina hæredum: ita & in testamentis per scripturam conficiendis, cum ipse testator manu sua scribere hæredes n vel noluerit, vel minimè potuerit, vo ce tamen eius eos manifestari oportet. ¶ Quæ in posterum tantummodo obseruari censemus: vt quæ testamenta post hanc nouellam nostri numinis legem conficiuntur, hæc cum tali obseruatione procedant. Quid enim o antiquitas peccauit, quæ præsentis legis inscia, pristinam secuta est obseruationem? ¶ Sciturís & tabellionibus, & his qui conficienda testamenta procurant, quòd si aliter facere ausi fuerint, pœnam falsitatis non euitabunt, quasi dolosè p in tam necessaria causa versati. Dat. Kalend. † Mart. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

Artis literarii manus purgẽdarii.

Testamẽtũ facere per aliũ prohibitum est.

† Hic debet legi auth. Et nõ obseruato. j. e. versus. libros. Contius.

† Vltimus subscriptionis mihi mihi. † hic idẽ Iustinianus in Nouell. 66. §. pe. Contius.

est iuris, & de iure: cum constitutiones principum ignorauerint: vt supra de iuris & fac.ignoran.l.constitutiones.

a ET *non obseruato*. Redit ad legem veterem. §. eo.l.hac constitissima. in princip.

b *Inscribat*. habet ergo locum quando in scriptis sit testamentum, non ergo corrigitur ius vetus, cum testamẽtum fit sine scriptis. idem tamen & ibi dici posset, &c.

c NOstram prouisionem. Lino. in quo sigilla erant appensa.

d *Inciderit vel abstulerit*, in ambiguis.

c *Non valere*. scilicet efficaciter: vt ff. eo. l. ad testium. §. si signa turbata. nam si agant hæredes, obstat exceptio: vt ff. de bo. poss. secundum tabu. l. penult. §. testamento. & ff. e. l. hæredes. §. j. & ff. de his quæ in testa.delen. l. j. §. sed consulto. Vt enim non constituitur testamentum nuda voluntate, vel facto: ita nec debet tolli, vt eadem fit ratio contrariorum: vt ff. de regu.iur.l. nihil eam naturale. Item quibus applicabitur hæc hæreditas? Videtur fisco; vt ff. de his quæ in testa.delen. l. proximè. in princip. sed contra videtur, quòd veniebantibus ab intestato: vt ff. si tab.testa. nul. ext. l. j. §. penult. quare dicunt quidam primò agnatos admittis: sed eis deficientibus fiscum. & sic loquuntur dictæ leges. Tu dic quòd si ideo incidat., vt intestatus decedat, veniunt agnati: vt ff. de his quæ in testa.del.l.fi.sed si ideo, quia reputat hæredes indignos, tunc fiscus: vt infra de his qui. vt indig. l. hæreditas. Sed quid si non apparcat? Respond. fiscus venit fauore legatorum. soluet enim legata, quod non faceremus venientes ab intestato: vt dicta l. proximè. §. sed in re dubia. & ff. ad Syllan. l. cum fisco. & si quis aliquem testa. pro. l. si quis. §. si fidei. & ff. de his quibus vt indig. l. cum quidam. §. vltimo. ADDITIO. Tu dicas in hoc tertio casu, aut probatur hæredes offendisse testatorem: & tunc glossa est vera, aut hoc non probatur: & tunc glossa est falsa: quia præsumitur voluisse decedere intestatus. ita dicit Dyn. in l. proximè. ff. de his quæ in test.del. vt refert ibi Bal. quem de hoc ibi latius vide: & habes ibi similẽ glossi. in verbo, vindicarẽtur:

Testamẽtũ nuda pollicitatione nõ constituitur, nec tollitur.

* *Ostendi. Testamẽtũ si incidatur per testatorẽ, quibus applicetur hæreditas.*

* *Not. idẽ iudicium de toto, vel maxima et parte. facit pro testibus decentibus quod Tit⁹ deplanxit totum caput Ioan. qui tamen solum maximam partem deflauit.*

IN AVTHENT.

vt sponsa. larg. §. quia verò. colla. ix. constitu. ij.

Hodie testator non tenetur nuncupare nomen hæredis, quando testatur in scriptis. Saly. & Alexand.: Et satis est quod per se, vel per quemcunque alium scribat nomen hæredis. Alexander.

ET non[a] obseruato eo, subueniuntur testamentis, siue per se, siue per alium quis inscribat[b] nomen hæredis.

Si testator testamentum iure factum inciderit, vel signa remouerit consulto, tunc non valebit testamentum: aliàs autem remanebit validum. Alexand.

XXX. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

NOstram prouisionem, maximè circa vltima elogia defunctorum, nunc etiam extendi * properamus. ¶ Vnde cum inuenerimus quasdam controuersias veteribus iuris interpretatoribus exortas propter testamentum quod legitimo modo conditum, septemque testiũ signa habens, postea fortuito casu, vel per ipsius testatoris operã lino[c] toto, vel plurima * eius parte incisa, in ambiguitatẽ incidit: solitum ei præbemus remedium, sancientes, si quidem testator linum vel signacula inciderit, vel abstulerit[d]: vtpote eius voluntate mutata, testamentum non valere. [e] Sin autem ex alia quacunq; causa hoc contigerit[f]: durante testamento scriptos hæredes ad hæreditatem[g] vocari: maximè[h] cum nostra cõstitutio, quam pro tuitione testamẽtorum promulgauimus, testatorẽ dispoſuerit, vel sua manu nomen hęredis scribere, vel si imperitia literarum, vel aduersã valetudine, seu alio modo hoc facere non posſit: testes ipsos audito nomine hæredis, sub præsentia ipsius testatoris nomen hæredis suis subscriptionibus declarare. Data XV. Kalen. Nouembr. Constantinopo. post cõsul. Lampadij & Oreſtis. VV. CC.

Rusticani in locis in quibus est varitas literatorum testari possum secundum eorum consuetudinem: dum tamen septem literati se subscribentes adhibeantur, si haberi possint: aut non literati, si alij haberi non possint, saltem quinque adhibeantur, qui mutua vice subscribant. Alexand.

XXXI. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

ET ab antiquis legibus, & à diuersis retro principib⁹ sem per rusticitati[i] consultum est, & in multis legum subtilitatibus stricta obseruatio eis remissa: quod ex ipsis rerum inuenimus documentis. Cum enim[k] testamentorum ordinatio sub certa definitione legum institutа sit; homines rustici, & quibus non est literarum peritia, quomodo possunt tantam legũ subtilitatem custodire in vltimis suis voluntatibus? Ideoque ad dei humanitatem[l] respicientes, necessarium duximus per hanc legem eorum simplicitati subuenire. Sancimus itaque in omnibus quidem ciuitatibus, & in castris orbis Romani, vbi & leges nostræ[m] manifestæ sunt, & literarum viget scientia: omnia quæ in libris nostrorum Digestorum, seu Institutionum, & imperialibus sanctionibus nostrisque dispositionibus in condendis testamentis caura sunt, obseruari, nullamque ex præsenti lege fieri innouationem. In illis verò locis, in quibus raro inueniuntur homines literati, per præsentem legem rusticanis concedimus antiquam eorum consuetudinem[n] legis vicem obtinere: ita tamen[o], vt vbi scientes literas inuenti fuerint, septẽ testes (quos ad testimonium conuocari necesse est) adhibeantur, & vnusquisque pro sua persona subscribat. Vbi autem non inueniuntur literati: septem testes etiam sine scriptura[p] testimonium adhibentes admitti q.¶ Sin autem in illo loco minimè inuenti fuerint septem testes: vsque ad quinque modis omnibus testes adhiberi iubemus: minùs autem nullo modo concedimus. ¶ Si verò vnus, aut duo vel plures fuerint literati: liceat eis pro ignorantibus literas, præsentibus tamen testamento siue scriptis secundum quosdam: vel in scriptis secundum Azo. quod ius tamen quod in vno est, & in alio est obseruandum

A f *Contigerit*. vel à testatore, vel ab alio extraneo.

g *Ad hæreditatem*. vt supra eodem. l. si vnus. licet non detur bonorum possessio secundum tabu. vt ff. de bonorum poss. secundum tab. l. j. §. semel. & §. si linum. & §. si rosæ. & hoc si viuo testatore, & nondum prolatis tabulis coram iudice, aliàs datur secundum tabulas: vt ff. si tabulæ testamẽti nullæ extabunt. l. j.

h *Maximè*. maximè dico hæredes iuuari hoc casu: quia & superiori lege iuuãtur. l. iubem⁹. licet testator eos non scripsit: & hoc subijcit. & cætera.

i ET *ab antiquis, Rusticitati*. vt patet per alias leges. ff. ad Sylla. l. iij. §. si quis ignorans. & de iure fisci. l. ij. §. fina. & de vent. inspicien. l. j. §. fin. & de iurisdi. omnium iudic. l. si quis id. § . ij. & de proba. l. cum de indebito. §. ij. & de eden. l. j. §. fina. & si quis in ius voc. non ierit. l. ij. §. j. & ff. de rei vxo. act. §. ita enim. sed arg. contra ff. de in ius voc. l. venia. sed dic quòd naturalis iuris ignorãtia nec rusticum excusat.

k *Enim*. pro certe.

l *Humanitatem*. sic ff. de vete. iure enucl. l. tanta. in prin.

m *Leges nostræ*: idem ergo in villis, & castris Bonoñ. quia eam legitimam nutricem legum bene quis appellat: vtin proœmio. ff. §. hæc autem; & quia vbi est ea-dem ratio, & idem ius debet esse: vt ff. ad leg. Aquil. l. illud.

Bononia est nutrix legum.

n *Consuetudinem*: quam nescimus.

o *Ita tamen*. ex hoc apparet quòd loquitur in castro vbi processerat consuetudo in confectione testamenti faciendi contra legem; cui consuetudini deseruit: sed non per omnia; vt subijcit. si ergo in castro non fit consuetudo [a] contraria legi, communem legem ser-

a *Dicit communem legem seruandam esse.*

uabo.

p *Scriptura*. testamen- *lex in loco* ti. & sic loquitur hæc *in quo non* lex in testamento in *viget cõpetit* scriptis, & nuncupa- *tudo derogatiua* tiuo, secundum quos- *in test. quibus* dam. Alij vt Azo, di- *illa non ob* cunt loqui tantum in *causa fiunt* testamento in scriptis: *his ipsius lo-* & exponunt hoc, id *quitur* est, sine subscriptio- *lum impugnẽ* ne testium: sed alij *na lis esto.* subscribunt pro eis: vt infra subijcit in §. si vero.

q *Admitti*. scilicet in

obseruandum: vt diximus. §. c. l. iubemus. §. quemadmodum.

a *Subscriptionem*. fit per aliũ subscriptio: vt in auth. de fide instru. §. oportet vero. colla. vj. Sed argu. contra supra de adsess. l. ij.

b *Iurati*. vt supra eo. l. hac constitissima. §. penulti.

DE HEREDIBVS INSTITVEN. &c.

Supra dictum est de his qui instituunt, nunc de his qui instituuntur. Vel aliter: Audiuimus. §. de testamento, quod est quoddam totum, nunc audiamus de eius partibus. Et quia supra tractauimus de prima parte, id est de instituentibus annectamus de hæredibus instituendis, & quæ personæ hæredes instituti non possunt. Azo.

Cõtinuatio

QVi deportantur.] CASVS. Si testamentum fecisti, & hæredem instituisti deportatum: an valeat institutio, quæritur? Rñ. quod non: sed perinde est ac si scriptus nõ esset: nec est similis peregrino, qui instituit potest: vt institu. eo. §. vlti. vel dic q̃ quodammodo dicat similitudinem: non enim peregrinus. i. ad peregrinitatẽ deductus, puta deportatus capere potest.

* *In quibus literis dicitur non posse Græcè confitiuntur.*

† *Al. M. Ant⁹. alias T. Aurelius. Legitur in omnib. vet. Titius etc. significatur ad Antonium Pium, qui hoc præ omnibus se-cutus Antoninus Cautius.*

c *Tanquam*. quasi dicat, non est similitudo inter eos & peregrinos: quia peregrini capiunt: vt institut. eo. §. fin. hi autem non. Vel dic quod dictio tanquã, notat veritatem: & sic in mala parte potest peregrinus: vt ff. eo. l. sed & si sub conditione. §. solemus. & ff. de in ius vocan. l. sed & si hac. §. sed & si per pœnam.

Bononia est nutrix legum.

† *Id. Cæsin. Cout.*

d *Non possunt*. quia ea quæ sunt iuris ciuilis, perdunt: sicut est ciuitas, & similia: vt est hic. & ff. de mili. testamen. l. neque. §. j. & de pœ. l. quidam. quia pro mortuis habentur: vt ff. de contra tab. l. j. §. penul. & arg. de his quæ pro non scrip. ha. l. iij. sed quę sunt iuris naturalis, non: vt matrimonium, & libertatẽ: vt ff. de senten. pas. l. ij. & iij. Sed videtur eos capere posse: vt ff. de reb. dub. l. si cognatis. quæ est contra. vbi capit quis ex testamento, qui cognatus esse desinit: quod esse nõ potuit nisi per deretur ciuitatem, scilicet per maximam vel mediam capitis demi nutionem: vt instit. de capi. demi. §. penul. Solu. loquitur ibi de ciuili cognatione: scilicet quæ per adoptionem erat quæsita: vt ff. de adop. l., qui in adoptionẽ quæ per minimã capitis deminutionem perditur, scilicet per emancipationem: & sic non amittitur ciuitas: vt insti. de capi. de. §. minima.

Deportatio nullã quis capitis.

e *Non fuissent*. hoc verum quantum ad institutionem: sed fiscus habet: vt j. de his quib⁹ vt indig. l. hæreditas. ADDITIO. Hic glossam dicentem fiscum capere tale relictũ, reprehendunt hic omnes fere doctores: teste hic etiã Barro. per. l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scriptis habentur.

PAter tuus.] CASVS. Si testamentum fecisti, & in tertiam bonorum tuorum non capacem, puta natum ex nefando coitu instituisti, Titio ex residuo instituto: quid appellatione residui contineatur, quæritur? Respondetur quod tota hæreditas: & ita erit Titius in totum hæres, cum non capax ad aliquã partem hæreditatis admitti non potest. Viuianus.

Codex.

A f *Ipsique*. id est alter hæres.

g *Conditionem*. vt quia ex nefario coitu est natus: vel aliàs nõ capax: vt ne. instit. de leg. §. legari. & in authẽ. qui. mod. natu. effi. sui. §. fin. colla. vij.

h *Extitit*. scilicet pater tuus.

i *Totum*. vt & ff. de verborum significatione. l. cæterorum. & ff. eodem. l. quod si Mæuius. & facit. ff. eod. l. item quod Sabinus. §. sed si asse. & supra de testa. mil. l. quanquam. in fine. & ff. de fideiuss. l. amissi. in princi. & de dona. causa mortis. l. ei qui.

† *Non verborum pro prætate, sed iuris interpretatione. l. cæterorũ. de verb. significa. Cõtinus.*

CVm proponas.] CASVS. Alexander miles & Zoilus habebant seruum communem Iulianum: Alexander credens Iulianum esse libertum suũ, primum eum hæredẽ instituit, & ei Vitalẽ substituit, hoc modo, Si Iulianus hæres nõ erit, Vitalem substituo. decessit Alexander. apparuit postea Iulianum fuisse seruum Alexandri & Zoili. quid his verbis substitutionis significetur, quæritur? vel qualiter admitti debeat substitutus, quæritur? Respon. aut voluit testator per Iulianum alij acquiri hæreditatem, cùm credebat eum liberum: aut noluit. Primo casu non admittitur substitutus: secundo casu sic. Viuianus.

† *Al. additur, si recte. Cont.*

k *Quòd si*. ecce verba substituentis.

l *Antu*. scilicet Vitalis.

m *Libertum*. futurum.

n *Voluit*. id est dicitur voluisse.

o *Hæreditas est*. imò videtur quòd nihil valeat totum testamentum: vt ff. de mili. testa. l. neque enim. §. si seruum pro prium. quæ est contra. Sol. ibi erat proprius testatoris errantis & credentis eum liberum, hic communis: imò nec ibi nec hic tenet quantum ad seruum. si autẽ sciuisset seruum, esset & hæres & liber: vt insti. eo. in princ. si alienus, totus potest instituí sine libertate: vt ff. eodem. l. si seruus alienus. l. si alienum seruum. si cõmunis, etiam cum libertate si hoc exprimat, & ei postea redimat. ff. eodem. l. sed & si sub cõditione. §. si seruum. hodie serua in seruo communi quod dicitur infra communia de manu. l. j.

p *Subscripta*. in testamento.

q *Ad ius*. id est ad eam significationem quam facit ius, quando testator scit seruum, hoc est, vel sibi fãcto liberto, vel præsenti vel futuro domino acquirat: vt inst. de vulg. substi. §. fina. & hic subiicit.

r *Retulit*. id est retulisse dicitur.

s *Alium*. scilicet dominum.

t *Potuit enim*. interpositio est, & dic quòd vere potest dici illa conditio, si hæres non erit: quia potest esse, & non esse, etiam *Seruus etiã* domino iubente, & eum etiam excoriante, & ita demum &c. *si excoriatus* autẽ paruit spõte, quæritur duo: vt subiicit. Vel aliter construe: vt *verus*: *si* nec per se aliũ fecerit hæredem, ita demũ substitutus admitta *mino potest* tur: substitutioni locus nõ est. si tamen paruit domino, & adiit *nolle adire.*

DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS, & quæ personæ hæredes instituí non possunt.

Institutio deportati habetur pro non scripta: quia deportatus est incapax additionis hæreditatis. Alexander.

1. Imp. TITIVS AELIVS † ANTONINVS. A. Antheſtiano.



VI deportantur, si hæredes scribantur, tanquam [c] peregrini capere non possunt, [d] sed hæreditas in ea causa est, in qua esset si scripti hæredes non fuissent [e]. Sine die & Consule.

Appellatione residui totum continetur, quando non reperitur pars in eius defectum posſit verbum illud verificare. Alexander.

II. Imp. ANTONINVS A. Cælitio. †

PAter tuus si ex residua parte hæres institutus est, quam alter heres scriptus capere non poterat, isque [f] ad nullam partem hæreditatis per conditionẽ [g] suã admitti potuit: ex asse heres extitit [h]. nam relidui commemoratio, etiam totum [i] admittit. † PP. XV. Kalend. Iul. Romę. Duobus & Aſpris Coss.

Substitutus vulgariter seruo testatoris, & alterius quem testator tanquam proprium libertum instituerat, admittitur vel repellitur secundum quod de mente testatoris fuisse probatur. Alexan.

III. Imp. ALEXANDER. A. Vitali militi.

CVm proponas Alexandrum equitem testamento primo loco Iulianum vt libertum suum hæredem instituisse, eique substituisse his verbis, *Quòd si* [k] *ex aliqua causa primus hæres hæreditatem meam adire noluerit, vel non potuerit: tunc in locum eius secundum hæredem substituo Vitalem.* post mortem autem testatoris † Iulianum seruũ communem fuisse defuncti militis & Zoili fratris eius apparuerit: an tu [l] ex substitutione admittaris, voluntatis est quæstio. Nam si credens eum proprium & suum libertum [m], hæredem instituit, nec per eum ad alium quenquam hæreditatem pertinere voluit [n], extitit conditio substitutionis: tibique hæreditas [o] delata est. ¶ Quòd si verba substitutionis subscriptæ [p] ad ius [q] retulit [r], vt si nec per semetipsum alium [s] fecisset hæredem (potuit [t] enim, quamuis iubente domino, nolle adire) ita demum substitutus vocaretur, si tamen parierit domino, & adierit: substitutioni locus nõ est. si tamen paruit domino, & adiit potuit

potuit enim, &c. & sic plana. Sed qd in tertio casu, si paruit, sed coactus? Quidam dicunt dominum non fieri hæredem, vt ff. de acqui. hære. l. qui in aliena. §. fi. Tu dic q̃ sic: vt ff. si omis. caus. test. l. j. §. j. & in dicta. l. qui in aliena. adiuit etiam, vel fuit ab alio non à domino coactus. Item nota q̃ loquitur hæc lex cum certum est de voluntare testatoris. si autem est dubium. diuiditur hæreditas inter dominum serui instituti, & substitutum: vt ff. co. l. si pater. & plene distinxi: vt instituat. de vulg. substit. §. fin. licet P. & R. intelligant legem istam cum dubitatur an voluit defunctus per Iulianum alium fieri hæredem an non: quod est expresse contra legem istam.

a *Locus non est.* nisi in casu, cum duo. l. erant domini huius Iuliani: & alterius iussu adiit, & alterius nõ: vt ff. de vulg. substit. l. fi. in prin.

¶ *Vis verborum scripti legitimi, substantiæ, effectus. Cõsiliū.*

SI *pater.*] CASVS. Pater tuus Titium hæredem instituit, credens esse filium suum cum non esset; an ei auferenda sit hæreditas. quæritur? Respon. q̃ sic. eni autem sit applicanda, non aperit. Tu dic veniendum ab intestato: qui si non sunt, applicanda est fisco. Vinianus.

b *Quasi filium.* secus e contra si vere filium, vt extraneũ instituit, quia valet: vt ff. de Carbo. edic. l. i. §. fi quis filium. Item & illa institutio valet: Ille impiissimus filius meus hæres esto: vt ff. e. l. his verbis. §. j. sed & illa exhæredatio: Ille quem scio ex me natum non esse, exhæres esto. non valet: vt ff. de libe. & posthu. l. si posthumus. §. si quis ita.

¶ *Regie Parisiæ. vetant cõtrahere se ex testamento capere. sed contrahentes debent gratis sine vllis legis fraudes interse capere patenam. Anto. Cõtius.*

c *Non instituerunt.* quod præsumitur: secus si suum non crederet, licet filium nominaret: vt ff. de condi. & demon. l. falsa demonstratio. in principio.

d *Auferendam.* vt ff. de testa. l. neque professio. & j. de fideicom. l. eam quam. & de præscrip. long. temp. l. si is. Sed arg. contra ff. de iniur. l. eum qui. §. si iniuria. & est auferatur huic vt indigno, videtur applicari fisco: vt ff. de iure fisci. l. auferur. quod potest esse verum, secundum P. & H. cum alij ab intestato non sint, aliter illi admittuntur: vt j. eo. l. nec apud. ADDITIO. Dicas q̃ si quid auferur ab indigno, qui sua culpa est indignus, tunc hoc applicatur filio: & ita loquitur regula, quæ auferuntur ab indigno &c. vel. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. Si vero non sua culpa, sed aliàs indignus est: tunc applicatur fisco: vt l. nec apud. j. eo. ita vult Bart. hic.

Vxor nõ est adfinis.

NOn *ideo.*] CASVS. Si testamentum fecisti, & vxorem hæredem instituisti: an ob hoc q̃ eam adfinem in testamento nominasti, cũ non propriè dicatur adfinis, sed adfinitatis principium: valeat minus institutio, qua ritur? Rñ. quòd non. Vi.

c *Adfinis.* non enim ipsa est adfinis, sed causa adfinitatis: vt dices infra communia de suc. l. adfinitatis.

SI *compensandi.*] CASVS. Tenebatur vxor tua tibi in x. hæredem te in testamento suo in dimidiam bonorum suorũ instituit, & alium in dimidiam: & te hæredem instituit, vt sibi cõpensares x. in quibus tibi tenebatur: & à cohærede debitum vel partem debiti petis: an sis audiendus, quæritur? Resp. quòd non obstabit tibi sola iuris seueritas, vt seruus voluntatem defunctis sed etiam ipsa defuncti voluntas. Viuianus.

f *Si compensandi debuit.* quod vxor viro debuit.

g *Tuo.* ô vir.

h *Refragatur.* id est resistit, & ideo non audiris: vt hic, & ff. de neg. gest. l. si ab eo. & de hære. act. l. vt debitum. & infra de bon. aucto. iudi. poss. l. si vxor. & ff. de leg. ij. l. creditorem. & de condi. insti. l. mulier. & ad leg. Falc. l. si debitor. Sed ar. contra in eo. ti. quod de bonis. §. cum fideicommissum. sed dic vt ibi notãtur.

defunctæ voluntas refragatur [h]. PP. XII. Kalen. Mart. Præsente & Albino Coss.

Institutio facta de aliquo tanquam de filio vel de fratre cum non sit, habetur pro non facta, & hæreditas est in causa intestati. hoc dicit cum Lanc apud. J. eo. Alex.

IIII. Imperator GORDIANVS. A. Vlpio.

SI *pater tuus eum quasi filiũ* [b] *suum hæredem instituit, quã falsa opinione ductus suum esse credebat, nõ instituturus* [c] *si alienum nosset, itaque postea subditus esse ostensus est: auferendã* [d] *ei successionem, diuorum Seueri & Antonini placitis continetur. PP. Prid. Non. Octob. Pio & Pontiano Coss.*

Non videtur institutio, si vxor appellatur adfinis. Alex.

V. Idem. A. Cassiano.

NOn *ideo minus vxor tua iure hæres videtur instituta, q̃ non vxor, sed adfinis* [e] *testamento nominata est. PP. V. Kalen. Octobr. Gordiano. A. II. & Pompeiano Coss.*

Institutio facta de parte hæreditatis animo compensandi totum debitum petitionem debiti excludit. Alexander.

VI. Impp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. C. Antonio.

SI *compensandi debiti* [f] *gratia vxor maritum fecit hæredem: desiderio tuo* [g] *præter portionem hæreditatis debitum quo que restitui postulantis, non tam tũ iuris seueritas, † verùm etiam fratrem.*

† *Vis verborum scripti legitimi, substantiæ, effectus. Cõsiliū.*

I *Habebit.* vt j. de fideicom. l. eam quam. Sed ar. contra ff. eo. l. nemo. §. qui frater. Item ar. ff. de iure fisc. l. auferetur. in prin. & ff. de ædil. edic. l. cum autem. in fine.

C *Collegium.*] CASVS. An illicito collegio relinqui hæreditas possit, quæritur? Respon. quod non. Viuianus.

m *Non posse.* nullum autem est subuixum, nisi conera probetur: vt ff. de colle. illi. l. iij. §. in summa. probantur autem multa, & ideo dic, eis legari potest, alias nõ: vt ff. quod cuiusque vniuersi. l. j. & §. de sacrosan. eccle. l. j. & de reb. dub. l. cum senatus. & de lega. j. l. si hæres. §. vicis. & ad Treb. l. omnibus. & supra de Iudæis. l. j.

EXtraneum.] CASVS. Testamentum fecisti: extraneum hæredem instituisti his verbis: instituo te eum morieris. an valeat institutio, quæritur? Respõ. quod sic. Vel sic: an possim mihi hæredem instituere sic, Ille si mihi hæres cum morietur? Respon. quod sic. Viuianus.

n *Cum quis moreretur.* i. cum hac adiectione, cum moreretur, scilicet hæres extraneus, quæ adiectio habetur pro non adiecta, vt ff. e. l. hæreditas. & ff. de noua. l. si pupillus. §. qui sub cõditione. licet in legato distinguatur an dicat, lego tibi cum morieris, quo casu valet statim, licet differatur. aut lego tibi cum morietur hæres. & tunc est conditionale, vt non transmittatur interim si legatarius viuo hærede decedat, vt ff. de condi. & demon. l. hæres meus. & ff. quando di. leg. cc. l. si cum hæres. ni si in libertate, qua sic relicta, pro nulla habetur: vt ff. de manu. testam. l. libertas. & in vsufructu: vt ff. de vsufr. l. Titio. Alij dicũt, vt Azo, hanc institutionem esse conditionalẽ, & ita suspendendam:

dendam: vt & in simili casu: vt ff. de condi. insti. l. fin. Alij, cum morietur. i. cum erit in periculo mortis: quod quasi in idem recidit. vel cum morietur. s. testator.

NEque.] CASVS. Si non capacem, puta hæreticum, vel ex nefario coitu susceptum instituisti: an valeat institutio, quæritur? Respon. q̃ nõ: nec etiam si seruũ suũ hæredem instituisti, nõ acquiretur hæreditas: quia qui per se hæres institui non potest, nec per alium: vt ff. c. l. minus. Viuianus.

a *Ratio.* nam qui per se institui non potest, nec per seruos: vt hic, & ff. de ædil. edic. l. cũ autẽ. §. fin. quia ibi emptor erat capax. Nec ff. de acqui. hæred. l. si seruus eius. quia ibi fuit ante additionem manumissus: vnde sibi adit. Et econtra, quod potest domino relinqui, & seruo: vt ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. regula. sed & hoc fallit. ff. de leg. ij. l. debitor. §. fi. & de seruii. lega. l. & si maxime.

Qui per se capere non potest, etiam per alium capere non potest: & ignotus potest hæres institui & ciuitates possunt capere relicta vniuersalia & particularia. hoc dicit cum duabus legibus sequen.

X. Iidem. A. A. & C. C. Asclepiadæ.

NEque per se hæredes instituros, quibus hoc concessum non est, neque per seruos proprios hæreditatem posse quærere, iuris dictat ratio [a]. S. XVI. Kal. Septembr. Sirmij, Cæsaribus Coss.

Ignotus potest hæres institui. Salyc.

XI. Imp. THEODO. & VALENTIN. AA. Hierio. PP.

EXtraneum etiam penitus ignotum, [b] hæredem quis instituere potest. D. XI. Kal. Mart. Constantinop. Felice & Tauro Coss.

Ciuitates possunt capere relicta tam miuersalia, quàm particularia, corporalia & incorporalia. Bal. Vel sic: Ciuitates possunt hæredes institui, & eis legari, & fideicommitti. Salycetus.

XII. Imperator LEO. A. Erythrio præfecto prætorio.

HAæreditatis.] CASVS. An Romanæ ciuitati iure institutionis, vel legati, vel donationis, aliquid relinqui possit, quæritur? Respõ. q̃ sic. & cuilibet alij ciuitati. Viuianus.

c *Vrbis.* veteris, vel nouæ Romæ.

d *Ciuitati.* vt ff. ad Treb. l. omnibus. & de le. j. l. si hæres. §. vicis. & l. si quis à filio. §. fin.

QVotiens.] CASVS. Duos hæredes ex certa re, puta ex vinea vel domo hæredes instituisti: alios simpliciter nõ facta mẽtione rerũ certarum, vel in certis partibus, puta vnum ex tribus vncijs, alium ex quatuor: an illi qui ex rebus certis instituti sunt, conueniri possint à creditoribus hæreditariis, quæritur? Respõ. quòd non: quia sunt loco legatariorum, non hæredum. Alij autem conueniendi sunt. & agere possunt: nec aliquid actionum competentium hæreditariarum hæredibus in stituris in certis partibus, vel sine partibus per alios in incertis rebus institutis, deminui debet. Viuianus.

e *Legatariorum.* Arg. contra §. de inoffi. testa. auth. nouissima.

ADDITIO. Dicas post Bart. & Bal. in l. ex facto. ij. ff. de hære. instituen. & eundem Bart. hic, quòd hæres institutus ex re certa, nõ est hæres vniuersalis, nec est legatarius: sed est vna tertia species per se, quæ vocatur hæres ex re certa, quæ partim capit de natura instituti vniuersaliter, & partim de natura legatarij: Codex.

Quotiens certi quidem ex certa re scripti sunt hæredes, vel certis rebus pro tua institutione contenti esse iussi sunt, quos legatariorum [e] loco haberi certum est: alij verò ex certa [f] parte, vel sine parte [g], qui pro veterum legum tenore ad certã vnciarum institutionem referuntur [h]: eos tantummodo omnibus

quod declara vt latius per dictos Bar. & Bald. vbi supra.

f *Ex certa parte.* puta vnum in sex vnciis, & alium in aliis sex vnciis.

g *Sine parte.* puta in omnibus aliis instituit duos.

h *Referuntur.* duodecim. s. vt instit. de hær. instit. §. hæreditas.

i *Scriptorum.* Cum ipsi non teneantur: vt hic, & ff. de hær. act. l. creditores. Sed videtur eos esse loco hæredum, qui ex certa re scribuntur: vt ff. eo. l. j. §. fi ex fundo. & l. quotiens. §. fi duo. & l. ex facto. ij. per totam primam columnam. quæ sunt contra. Solu. secundũ quosdam hic fuit res certa demonstrata nomine proprio, ibi appellatiuo, vel demonstratiuo: quod non placet: vt ff. si cert. pet. l. certum. Dic ergo quod ibi non erant alij instituti. vnde ne inueniatur paterfamilias decessisse pro parte testatus, & pro parte intestatus: datur eis totum. Hic autem sunt & alij instituti, qui sunt hæredes in vniuerso.

Hæredis loco autre putetur, qui ex certa re scribitur.

CVm *in libris Vlpiani, quos ad Masurium Sabinum scripsit, talis species* [k] *relata sit: hanc apertius expedire nobis visum est.* ¶ Quidam [l] testamẽtũ faciens sta instituit, *Sempronius Plotij hæres esto.* Veteres quidem existimabant errorem nominis [m] esse, & sic institutionem valere, quasi testator Plotius nominaretur, & Sẽpronium sibi scripsisset hæredem: sed huiusmodi sententiam crasionẽ esse existimamus. neque enim sic homo supinus, imõ magis stultus inuenitur vt suũ nomẽ ignorer, sed si quidẽ ipse testator Plotio cuidam hæres extitit: manifestum est sibi Sempronium hæredem instituisse, vt per mediam ipsius testatoris personam Plotij hæres efficiatur. Et hoc argumentantur ex antiqua regula, quæ voluit hæredem hæredis, testatoris esse hæredem. [n] ¶ Sin autem nihil tale factũ est: supernacuam & inanem huiusmodi institutionem esse: nisi prius hærede Plotio sibi instituto, sic adiecerit *Sempronius Plotij hæres esto.* Tunc etenim exiit mandum est cum dixisse, si non Plotius hæres sibi fuerit, tunc Sempronium in totum † partẽ vel Plotij ex substitutione vocari: ita vt ex consequentia [o] verbo-

† *Al. in loco partẽ vel.*

k *Species.* id est quæstio.

l *Quidam.* scilicet Titius.

m *Nominis.* scilicet sui.

n *Testatoris esse hæredem.* vt ff. de peti. hære. l. j. ij. & iij. & supra de vsufru. l. antiquitas. & ff. de verb. sig. l. hæredis. & l. sciendum. & ff. de acquirenda hære. l. si quis filium. §. fina.

o *Ex consequentia.* i. quasi consequentia, quæ fit ex nostra interpretatione. Et nota vulgarem substitutionem fieri verbis affirmatiuis. sic ff. eodem. l. Titius.

a *Et sic.* supple, nec ipse testator Plotius vocatur: nam hic est indubitabilis casus.

DE INSTITVTIONIBVS &c.

Dictum est supra de hæredibus instituendis: sed quia hæredis institutio sit sub conditione: ideo de institutione conditionali videndum est. Azo.

Continuatio.

quod dī fiat legatum: quod nō erat in rerum na tura, ideo non valet le gatum. f Idē Bar. Bald. & Sal.

cum aut soluta dote, nulla superſit actio: c aut non reddita, aduersus petentem iuxta defuncti voluntatem parata sit exceptio f. PP. XV. Kalen. Iun. Sabino. II. & Venusto. CC. Conss.

Si legatum dos: facta relatione ad instrumentum dotis, nihil aliud requiritur, nisi quod instrumentum loquitur: sed si sit relatio ad dotem, inquiritur veritas. Baldus.

v. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Seueræ.

REfert largiter g an dotem h tibi reddi maritus, an quæ instrumēto dotali cōscripta sunt, legati seu prærariis verbis statuit: quippe cum superiore quidem causa datum probanti i repeti tantum, posteriore vero (nihil nocente falsa demonstratione) quod significatum est instrumento, postulari possit. k Script. XIIII. Kalend. Decembr. CC. Conss.

TITVLVS XLV.

DE HIS QVAE SVB MODO legata vel fideicommissa relinquuntur.

Modus & conditio æquiparantur in fine, sed non in principio deducendi rem in esse, hoc dicit textus cum glossa. Baldus. Vel sic: Modus & conditio in effectu æquiparantur: & si non stat per implere debentem, ei non imputatur. Saly.

I. Imp. ANTONINVS A. Saturninæ.

IN legatis quidem & fideicommissis etiam modus l adscriptus pro conditione m obseruatur. Sed si per te non stat quo minus voluntati testatoris pareas, sed per eum cui nutestquod instrumento esse contentum protestabatur: non obstante demonstratione falsa, vt quia in eo confessus est se recepisse decem nomine dotis, quæ non recepit: vt instit. de leg. §. si quis. Vivianus.

g Largiter. aduerbium est qualitatis.

h Dotem. scilicet simpliciter, non adiciendo quantitatem.

i Probanti. mulieri.

k Posit. vt & supra eodem. l. si non designata. & insti. de lega. §. sed si quam. &. ff. de lega. j. l. si sic.

DE HIS QVAE SVB MODO LEGATA vel fideicommissa relinquuntur.

INN legatis.] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti, ab eo Seiæ vt Titio nubat. x. reliquisti: hoc legatum sub modo relictū, simile est legato relicto sub conditione: vnde sicuti si conditio esset inserta, ita & quando modus, si per Seiam non stet quo minus nubat, sed per Titium: habebit legatum ac si nupsisset.

l Modus. qui fit per vt: vt lego tibi decem, vt nubas illi. conditio per si: causa per quia: vt hic, &. ff. de condit. & demonst. l. de monstratio. §. finali.

m Pro conditione. quæ ponitur s per si, & per cum: vt. ff. de verborum oblig. l. quodcunque. §. non solum. & ff. de condic. inde. b ibi. l. qui promisit. Et dic simile est in specto exitu, vt enim qui non paret conditioni: sic & omnino qui non paret modo, non habet relictū, sed inspecto principio differunt. bnā in cōditione non datur

Vt plenius infra eo semper. Bart. Idē Bart. Bald. Angel. Salyceꝰ. & Pau.

non datur actio nisi extet condirio. in modo, contra. nam datur actio, sed cauebit de adimplendo: vt ff. de annuis le. l. liberto. §. Lucius. & de condit. & demon. l. qui hæredi. §. fi. & l. quibꝰ diebus. §. fi. & l. eas. & de fideicom. lib. l. cūm in testamēto. & de lega. iij. l. si tibi legatum. Dic a ergo, adhuc videtur quo ad quid.

a Non oberit. vt & ff. de reg. iur. l. in iure ciuili. & quando dies leg. ce. l. si post. §. itē si qua. & supra de institut. & substitu. l. j.

Es bene Bar. Bald.

EX his verbis.] CASVS. Paterfamilias testamentum fecit, hæredem Fautonem instituit. Brunello decem milia, vel insulam legauit, vt. v. Castello restitueret. olim legata vel fideicom. talia non valebant. Secundo, legatario non dabatur petitio nisi in legato libertatis: puta si dicat testator, vt seruum tuū manumittas, lego tibi decem. & hoc in prima. Hodie autem etiā in causa pecuniaria: sive fuerit legatum relictum sub modo tantū, vt lego tibi. xij. vt Titio des. v. & hoc sive legatum cōstitit in dando, vt in supradictis exēplis: sive in faciendo, vt lego tibi. x. si ascendas, vel vt ascendas capitolium, dabitur secundo legatario actio, videlicet, vt pro legato conditionali tunc demum actio cōpetat cū extiterit conditio. & hoc in secunda. si autem testator sic dicat: lego tibi x. ab hærede meo, vt. v. quæ tibi debeo, non petas. aduersus te perentem vsque ad concurrentem quantitatem legati & debiti, obstabit tibi exceptio. & hoc in tertia.

b Vel insulam. disiunctio est legis, non testatoris.

c Antea. id est ante hanc legem, sed videtur etiam secundum leges veteres idem fuisse: vt ff. de lega. ij. l. imperator. in princ. & de leg. j. ciuitatibus. §. fi. & l. fideicommissum. & de le. iij. §. legatarius. Respon. tres casus sunt, vel modi, quibus legat quis a legatario. in vno habet quidem actionem secundus, scilicet cū a legatario primo lego alij secundo legatario: vt in l. illa, si legatarius, & vt in l. illa, imperator. & de leg. iij. l. fideicōmissia. §. cū quis. Sed quid si primus legatarius non agnouit? Respondeo, quòd sic, quando lego Titio fundum, si dederit Seio decē: quo casu Seius secundus petere non potest: vt ff. si quis omiss. causam. test. l. si quis sub conditione dādorum. Tertius casus est, cū reliquo sub modo, vt lego tibi centum, vt decē illi des. & hoc casu ante Gordianum actio non dabatur secundo, nisi in libertate: sed hodie sic per l. istā. & hic intellectus d est huius legis: vt patet vsque ad §. sin vero. Alij dicunt dici de actione competēti primo legatario vsq; ad §. sin vero. Et secūdū eos erat ratio quare nō nascebatur actio ante hāc legē: quia modꝰ habetur p cōditione: vt §. l. j. at in cōditione nō potest peti nisi impleta cōditione: conditio autē impleri nō potest, vt decē ex centū dec. nisi primus legatarius habeat legatum. c. sicque propter perplexitatem non valere dicebant: vt ff. de condit. insti. l. si Titius.

b Idē Bald. Angel. Salyceꝰ. & Pau.

B Vel fideicommissa relinquuntur.

c Ad conditionem. puta lego tibi decem, si ascenderis capitolium: vel nauis ex Asia venerit. & sic est ista simplex cōditio: & quod subijcit de modo, scilicet lego tibi decem, vt des illi quinque, vel vt capitolium ascēdas, & sic est simplex modus, & hoc secundum quosdam. Vel dic ad conditionem, subaudi, scilicet

C

que ad quantitatem d relicti, siue fideicommissi, siue legati exceptionem. PP. VI. Idus Augusti, Sabino. II. & Venusto Conss.

TITVLVS XLVI.

DE CONDITIONIBVS insertis tam legatis, quàm fideicommissis & libertatibus.

Non decedit sine liberis, qui nepotem ex filia reliquit hæredem. Vel sic: Non decedit sine hærede, qui nepotem ex filia reliquit hæredem. Baldus. Vel sic: Conditio, si quis decesserit sine liberis, deficit ex mente solum uno nepote ex filia existente. Salyceus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONIN. AA. Claudiæ.

GVm testatorem fideicōmissum Trallano * ab eo quē pro parte hæredē instituerat. k ita relinquere proponas, si sine liberis institutus diem obijsset: isq; nepotē quē ex filia susceperat, hæredē instituerit: conditionē adscriptam fideicōmisso defecisse l manifestum est: nisi alia defuncti voluntas euidenter probetur. PP. Non. Decembr. Laterano & Rufino Conss.

Argumentum à contrario sensu non similiter vbi resultat primus intellectus contra legē. Bald. Vel sic: Casus omissus relinquitur in dispositione inris communis: nec absurdus intellectus, vel qui sit contrarius inri, vel contra formam edicti, debet sumi. b. d. & not. Salyc.

II. Idem AA. Galliano.

CVm patremfamilias m filiberis institutoris tam legatis, quàm fideicommissis & libertatibus.

Fautoni & Brunello hæreditatē restitueret: decessit Rainerius neque filio neque filia superstite, nepote tamen ex filia relicto. nunc deficit conditio, nisi probetur testatorem aliud voluisse. Videbatur quòd sic: quia vnicus erat, & dixit, sine liberis: & hoc non obstat. Item quia non erat ex filio: sed hoc non obstat: quia nomine liberorum & nepos & neptis continentur etiā ex filia: vt hic, & vt ff. de ver. significatione. l. liberorum.

k Instituerat. maxime: vt ff. de leg. j. l. si filius familias. §. cū quis.

l Defecisse. quæ videbatur extitisse: quia vnus tantū fuerat: sed hoc i nō facit eam existere: vt hic, & ff. de verb. sig. l. nō est sine liberis. & infra quando dies leg. ce. l. cum vxori. Itē & ideo, quia fuit patris & non aui materni sequitur familiā: sed certe nec prodest, vt non deficiat, vt hic, & ff. de ver. sig. l. cognoscere. §. liberorum. Item nota hic appellatione liberorum etiā nepotes contineri: vt & ff. de verbo. sig. l. liberorum. & infra ad Treb. l. in. bemus. §. j. & supra de institt. & substi. l. generaliter. §. fi.

i Sequūtur hanc glossā. Bart. P. & Sal.

Liberorum appellatione nepotes.

m Vm patremfamilias. Ad huiusmodi legis euidentiam nota quòd cum quid relinquitur sub conditione, vel in diē: debet hæres legatario satisfidare quod adueniente die præstabit legatum: vt ff. vt lega. seu fideicom. no. ca. l. j. nisi testator illam conditionē remiserit: vt infra vt in possess. leg. l. scire. Et dic casum k huiusmodi legis sic: Testator reliquit fundum Sempronio post annum dandum, filia hærede instituta. & præcepit vt caueret Sempronio sub hac conditione, si à viro non diuertisset: ipsa vero diuertit: petit ergo Sempronius sibi caueri, & econtra illa se defendit. nam cūm testator præcepit vt illa caueret, si non diuertisset: ergo à contrario sensu voluit eam esse immunē si diuertisset: sed & ea parata diuertere, conditio remittitur vt

k Sequitur p. & Saly.

turpis: & sic videtur quod non teneatur cauere. Ad hoc respondetur: quia hæc conditio si diuertisset: turpis est, ergo pro non adiecta debet haberi. ergo hic nulla tacita intelligitur: cauet ergo, & non diuertit.

a *Nomine*, duo ferunt hic fideicommissa: fundi scilicet, & cautionis: vt & ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu consu. l. tribus. sed secundum pro primo interponitur.

b *Iurisdictionis originem*. id est præceptum scilicet testatoris, quod fuit vt cauaret. vel id est per petui edicti, quo iubet prætor cauere: vt ff. vt le. no. l. j. in prin.

c *Fuisset*. id est ac si non fuisset apposita conditio. vel, id est, ac si nil dixisset de cauendo. nã etiam eo non dicto deber cauere.

d *Nec exemplum*. argumentabatur enim hic hæres instituta sic: video quod si alicui legetur, vel instituatur hæres hac conditione, si diuertit à marito, sprета tali conditione admittitur ad legatũ, vel hæreditatem: vt supra de insti. & substit. l. reprehendenda. & hic videtur mihi relicta immunitas tacita: id est vt nõ caueam si diuertam tacite. sprera ergo tali conditione debeo consequi immunitatem.

e *Comparandum est*. quasi conuersione admissa: nam in dictis argumentis fuit expressa conditio, hic non.

f *Edicti*. quod est de cauendo, etiam si non dicatur à testatore: vt ff. vt le. no. ca. l. j. q.d. licet ex voluntate defuncti cogi non possit ad cauendum propter impossibilitatem, secundum allegationem filiæ: tamen forma edicti negligi non debet, cui parere oportet, etiam si testator nil dixit: & pro hac infra de his qui sibi adscri. l. j. Est & alia ratio quare sit cauendum, puta quia portuit accipi si, pro quanuis. Item & tertio: quia subauditus intellectus est prauus: vnde pro non adiecto habetur: vt dixi.

g *Voluntati*. scilicet taciæ & prauæ, quæ est vt diuertat. Et not. hic prauum subauditum intellectum non seruandum, quo quis ad male faciendum inuitatur: vt ff. si quis omis. causa test. l. qui autem. in prin. & ff. de verb. obli. l. Titia. §. idem respondit. j. & ff. de leg. j. l. seruo alieno. §. penul. & l. à filia. §. j. & ff. de pecu. l. eo tempore. j. respon. Item no. quod qui apponit conditionem, vult eam existere: b vt ponit ar. ff. de ma. testa. l. si quis locuples. in fi. & de condic. cau. da. l. dedi. in fi.

h *Ea*.] CASVS. Mihi, x, legasti, vt cum concubina tua matreq; eius starẽ. nõ stetisan puram legatũ? Rñ, quod non.

i *Volunt*. scilicet Titio.

k *Eius*. testatoris, vel legatarij, vel focariæ.

l *Non admittitur*. secus autem si non stetisset per eum, vt hic, & ff. de condit. & demonst. l. si quis ita legauerit, & de leg. ij. l. Titia. j. §. si eam. & de an. leg. l. Mæuia. & l. Seio. in princ. & de ali. leg. l. liberis. & l stichus. Sed contra est. ã, de leg. l. j. Sol. vt ibi.

Concor. si diligenti. cũ glo. x. in princ. extra de foro compe.

a Not. gl. si cumili Bar. ad hoc quod nr. à contrario sensu est intellectus subauditus. Intellectus subauditus si est prauus, non est obseruãdus. b Vtam sequitur Bal.

A *Mortuo*, post mortem patrui: secus si ante. ar. ff. de lega. j. l. turpia. §. j. secundum B. Dicebat c enim quod hæc conditio si nupserit, est possibilis, si filius moritur post mortem patris: & ideo ea deficiẽte deficit legatum. sed si moritur viuente patre, est impossibilis: & sic pro non adiecta debet haberi. Sed hoc

c *Et male*. P. & Salv.

diceres non placet: quia non refert quando moritur: d nam vtraque erat possibilis; vt supra de instit. & substit. l. si quis hæredẽ. Nec obstat. d. l. turpia, quia ibi est impossibilis e eo mortuo, cui⁹ arbitrio debet nubere viuo testatore: & similiter eo mortuo. postea esset impossibilis: quia viduitatem induceret: vt ff. de condit. & demonst. l. cum tale. §. si arbitrio, quæ viduitas hic non inducitur.

d *Dimoda post testamẽtum: secus si esset mutã tempore testamenti. Paul.*

e *Idem P. & Salyc.*

n *Ratione*. vt & ff. de condit. & demonst. l. in testamento ita erat. & de an. leg. l. Seio, sed contra eo. tit. l. annua. & de condit. instit. l. quæ sub conditione. §. mortuo. & supra de instituti. & substitut. l. j. & ibi plene solui omnia. Item contra supra de leg. j. fol. vt ibi.

priusquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit: nulla ratione n deberi tibi existimas. PP. Kal. Decẽb. Alexãdro. A. II. & Marcello Conss.

Fideicommissum relictum mulieri cũ nupserit, acquiritur patri in cuius est potestate tempore nuptiarum: sed si tunc erat sui iuris, acquiritur mulieri, & hæredibus eius. Bald. Vel sic: Vt legata quæruntur patri, vel filio, considera tempus quo eorum essent dies, vel conditio. Sal.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Faustino.

SI vxorẽ tuã tempore nuptiarũ o in patria potestate p fuisse monstretur: fideicõmissi com modum ei relictum cũ nupserit (nullo alio diẽ eius cedere prohibente) patri quæsitum nõ ambigitur. ¶ Quod si à patre ante nuptias emãcipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre & marito ac liberis: actionem q fideicõmissi sibi cõpetentẽ r ad hæredes suos transmisit. S. VI. Kal. Februa. Sirmij. Cæsaribus Conss.

Impletio conditionis non prodest nisi implenti. Bald. Vel sic: Quando vna conditio reiterabilis additur pluribus: non sufficit vnum implere, vt prosit omnibus: sed bene sufficit vt sibi prosit. Salyc.

VI. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

SI plures s personæ vnã conditionem implere fuerint iussæ: apud Vlpianum dubitabatur, vtrũmne omnes simul eandem facere debeant, t an singuli quasi soli implere eam compellantur.

Si conditio deficit per casum fortuitum contingentem in persona eius in cuius persona debet impleri, deficit legatum. Salyc.

VII. Imp. ALEXAND. A. Liciniæ.

LEgatum siue fideicommissum à patruo tuo relictum tibi sub conditione, si filio l eius nupsisses: cum mortuo m filio deicommissi nomine, a quod in diẽ certã reliquit, ita cauere præcepisse proponas, si à marito nõ diuertisset: iurisdictionis originẽ b perinde seruari æquũ est, ac si nihil sup ea re scriptũ fuisset. c ¶ Nec exẽplũ d legati, vel hæreditatis, in quibus cõditio diuortij nõnunquã remitti solet, huic rei comparandũ est: e cũ absurdũ sit ideo perpetui edicti f negligi formã, g quia patris sui volũtati g nõ obtẽperatur. PP. Antiochiæ. XI. Kal. Augusti, Antonino. A. II. & Geta. II. Conss.

Defectus conditionis per factum implere debentis, eum impedit habere legatum. Salyc.

III. Imp. ANTONINVS A. Aurelio militi.

SI ea conditione Aulazanus legata testamento præstari voluit, h si cum focaria tua matreque eius i moraretur, & per eum stetit quò minus voluntati testatoris pareret: cum sua sponte scripturæ testamenti non obtemperauerit, ad petitionẽ non admittitur, k PP. VI. Id. Iul. Lẽto. II. & Cereali Conss.

Si conditio deficit per casum fortuitum contingentem in persona eius in cuius persona debet impleri, deficit legatum. Salyc.

IIII. Imp. ALEXAND. A. Liciniæ.

LEgatum siue fideicommissum à patruo tuo relictum tibi sub conditione, si filio l eius nupsisses: cum mortuo m filio priusquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit: nulla ratione n deberi tibi existimas. PP. Kal. Decẽb. Alexãdro. A. II. & Marcello Conss.

Fideicommissum relictum mulieri cũ nupserit, acquiritur patri in cuius est potestate tempore nuptiarum: sed si tunc erat sui iuris, acquiritur mulieri, & hæredibus eius. Bald. Vel sic: Vt legata quæruntur patri, vel filio, considera tempus quo eorum essent dies, vel conditio. Sal.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Faustino.

SI vxorẽ tuã tempore nuptiarũ o in patria potestate p fuisse monstretur: fideicõmissi com modum ei relictum cũ nupserit (nullo alio diẽ eius cedere prohibente) patri quæsitum nõ ambigitur. ¶ Quod si à patre ante nuptias emãcipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre & marito ac liberis: actionem q fideicõmissi sibi cõpetentẽ r ad hæredes suos transmisit. S. VI. Kal. Februa. Sirmij. Cæsaribus Conss.

Impletio conditionis non prodest nisi implenti. Bald. Vel sic: Quando vna conditio reiterabilis additur pluribus: non sufficit vnum implere, vt prosit omnibus: sed bene sufficit vt sibi prosit. Salyc.

VI. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

SI plures s personæ vnã conditionem implere fuerint iussæ: apud Vlpianum dubitabatur, vtrũmne omnes simul eandem facere debeant, t an singuli quasi soli implere eam compellantur.

p *Potestate*. sic ergo tempore matrimonij vxor est in patris potestate: vt hic, & instit. ad Tertul. §. j. in fi. & supra de colla. l. filiæ licet. nisi quo ad debitum carnis, & quo ad operandum: vt ff. de ope. lib. l. sicut.

Vxor etiã matrimonij tempore est in potestate patris.

q *Actionem*. modo respondet.

r *Competentem*. quia tunc cedit dies legati, cùm iam est emancipata: vt & ff. de pigno. l. si legati. & ff. quando dies lega. ce. l. si post diem. §. fina. secus in contractibus, vbi initium inspicitur: f vt ff. de verbo. oblig. l. si filius. & de stip. ser. l. ff. de reg. iur. l. quæ legata, & est ratio: g quia in legatis nullus inuenitur actus filij in potestate manentis: sed in contractibus sic.

f Sequitur hanc gl. B. An. Pe. & Sal. g Sequitur eã Sal. ibidẽ.

SI plures.] CASVS. Decem Titio Seio Caio legasti, si domũ tibi faceret: an omnes simul facere debeãt, an sufficiat quod vnus? Respon. quod vnusquisque habet necesse implere conditionem, & pro portione sibi competente vnusquisque legarum percipiet. sed si vnus impleueritalijs negligentibus: pro portione se contingente, totum consequetur. vnde qui pauperi, ad legatum vocabitur, qui non, sibi imputet. Viuianus.

Licet tamen Azz. Bart. in l. si filius. ff. de verb. obli. h Bl. sequitur eã. in parte.

s *Si plures*. quidam habent hanc. l. pro vltima huius tit.

Libertas est res inæstimabilis. n cumulabit quis alterius. quis ascensus vnius nõ est ascensus alterius. Bar. Pa. & Salyc.

s *Si plures*. lego fundum Titio & Seio, si fecerint domum hæredi meo: & ita est indiuidua: vel si ascenderint capitolium, quæ est diuidua. h

t *Debeant*. quia sic dicunt verba testamenti. vnde vno adimplente ex toto, etiam ipse non videbatur partem suam legati habere: sed certè imò habet: quia illa pluralis oratio resoluitur in multas singularitates: vt ff. de condi. & demonstra. l. falsa. §. fina.

Conditionem.

a Dd. Bart. S. Aug. & Salyc.

a *Conditionem*. l. solidam. & hoc quando est indiuidua: quia est in facto, secus si diuidua. sufficit a enim vt ꝑ parte adimpleatur: vt ff. de cõdi. & demon. l. si quis legata. §. ff. & l. pen. in prin. & §. de illo. & de manu. test. l. si ita fuerit. & ar. ff. de ver. ob. l. in executionibus. & de statuli. l. si peculium. §. pen. Et nota quòd si vni est relictus fundus si de

A dum quosdam: quod nihil est: nam ibi non hæredi, sed alij erat dandu: & pecunia erat penes hæredẽ. vnde nil facit ad legẽ istã.

i *Mutuo concedimus*, aliud est in contractibus, vbi licet offerat, non liberatur: vt ff. de solut. l. qui decem in prin. & l. si debitor. & de excep. dol. l. si opera. secundum Ioan. sed certè imò idem

Debitor si offerat, & creditor noluit accipere: si res oblata pereat, an liberetur creditor.

cem dederit: nec partem fundi consequi potest, nisi totaliter decem det. secus si duobus est relictus si decẽ dent: vt ff. de condit. & demon. l. cui fundus. & dicta. l. si quis legata. in fine. & facit infra si plu. vna sen. per totum.

b *Repellantur*. & sic alteri cum sua cõditione accrescit: vt ff. de cõdi. & demonstra. l. si quis legata. §. finali.

CVm quidam. Primo thema & quæstio. Secundo, eius decisio. secunda ibi, itaque. Sal. CASVS. Seruo tuo libertatem reliquisti, si hæredi daret. x. vel seruum, vel equũ: & dum vt hæredi alibi agenti satisfaceret, secundum quod ei iniũctum fuit, ad ipsum iter arripuisset, incursu latronum re ablata facultas parendi est adempta: an per hoc perderetur libertas, apud antiquos erat quæstio. Decidit hanc imperator, dicẽs quod seruo libertas cõperit: & commodum hęredi vel alij nõ abstrahitur: vnde quocunque casu impediatur, siue per hæredem qui accipere nolnit secundũ quosdam, quod non est verũ: siue per fortuitum casum, quia dare non potuit, vel per quemcunque alium cui dare iussus est, liber fiat: nisi per seipsum steterit, quia cõditioni parẽre noluerit. obligatus tamẽ hæredi permansit, vbi hæres oblatum recipere recusauerit. vnde si extet mancipiũ, soluere debet: vel mancipij eius æstimationẽ, si non extet. & idem in alia re.

¶ Videtur autem nobis vnumquemque necessitatẽ habere cõditionem a implere, & pro portione sibi contingente accipere quicquid ex hoc commodi est: vt hi quidem qui compleuerint iussa, ad lucrum vocentur: qui autẽ neglexerint, sibi imputent si ab huiusmodi cõmodo repellantur. b Dat. III. Kal. Augu. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

Iussus liber esse si certum quid hæredi dederit: illo peremisse casu fortuito statim liber efficitur. & pro re perempta ad æstimationem tenetur: oblatione facta, & non recepta, à præstando in futurum liberatur: & si per eum staret quo minus conditionem impleret, libertatem nõ consequitur. Salycetus.

VII. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam testamento cõdito libertatem seruo suo dereliquit sub conditione, si suo hæredi certum numerum solidorum præstaret, vel aliam quandam speciem, vel vicarium seruum: ille autem seruus non in eodem loco constitutus vbi etiam hęres fuerat, herili c testamento cognito properabat ad hęredem cum ipso quod iussus erat dare hęredi: sed in medio latronum vel hostium incursione, vel alio fortuito casu peremptum est quod portabat: quærebatur inter antiquos si præpediretur libertas, quia hoc dare seruus non potest propter memoratum fortuitum casum. d ¶ Itaq; veterum dubietate quiescente, nobis placuit, vt & libertas omnimodo competat, & commodum quod hęredi vel extraneo relinquitur, non abstra-

b *Bl. bene Bar.*

c *Herili*. i. dominico: vt ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. legis.

d *Casum*. nota de fortuito casu.

c *Per hæredem*. tres casus not. Primus, quia aut stat per hæredẽ: & tunc est liber: dummodo postea præstet, secundũ quosdã. Io. contra. b arg. ff. de condit. & demon. l. pater Seuerinam. Sol. vt ibi notatur per Io. Secundus, quãdo per fortuitũ casum: & tunc idem secundum nos: vt hic, & ff. de manu. test. l. libertate. & de reg. iur. l in iure ciuili. & est mirũ quare fortuitus casus eum nõ liberat: sed est ideo forte, quia libertas est res inæstimabilis: vt inst. quib. ex cau. ma. nõ licet. §. cũ ergo. Tertius est, si sterit per ipsum seruũ: & tunc non est liber: vt hic, & ã. de necess. serv. l. fi.

f *Conditionem*. quid autem si voluit implere conditionem, sed pecuniam non habuit? Respon. non est liber: vt ff. de condi. & demonst. l. cum ita datur libertas. §. j. secundum quosdam.

g *Et ipse*. hæres, vel alius cui iussus est dare.

h *Ab eo est*. postea tamen. i. post manumissionẽ fuit datum, & admissum, vt non obsit. ff. de sta. lib. l. si peculium. in prin. secũ-

Codex.

dum quosdam: quod nihil est: nam ibi non hæredi, sed alij erat dandu: & pecunia erat penes hæredẽ. vnde nil facit ad legẽ istã.

i *Mutuo concedimus*, aliud est in contractibus, vbi licet offerat, non liberatur: vt ff. de solut. l. qui decem in prin. & l. si debitor. & de excep. dol. l. si opera. secundum Ioan. sed certè imò idem

Debitor si offerat, & creditor noluit accipere: si res oblata pereat, an liberetur creditor.

hatur. ¶ Ex quacunque igitur causa impediatur, siue per hæredem e, siue per eum cui dare aliquid iussus est, siue per fortuitos casus: in libertatem quidem ipse omnimodo perueniat, nisi ipse seruus noluerit adimplere conditionem: f obnoxius tamen constituatur post libertatem hæredi, vel ei cui dare aliquid iussus est (nisi & ipse g oblatas pecunias non susceperit. quod enim semel repudiatũ ab eo est h, redintegrari minimè concedimus) i quatenus k hoc quod dare iussus est, omnimodo implere compellatur: vel in ipso mancipio præstando si exstat: vel in æstimatione eius non amplius quàm in quindecim solidos l computanda: vel in alia re, si & ipsa appareat: vel si non exiliat, vera m eius æstimatione præstanda. Dat. prid. Kalen. Maij, Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

TITVLVS XLVII.

DE VSVRIS ET FRVctibus legatorũ, seu fideicommissorũ.

Vsuræ legatorum debentur à tempore litis contestatæ, si antea hæres non fuit in mora: & etiam fructus & mercedes seruorum. Salycetus post Baldum.

I. Impp. SEVERVS & ANTONIN. AA. Maximo.

LEgatorũ seu fideicommissorum vsuras ex eo tempore quo lis cõtestata n est, exigi posse manifestũ est: sed & fructũ o rerũ, & mercedes seruorum, qui ex testamẽto debentur similiter præstari solẽt. Proposita prid. Kalẽ. Aug. Aemiliano & Frontone Conss.

Debitor si offerat, & creditor noluit accipere: si res oblata pereat, an liberetur creditor.

Vsque ad finem sequuntur scribendi.

c *Et hanc gl.*

Colmarien. & fructibus legatorum seu fideicommissorum.

De rebus legatis principaliter dicit: nunc de accessionibus earum.

LEgatorum.] CASVS. Fundum vel pecuniam mihi legasti: an legati vel fideicommiss. si ab hærede petam, venient fructus & vsuræ, quæritur? Dicitur quòd sic: n *Contestata*. vbi mora alia non præcessit: nam si præcessit, exinde computantur, licet ergo omnes ferè leges huius tituli faciant mentionem de lite contestata: dicas tamen idem accipi à tempore moræ: vt ff. de leg. ij. l. si quis seruo. & l. Titia Seia. §. vsuras. & de condi. & demon. l. si cui legatã. in fi. & ff. vt le g. no. ca. l. j. §. bellissimè. & quod dixi in vsuris, idem est in fructibus, & fœtibus: vt hic, & ff. de vsu. l. equis. quia bonæ fidei iudicijs comparantur: vt supra in quib. cau. in integ. resti. non est ne. l. in minorum. & idem in omni damno: vt ff. de lega. iij. l. patronus. ij. respon. & hoc nisi habeat iustam causam litigandi hæres: vt infra eo. l. ij.

o *Fructus*. nisi fuerit bonæ fidei possessor, credens rem non esse legatam: quia tunc non tenetur de fructibus: vt ff. de acquir. re. do. l. quæsitum.

ADuersus.] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti: plura legata reliquisti, petunt legatarij legata: vult heres vt sibi sarisfiant de retinendo, si quid amplius soluat quàm per leg. Falcid. retinere potest. an sarisfiare debeant, quæritur? Dicitur q. sic: & solida legata percipiẽt, & hoc in prima. Si

aurē satisdare non possunt, quia forte fideiussores dare nō possunt, præfigit iudex qui ad hoc datus fuerit, tempus certū vtriq; parti ad cōputādū de bonis hæreditatis: intra quod si non venerit hæres, & videbitur ei iudici locus Falci. l. non esse: fructus & vsuras restituet hæres post litem contestatam. Viuianus.

a *Potestis*. ô legatarij scilicet.

b *Arbitro dato*. id est iudice delegato.

c *Præfinire*, ad faciendam cōputationē: & remittitur satisdatio: vt ff. si cui plusquàm per l. Fal. l. cui non facile.

d *Post litem*. & ante, si ante fuerit in mora: vt dixi supra l. j. AD DITIO. Vel dicas & melius, ad fructus perceptos tenetur hæres à tempore aditæ hæreditatis: vt d. l. Herennius. de percipiendis vero, à tempore moræ. ita loquitur hic. Cōmentio.

Hæres excusatur ab vsuris propter dubium legis Falcidiæ, nisi legatarius paratus sit satisdare de restituendo quanto plus receperit, vel nisi iudex præfinierit certum diem intra quem nō præstiterit: vel si Falcidia reperiatur locum non habere. Salycetus.

II. Imp. ANTONINVS A. libertis Cassiani.

A Dversus eos qui sub obtentu legis Falcidiæ legata morantur, notissimum est iuris auxilium. ¶ Si igitur proposita stipulatione, cauere cum satisdatio ne potestis [a] vos restituturos quanto amplius quàm per eam legē licet, acceperitis: iudex qui de sideicommissis ius dicit, solida vobis legata præstari iubebit. Quòd si satisdationem implere non potueritis: arbitro dato [b] certum diē vobis præfiniet, [c] intra quem altera parte cessante partibus suis fungetur. Et si constiterit legi Falcidiæ locum non esse: & vsuras & fructus post litem [d] contestatam percipietis. [e] PP. XVI. Kalen. Iun. Duobus & Aspris Coss.

Morosus etiam tenetur de casu fortuito. Sal.

III. Impe. ALEXANDER A. Paterno.

SI homines certi per fideicommissum tibi relicti fuerint, post moram periculo [f] debitoris fideicommissi sunt. Proposita XII. Kalen. Aprilis, Iuliano. II. & Crispino Coss.

Non ex die mortis testatoris, sed à die litis contestatæ fructus rei legatæ debentur. Saly.

IIII. Impe. GORDIANVS A. Dionysio.

IN legatis & fideicōmissis fructus post litis contestationē [g], non ex die mortis consequuntur, siue in rem, siue in personam agatur. PP. Non. Septemb. Gordiano. A. & Auiol. Coss.

TITVLVS XLVIII.
AD SENATVSCONSVLtum Trebellianum, & de incertis personis. †.

Hæres qui soluit creditoribus: post hæreditatem restitutam à fideicommissario repetit pro rata. Bald. Vel sic: Hæres de restituendo gratuito, quod creditoribus soluit, pro dodrante à fideicommissario repetit. Salycetus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Probo.

SI ex senatusconsulto [h] quartā [i] partē hæreditatis retinuisti, & dodrātē fideicommissario restituisti [k]: quod creditoribus hæreditariis pro nouem vnciis præstiteris, à fideicommissario petere potes [l]. PP. XV. Kal. Aprili. Laterano & Rufino Coss.

Fideicommissarius cui portio hæreditatis restituitur, pro rata tenetur ad onera & legata. Salycetus.

II. Imp. Philippus. A. & Philippus. c. Iuliano.

A Deum cui ex Trebelliano senatusconsulto pars [m] hæreditatis restituitur, successionis onera seu legatorum præstationem pro competenti portione spectare, indubitati iuris est. PP. XVIII. Kal. Nouē. Peregrino & Aemiliano Coss.

Quælibet ciuitas dicitur habere rempublicam, cui potest legari, vel fideicommitti. Bal. Vel sic: Etiam de hæreditate reipublicæ restituenda potest detrahi quarta. Sal.

III. Impp. CARVS, CARIN. & NVMERIANVS AAA. Zotico & alijs.

SI per fideicommissum hæreditas reipublicæ [n] relicta est †: ex Trebelliano senatusconsulto (quod ab intestato [o] quoque locum habet) quartæ partis & commissi non sufficit ad ea soluenda. Item si æs alienum absorbeat hæreditatem, non detrahitur quarta, & in solidum conuenitur fideicommissarius. & tamē tenet fideicommissum: vt ff. eo. l. j. §. pe.

Si per fideicommissum.] CASVS. Hæres institutus, de tota hæreditate restituenda alicui ciuitati rogatus, restituit non retenta quarta ex Trebellia. senatusconsl. quod locum habet etiā si legatarij rogarentur ea quartam & eius fructus repetere possit, quæritur? Dicitur quod sic, & dic per condictionem indeb. quia forte per errorem facti soluit, credens aliqua de hæreditate excepta ea remānisse, quòd possent sufficere ad quartam. vel dic si non soluit, adhuc sibi de retentione consuler.

n *Reipublicæ*. scilicet cuiuslibet ciuitatis de Romano imperio: vt ff. eo. l omnibus. & econtra instituī respublica potest, & cogi restituere: vt ff. eod. l. recusare. §. si filio. & §. item si municipes.

o *Ab intestato*. puta si legitimi rogentur: vt ff. eod. l. recusare. §. meminisse.

Restitutio.

a *Restitutio*. solutū ergo erat per ignorantiam facti: vnde datur A condictio indebiti: vt infra titu. j. l. error. Vel dic a restitutio, id est retentio, si solutum non erat.

b *Non iustam*. Diuiditur in tres partes: quia primo ponit thema & motiuū dubitādi. Secūdo soluit dubiū circa fideicō missariū. Tertio soluit aliud dubiū circa retentionē quartæ. Secunda ibi, cū diuo. Tertia ibi, neque enim. hoc dicit. Bal. CASVS. Titius instituit frarrem & auiam hæredes: & rogauit auiā restituere partem suam cuidā extraneo, puta Caio. & vt omnis amoueatur obiectio, dic quod hæredes inuicem subſtituit vulgariter: auia prædicta suā partem repudiauit, vt ad cohæredē eūdēmq; subſtitutum perueniret, & fraudaretur fideicōmissarius: tandē fuit ei præceptū, vt adiret & restituēret, quod antequā faceret, decessit. Dicit hic cohæredē debere restituere portionem auiæ fideicommissariæ eiā sine retentione quartę, eo quòd auia fuit coacta. nam sponte adeūtibus datur benēficium quartæ.

Vtrague est bona secundū Sal. Diuino.

Quarta debetur sponte adeuntibus.

c *Cohæredem*. scilicet auiæ.

d *Coacta adire*, id est iussa adire, si enim in veritate adiisset, subſtitutioni locus non fuisset: vt §. de impub. & alij. subſtit. l. post aditam. Sed cur fideicōmissarius cogebat auiā adire, quæ repudiauerat, cū posset à cohærede petere (vt hic dicit) siue sit subſtitutus (vt hic erat) siue non: vt ff. de lega. ij. l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus? Rñ. quia forte intererat sua habere ab instituto magis, quàm à subſtituto, quia non erat ita institutus oneratus. argu. ff. eo. l. recusare. §. Titius. Itē opponitur, ſtituta nō videtur fraudulēter repudiasse, cū fecerit ex uo lūrate defuncti, q. ei dedit subſtitutū: vt ff. si quis omiſ. cau. test. l. quia autē. circa prine. Rñ. hic nō erat alias repudiatura, nisi vt noceret fideicōmissario: sicut & fuit. §. si quis omiſ. cau. testa. l. j.

† Singul. testatorum dem tas. ex l. eam quā. §. de fideicō. & secundū Bart. & Dan. hic.

Hæreditas habere ab intestato, quandoque nihil est, quam à suspitato.

† aliàs est ſi tata est.

e *Repetitum*. vt dicta. l. de lega. ij. l. si Titio. §. Iulianus &. l. cum pater. §. ab instituto. & de leg. j. l. licet. Sed ar. contra. ff. de leg. ij. l. Celsus. §. pe. vbi ab alio nō datur fideicōmissum, quàm à rogato: etiā si fuerit hæres. Sol. secūdū R. dic ibi hæres nō fuit vel nō extitit, in rerū natura tēpore testamēti. si ergo fuit, præstabitur vt hic. si nō fuit, nō, dic vt ibi dicit. vel secūdū Azo. ista corrigitur per illā, si Titio & Mæuio. §. Iulianus. in eo. ti. Item contra. huic. ff. de lega. iij. l. j. §. fi. vbi relicta à legitimis nō videtur repetita à sequētibus legitimis. Sol. ibi nō habuit ex voluntate defuncti sequēs legitimus, cū tēpore mortis alius erat proximior: nā tantum proximior videtur hæres ex voluntate defuncti: vt ff. de iu. codicill. l. conficiuntur. §. sed & ideo. hic autem habuit ex voluntate defuncti cohæres, idemque substitutus.

f *Repudiauit*. hic obstat subſtituto cohæredi, ne detrahat quartā: vt & ff. eo. l. cogi. §. Metian⁹. Alij dicūt obstare ei. quia habet ex sua persona integrā. hoc nō placet: vt ff. ad l. Falc. l. q⁹ si alter uter. Tertij dicūt quod & hic subſtitutus fuit coactus: sed hoc est diuinare. prima placet. Sed nónne licuit ei auiæ pœnitere de eo q⁹ repudiauerat, & adire & quartā retinere? Rñ. licuit forte ante coactionē, nō postea: vt ff. e. l. nam quod. §. qui cōpulsus. Vel dic nō potest vnquā postquā repudiauit: vt §. de repu. hære. l. sicut.

ET *sine*.] CASVS. Mulier maritum & priuignum habens, eodi cillos fecit hoc modo: quicūq; mihi hæres erit, hæreditatē marito meo & priuigno restituat. an valeat hæc volūtas, quæritur? Dicitur quod sic: & veniētes ab intestato cōuēti cōtra fideicōmiſ. vtili actione ex testamento dodrantē restituēt retēta sibi quarta cōputanda ære alieno deducto.

g *Per fideicommissum*. dandum vobis ab illis qui sibi ab intestato succedunt: qui rectē possūt gravari: vt & §. e. l. iij. & §. de condic. l. ij. & imrā qñ dies le. l. si fideicom.

h *Contentos* scilicet vtili actiōe ex testamēto: vt not. §. communia de leg. l. ij. sed adire cogen tur officio iudicis: vt ff. eo. l. ille à quo. §. tempē stiuū. cōuentos dico in eo quod est vltra quartā: quartā dico cōputādā ære alieno deducto.

i *Quātū*, alias quārū pu nes &c. & āliàs quā. & dic p quātū, vel ꝑ prię.

k *Posse*. sī illā quartam.

l *Præstiterit*. i. prævaluit inter sapientes, vel cō stiterit vel obtinuerit.

Vbemus.] CASVS. Si testator vel testatrix filiū vel filios, filiam vel filias hæredes instituerit pro æqualibus vel disparibus partibus, & inuicē grauauerit. vt si aliquis sine liberis decesserit: aliis portionem suā restituat. an retenta quarta restitutio faciēda sit, quæritur? Dicitur quod sic: nec in fructibus vel talibus, quæ seruando seruari non possunt, sed in prædiis hæreditatis quarta retinebitur. & hoc in prima. An autem simili modo

** Corrige ergo l. 8. §. vide ff. de inofficio. testa. Contia.*

m *Inuicem*. hæc verba inuicem & simpliciter. determinantur ab inferiori verbo, rogauerit. Et dic inuicem, id est vicissim grauauit vnum de restituendo alij.

n *Simpliciter*. id est specialiter.

o *Hæreditarijs*. scilicet quarta retenta, subaudi. sic & §. de inoff. testa. l. scim⁹. §. repletionē. Sed cōtra. ff. de ioff. test. l. Papinian⁹, §. si conditioni. vbi computantur fructus.] olu. hic corrigit secundum

Cōmentio.

Quatenus legata & fideicommissa augeantur, dixit supra tit. 1. nunc qualiter minuantur per Trebellianum. quod non placet: quia non singularia relicta, sed vniuersalia per Trebellianum minuuntur: vt insti. de fideicom. hær. §. sed quia hæredes. Dic ergo. dixit supra de singulāribus relictis: nunc de generalibus. Et nota quod sub hoc tit. non tractatur de incertis personis: sed in Greco forte dixit.

Si ex senatusconsulto.] CASVS. Testator aliquis te hæredem instituit, & rogauit de tota hæreditate restituenda Titio. restituisti eandē, retenta tibi quarta tam pro portione tua, quā fideicōmiſ. creditoribus hæreditariis soluisti: an à fideicōmiſ. repetere possis, quæritur? Respond. quod sic.

h *Si ex senatusconsulto*. scilicet Trebelliano: sed inuentum hoc fuit de retentione quartæ partis per Pegasianum: vt insti. e. §. sed quia hæredes. & §. sed quia stipulationes.

Hæreditas solo verbo re stituī potest.

i *Quartam*. secus si vnam certam rem: vt insti. de fideicommiſ. hære. §. si quis vna.

k *Restituisti*. quod solo verbo facere potuisti: vt ff. e. l. restituta.

cũdum quosdam. Alij quod hæc in quarta Trebellianica, illa in quarta naturæ: & hoc propter querelã quæ est odiosa. Tertij dicunt quod hoc in liberis primi gradꝰ est speciale: vt in fi. huius legis. secus autem in aliis, vt ibi. nam & aliàs differũt: vt ff. de hę re. instit. l. suus. in prin. & l. sed & si sub conditione. §. j. Alij dicũt quod ibi voluit testator, hic non. quæ nõ valet: quia hic dicit, licet hoc testator &c. nisi dicas quod ibi voluit tacite, hic expresse: inter quas voluntates est differẽtia: vt ff. ad leg. Falcid. l. Titia. & de condi. & demon. l. nõnunquã. Tu dic quod ibi certũ tempus statuit, puta decẽnium, intra quod certũ erat quod quartam & eius fructus habere poterat, hic incertum. Et nota diligenter de huiusmodi fructibus: cum percipiuntur à rogato aut iudicio testatoris, puta rogauit vt restituat post tempus hæreditatem: aut negligentia nõ perentis: aut mora non soluentis. Primo casu computat in quartam: & nil restituit etiã si supereſt aliquid vltra quartam. In secundo non computat, nec aliquid restituit. In tertio computat: & superfluos restituit: vt ff. eo. l. mulier. j. §. si hæres. & l. in fideicõmissariam. in prin. & ff. ad leg. Falcid. l. Paulus respondit. §. j. & ij. & hoc in aliis hæredibus quàm in suis qui sunt primi gradus: nã possunt esse sui nepotes, cum nemo eos præcederet: tamen non habet locum hæc. l. sui enim tantũ ex rebus ipsis quartam detrahunt, quod in eis est speciale: vt hic dicit. ADDITIO. Quod hic de fructibus non imputandis in quartam dicitur, limitat notabiliter glo. in verbo, contestatæ. in fin. c. Rainutius. extra de testa. in fructibus ante litem contestatam percepris: secus vero in perceptis post litem contestatam: vt est casus in d. c. Rainutius. in ver. in eo vero quòd quartam &c.

† *Idem hoc repetit & cõfirmat Iustinianus. Nouell. 22. §. 21. Fructus percepti à rogato restituere, an sint in quarta cõputandi.*

Falcidiæ portione[a] obtinere iubemus, & si pater vel mater[b] filio seu filia instituris (sicut supra dictum est) hæredibus, rogauerit eos eáſve nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus suis, ac deinceps restituere hæreditatem.

Filius vel filia nõ tenetur satisfacere nepoti de restituendo fideicommisso paterno vel materno: nisi iste filius vel filia transeant ad secunda vota, vel nisi testator id inserit satisfieri. Baldus.

In supra dictis † autem casibus fideicommissorum seruandorum satisdationem cessare iubemus, si non specialiter eandem satisdationem testator exigi disposuerit, & cum pater vel mater secundis existimant nuptiis non abstinendum. In his enim duobus casibus, id est cum testator specialiter satisdari voluerit, vel cum secundis se pater vel mater matrimoniis iunxerit: necesse est vt ea dem satisdatio pro legum ordine præbeatur.[c]

Vnicus filius excludit substituendum sicut multitudo liberorum, licet testator fecerit mentionem de liberis in plurali. Bald.

Sin autem is qui fideicommissaria restitutione grauatus est, vno filio superstite, vel nepote ex filio seu filia nato, vel pronepote vel posthumo relicto decesserit: non videtur extitisse conditio:[d] & ideo deficit fideicõmissi petitio.

Priuilegium concessum filiis, non extenditur ad nepotes: quia hæc lex prohibet. Baldus.

Illud etiam admonemus, ea quæ de Falcidiæ portione non per reditus, sed per ipsas res hæreditarias retinenda, & de satisdatione fideicommissorum (sicut supra dictum est) concedenda[e] diximus: non vlterius quàm in his personis[f] & casibus quorum superius mentio facta est, oportere produci. PP. Kalend. Septembr. Constantinop. Probino & Eusebio Conss.

IN AVTHEN. de sanctiss. episcop. §. sed & hoc præsenti. colla. ix. constitu. fina.

Si rogatus de restituendo si nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, ingrediatur monasterium, deficit fideicommissum, nisi alteri, venerabili loco debeat restitui. Salycetus.

Nisi rogati[g] restituere datum dotis causã vel propter nuptias donationis, vel relictum sub conditione nuptiarum vel liberorum, monasterium vel aliũ locũ venerabilẽ[h] ingrediantur: † siue restitutio aut subſtitutio non computat in quartam: quia eos compẽsat cum debito. si autẽ aliquos supra id haberet, bene computaret: vt in ea. l. quod de bonis. §. fructus.

Nisi rogati.] CASVS. Hæc auth. continuatur ad leg. C. Lex Codicis dicit, q si instituo filium meũ in dimidia, & rogo eum quod si prædecedat sine liberis, restituat fratri suo: ipse detrahit quadrantem de rebus principalibus. Sed fallit in casu huius authent. qui est talis: Habebam duos filios, instituj eos æqualiter hæredes, & rogaui eos adinuicem: vt si alter eorum decederet sine liberis, restitueret alteri portionem suam. alter eorũ intrauit monasteriũ: vel ecclesiam aliquam venerabilem: nunquid portio sua erit restituenda fratri superstiti, si moriatur canonicus? Certe non: quia sicut si decessisset cum liberis, euanescit conditio: ita si intrauit monasterium, vel aliquam ecclesiam venerabilem: quia monasterium vel ecclesia habetur loco filij. & hic casus est secundum dominum Irn. Sed secundum Azo. qui pinguius & latius hanc aut. extraxit ex corpore authenticorum quàm do. Ir. sic ponitur casus: In l. Codicis dicitur, Si filius instituitur, & rogatur restituere fratri si decesserit sine liberis, existente cõditione detrahit quadrantem. Et dicitur decedere sine liberis, si decedat sine aliquo defẽdente. Sed per istam auth. additur l. Codicis: quia si ingreditur locũ venerabilem, vel monasterium, fideicõmissum expirat: quia monasterium habetur loco filij. Vel dic casum aliter vt in glo.

† *Idem in casu in præsentia ante §. sanctum glo. fina. extra de probat. Monasterium & ecclesia habentur loco filij.*

a *Falcidiæ portione.* non dicit de alia Falcidia quàm. §. secundum Io. sed mutat casum: cũ. §. locutus sit quãdo suis fratribus rogatus est restituere: hic autẽ quãdo proprio suo filio testatoris nepoti: licet quidam dixerunt de nepote rogati. Sed in eo quod dicit retineri Falcidiam cum pater rogatus restituit filio, est contra. ff. de lega. j. l. cum filio. §. ipsi quoque. Solu. ibi filius fuerat institutus: & cum patri esset acquisiturus, fuit rogatus pater vt filio instituto restituat: quo casu restituit vt pater, non vt hæres. hic autem pater fuit institutus & rogatus vt hæres.

b *Pater vel mater.* institutus vel instituta, & rogatus vel rogata vt suo proprio filio restituat.

c *Præbeatur.* quem ordinem habes ex citu. ff. vt leg. no. ca. & altero casu cauet propter speciale præceptum: altero propter odium secundo nubentiũ: vt in authen. de nupt. §. placet. colla. iiij. Sed qualiter cauebitur à patre filio: vt ff. ad Trebel l. imperator. & institu. de inuti. stipu. §. item inutilis? Respon. hoc speciale his duobus casibus: vt hic innuit.

Pater aliquãdo cauet filio.

d *Conditio.* quia non est sine liberis qui huiusmodi habet prolem: vt §. de fideicom. l. cum acutissimi. & ff. de pollic. l. si. & §. de instit. & substit. l. generaliter. §. fin. & de condi. inser. l. j. Et not. quod hic. §. sin autem. refertur ad primum casum, id est quando frater rogatus erat restituere si decedat sine liberis. nam debet restituere si decedat sine filio vel nepote. si tamen intraret monasterium, videtur habere filiũ: & hoc addit authent. quàm hic lege: Nisi rogati &c. vel aliã, Si quis sub cõditione &c. quæ sunt in corpore de san. epis. §. sed & hoc præsenti. colla. ix.

e *Concedenda.* id est remittenda.

f *Personis.* id est in liberis primi gradus. Sed videtur quòd etiã nepos qui est vltra filios, nõ computet fructus in quartam: vt ff. ad leg. Falci. l. quod de bonis. §. quod autus. quæ est cõtra. sed ibi hic non fuit. præterea testator de liberis tantũ sensisse videtur: vt arg. ff. ad Trebell. l. ex facto. §. fin. & sensus & mẽs testatoris magis quàm verba sunt attendenda: vt §. de libe. præt. l. iij. & ff. de adi. leg. l. iij. §. cõditio. Item & verba ad hoc faciunt: quia dixit, sine liberis: & à verbis nõ est recedendum: vt ff. de leg. iij. l. non aliter. Item posito quòd sit loco filij ecclesia, ciuilis erit filia, non naturalis: at ciuilis filius non excludit huiusmodi fideicommissum: vt ff. de condi. & demon. i. fideicommissum. & de leg. ij. l. si quis ita. §. is cui. & argu. §. de his qui ve. æta. impe. l. fin. Item si haberetur pro filio, etiã alij æque venerabili loco auferretur: quod non est verũ: vt in corpore continetur huius authen.

g *Nisi rogati.* Hanc auth. lege: & aliam verbosam, si quis sub conditione, quæ & de nouellis trahitur. eo. §. si quis sub cõditione, omitte. Et dic casum: Dedi mulieri fundũ, vt in dotẽ haberet: vel viro vt haberet in donationẽ propter nuptias: vel in testamẽto reliqui in easdẽ causas: & rogaui vt si nuptias nõ cõtraheret, vel liberos nõ haberet, q restituerẽt Titio. his casibus si monasterium intrent, fideicõmissi peritio deficit, & hoc nisi alij venerabili loco relictum erat: & ita pure dat vel relinquit prædictis personis: & ecõtra idem si sub cõditione: vt relinquo fundum si nuptias cõtraxerit, vel liberos habuerit, alioquin habeat alius.

h *Locum venerabilem.* secus si capellam, cum seculo non renuncient, sed propria habeant: sed tamen in corpore vnde sumitur, videtur dicere etiã in seculari idem esse. Item quid si ingrediatur mala fide, vt fraudent fideicõmissarium? Videtur teneri monasterium renouatoria: vt ff. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. Lucius. Item quid si non ingrediatur, sed instituat tãtum locum venerabilem? Videtur non deficere conditio, nec haberi ecclesia pro filio. Primo: ga leges de ingredientibus, nõ de instituentibus loquuntur: vt in authen. de monachis. §. illud. colla. j. & in authẽr. hæc constitutio innouat constitutionem. col. viij. Secundo: quia vere liberos nõ habet. nec obstat quod ecclesiam instituit: quia authẽr. hæc, & in corpore. §. sed & hoc presenti. & in nouellis. §. si quis sub cõditione. dicunt de ingredi ẽre & expendẽre ibi præ dicta bona ad pia opera: & ipse diu vixit, in clericatu mansit: q hic non

fiat sub prædictis cõditionibus, siue in redemptionem captiuorum, seu in egentium alimenta.

IN AVTHENT. de resti. §. nobis, ergo recte. colla. viij. constit. iiij.

Rogatus de restituendo quod ei supererit ex hæreditate, tenetur saltem quartam partem reseruare. & si eam dimouit præterquàm in casibus hic permissis de bonis eius suppletur: & in subsidium contra acceptatorem agitur. Salyc.

Contra, [a] cùm rogatus fuerit quis vt sine liberis decedens, quod tunc ex hæreditate supereſt, restituat, vel alijs huiusmodi fideicõmissi verbis[b] grauarus: quartam * institutionis fideicommissario restituere cogitur. ¶ Super hoc igitur & cautionem, nisi à defuncto remissa sit, exponet.[c] Quod si contingat[d] eam diminui: aut ex ipsius substantia suppletur, aut ea deficiente, in rem[d] actione & hypothecaria fideicommissario vti permittitur aduersus rerum acceptores. ¶ Ex causa tamen dotis[f] seu propter nuptias donationis, seu captiuorum redemptionis, vel si non habeat vnde faciat[g] expensas, huius quartæ permittitur deminutio.

* *Concor. glo. l. propter fin. versi. si rogauit. in. in præsenti. extra de testa.*

Soli tutori potest hæreditas restitui, si pupillus nescit fieri: idem in curatore furiosi: & ideconstra si ipsi sunt de restituendo grauati. hoc docet vsque ad §. cum autem. Salyc.

VII. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

Sancimus, licentiam esse etiã soli tutori [h] rectè fieri fideicommissi nomine vniuersitatis restitutionem, quod pupillo relictum est, & sine onere fideiussionis: [i] vbi tamen pupillus fari non possit, vel abesse noscitur: [k] ne dum nimia [l] subtilitate * vtimur circa res pupillares, ipsã subtilitas ad perniciem eorum reuertatur. ¶ Idemque iuris esse oportet & si furioso fideicommissaria debeatur hæreditas: vt restitutio curatori eius soli, nominẽ scilicet furiosi celebretur. Quis enim sensus, quæ vox certa furioso esse intelligitur, cùm in vtroque casu [m] restituentes plenissimam consequantur ex nostra lege securitatem? Hoc eodem obseruando, & si ipsi pupilli [n] vel furiosi restitutione grauati sunt.

* *Concor. c. dilecti. cum gl. i. extra de iudi.*

Si hæres de restituendo grauatus, per contumaciam sit absens: vel si primus fideicommissarius in restituendo secundo sit mortuus, vel quis eorum antequàm restituat, sine hærede decedat: ipso iure transferuntur vtiles actiones. h. d. vsque ad finem. Salyc.

Cùm autem [o] aliquis hæreditatẽ restituere iussus est, & dolo malo vel post litem contestatam vel antea sese contumaciter celauerit: vel si suppositus fideicommissariæ restitutioni, antequàm restituerat hæreditatem, ab hac luce subtractus est, nullo hærede [p] vel successore ei existente: vel fideicõmissarius cui restituta est ex Trebelliano senatusconsulto hæreditas, alij per fideicõmissum restituere iussus fuerit res hæreditarias: quemadmodum actionum trãslatio celebretur in tribus illis casibus, apud veteres dubitabat. & Domitius Vlpianus cõstituendũ [q] esse super his putauit. ¶ Sancimus itaque, vt siue per contumaciam [r] abfuerit is cui restitutio imposita est, siue morte præuentus nullo relicto successore cui aliud debitũ à pupillo posset sibi soluere se auctore: vt ff. de adminiſtra. tuto. l. quotiens. §. sicut: Respõd. quia hæc restitutio continet translationem actionum: vt ff. eo. l. restituta. §. fi.

a *Falcidiæ portione.* non dicit de alia Falcidia quàm. §. secundum Io. sed mutat casum: cũ. §. locutus sit quãdo suis fratribus rogatus est restituere: hic autẽ quãdo proprio suo filio testatoris nepoti: licet quidam dixerunt de nepote rogati. Sed in eo quod dicit retineri Falcidiam cum pater rogatus restituit filio, est contra. ff. de lega. j. l. cum filio. §. ipsi quoque. Solu. ibi filius fuerat institutus: & cum patri esset acquisiturus, fuit rogatus pater vt filio instituto restituat: quo casu restituit vt pater, non vt hæres. hic autem pater fuit institutus & rogatus vt hæres.

b *Pater vel mater.* institutus vel instituta, & rogatus vel rogata vt suo proprio filio restituat.

c *Præbeatur.* quem ordinem habes ex citu. ff. vt leg. no. ca. & altero casu cauet propter speciale præceptum: altero propter odium secundo nubentiũ: vt in authen. de nupt. §. placet. colla. iiij. Sed qualiter cauebitur à patre filio: vt ff. ad Trebel l. imperator. & institu. de inuti. stipu. §. item inutilis? Respon. hoc speciale his duobus casibus: vt hic innuit.

d *Conditio.* quia non est sine liberis qui huiusmodi habet prolem: vt §. de fideicom. l. cum acutissimi. & ff. de pollic. l. si. & §. de instit. & substit. l. generaliter. §. fin. & de condi. inser. l. j. Et not. quod hic. §. sin autem. refertur ad primum casum, id est quando frater rogatus erat restituere si decedat sine liberis. nam debet restituere si decedat sine filio vel nepote. si tamen intraret monasterium, videtur habere filiũ: & hoc addit authent. quàm hic lege: Nisi rogati &c. vel aliã, Si quis sub cõditione &c. quæ sunt in corpore de san. epis. §. sed & hoc præsenti. colla. ix.

e *Concedenda.* id est remittenda.

f *Personis.* id est in liberis primi gradus. Sed videtur quòd etiã nepos qui est vltra filios, nõ computet fructus in quartam: vt ff. ad leg. Falci. l. quod de bonis. §. quod autus. quæ est cõtra. sed ibi non computat in quartam: quia eos compẽsat cum debito. si autẽ aliquos supra id haberet, bene computaret: vt in ea. l. quod de bonis. §. fructus.

Nisi rogati.] CASVS. Hæc auth. continuatur ad leg. C. Lex Codicis dicit, q si instituo filium meũ in dimidia, & rogo eum quod si prædecedat sine liberis, restituat fratri suo: ipse detrahit quadrantem de rebus principalibus. Sed fallit in casu huius authent. qui est talis: Habebam duos filios, instituj eos æqualiter hæredes, & rogaui eos adinuicem: vt si alter eorum decederet sine liberis, restitueret alteri portionem suam. alter eorũ intrauit monasteriũ: vel ecclesiam aliquam venerabilem: nunquid portio sua erit restituenda fratri superstiti, si moriatur canonicus? Certe non: quia sicut si decessisset cum liberis, euanescit conditio: ita si intrauit monasterium, vel aliquam ecclesiam venerabilem: quia monasterium vel ecclesia habetur loco filij. & hic casus est secundum dominum Irn. Sed secundum Azo. qui pinguius & latius hanc aut. extraxit ex corpore authenticorum quàm do. Ir. sic ponitur casus: In l. Codicis dicitur, Si filius instituitur, & rogatur restituere fratri si decesserit sine liberis, existente cõditione detrahit quadrantem. Et dicitur decedere sine liberis, si decedat sine aliquo defẽdente. Sed per istam auth. additur l. Codicis: quia si ingreditur locũ venerabilem, vel monasterium, fideicõmissum expirat: quia monasterium habetur loco filij. Vel dic casum aliter vt in glo.

† *Idem in casu in præsentia ante §. sanctum glo. fina. extra de probat. Monasterium & ecclesia habentur loco filij.*

g *Nisi rogati.* Hanc auth. lege: & aliam verbosam, si quis sub conditione, quæ & de nouellis trahitur. eo. §. si quis sub cõditione, omitte. Et dic casum: Dedi mulieri fundũ, vt in dotẽ haberet: vel viro vt haberet in donationẽ propter nuptias: vel in testamẽto reliqui in easdẽ causas: & rogaui vt si nuptias nõ cõtraheret, vel liberos nõ haberet, q restituerẽt Titio. his casibus si monasterium intrent, fideicõmissi peritio deficit, & hoc nisi alij venerabili loco relictum erat: & ita pure dat vel relinquit prædictis personis: & ecõtra idem si sub cõditione: vt relinquo fundum si nuptias cõtraxerit, vel liberos habuerit, alioquin habeat alius.

h *Locum venerabilem.* secus si capellam, cum seculo non renuncient, sed propria habeant: sed tamen in corpore vnde sumitur, videtur dicere etiã in seculari idem esse. Item quid si ingrediatur mala fide, vt fraudent fideicõmissarium? Videtur teneri monasterium renouatoria: vt ff. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. Lucius. Item quid si non ingrediatur, sed instituat tãtum locum venerabilem? Videtur non deficere conditio, nec haberi ecclesia pro filio. Primo: ga leges de ingredientibus, nõ de instituentibus loquuntur: vt in authen. de monachis. §. illud. colla. j. & in authẽr. hæc constitutio innouat constitutionem. col. viij. Secundo: quia vere liberos nõ habet. nec obstat quod ecclesiam instituit: quia authẽr. hæc, & in corpore. §. sed & hoc presenti. & in nouellis. §. si quis sub cõditione. dicunt de ingredi ẽre & expendẽre ibi præ dicta bona ad pia opera: & ipse diu vixit, in clericatu mansit: q hic non fuit. præterea testator de liberis tantũ sensisse videtur: vt arg. ff. ad Trebell. l. ex facto. §. fin. & sensus & mẽs testatoris magis quàm verba sunt attendenda: vt §. de libe. præt. l. iij. & ff. de adi. leg. l. iij. §. cõditio. Item & verba ad hoc faciunt: quia dixit, sine liberis: & à verbis nõ est recedendum: vt ff. de leg. iij. l. non aliter. Item posito quòd sit loco filij ecclesia, ciuilis erit filia, non naturalis: at ciuilis filius non excludit huiusmodi fideicommissum: vt ff. de condi. & demon. i. fideicommissum. & de leg. ij. l. si quis ita. §. is cui. & argu. §. de his qui ve. æta. impe. l. fin. Item si haberetur pro filio, etiã alij æque venerabili loco auferretur: quod non est verũ: vt in corpore continetur huius authen.

Sequitur alia authen. contra cũ rogatus. quæ est de restitutionibus. §. nobis. colla. viij. quæ super principium huius legis legitur.

* *Concor. glo. l. propter fin. versi. si rogauit. in. in præsenti. extra de testa.*

Contra, id est econtra, nam in l. Codicis, iubemus. in prin. dictum est dodrantem restituendum, & quartam retinendam: hic verò cùm rogatur restituere quod supererit ex hæreditate post mortem: vt & ff. de lega. ij. l. imperator. in fin. & l. fin. & ita dodrantem retinet: & quartam restituit.

b *Huiusmodi verbis.* quæ sunt apta ad hoc: vt instit. de sing. re. per fideicom. re. §. fina.

c *Exponet.* corrigitur ergo. l. iubemus. in eo quod dixerat generaliter non caueri. Vel vetus, ibi dicit nõ caueri: cum frater fratri, vel pater filio vel nepoti restituere rogatur: sed si alij est restitutio facienda, cauetur vt hic. Item no. hic quem esse de bonis viuentis solicitum: vt j. vt in poss. leg. l. cum Archimedoram. Et sic est argu. contra. ff. de vulga. substitu. l. ij. §. interdum. & de coll. bono. l. j. §. si impuberi. sed ad primã respondeo: quia hic de cautione, non de hæreditate est solicitus. & eodem modo respondebo ad secundam. Accursius.

d *Contingat.* id est tangat.

e *In rem.* pro rebus hæreditarijs quæ continentur in fideiconmisso: & hypothecariam habet pro eisdem: quod est mirabile: vt & §. de in. dot. l. in rebus. Vel dicit hypothecariã dari pro alijs rebus hæreditaris quæ non continentur fideicommisso: vt & §. communia de lega. l. j. res enim quæ continẽtur fideicommisso, nõ possunt dici obligatæ fideicõmissario, cum ipsius sint: vt ff. de pign. act. l. si rem alienam.

f *Dotis.* constituendæ vel exigendæ à grauata persona: & vtrũque pbatur in corpore: vt dixi. §. cõmu. de leg. in auth. res quæ. Et no. q in quatuor casib⁹ punitit hic deminutionẽ quarte falcidis.

g *Faciat.* quia dodrans non sufficit. secus puto si dodrantem totum dilapidauit, & nunc propter impẽsas vult deminuere quartam: vt in auth. de restit. & ea quæ pa. §. hæc igitur. omnia. coll. iiij. Item quid si nihil cõsumpsit, sed tota supereſt? Rñ. hæres eius

h *Soli tutori.* Iuliano præfecto prætorio.

i *Fideiussione.* l. de ratoitem etiam sine iudice. & sic est specialis casus, sicut sunt alij quidã vt §. de adminiſtrat. tuto. l. sancimus. j. in fi. & l. constitutionẽ. sed insanti cum auctoritate tutoris: vt ff. eod. l. seruo. §. si pupillo.

k *Nesciturs.* secus si esset præsens, & maior infante: quia tunc sieret ei cum auctoritate tutoris restitutio: vt ff. eo. l. restitutus. §. fi. & l. seq. & §. de iure deli. l. potuit. & l. si infanti.

l *Nimia.* sic. xlix. dist. ea, huic enchim &c.

m *Cessa* de pupillo, & de furioso.

n *Pupilli.* infantes: vt possint ipsi tutores restituere: vt hic, & ff. eo. l. restitutus. §. fina. & l. seq. sed hoc cum alij est restituenda, non tutori: quia se auctore sibi non poterit restitui: vt ff. eo. l. j. §. quæritum fuit. Sed

o *Cum autem.* nõ. tribus casibus loqui istum. §.

p *Hærede.* sed quomodo poterit esse sine hærede, cum supersint saltem legitimi? Respõ. nullus eorum vult nec etiam fiscus. Vel dic cum esse sine hærede, qui non habet hæredẽ statim cũ moritur. ADDITIO. Aduertas secundum Bart. hic quod de hoc debet tamen aliqua discussio fieri, vt liat saltẽ aliqua proclamatio, si est aliquis qui velit esse hæres talis. arg. §. de remiſ. pign. l. si eo tempore. tunc enim nemine comparente transeunt actiones ipso iure, auctoritate huius legis.

q *Constituendum.* ſ de nouo, quasi non sit constitutũ aliquo iure.

r *Per contumaciam:* vel ante litem contestatam, vel post. vt §. posuit: & ita videtur quod ante litem cõtestatã possit ferri sententia definitiua, vt illo vocato & non veniente pronuncietur restituendam hæreditatem: & sic ipso iure cõperiunt vtiles actiones, vt in libertate dicitur. ff. de fideicõ. lib. l. cũ vero. §. subuẽti.

Vel dic

Vel dic nō ferri sententiā: [a] vt ī. de temp.appel.l.fin.§.illud.sed iudex redigetur in actis per tabellionē, qualiter & pro quo, & ad cuius petitionem ille est vocatus, & non venit: & per hoc satis erit fideicommissario vt habeat vtiles actiones, si probauerit postea fideicommissariam hæreditatem sibi restituendam.

a Glo. tamē prima in c. quoniā frequenter. ponit hunc casum pro exceptō à regula illius c. quoniā scilicet quod ante lit. cōtest. nō sint veri. testes, vel fe rendā sententia definitiua.

A filio transit ipso iure de vno fideicommissario in alium.

a *Ipso iure.* est & quartus casus, scilicet vbi rogatus alienauit. Nam in alienatis non puto necessariam restitutionem: quia rogatus nihil iuris habet in rebus illis, quod concedere possit. & hoc videtur dicere. l. ī. commu. de legg.l.fin.§.pe. & ī. cod. authen. contra cum rogatus. Item si a primo fideicommissario non exigitur cessio: quia nō habet directas, vt hic dicitur: ergo cum rogatus in alienatis nullam habeat actionem, multō magis non exigitur cessio: cūm ibi primus fideicommissarius habeat vtiles. Item est & quintus: vt ff.eo.l. j.§.sed & quotiens. Ité & sextus secundū quosdam; vt ff. eod.l. ita tamen. §. si pater filium. Sed ibi videtur quòd fiat restitutio. Item ad id quod dicit ipso iure transire actionem de vno fideicommissario in alium, vt hic, & ff.eod.l. si hæres institutus. in princ.est contra.ff. eod. l. j. §. de illo. Solut. hic corrigitur. Vel dic transfert vtibi, cum non fuit contumax. Sed nec prima nec secunda placet. Dic ergo, ibi erat rogatus sub conditione vel in diem: vnde ante diem restituit sponte.

Nec ob. ff. eod. l. sed si ante. vbi dicit quod non transeunt ante diem: quia ibi fauore fideicommissarij fuerat dies appositus: vt & dixi. ī. de fideicom. l. post mortem. hic autem rogatus erat pure, & ideo lex sublato circuitu trāsfert vtiles: quia & facta trāslatio expressim non transfert nisi vtiles: sed primus rogatus potest cedere directas: & ideo expectatur eius cessio. Ité not. primum fideicommissarium si restituat secundo (vt hic fit) non retinere quarram ex Trebel. nisi ante primus rogatus voluerit retinere: vt ff.e.l.j.§. inde Nerati. Vel nisi suspectā dixerit primus hæres, & sic coactus totā restituit nihilo detracto: vt ff.e.l. Marcellus.§.j.&.l.facta.§.si cū suspecta. Item & in alio casu: vt. ff.e. l. ex asse. in fi. immo est exceptio ab illo casu vbi suspectā adijt.

Quidam.] CASVS. Hæredem tuum de tota hæreditate tua Titio restituenda rogasti; & Seio Stichum consequi debeat: an ab hærede, an a generali fideicom. ita scilicet vt post restitutionē Stichi alias res vniuersitatis hæres Titio restituat: an generali fideicō. aggregari debeat, vt Titius Seio Stichū tradat? Respon. q tota hæreditas Titio restituenda est: & ea restitura, restituet Titius Seio Stichū: nec refert constiterit specialis fideicō. an non.

b *Speciale.* puta prædium.

c *Eius.* scilicet prædij.

d *Cum aliis.* hoc verum, nisi in eo casu quando hæres deductis legatis iussus est restituere hæreditatem: in quo casu hæredi datur electio: vt ff.eo.l.cogi.§. inde quæritur. Vel nisi testator iniunxerit onus legatorū nominatim hæredi: vt ff. eo. l. Marcellus. in princ. aliàs non: vt hic, & ff.eo.l.j.§.is qui. &.§.fi. Sed quidam dicunt esse speciale quod hic dicit, propter hoc, quia de tota vel omni hæreditate rogauit testator, & hæres nihil retinuit. Alij dicunt diuidi onera: vt ī. eo. l. ij.

fuerit, siue à primo fideicommissario in secundū translatio celebrati iussa est: ipso iure [a] vtiles actiones transferantur. Dat. X. Kalend. Nouembr. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

Rogatus de restituendo fideicommissum vniuersale & speciale, totum debet restituere absque speciali detractione: & fideicommissarius specialis contra vniuersalem cui restitutio est facta, potest agere. Salyc.

VIII. Idem A. Ioanni P. P.

QVidam testamento conditō, iussit hæredem omnem hæreditatem quam ei dereliquit, alij restituere: speciale [b] etiam fideicommissum alteri adscripsit. & quærebatur, specialis fideicommissarius id quod ei derelictum est, à quo consequi debeat: vtrúmne ab hærede, vt post restitutionem eius, [c] alias res vniuersitatis fideicommissarius accipiat: an vnà cum alijs [d] rebus oporteat, & hoc [e] generali fideicommissario aggregari, vt ipse speciali fideicommissario hoc tradat, siue in rebus, siue in pecunijs fideicōmissum relictum sit? ¶ Sancimus itaque totam quidem substantiam secundum senatusconsulti Trebelliani auctoritatē restitui generali fideicommissario: illū autem speciali fideicommissario id

A c *Et hoc.* scilicet prædium.

AD LEGEM FALCIDIAM.

Qualiter minuantur vniuersalia relicta, dictum est: nunc subijciamus de deminutione singularium relictorum quæ fit per legem Falcidiam. A ℣o. *Continuatio.*

SCire.] CASVS. Si hæredem instituisti, & multa ab eo legasti, & hæres sciens sibi competere Falcidiam, solida soluit legata: an quod plus debito soluit, repetere possit, quæritur? Dicitur quòd nō: cùm errasset in iure, scilicet credens hoc ei licere etiam post solutionem. Vel dic, hæredem tuum de aliquare reddenda alicui rogasti vel parte eius: hæres cum poterat retinere quartam illius rei per Falcid. solidam soluit: vt plene faceret quod iusserat sibi testator: an posit repetere quartā ex l. quod plus debito soluit, quæritur? Respon. quod non.

B *Scire debes.* scilicet tu hæres rogatus.

C *Non videri.* sed certe immo, quia Falcidia ipso iure deminuit legatum: vt ff. eodem. l. in quantitate. in fin. & l. Plautius. & l. lineam. & quorum lega. l. j. §. si quis ex mortis. Sed dic non videri quo ad hoc vt habeat locum condictio indebiti, cùm sciēs fecerit: vt ff. de regu. iur. l. cuius per errorem. secus si errore facti soluisset: vt j. eod. l. error. sed quæ erat hæc dubitatio? Respon. quia forte erat minor viginti quinque annis ille qui soluit: per quod volebat repetere: vt supra si aduer. solu. l. ij. sed ibi in iure erranit, hic sciens fuit. Vel erat vir maior institutus rogatus dare vxori legatum: & ipse postquàm præstitit, defalcare volebat, quasi donatio fuisset inualida: sed tamen non potest. vt ff. de dona. inter virum & vxo. l. si sponsus. §. si quis rogatus. & §. precedenti.

Legatū ipse ipso iure deminuit Falcidia.

FAlcidiæ.] CASVS. Hæres quartam detrahere potest ab his quæ relicta sunt, beneficio. l. Fal. an detrahere tantū ab vno quantū ab alio debet, quæritur? Respon. quod non: sed pro modo, & quantitate relictorum de singulis est detrahendū: sed nō vna res pro singulis est retinenda: vt ff. eo. l. Plautius. Vivianus.

Vna retenta Falcidia in quarta.

h *Omnes.* scilicet legatarios & fideicommissarios. quæsiuit tamen. P. sed nō soluit, an in vna re possit hæres habere Falcidiā: vel retinere? Quidam q sic: vt ī. famil. ercisc. l. filium quem. sed illa in quarta Trebellianica. Item pro eis. ff. de lega. j. l. non amplius. §. fina. sed illa loquitur in parte bonorum legata. Ité pro eis. ff. eo. l. si ex pluribus. sed illud est propter exceptionem quā habet hæres in re nō soluta. Item pro eis. ff. e. l. linea. sed ibi vin dicat vt Falcidiam detrahat: non vt totam teneat. Tu ergo dic quod non poterit retinere quartam in vna re, sed *in omnibus legatis*: vt hic, & ff. eo. l. Plautius. & l. in quantitate. §. fina. & arg. test. j. e. l. penul. & ff. quorum lega. l. j. §. si quis. quādoque tamē Falcidia quæ debet detrahi ex vna re, detrahit ex alia: vt ff. e. l. plane. & l. seq. §. si solus. & l. ex asse. Ité si res diuidi nō potest, partis offert. estimatio: vt ff. e. l. lege Falcid. interueniēte. & l. si is. §. fi.

Lex Falcidia ad quæ ſe inducta.

ETiam.] CASVS. Hæredem tuum rogasti de restituēda hæreditate tua per fideicōmiſ. cuidā non capaci, puta filio tuo spurio, & multa alia specialia legata reliquisti? testamēto tuo: an debeantur, quæritur? Dicitur q sic, quatenus patitur lex Falcidia, quasi dicat, deducta quarta: licet videtur quòd quartā retinere non possit fiscus, quia est hæres, & hæres eā detrahere nō posset, quo hæreditas euicta est, quasi ab indigno: ergo nec fiscus qui in locum eius successit. sed hoc verum non est. Vel sic, in testamento suo reliquit quis legata: & inter cætera dixit de hæreditate restituenda ab eo filio quem habeo de tali monacha, & rogauit in aure, vel aliàs nō coram testibus, vt illi filio daret fideicommiss. & dic sic: an fiscus debeat vel possit detrahere quartam de tali fideicommiss. an totum legatariis eroga re sine iniuria Falc. contentus quarta hæredi ablata? & dicitur quod sic. Vel sic, & male: an de tali fideicom. possit hæres detrahere Falcid. & an cētā de aliis? Respon. quod de aliis potest: de hoc non, hæ positio non valet: sed prima positio verior est, & magis consonat literæ. Vivianus.

a *Etiam si tacitum.* fuit tacite non in aperto rogatus, vt cuidam non capaci restitueret hæreditatem: vt ff. de iure fisc. l. non intelligitur. & in authen. quib. mo. natu. effic. sui. §. diuersitatis. colla. vj.

b *Administrasse.* id est soluisse cui iussus erat: vel administrasse, id est cōsensisse defuncto vt faceret prædicta.

c *Fideicommissa.* scilicet alia relicta capacibus. & dic, præstantur à fisco: vt hic, & ff. ad Syl. l. cum fisco. & ff. de fideicommiss. l. imperator. §. fina. & hoc si fiscus agnoscat bona: aliàs ipse hæres præstat: vt ff. de leg. j. l. si seruus plurium. §. penult.

d *Cum quartam.* bene dico salua Falcidia, cum &c. Et cane q hæc lex nō dicit de tribus partibus cōsiscandis: pro cōstanti enim est: vt ff. de iure fisc. l. cū tacitū. sed legatariis dātur: vnde nō videtur puenire ad fiscū: vt hic. sic ergo ex toto tali hereditate habet fiscus quartam: & ea ola petit fiscus petit, hereditatis, tāquā à prædonib⁹: vt ff. de petit. hæredi. l. prædonis.

e *Auferetur.* vt indigno, & applicatur fisco: vt hic, & ff. ad leg. Falcid. l. beneficio. §. j. & ad Trebel. l. Marcellus. §. fin. & de his quib. vt indig. l. hæres. & de vsur. l. cum quidā. §. in tacito. Ab hac consiscatione quartæ excusatur filius & seruus qui habēt necesse parere: vt ff. ad leg. Falc. l. si tacitum. Item hæres qui se defert, vt habeat certiā illi⁹ quartæ. Sed extraneus deferēs haber dimidiam: vt j. de his qui se de. l. j. li. x. fideicōmissarius nō capax habet dimidiam dodrātis si se defert: vt ff. de iu. fisc. l. cum tacitū.

f *Legatariis.* dicebant enim: sicut non remansit hæredi, sic nec fisco remanere debet. sed secus est.

ETsi legatis.] CASVS. Si hæredem instituisti, & principi tor legasti quod nihil remansit penes hæredem: an non obstante quod principi legata relicta sunt, hæres quartam detrahere possit, quæritur? Dicitur quod sic. Vivianus.

g *Placuit.* idem si deo cœlesti iure veteri: vt ff. eo. l. j. §. ad municipum. & econtra princeps instituens retinet si vult: licet donare consueuerit, adeo vt sic facere debeat secundū quosdam: vt ff. ad Trebel. l. si legatus. §. fin.

Trebellianū l. ſ. §. penult. ibi, denique &c.

SI mortis.] CASVS. Materfamil. filium & filiam habens, in filiam donationem fecit causa mortis, & filium hæredem instituit, ità quod remansit ei minus quarta. si probare potest hæres talem donationem in filiam exercuisse: an beneficio legis Falcidi. vti possit, quæritur? Dicitur quod sic.

Diui Seueri. Primo fuit. l. Falcid. inducta ad legata: sed constitutione diui Seueri ad donationes porrigitur: vt hic, & j. de do-

na. causa mor. l. ij. & j. eo. l. penul. & ff. quorum leg. l. j. §. si qs ex mortis. cum ad instar legatorū sint inductæ: vt j. de dona. causa mor. l. ff. Item in illis quæ confirmantur morte, locū habet Falcidia: vt j. eo. l. in donationibus. Item in mortis causa capione: vt j. eod. l. penult. & ff. eo. l. cum pater §. j.

Mortis causa capio, quid est.

Etā præstantur duæ ucta Falcidia de quolibet legato pro rata, hoc dicit. Bald. Vel sic: In computatione Falcidiæ ea alienum deducitur etiam hæredi debitum: & de relicto ad fabricam operis publici detrahitur Falcidia pro rata. & præstitum vltra modum non præiudicat. Salyceius.

VI. Idem A. Secundinæ.

INimponenda ratione legis Falcidiæ, omne æs alienum deducitur, [k] etiam quod ipsi hæredi [l] mortis tempore debitum fuerit, quāuis aditione hæreditatis confusæ sint actiones. [m]

B ¶ Omnia [n] autem legata quæcunque in operibus publicis conficiendis statuisque ponendis dicta sint, ad contributionem dodrantis [o] pro rata [p] suæ cuiusque quantitatis reuocantur. ¶ Nec quicquid vltra solidum hæres præstiterit aut perfecerit, legitimæ computationi præiudicatur. [q] S. V. Kalen. Ianuar. Maximo. II. & Æliano Conss.

Iure istō cessit Falcidia in testamento militis: hæres tamen potest deducere bona sua per defunctum possessa. Salyceius.

C VII. Idem A. Primo & Pomponio.

IN testamento quidem militis [r] ius legis Falcidiæ cessat. Sed si ea quæ ad vos pertinent defunctus tenuit: bonorum eius videri minime possunt: & ideo rectè rationem eorum, vt æris

Mortis causa capio, quid est.

k *Deducitur.* Nam non videtur esse in bonis æs alienum: vt ff. de verb. sign. l. subsignatum. §. j. & instit. eo. §. cum autem ratio. & ff. eo. l. j. §. fin.

l *Hæredi.* nisi compensari præcepit: vt ff. eod. l. si debitor. & de leg. ij. l. cū pater. §. Titio. quod est speciale. regulariter enim in re isto non poterat prohiberi hæres vti Falcidia: vt ff. eo. l. pater filiam. & l. quod de bonis. §. j. & §. cum fideicommissum.

m *Actiones.* vt & ī. de fideicommiss. l. cum secundum. sed hodie si fiat inuentarū, non confundūtur: vt ī. de iure delib. l. scimus. §. in compuratione.

n *Omnia.* quæ tamen valent: vt & ff. eo. l. non est. §. fin. & l. seq. & l. in ratione. ij. §. penult. in fin.

o *Dodrantis.* dandi legatariis.

p *Pro rata.* argu. pro eo. quod non. ī. eo. l. ij.

q *Præiudicatur.* scilicet in aliis non solutis: vt & ff. eo. l. quod de bonis. §. non idcirco, nec in solutis, si in facto erraudo soluit: vt j. eod. l. error.

D IN *testamento.*] CASVS. Si miles militans iure militari testamentū fecit, & hæredē instituit, & multa legata reliquit: an hæres de legatis quartam detrahere possit, quæritur? Dicitur quod non. Idem est si res alienas possedit: quia in his cessat lex Falcid. & his quorum sunt, sine deminutione aliqua restitui debent. sequuntur duæ authen. sed primo leganda est illa, Sed cu testator. deinde alia, Sed in eadem.

Trebellianū l. ſ. §. penult. ibi, denique &c.

Militis. scilicet militantis. secus si est veteranus: vt ff. eod. l. si post. & l. ad veterani. idem in Trebellianica: vt ff. ad Trebellia. *Trebellianū l. ſ. §. penult. ibi, denique &c.* Sed certe immo contra videtur in *senatusc.* Trebel. vt ff. ad Trebellia. l. j. §. hoc autem. vel die quinque esse *siltem ha-* remedia Trebelliani. Primum, vt quis cogatur adire. Secundum *bet quinque* vt cogatur restituere. Tertium, vt postquam restituerit, nō con- *remedia.*
uematur à creditoribus: quod est suo fauore inductū. quartum

vt non

vt non conueniat debitores, quod est fauore fideicommissarij. A Et hæc quatuor locum habent in testamento militis: vt dicto. §. hoc autē. Est & quintum, vt de retentione quartæ: quod non habet locum in militis testamento: vt hic, & §. de testa. mili. l. in testamento. ij. & dicta. l. j. ff. ad Trebell. §. penul.

a AEris alieni. vt & §. l. proxi. Sunt & alij casus vbi cessat Falcidia: vt ecce in legato instrumento: vt j. eo. l. si prædiorum. Item in dote: quia suam rem habere videtur mulier: vt ff. eod. l. cum dotem. & l. si vsusfructus. §. dos. nisi in commodo forte repræsentationis, vt ff. eo. l. j. §. si quis creditori. & de dote prælega. l. j. §. idem Iulianus. Item in libertatibus, vt ff. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. sed an & libertates. Item in relicto bonorum subsidio: vt §. de inoffi. testamen. l. scimus. Item cessat delicto hæredis, vt supra eod. l. etiam si tacitū. & ff. eo. l. beneficio. in princi. & §. j. & l. hæreditatum. §. fin. & hoc veteri iure, & etiam nouo cessat in tribus ea sibus: & ideo lege auth. Sed cūm testator. vbi sunt tres, quę est in cor. de hære. & Falc. §. hinc nobis. & sequen. §. col. j. Item in quarto & quinto, vt in aliis duabus authen. hic positis. ADDITIO. Hos casus cùm multis aliis vide per glos. in §. fina. instit. eo. tit. Vnde versus: Falcidiam cessare facit pars debita natis, Dos, miles, vertitum, libertas, sponte solutum, Res veritæ vendi, pietas, & chartula, crimē. Ac hæres si non facit inuentaria, subsit.

Falcidia cessat in multis casibus.

Versus.

SEd cū testator.] CASVS. Hæc auth. addit ad. l. Codicis. & sic cōtinuatur: Lex Codicis loquitur in testamento militis militantis, in quo cessat Falcidia. Authen. ista loquitur in testamēto veteranj: & ponit casus in quibus cessat Falcidia. vnde si testator voluit Falcidiā detrahi expressim, sciēs vires patrimonij sui, cessat Falcid. & si hæres admonitus à iudice implere voluntatē defuncti, intra annum non adimpleuit, auferetur ei hæreditas, & applicatur supradictis personis: vt §. de fideicom. in authē. hoc amplius. Item non detrahitur Falcid. si tu hæres soluisti, nec potes reperere. Item cessat Falcid. si hæres non facit inuentarium. Sed si facit inuentariū solēniter vocatis legatariis, vel si aliqui erant absentes, pro eis adhibuit tres personas. nā hoc casu potest detrahere Falcidiā: quia testabitur in inuentario, quo casu iurat de calūnia. & seruj subijcientur quæstionibus. & istæ tres quæstiones debent agitari intra annum.

B

C

D

b *Hoc expressim.* scilicet ne detrahatur Falcidia.

c *Non ignarus.* quod semper præsumitur: vt §. de rescinden. vendit. l. quisquis. Sed argu. contra instit. qui manu. non possunt. §. in fraudem.

d *Cessat.* olim non sic cessabat, vt ff. eo. l. quod de bonis. §. j. & §. fin. & l. si debitor. Item quartam debitam iure naturæ nō potest testator auferre, vt §. de inoffi. testa. l. scimus. & l. quoniam in prioribus. Item nec Trebellianicam, vt j. eo. l. si vt allegas. & instit. de fideicommiss. hæred. §. sed quia. ADDITIO. Tu dicas quod imo prohibere potest testator detrahi Trebellianicam: vt tenent communiter docto. hic.

e *Delegatis.* subaudi & fideicō. vt §. de fideic. auth. hoc amplius.

f *Subtiliter.* vt §. de testa. l. nō dubiū. §. fin. & de fideicommiss. l. ij & §. eo. l. j. secus autē si prætēdat facti errorē. vt j. eo. l. error. Item secus quādo oīa nō sunt legitimè relicta: vt §. ne vxor. p mari. l. fi. in eo tamē q̄ agnitū est. iudicat: vt §. de fideicom. l. j. & ij.

g *Emergat.* quod substantiā minuat: vt in corpo. dicitur. §. non autē. Sed olim cōtra erat hoc casu, quando quædam soluebat: quia non præiudicabat in aliis: vt ff. eod. l. quod de bonis. §. nō idcirco. & l. si ex pluribus. quæ sunt contra. Vel dic quod in illa, si ex pluribus, nullum fuit integre solutum. hic enim loquitur quādo integre quædam soluuntur, & animo omnia soluēdi, vnde non potest bonæ voluntatis pœnitere: vt in cor. d. §. non autem.

videlicet.

Inuentarium fit pius.

h *Statutum.* §. vt intra xxx. dies incipiat, & intra alios. lx. finiatur à tempore quo sciuit se hæredem. §. de iure deliberan. l. fin. §. fin autē dubius.

i *Obseruatione.* §. noua per hanc authen. quæ nō erat in illa. l. scimus. §. de iure delibe.

k *Legatariorum.* idem forte in creditoribus, qui certant de damno vitando. & ideo eis magis subueniendū: vt §. de iure deliber. l. fi. §. & si præfatā. & in authen. vt spon. largi. §. ad hæc colla. ix.

l *Testium.* hi iurant se nullius malignitatis cō scios, quanuis videatur negatiua, vt in cor. §. & vero absunt.

m *Excedant.* Nota per hāc authen. præstari legata vltra mensuram substantiæ: sed olim secus: vt ff. e. l. in ratione. j. §. q̄ vulgo. in fi. §. etiā in testamēto militis: vt ff. ad Trebell. l. j. §. penult. In creditoribus tamē olim erat idē: vt §. de iure deliberā. l. fi. §. cū igitur. quartā tamē debitā iure naturæ retinet, cū tantū cōtra legē faciat. Nam & vbi cōtra legē & contra voluntatē facit, tamē retinet: vt §. de fideicōmiss. authē. hoc amplius.

n *Annum.* hoc est speciale cōtra. l. properandū. §. de iudic. quæ statuit triēniū. & cōtra auth. quę est. j. quomodo & quādo iudex. auth. q̄ semel. vbi statuitur annus, & mēses tres: vel anni duo, & mēses sex. Alij dicunt hic intra annū fieri inuctariū, & legata solui. & sic hic loquitur, non q̄ instātia iudicij anno finiatur. prima placet: quia vnus annus datur instātiæ, & incipit ex cōtestatiōe litis: vt in cor. §. illud. alius annº ad soluēda legata, qui cōputatur ab admonitione iudicis: & post annū amittit hæres cōmodū hæreditatis: & de hoc dicit in cor. §. necessitatem. & §. initium.

SEd & in ea re.] CASVS. In ista authen. ponitur casus in quo cessat Falcidia: & est talis: Testator instituit Titium hæredē: & tibi & fratribᵇ tuis legauit aliquas res vt perpetuo nō aliena retis, sed semper apud successores vestros deberent remanere. Certe in istis rebus sic legatis cessat Falcidia. Viuianus.

o *Alienentur.* Falcidiam enim dimittendo, legatarius rei partem alienare videtur.

SImiliter.] CASVS. In hac authen. ponitur alius casus in quo cessat Falcidia: & dicit quod non solum cessat Falcid. in supradictis casibus, imò cessat in relictis ad pias causas.

p *Causas.* vt §. de episc. & cle. l. si quis ad. §. licēt iam. & dic piam causam, vt ad ecclesiam fabricādam vel reficiēdā, vel pontē, vel aliquid tale. secus si simpliciter ecclesiæ relinquatur: vt ff. e. l. j. §. ad municipū. quæ est cōtra. vel hæc corrigit illā. Et nota quod etiam

etiā huiusmodi causæ nō minuūt quartā iure naturæ debitā: vt §. de inoffic. testa. l. quoniā in prioribus. Sed nūquid Falcidia detrahēda ex his quę ad pias causas relinquūtur, onerat alios legatarios? q̄ videtur: vt ff. eo. l. plane. §. j. & l. ex asse. Sed cōtra dicit: vt arg. ff. eo. l. si à seruo. & l. non est dubiū. & l. seq. Item satis est cæteros legatarios suo onere onerari.

Falcidiaque non detrahi inter legatarios, non aliter quam alia legata.

IRritum.] CASVS. Testamentum fecisti, duos filios tuos tibi hæredes instituisti: & rogasti, vt si vnus eorum sine liberis decederet, alteri portionem suā restitueret, decessit alter sine liberis, & frater suus hæredē instituit: & legata reliquit. videbatur q̄ istud testamētum non valeret, cū rogatus erat de restituendo: valet tamen, & deducit de portione fratris fideicōmiss. sibi relictum tā quās æs alienum, scilicet dodrantem hæreditatis restituendæ: post ea soluet legata de tribus vncijs: & si non remaneat sibi quarta in illis tribus vncijs, detrahet Falci, de legatis.

a *Debitum.* quod est dodrans hæreditatis restituendæ, quæ remansit detracto dodrante.

b *Oportet.* vt §. eo. l. in imponenda.

c *In residuo.* id est in quarta quam retinuit ex senatusconsulto Trebelliano. Vel iure naturæ habebis quartā. & ita quartā quartæ. & facit §. de pactis. l. pactum quod dotali. & ff. de lega. ij. l. cum pater. §. cum Titio. & ff. eo. l. si fundum. §. ij. & l. quod de bonis. §. cū fideicōmissum. & j. eo. l. quāquā.

ERror.] CASVS. Testamēto fecisti, hæredē instituisti, multa legata hæres solida soluit per errorē, puta ignorans vires substātię, soluit legata, nec retēta sibi quarta. an repetere possit, quæritur? Distinguit, aut errat in facto erc dens plus esse in hæreditate, quàm sufficit ad quartam, aut in iure, putans se quartam detrahere non posse. Primo casu repetit, secundo non. Idem in sciente. Viuianus.

d *Errore facti.* vt quia credebat se plus habere, quàm habuerat in hæreditate: vt insti. qui ma. non pos. §. prætualuisse.

e *Non impedit.* vt & ff. de iuris & facti ignoran. l. regula. §. fin. & §. de iuris & facti ignoran. l. cum quis. & supra de condictio. indeb. l. fideicommissum.

f *Non habet.* vt §. de condictio. indeb. l. indebitum. & §. e. l. j. & ff. de inoffi testam. l. cum qui. §. j.

g *Ignorauerit.* vt quia nesciebat se posse vti Falcidia. & hoc nisi sit minor. vt §. si aduer. solu. l. indebito.

QVanquam.] CASVS. Testator duos filios hæredes instituit: & filiæ dotem, vel certā partem, qua debuit esse contenta, reliquit: & rogauit, si alter sine liberis decederet, restituere rei superstiti partē suā. decessit vnº sine liberis ab intestato: an soror æqualiter cū fratre ad successionē fratris admitti debeat, quæritur? Dicitur quod frater dodrantem habebit: & in quarta quæ remanet, tam ipse quàm soror succedet ab intestato. Viu.

Quarta duarum non possunt à filio detrahi, si de re-

h *Legis Falcidiæ.* scilicet Trebellianicæ. trientem ipso iure naturæ, vt filius aute omnia videtur debere habere, in quo nō tenuit fideicommissum: vt in authen. de restitu. & ea quę. §. quam ob rem. colla. vj. & sic duæ quartæ detrahuntur. Itē pro hoc est quod dicitur, si alicui legatum est vltra quam capere possit: de-

stituendo grauetur.

trahitur in primis Falcidia, ac si totum caperet: post detrahitur quod per l. capere non potest: vt illa prærer Falcidiā habeat hæres: vt ff. eo. l. quotiens. Quidam alij dicunt vnam detractionē sufficere, pro quibus est. ff. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. si quis impubes. & pro eis est quod dicitur vnā Falcidiā in bonis patris & filij seruari: vt ff. eod. l. in ratione. j. §. quod vulgo. Item facit pro eis in authen. de hę redi. & Falci. §. si quis igitur non implens colla. j. ibi, quantū lex &c. & extra de testib. cā. Rainutius. & cā. Rainaldus. & facit §. eod. l. irritum. Item pro hoc, quia in naturali computat quicquid habet iure institutionis per authen. sed quartam. Trebellianicam habet ita quod non timet perdere, ergo computet. Item cum pure rogatur restituere, vel etiā post certum tempus, vna cēdit dies vtrique. sic ergo quilibet aueller de corpore alterius. Distingue ergo, an vno tempore incipiant ambæ, an diuersis. ADDITIO. Videas latius per glos. in verbo. legitimam ipsam. in d. c. Rainutius: extra de testamen. & ibi pulchrè per Abbarem: circa quem etiam vide ibi apostillam.

SI vt allegas.] CASVS. Pater tuus, te & fratres tuos hæredes instituit, & rogauit vt portionem tuam fratribus restitueres non detractā Falcidia. pro Falcidia certas tibi res reliquit. si illæ res non sufficiant ad quartam, an eam possis supplere de eo quod iuxta præceptum testatoris restituere debes, quæritur? Respon. quod potes. Viuia.

**Nunquam putauerim Falcidiā pro Trebelliani ca postam; sed sic intelligo, cum ex Pegasiano id permitteretur; quod displicebat iuris auctoribus. matuerūt excludere Falcidiā ad fideicommissa quàm ius Pegasia no. Cuiac.*

i *Pro Falcidia.* scilicet Trebellianica.

k *Flagitat.* si minus est in speciebus, quàm in quarta. Et sic nota testatorem non impedire hanc quartam iure naturæ debitā: vt & ff. eod. l. Titia. & instit. de fideicommiss. hæred. §. sed quia. Secus in quarta institutionis ex lege detrahenda: vt supra eod. authen. sed cum testator. & facit infra eod. l. si quis.

Quartā iure naturæ debitam non potest testator impedire.

b

IN donationibus.] CASVS. Maritus donationem fecit in vxorem, nec in morte reuocauit: vnde morte confirmata est donatio. an hæres defuncti de donatione possit detrahere Falcidiam, quæritur? Dicitur quod sic: cum hæc donatio inter viuos nulla sit: quia morte confirmata similitudinem habeat fideicōmissi. Viuianus.

l *Factis.* scilicet causa mortis, vel morte confirmatis: vt supra de donationibus inter virum & vxo. l. ex verbis & l. donationes j. nā si inter viuos, & statim valent, vt quandoque fieri potest: vt ff. de donat. inter virum & vxo. l. si sponsus. §. conuicta. non posset detrahi Falcidia: vt ff. eod. l. si vsusfructus. §. dos.

Donationes inter virum & vxorem factis legem Falcidiam habere locum.

m *Quando.* id est quia.

SI ea.] CASVS. Ex ancilla cuiusdam domitæ filium suscepisti. decem domitæ reliquisti, vt seruum suū filiū tuū manumitteret: xx. similiter eidē reliquisti, vt & alios duos seruos redimeret, & manumitteret. agnouit legatū: an cōpellenda sit seruum suū. scilicet filium suum, manumittere: & an hęres de legato detrahere possit Falc. de vniuersis. xxx. quæritur? Dicitur q̄ manumittere debet: & de illis. xxx. deducitur totum preciū seruorū redimendorū, & residuū habebit domina pro seruo manumisso: & de hoc

& de hoc residuo detrahet hæres Falcid. intra. x. dies si residuũ bonorum defuncti non sufficiat ad quartam. vel dic casum aliter. vt in glos. Viuianus.

Casum ponit.

a Si ea. Titius filium habens qui erat seruus cuiusdã dominæ, facit imperatori quæstionẽ sic: Domina filij mei agnouit fideicommissum de decem ideo relictum, vt filium meum manumitteret: sed & aliud fideicommissum de viginti erat ei relictum, vt redimeret quosdã seruos alienos, & manumitteret: quod ipsa similiter agnouit. an cogenda est ad manumittendũ? Respondet imperator, dominam esse cogendam manumittere seruum suum proprium, quia agnouit fideicõmissum. Secundo quæritur, an in eo fideicommisso sibi relicto vt seruum suum manumitteret, interueniat Falcidia: Et dicit primo deduci de bonis precium seruorum alienorum: sicque in eo quod est necessarium ad serui redemptionem, non interuenire Falcidia, cum domina emere non possit, nisi eo cum fideicommissum habeat. illo autẽ deducto petet fideicommissum vsque ad eũ modum quem patitur substantia bonorum: & sic deducitur Falcidia. Et talis est differentia inter proprios & alienos seruos: vt ff. de fideicommiss. lib. l. generaliter. §. si quis alienũ. & §. sicut. & ff. eo. l. sed si non seruus. in princ. & ad Trebell. l. ita tamen. §. fin. & facit ad hoc: ff. e. l. si tibi seruus. cum tribus. ll. seq. & de leg. j. l. si fundum per fideicommiss. §. Iulianus. & de fideicõmiss. lib. l. si debitor. x. & de inoffic. testam. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta.

b *Vrgeri.* id est si minus consecuta sit precio serui, tamen cogitur manumittere: nam &c.

c *Seruorum.* alienorum, vt dixi.

Agnoscens sibi relictum vt manumittat seruum proprium, cogitur illum manumittere: & in legato Falcidiam patitur, licet minus iusto precio consequatur: non si rogetur extraneum manumittere: quia tunc precium quo cogitur illum redimere, debet consequi sine aliqua detractione: & ideo de eo tantum quod superest, Falcidia detrahi potest. Salyc.

XIII. Iidem AA. & CC. Zetho.

SIea a cuius filium tuũ seruũ significas, ex iudicio defuncti quem dicis fideicommissariam libertatem ei reliquisse, aliquid consecuta est: ad restituendam fideicommissariam libertatem non immerito obnoxia cõstituta debet vrgeri. b Nam fideicommissum ei relictum vsq; ad eum modum potest petere, quem deducto precio seruorũ, c quos fuerat rogata manumittere, relictorum substantia patitur. S. V. Kalend. Maij Heracliæ. AA. Conss.

Pro rata qua creditor succedit defuncto, extinguitur actio, & pro residuo contra hæredes competit actio: sed vt senatus ea legatum integrum debeatur, debitum antea detrahitur, & de residuo legatum præstatur. Salyc.

XIIII. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

LIcet adieris patris hæreditatem, & confusione pro parte qua eidem successeris, extinguatur actio quam tibi adieris competere, eo quòd ex administratione tutelæ multa eum debuisse contendis, pro residuis tamen partibus cohæredes conuenire non prohiberis: d & fundũ à te relictum e eatenus f quo ad deducta quarta, residui g substantia patitur, præstare necesse habes. Dat. VI. Kalend. Octob. Viminatij. AA. Conss.

Nec de dote prædiorum, nec de instrumentis Falcidia detrahitur. l. d. Bald. Vel sic: Falcidia non detrahitur de chartulis. Salyc.

XV. Idem AA. & CC. Pomponio.

LIcet.] CASVS. Filium tuum impubere emancipasti, & tutelam eius tanquã tutor legitimus administrasti: & in centũ ex mala administratione ei tenebaris, postea testamentũ fecisti, & alios duos & ipsum hæredẽ instituisti: an pro rata portione qua quilibet succedit, possit iste à cohæredib⁹ debitũ petere, quæritur? Dicitur q̃ sic. & si eum de dando fundo alicui rogasti, de fundo poterit Falcidiam detrahere. Viuianus.

d *Non prohiberis.* vt & ff. de nego. gest. l. si ab eo. & de hære. act. l. si adulta. & j. de bon. auct. iudi. possi. l. si vxor. & ff. de pac. l. debitori. & de fideicommiss. l. cum secundum.

e *Relictum.* alicui.

f *Eatenus.* id est quatenus.

g *Residui.* s. detracto ære alieno: vt ff. eo. l. in imponenda.

SI *prædiorum.*] CASVS. Vxor tua dedit tibi prædia in dotem, & pactum fecit tibi de lucrãda dote: postea testamẽtum fecit, & Titium & Seiuni hæredes instituit, & rogauit vt tibi instrumentum prædiorum datorũ in dotem emptionale restitueret: an de illis instrumentis sit detrahenda Falcidia, quæritur? Dicitur quòd non, cum detrahenti non proficeret, & alij officeret. Viuianus.

SI prædiorum dotis h apud te iure i remanentis instrumenta k verbis precarijs, vel testamẽto, vel codicillis vxor tibi dari mandauit, eius iudicium successores implere compellentur: cũ instrumentis prædiorum domino relictis, Falcidiæ nulla possit l interuenire quæstio. Supposita. XVI. Kalend. Februa. Sirmij. CC. Conss.

Si æs alienum absorbet totam defuncti substantiam, legata non debentur: & frustra de Falcidia quæritur. Salyc.

XVI. Iidem AA. & CC. Diomedi.

SVccessores m legata vel fideicommissa, si æs alienum hæreditarium defuncti substantiæ fines occupauerit, legis Falcidiæ iusso n peti, item Trebelliani o senatusconsulti præceptum exigi non concedit. S. XVI. Kal. Februa. Sirmij. AA. Conss.

De prælegatis deducitur Falcidia. hoc dicit. Bald. Vel sic: A cohærede detrahitur Falcidia. Salyc.

XVII. Iidem AA. & CC. Caio.

ACohæredibus * relicta legata, p quatenus modus legis Falcidiæ præstitutus patitur, q posse peti, certissimi iuris est. Suppos. V. Kalend. Nouẽb. Anchiali. CC. Conss.

Sicut testator iure isto non potest prohibere Falcidiam directo, ita nec per indirectum: & de mortis causa capione detrahitur Falcidia, sicut de mortis causa donatione. Salyc.

XVIII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis quadringentorũ forte solidorum habens substãtiam, iusserit r hæredem non aliter adire hæreditatem, nisi prius trecentos octoginta solidos cuidam persoluat, vel aliam quantitatem quæ diminuere Falcidiæ rationem possit: sancimus hæredem, si adierit, s legis Falcidiæ beneficio sustentatum, replere quidẽ quod ad Falcidiam deest: & prius eo dato a vel retento, b siue vna datio est quæ celebrari disposita fuerit, siue in multas diuiditur personas, præfatæ legis immutilatum habere beneficium. c Si enim cum mortis causa donatio procedat, & hæc modum legis Falcidiæ excedat, hæres post additionem repetit eam pecuniam quæ vltra modum legis Falcidiæ corporaliter quidem data est, lege d autẽ in patrimonio testatoris perman sit: quare non in præsenti casu & viuentibus & morientibus prouidemus, & eorum vltima elogia conseruantes, & commodum hæreditarium non minuentes? Dat. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

Ita agnoscit legatum qui solidum promittit, sicut qui integraliter soluit. hoc dicit. Bald. Vel sic: Si hæres promisit soluere integra legata, tenetur adimplere sine Falcidiæ detractione. Salyc.

XIX. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm certum sit e hæredem qui plenam fidem testatori exhibet, in solidum legata dependentem, non posse postea rationem legis Falcidiæ prætendentem, repetitione vti, quia videtur voluntatem testatoris sequi: iubemus hoc simili modo firmum haberi & sic cautionẽ super integra legatorum solutione fecerit: quod veteribus legibus in ambiguitatem deductum est. ¶ In vtroque etenim casu, id est siue soluerit, f siue super hoc cautionem fecerit: æquitatis ratio g similia suadere videtur. D. XV. Kal. Nouẽb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

Mutis computatis per fabulas demonstratur.

a *Dato.* cum non excedit dodrantem.

b *Vel retento.* s. quantum est vltra dodrantem: sed dodrãte dato.

c *Beneficium.* sic ergo detrahitur Falcidia ex mortis causa capione: vt dixi ff. eo. l. si mortis. Sed an data hæredi causa implẽdæ cõditionis à legatario, computet hæres in quartã? Quidã quòd non: vt ff. e. l. si fundus.

Ioan. contra: vt computet in totum quo ad eũ qui dat: quo ad alios vero computet eatenus, quatenus ex hoc legato erat detracturus.: vt & ff. eod. l. in quartam. & l. quod autem. & l. ad autem. & l. Nesennius. ibi dum dicit, plane.

d *Lege autem.* scilicet Falcidia: vt ff. quorum legato. l. j. §. si quis ex. & argu. in authent. de hæred. & Falcid. §. non autem. colla. j. & ff. de inof. dona. l. j. & ff. eo. l. si mortis. & ff. de donat. cau. mort. l. ij.

CVm certum.] CASVS. Testamentum fecisti. hæredẽ instituisti. Titio legata reliquisti. hæres in solidum legata soluit; vel soluere promisit, sciens se quartam beneficio legis Falcidiæ detrahere posse. an si quod plus quàm per legem Falcidiam retinere potuit, soluit: an repetere possit, quæritur? Dicitur q̃ non. & quod promisit, soluere compelletur: licet quartam excedat, quasi sciens voluntatem tuam implenit. Et diligẽter not. quod iste qui promisit, tenetur soluere: & de soluendo præstare cautionem. Viu.

e *Cùm certum sit.* per plures leges: vt ff. eo. l. j. & de fideicommiss. l. ij. & ff. de condictio. indebi. l. fideicommissum. & ff. de testa. l. non dubium. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. si sponsus sponsæ. §. si quis rogatus.

f *Soluerit.* hæc enim sunt patia: vt hic, & ff. de donat. l. si patronus. & de calum. l. iij. §. hoc edicto. sed quandoque non: vt ff. de re milita. l. non omnes. §. fin. quæ est argu. contra. & ff. de ædil. edict. l. q̃ si nolit. §. in factum. ibi, illud plãe &c. & probatur ex duabus alijs. ll. iunctis: vt ar. ff. de condic. indebi. l. nam hoc. & de consti. pecu. l. iij. in fin.

g *Æquitatis ratio.* Not. vbi eadem ratio, ibi idem ius statuendum: vt & ff. de consti. pecu. l. fin. & ff. ad leg. Aquil. l. illud.

DE CADVCIS TOLLENDIS.

TITVLVS L.

Ista ætimatio placet Bar. Sa. & Ange. & Idem Bar.

Dixit a qualiter legata pro parte minuuntur. s. lege Falcidia: sed quia quandoque in totum deficiebant, vel efficiebantur caduca, & non iste quandoque, ideo de his tollendis dicit. Et nota b quod tres tantum modos prosequitur: licet multos efficiantur multa: vt j. eodem. l. §. & cum triplici.

g *Imponentes*. vt & ſupra commnia de lega. l. ij.

h *In ſolidum*. vt ff. de lega. j. l. ſi expluribus. §. fi. & facit ſ. de lega. l. cũ quæſtio.

i *Præſtetur*. ab hæredibus.

k *Separatim*. verbis tantum.

l *Sit*. id eſt remanet.

m *A priore*. id eſt ab eo qui primo agnouit legatum, & ad hoc. ff. de vſufru. accre. l. j. §. ij.

n *Manuatur*. & hoc cũ omnes voluerunt.

o *Accreſcit*. primo agnoſcenti: quia totum habet ex voluntate defuncti.

p *Non ſentiat*. huic contra. ſ. eod. §. pro ſecundo. & §. ne autem. Sol. hic in caduco, & quaſi caduco. hoc non placet. Alij quod ibi redit cum onere ſcilicet ad illos à quibus fuit relictũ. hic ad collegatarium redit, nec hoc valet. Vel hic fuit onus impoſitum tantum deficienti, vt dixi in §. ne autem. nec hoc valet. Item contra ſuprà eodem. §. ſin vero quidam. Solu. ibi in cohæredibus. Vel hic, vt dixi, fuit onus tantum deficienti impoſitum, ibi omnibus. Item contra ſupra eodem. §. vbi autem. Solue, ſi omnes coniuncti ſunt re & verbis, & onus omnibus eſt impoſitum: tunc obtinet quod ibi dicit. ſi autem deficienti tantum: tunc aut ſunt tantum re coniuncti, qui appellantur in l. illa diſiuncti: & tunc non ſubeunt alij onus. ſi vero erant coniuncti re & verbis, vel verbis tantum, ſubire tenentur, vt hic, & dicto. §. vbi autem. & hæc eſt vera ſolutio ad omnia contraria prædicta.

† aliis, à deficientis per ſona hoc onus &c. a-bis, & onus omnibus eſt impoſitum

q *Sed ſuum*. ſic ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus.

r *Coniunctim*. re & verbis, vel i. in vtriuſque perſona adſignare onus. & facit ſupra de inoffic. teſtamen. l. ſi mater. & ff. de hæred. inſtit. l. quidam cum.

s *In indignis*. vt ſ. de his quibus vt indig, per totum. & de lega. l. pen.

Cum autem.]CASVS. Dictum eſt in principio huius l. quod hæres hæreditatem non aditam non tranſmittit niſi ad quaſdam certas perſonas. hoc verum eſt, ſi non habeat ſubſtitutũ. ſi autẽ ſubſtitutum habeat, peruenit ad ſubſtitutum: ſi non, ad ſuccedentes à iure. ſi hi non ſint, vel ſint & noluerint, vocabitur fiſcus. Hæc quæ dicta ſunt, locum habẽt in omni vltimo elogio, ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto. & licet omnibus deficientibus fiſcus vocetur, ſicut dictum eſt: tamen cum onere ſuo vocabitur, & vltimo, vt præferatur vtilitas cõmunis, &c. vt in litera. Hæc autem quæſtio ad futura elogia, non ad præterita extendatur, ſed ſuo marte diſcurrent. Vltimo conſtitutionem iſtam ad ſenatum tranſmittit imperator, vt labor ſuus apud quenquã non ſit incognitus, ſed omnibus pateat & clareſcat. Viuianus.

t *In ſuperiore parte*. vt ſ. cad. l. §. in nouiſſimo.

v *Voluerit*. ſcilicet ſubſtitutus.

x *Succeſſores*. ſcilicet teſtatoris.

y *Ærarium*. prius tamen ad vxorem de iure prætoris: vt ſ. vnde vir & vxor. l. j.

z *Derelictum*. ſcilicet in codicillis factis ab eo qui non fecit teſtamentum.

a *Peperecimus*. quin cum ſuo onere ad eum redeant: vt ff. de condi. & demonſtra. l. in facto.

b *Nec Auguſtum*. id eſt imperiale.

c *Rei*. genitiui caſus.

d *Cenſemus*. not. vt & ff. pro ſoc. l. actione. §. Labeo. & in authen. de non alienan. §. quia vero veriſimile. in fine. §. colla. ij.

e *Exiſtimantes*. ſic & in authen. de hære. & Falcid. in prin. colla. j. ibi, incurrunt, &c. & in authen, vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. colla. ix.

† aliis proximis. † In quibuſdã hæc vox, rei. Contra. id hanc §. glo. in c. bona memoriæ. ſic per verba, communẽ.

DE HIS QVI ANTE APERTAS *tabulas hæreditatem, &c.*

Et per conſequens a nequàm adeunt. Et continua, ſic: Qualiter legata vel hæreditates ſint caduca ſupra, in genere dictum eſt. Nunc autem ſpecia liter

liter ponit de quibusdam personis,in quibus relicta non sunt caduca: scilicet in personis liberorum.A.Ro.

Per hanc.] CASVS. Secundum veterа iura generale erat, vt si hæres,vel legatarius, cui aliquid in testamento erat relictum, ante apertas tabulas decederet, hæreditatem vel legatum ad posteros suos non transmittebat: sed dicit imperator quod in quibusdam personis aliter est statuendum. Statuit ergo vt si testator vel testatrix decedens filios vel filias habens,ex eis nepotes,vel neptes,& eos solos,vel cum extraneis scripserit hæredes, vel adinuicem substituit, & ante apertas tabulas decesserunt: hæreditatem ad filios transmittant: nulla eis exceptione

† *Institutiones iuris prae cedēti anno fuerant editae vertio sci licet Iustiniani ani cōsulatus.* opponenda. & hoc in prima. Idem est in singulari re eis relicta: vt & si ante apertas tabulas decesserint: eam ad posteros suos transmittant. Iniquum enim est: vt ex cō sert, vt propter casum filiis humanitus contingētem, nepotes succedant ab cessione auita vel legata. *Vnde* to defraudarentur. & *non mirum si verbis legis mul ta in institutionib. sit mentio. Contius.* hoc in secunda. Viuia, a *Sanctionem.* loquitur Theodosius.

b *Filios.* qui erant in potestate,aliud in emāncipatis, secundum quosdam: vt supra de iu. delibe.l.iij. & l. cum antiquioribus. Vel forte idem in omnibus liberis & parentibus: vt supra tit.j. §.j. & §. in nouissimo.& hic dicit etiā de nepote ex filia, quā constat non esse in potestate aui materni: vt institut. de par. pote. §. fina.

c *Substituti.* filij cum nepotibus.

d *Defuncti.* & ante aditam hæreditatem.

e *In liberos.* not. ergo duo esse necessaria vt

Hæreditas nō adita vt transmittatur,duo sunt necessaria.

fiat transmissio, & habeat locū hic titu,quod scilicet transmittens sit de liberis. & ille in quē transmittitur, sit de liberis. Item vide quod etiam ad superiores fit transmissio: vt ff. de suis & legi. l. apud hostes.Sed quid si hi liberi scripti hæredes nō suos liberos, sed extraneos instituerint liberis exhæredatis? Respon. nec extranei,nec exhæredati liberi admittuntur ex hoc testamento: vt in corpo.auth.de hære. & Fal.§.exhæredatos. colla.j.Item quid si non ex testamēto obuenit his liberis, sed ab intestato? hic dicit de relictis ex testamento: sed tunc potest dici idem.

f *Transmittere.* nota quod ipso iure posteritas sua sit hæres: sed potest dimittere, vel retinere, si vult de iure prætorio: licet non sic de iure ciuili: vt institut. de hæredum quali.& differen. §.sed his.& ff.de lib.& posthu.l.in suis.

g *Nulla huiusmodi.* scilicet quòd non cesserit dies legati.& hoc ad sequens. Vel non fuerint apertæ tabulæ. Vel quod non fuerit hæreditas adita: quod olim obstabat: vt ff. tit.j.§.j.

h *Derelictis.* hodie idem & si ab extraneo relinquatur legatum: vt ff. titu.j.l.j. §.cum igitur.& §. in nouissimo. Item nota quòd

¶ Locum autē huic legi constituimus in his defunctorū elogiis, quæ posthac cōposita fuerint. an teriores etenim casus suo marte discurrere concedimus. Hæc omnia ad vos, Patres conscripti, duximus esse sancienda: [scilicet] vt nemini maneat incognitus nostræ beneuolentiæ labor: sed editis ex solennitate à nostris magistratibus propositis, omnibus innotescat. D. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. IIII. & Paulino. V. C. Coss. †

TITVLVS LI.
DE HIS QVI ANTE apertas tabulas hæreditatem transmittunt.

Hæreditas ascendentium, etiam non adita, transmittitur ad posteros per liberos institutos morientes,etiam clausis tabulis:quod obtinet in legatis & fideicommissis. Salyc.

1. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Hormisdæ præfecto prætorio.

PEr hāc iubemus sanctionē[a] in posterum [valituram,] filios,[b] seu filias, nepotes, aut neptes: pronepotes,aut proneptes,à patre,vel matre: auo, vel auia: proauo, vel proauia scriptos hæredes, licet non sint inuicem substituti:[c] seu cum extraneis,seu soli sint instituti: & ante apertas tabulas defuncti[d] (siue se nouerint scriptos hæredes, siue ignorauerint) in liberos[e] suos, cuiuscunque sint sexus vel gradus, derelictam sibi hæreditariam portionē posse trāsmittere:[f] memoratasque personas (si tamē hæreditatem non recusant) nulla huiusmodi[g] præscriptione sibi obstante, eam tanquam debitam vindicare. ¶ Quod scilicet etiam super legatis seu fideicommissis à patre vel à matre: auo, vel auia: proauo, vel proauia derelictis,[h] locum habet. ¶ Siquidē petindignū est, fortuitas ob causas, vel casus humanos, nepotes,aut neptes: pronepotes,aut proneptes, auita vel proauita successione fraudari, aliosque auersus auitum vel proauitum desiderium vel institutum inserato legati commodo, vel hæreditatis gaudere. Habeant verò solatium tristitiæ suæ, quibus est merito consulendum. Dat. III. Nonis Aprilis, post consulatum Protogenis & Asterij.

TITVLVS LII.
QVANDO DIES LEGATI vel fideicommissi cedit.

Legata omnia ab initio cuiuslibet anni sunt soluenda. Butri. Bal. & Sal.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Agrippæ.



I competenti iudici annua legata vel fideicommissa tibi relicta probaueris, ab initio[i] cuiusque anni exigēdi ea habebis facultatē. Supp. III. Kal. Iū. Saturnino & Gallo Coss.

Quod liberè capitur, restitutioni non subiacet. Bald. Vel sic: Dotis habes lect. secundum primam. h.d. Si in legato pluribus relicto apponatur conditio, vt in superuenientem veniat: deficit conditio si legatarius filios reliquerit. secundum aliam lectu. hoc dicit: Si in legato pluribus relicto apponatur grauamen vt redeat ad superuenientem: superuenientes ad quem rediit, ad hæredem suum insolidum transmittit: nec ad hæredes collegatariorum reuertitur. hoc dicit. & secundum hanc lect. expone: Quicunque is fuerit, scilicet qui superuixerit. & hæc bona in extraneis legatariis. Saly.

1 1. Iidem AA. Prisco.

AGrum pluribus relictum nominatim animaduertimus & cautum esse, vt ad eum qui superfuisset, † perrineret. Quicunque igitur is fuerit[k] ad hæ-

Vitius sub conditione institutus, si decedat ante conditionē trāsmittit ad suos posteros.

bo oblig. l. qui hoc anno. Sed aliud est in stipulationibus. Argumen contra. ff. de condit. & demon. l. si in annos. Vel aliud est si stipuletur quis hoc anno aliquid dari: & aliud si in annum, vel singulis annis. Vnde versus: Annua si debes, tunc inspicias computa anni. Anno si debes, in fine teneberis anni. Sed ar. cōtra. ff. *Versus.* si certū peta. lecta. vbi dicit mēstruos. Accursius. ADDITIO. Dicas quod in dicta. l. lecta, dies fuit adiecta causa differēdę solutionis: hic vero causa multiplicandæ obligationis. Videas de isto plene per Bar. in d. l. qui hoc anno. ff. de verbo. obliga.

Grum.] CASVS. Fundum mihi Titio & Seio legasti, vt ad superstitem peruenirent, decessi: an ad hæredem meum legatum transmittere possim, quæritur? Dicitur quòd non: nec pro tali fideicommisso hæredi meo Titius & Seius superstites ob hoc fideicommissum capientes, nec eorum hæredes adstringuntur.

k *Fuerit.* scilicet qui superuixit: & sic ad eum totum peruenit legatum:

legatum: vt & infra de dona.cau.mort.l.j.& ff. de lega.ij.l.cum pater.§.liberis.& l.peto.§.fratre.

Adstringitur. etiam & si redeat ad alium legatarium.

SI Pontiomilla.] CASVS. Cuidam mulieri de prouincia nomine Pontiomilla, aliquis reliquit legatum, seu fideicommissum, cùm ad legitimam ætatem peruenerit. nūc quæritur, si Pontiomilla impleta conditione legati, decessit antequām cōsequeretur legatum, vel fideicōmissum: vtrum petitionem legati vel fideicommissi transmittat ad suos hæredes? Et respon. ꝙ sic. Vel sic: Pontianæ fundum legasti cum ad duodecimum annū peruenerit: sed antequam fundum consequeretur, decessit: an nihilominus petitionem fundi transmittat ad hæredes, quæritur? Dicitur quod sic.

b *Peruenit.* non enim quæritur an fuerit in vim conditionis vel dicitempus appositum, ex quo ad eam ætatem peruenit: vt hic: sed si non peruenisset ad ætatem, quæreretur vt altero casu transmitteretur, altero non, scilicet quando est in vim cōditionis: vt infra eodem. l. ex his.

CVm vxori.] CASVS. Testator filios ex vxore non habens vxori suæ vsumfructum fundi Titianireliquit; & eidem cum liberos haberet ciusdē fundi proprietatem legauit: postea filium habuit, sed statim decessit filius: an nihilominus cedat dies proprietatis legati, quæritur? Respon. quod sic. ratio dubitationis fuit: quia testator dixit cum liberos haberet, ista liberos non habuit, sed vnum filium tantum. Item quia decessit statim, a sed hæc non obstant: vt dicit.

Legatum relictum si ad certam ætatem peruenerit, impletis diebus transmittitur ad hæredem. Bal. Vel sic: Si dies legati cessit, legatarius ad eius hæredem legatum transmittit, licet ipsum nondum consecutus fuerit. Saly.

1 1 1. Idem AA. Aeliæ.

SI Pontionilla ad eam ætatem peruenit[b] cui legatum vel fideicommissum relictum erat: petitionem ad hæredes transmisit, licet antè decesserit, quàm consequeretur legatum vel fideicommissum. PP. V. Kalendas Augu. Chilone & Libone Coss.

Sufficit quod condītio in momento temporis sit impleta. Baldus. Vel sic: Licet mulier amiserit filium propter quem consecuta fuit legatum, non propterea legatum perdit, vel restituit. Salycetus.

1 1 1 1. Iidem AA. Ammiæ.

CVm vxori vsusfructus fundi legatur, & eius proprietas, cum liberos[c] habuerit: nato filio statim proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obest si is decedat. [d] PP. Kalend. Augu. Antonino. A. III. & Geta item. III. Coss.

Quando tempus certæ ætatis adiicitur post præcedentem dispositionem purum, non facit condītionem, sed differtur in tempus impletum: & ideo interim non impedit transmissionem. h.d. not. secundum. Bald.

VI. Imp. ALEXANDER. A. Maximo.

EX his verbis, *Do lego Aeliæ seuerinæ filiæ meæ, & Secundæ[e] decē: quæ legata accipere de-*

Hæc erat potissima dubitandi ratio.

redem suum dominium trāsmittit, nec tali fideicommisso adstringitur.[a] † PP. XV. Kalē. Augu. Chilone & Libone Conss.

Legatum relictum si ad certam ætatem peruenerit, impletis diebus transmittitur ad hæredem. Bal. Vel sic: Si dies legati cessit, legatarius ad eius hæredem legatum transmittit, licet ipsum nondum consecutus fuerit. Saly.

1 1 1. Idem AA. Aeliæ.

SI Pontionilla ad eam ætatem peruenerit[b] cui legatum vel fideicommissum relictum erat: petitionem ad hæredes transmisit, licet antè decesserit, quàm consequeretur legatum vel fideicommissum. PP. V. Kalendas Augu. Chilone & Libone Coss.

Sufficit quod condītio in momento temporis sit impleta. Baldus. Vel sic: Licet mulier amiserit filium propter quem consecuta fuit legatum, non propterea legatum perdit, vel restituit. Salycetus.

1 1 1 1. Iidem AA. Ammiæ.

CVm vxori vsusfructus fundi legatur, & eius proprietas, cum liberos[c] habuerit: nato filio statim proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obest si is decedat. [d] PP. Kalend. Augu. Antonino. A. III. & Geta item. III. Coss.

Quando tempus certæ ætatis adiicitur post præcedentem dispositionem purum, non facit condītionem, sed differtur in tempus impletum: & ideo interim non impedit transmissionem. h.d. not. secundum. Bald.

VI. Imp. ALEXANDER. A. Maximo.

EX his verbis, *Do lego Aeliæ seuerinæ filiæ meæ, & Secundæ[e] decē: quæ legata accipere de-*

bebit, cū ad legitimum ſtatum peruenerit: non conditio[f] fideicommisso vel legato inserta, sed petitio in tempus legitimæ ætatis dilata videtur. § ¶ Et ideo si Ælia Seuerina filia testatoris cui legatū relictum est, die legati[h] cedente[i], vita functa est: ad hæredem suum actionem transmisit, scilicet vt eo tempore solutio fiat, quo Seuerina si rebus humanis subtracta non fuisset, vicesimumquintum annum ætatis implesset. Nō cœptum[k] enim annum, sed impletum,[l] si de emolumento relicti fideicommissi tractetur, expectandum esse iuris prudentibus placuit[m]. PP. XIII. Kalēdas Ianuar. Alexandro A. II. & Marcello Coss.

Fideicōmissum etiam ab intestato relictum, post diem eius cedentem transmittitur ad hæredē etiam per ignorantiam salua quarta Trebelliani cō. Salycetus.

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Eusebio.

SI fideicommissū ab intestato fuerit sorori tuę relictum cōdicillis, & postea quàm dies fidei cōmissi cessit rebus humanis (licet ignorās[n] fideicommissum) excesserit: actionem huiusmodi acquiri potuisse, dissimulare nō poteris: salua tibi intestato succedēti quarta portione. Suppos. Kalen. Maiis Trallis. AA. Coss.

TITVLVS LIII.
VT IN POSSESSIONEM legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat.

Quoniam pro legatis satisfiri debet videndum quando satisfiri debeat, ut inter pom, & pro quibus legatis, & quibus debeat satisfieri, & qualiter sit satisfiendum, & quid veniat in satisdatione. A. Ro.

QVoniam.] CASVS. Fundum vel in diem vel sub conditione legasti, petij vt hæres mihi satisdaret de eo dando die adueniente, vel existente conditione. dicet hęres legatū mihi non deberi: an index debeat cognoscere an debeatur, nec ne? dicitur quòd sic summatim: & quòd decernere debet vt mihi satisdetur.

Fideicommissi

mittat: vt & ff. de ma. test. l. si ita scriptum fuerit. & de fideicō. lib. l. si fideicommissaria. §. pen. & de leg. j. l. si cui legetur. in prin. & ff. de condi. & dem. l. quibus diebus. §. ij. Sol. hic purè reliquit testator: sed diem solutionis apposuit, secundum Io. fic & aliàs ff. de leg. j. l. si mihi. §. j. Sed in legibus contrariis hoc agebatur. vt esset in diem legatum, non solum pecitio: arg. ff. eo. l. si cum præsumitione. Vel dic ex coniunctione personarum præsumitur quòd testator filiæ suæ gratia distulit solutionem: sicut in d. l. si cum præsinitione. & de ali. le. l. libertis. ij. §. ab hæredibus. apparet fauore alimētorum idem constituit. Vel melius, distingue an voluerit testator facere conditionem: & tunc haber locum lex. ff. de lega. j. l. si cui. cum suis concor. si autem noluit, aut distulit gratia hæredis: & tunc expectatur tempus legis quòd dixit, licet priùs moriatur: vt hic, quia filię fauore videtur fecisse. aut gratia legatarij distulit: vt quia pipullus nesciebat gubernare: & tunc statim: vt ff. de condi. & de mō. l. quibus diebus. §. ij. cum suis concor.

h *Legati.* quod est de morte testatoris: vt ff. titu. ij. §. in nouissimo.

i *Cedēte.* quod est mortuo testatore: vt supra titu. ij. §. in nouissimo.

k *Non enim cœptum.* Respondet tacitæ obiectioni, bene dico impleſſet: non enim cœptum &c.

l *Impletum.* arg. contra ff. ad Trebel. l. qui filium. §. Sabinus. Solu. speciale ibi, vt ibidem dicitur.

m *Placuit.* nam hæres Seuerinæ nō potuit

petere ante vicesimum quintum annum completum.

SI *fideicommissum.*] CASVS. Si sorori meæ decem legasti in codicillis, & die legati cedente, ignorans sibi ea relicta, decessit: an ei sit acquisita actio ad legati petitionem, & per consequens ad hæredem eam transmiserit, quæritur? Dicitur quod sic, salua quarta succedentibus ab intestato.

n *Ignorans.* sic videtur quòd si alicui relinquitur fundus etiam eo ignorante, acquiritur ei dominiū: vt ff. quemadmo. ser. amitt. l. si partem. §. j. & de leg. ij. cum pater. §. surdo. & de leg. j. l. si fundum. j. §. si Titius. Sed Alb. dicit cōtra: vt ff. de condi. insti. l. si quis ita. Item not. succedentes ab intestato quartam detrahere posse: vt ff. ad leg. Fal. l. filius familias. & ff. si quis omiſ. cau. testa. l. fin. & ff. ad Trebel. l. si per fideicommissum. & ff. fami. erci. l. filij. & l. si cogitatione.

Quarta de. trahere possunt hi qui ab intestato succedunt.

a *Fideicommissi.* generalis vel specialis.
b *Subtiliter.* sed summatim: & hoc nisi paratus sit hæres incõtinenti probare non deberi: vt ff.e.l.si is à quo. in princip. & ff. vt lega.nomine ca.l.hæc stipulatio.§.j.
c *Vt satisfietur.* semel, non amplius, nisi aliquid inopinatum emergat: vt ff. eo.l.si is à quo.§.fi.& l.fi.§.j. Et non habet locum hæc satisdatio in liberatione legati: vt ff.eo.l. j.§. si debitori.

IPsis.] CASVS. An satisdatio de legato reddendo relicto in diē, vel sub conditione,à testatore in fauorem voluntatis vltimæ remitti possit,quæritur? Dicitur quod sic.
d *Remitti.* vt & supra de condi. inser. l.vij. & infra eo. l. pe. & ff. de pac.l. pactum. Sed an hypothecam tollere possit taciram ? quod videtur, sicut inducitur: vt supra communia de lega.l.j.§. cum enim. sed argu. contra ff.de lega.j.l.nemo potest.

SIpostquam.] CASVS. Si legata mihi in diem vel sub conditione relicta, & hærede de eo restituendo die adueniente, vel conditione existente, cauere nolente missus fuero in possessorum hæreditariarum & custodiæ causa, & eas obligauerit hæres, vel vendiderit: quis potior erit in pignore, quæritur? dicitur quod ego potior ero.
e *Inductus.* tali modo cõstituitur pignus prætorium: vt ff. de pign. ac.l.non est mirum. & infra qui po. in pigno. ha.l.cum rem. Sed cum hodie per Iustinianum omnia bona hæreditaria tacitè sint obligata legatario, vt supra communia de leg.l. j. etiam sine inductione in possessionem, esset verum quod subiicit.

Pignus prætorium quatuor constituitur.

f *Præcedere.* quia sunt diuersorum titulorum: vt infra qui po. in pig. ha l.ij.secus si ex eadem causa postea fiat pignoris obligatio: vt ff. eodē. l.is cui. §. si plures, & §. qui prior.

CVm Artemidoram.] CASVS. Mulierem quādam hæredem instituisti,& eā quando decederet, de hæreditate Titio restituenda rogasti: an Titius antequam ei restituatur hæreditas, debitores hæreditarios conuenire possit? Respond, quòd non,sed conuenire poterit vt satisfient de hæreditate restituēdā nisi a te remissa fuerit satisdatio. Idē & si rogata fuisset restituere, vt Papi.dicit in litera.
g *Moreretur.* scilicet Artemidora.

Ex summaria cognitione venitur ad satisdationem legatorum. Bal. Vel sic. Pro legato in diem relicto debet hæres satisfacere,& an legatum debeatur, sufficit indici summatim constare. Salycetus.

I. Diuus ANTON. PIVS Saluio.

VOniam nihil actor amplius postulat, quàm vt fideicommissi[a] nomine satisdetur: non debet is qui iuri dicundo præest, subtiliter [b] cognoscere, debeatur necne fideicommissum,sed tantum decernere vt satisdetur.Sine die & consule.

Satisdatio de fideicommissis & legatis præstandis potest per testatorem remitti. Saly.

II. Diuus Marcus Stratonicæ.

IPsis rerum experimentis cognouimus ad publicam vtilitatem pertinere, vt satisdationes quæ voluntatis defunctorū tuēdæ gratia in legatis & fideicommissis introductæ sunt, eorūdem voluntate remitti[d] possint. Quocunque enim iudicio voluntatis, cautio legati vel fideicommissi remitti potest.Sine & die & consule.

Prius inductus in possessionem ex pignore prætorio,potior est quàm emptor vel creditor posterior se. Bald. Vel sic: Habens pignus prætorium, præferetur posterioribus diuersum titulum prætendentibus. Saly.

III. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Symphoro.

SIpostquam seruadi legati seu fideicommissi gratia in possessionem inductus [e] es, pignoris obligatio,aut venditio ab hærede internenerit: præcedere [f] causam tuam, quam iure prætorio veluti pignus habuisti, manifestum est.PP.XI.Ka. Decē. Dextro & Prisco Coss.

Cautio nomine fideicommissi debet præstari per hæredem rogatum, non per debitores hæreditarios conditione fideicommissi pendente.l.d.no. Bald. Vel sic: Ante hæreditatis restitutionem fideicommissarius non agit contra hæreditarium debitorem: potest tamen petere ab hærede, vt ei satisfiet de fideicommisso restituendo. Salye.

IIII. Imp. ANTO. A. Protagoræ.

CVm Artemidoram patri pupillorum tuorum hæredem extitisse proponas: quamuis vt fideicommissam hæreditatem

A h *Non prohibuerit.* quod potest: vt §.ad Treb. auth. contra cum rogatus.& §.e.l.ij. Et nor.etiam pro hæreditate satisdari: vt hic & ff.vt le.no.ca.hæc stipulatio. Sed hoc fallit quando fratribus suis vel filiis rogatus est restituere:vt §. ad Treb.l.iubemus. Ité videtur contra.ff. de vulga.substi.l.ij.§.j. sed hic non est solicitus de hæreditate, sed de satisdatione.

Satisdatio etiam datur pro hæreditate.

QVi legat.] CASVS. Missus in poss. rerum hæreditariarum, hærede non cauente causa legatorum seruandorum: an ex ea missione consequatur illarum rerum dominium, quæritur? Dicitur quod non, sed ius pignoris tantum: & vt post acceptum pignus, vt satisfiat adueniente die, vel conditione existente, prouidebit competens iudex.

al. conuenti potest.

i *Ius pignoris.* non tamen hæredem expellet, sed tædio forte recedit:vt ff.eo.l.is cui.in pfin.

CErta.] CASVS. Si fundum in diem vel sub conditione mihi legasti : & hæres de eo mihi restituendo die adueniente, vel conditione existente, satisdare noluerit: qualiter contra ipsum procedetur, quæritur ? Rñ. quod mittendus sum in possef. rerum hæreditariarum : & nisi post sex menses connumeratos à tempore quo cœpi petere mihi satisdari, de fideicom.mihi satis faciat: mittat in poss. rerum hæreditariarum.

k *Mittitur.* scilicet statim, dummodo interpellet hæredem: vel per * cum non remaneat quominus interpellet: vt ff.e.l.j.§.non exigitur.

*al. non facit. *al. petere.*

l *Sex menses.* continuos: vt ff. eo.l. is cui. §.imperator. & §. sex menssium.& facit.ff.qui satisda. cog. l. de die.§. penul.

m *Constitutionem.* cuius verba sunt ff. eo.l. is cui.§.imperator.

SCire.] CASVS. An satisdatio de legato seu fideicom. die adueniente vel conditione existente præstando hæredi à testatore, remitti possit, quæritur? Respond.sic. Sed si testator vsumfruct. fundi mihi reliquerit : an satisdationem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, mihi remittere possit,quæritur? Respon.quòd non.& hoc in secunda.

n *Constituisse.* vt §. eo.l.ij. & idem dicitur .ff. de condit. & demon. l.auia. & l.cum tale.§.quid ergo.& ff. de pac.l. pactum. & hoc verum,etiā si hæres bona dilapidet; vt ff.vt le.no.ca.l.fin. in princip.

Posse.

a *Posse.ff.si pecuniæ.& §. de vsufru.l.j. & est ratio:quia prima satisdatio gratia defuncti imponitur: vnde ei renuciare potest: vt & §.e.l.ij. & supra de pac.l. si.in secunda non, sed hæredis: vt argu.ff.ad leg. Falcid.l. quod de bonis.§.fina. Item inuita retur ad delinquendum.*

CONtra.] CASVS. Si administrator reip. nomine legati relicti reip. in diem, vel sub conditione de eo præstando, adueniente die vel conditione ab hærede non satis acceperit : si postea factus fuerit hæres non soluendo : an conueniri possit ipse vel hæres suus,quæritur ? Respon. quod sic : sed qua actione, non aperit: tu dic actione in factū, in quantum interierit reip, ipsum ab hærede satis accepisse.

al. conueniri potest.

b *Non esse.* ideo quia non fuit satis acceptū.
c *Actionem.* scilicet in factum : vt infra de admi. rerum ad ci. perti.l. ij.lib. xj.& ff. de magi. conue.l.fin. & facit supra de magi.conue. l.j. ij.& iij.

De legitimis liberis.

DE SVIS ET legitimis liberis,&c.

Continuatio.

Vsque hue dexit de successionibus testamentariis:nunc de his quæ ab intestato deferuntur. & primo de linea inferiori & superiori,vsque ad titu. de legi.hære.

SIfratri.] CASVS. Mulieri erat delata bon. poss. in bonis fratris intestati: eam intra centum dies non agnouit: an tempore prędicto excludatur ? Dicitur quod non: cū sit fratris hęres legitima, vt quia eodem patre nata est, quia super hoc datur ei annus . Vel dic: Mulier quędam habebat fratrem cui erat agnata : decessit frater nullo alio relicto qui sit proximior .: mulier non excluditur ab acquisitione hęreditatis illius centum dierum spacio.

d *Legitima.* vt quia ex eodem patre nata esset, sed si ex eadem matre tantum, cognata esset: vt instit. de legi.agna.suc.§. sunt autem. & sic repellitur vterina centum diebus elapsis: vt supra qui admit. ad bon.poss.l.ij.& ff. vnde cog.l.j.in princ.Sed hodie etiam vterina admittitur: vt infra de le.hæred.l.fin.§.sed nec fratrem.cum distinctione tamen, per authent. vt præponatur vterinque cõiunctus: vt infra communia de succes.authen. itaque.

e *Non excluderis.* cum de iure ciuili scilicet.l. xij. tabularū admittatis: vt instit.de perpe.& temp. act. in princip.& hæc lex melius staret sub illo titu.infra de legi.hæredi.

minimè satisdationem remitti testamento posse.[a] PP. X. Kal. Martij, Fusco II. & Dextro Coss.

Pro legato reipublicæ tenentur administratores satisdationem petere: quod si non faciant, tenentur ad interesse. Salyc.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Zenodro.

COntra eos, siue successores eorum, qui rēpublicam administrantes per officij necessitatem ciuitati sub conditione relicti fideicommissi satis acciperе debuerunt: quanti reipublicæ interierit satis acceptum non esse, [b] dirigendam certum est actionem. [c] Suppos. VII. Kalen.Mart.CC. Coss.

TITVLVS LIIII.

DE SVIS ET LEGITIMIS liberis,† & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.

Legitima successio non excluditur, licet intra centum dies bonorum possessio non petatur. Bald. Vel sic: Hæres legitimus à succedendo non excluditur centum diebus. Sal.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Crispinæ.



SIfratri tuo legitima [d] hæres esse potes:centū dierū præfinitione non excluderis [e] ab acquirenda hæreditate. PP. III.Non.Novembr. Antonino. A.II.& Geta.II. Coss.

Nepotes ex diuersis filijs succedunt auo in stirpes. Bald.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Auiæ.

NEpotes ex diuersis filijs varij numeri [f] auo succedētes ab intestato, non pro virilibus portionibus, sed ex stirpibus succedunt.§ S. III. Kalen. Mart. Hadrianopoli, ipsis AA. IIII.& III. Coss.

Filius filii præmortui succedit æqualiter auo cum superstite eius filio. Bald.

III. Idem AA. & CC. Frontoni.

VT intestatò defuncti filius, ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non inuenitur, manen-

A NEpotes.] CASVS. Decessit paterfam.in testamento relictis ex vno filio mortuo duobus nepotibus, ex alio quatuor.an in stirpes, an pro æqualibus portionibus ad successionem admitti debeant,quæritur? Respond.quod in stirpes diuidenda est hæreditas, scilicet quod duo habeant vnam medietatem, alij quatuor aliam dimidiam.

f *Nomeri.* ex vno duo: ex alio tres,vel quatuor: Accur.

g *Succedunt.* vt instit. eo.§. cum filius. & in auth.de hære. ab intest. §.j.col.ix.

VT intestato.] CASVS. Decessit paterfamilias relicto filio, & nepote ex altero filio mortuo: an filius & nepos æqualiter succedere debeant, quæritur? Respond. quod sic : & hoc l. xij. tab. cauetur. Idem est in successione de iure prætorio danda, vnde liberi bon. pos.

h *Cauetur.* vt instituit. eo.§.cum filius.
i *Sequitur.* dando vnde liberi bonorū possessionem.

NIntestato.] CASVS. Paterfami. fororem habens, ab intestato decessit, vxore prægnante relicta: an posthumus, an foror consanguinea,id est eodem modo ex patre nata, ad hæreditatem eius admitti debeat, quæritur? dicitur quod posthumus.

k *Defuncto.* scilicet patrefamilias.
l *Sororem.* defuncti.
m *Factus.* vt instit. de hæred. quæ ab intesta. in prin.
n *Nimis.* i. valde.

SIte.] CASVS. Titius filium in potestate sua habens, eum Seio dedit in adoptionem : an Seio mortuo filius Titij cum filiis Seij naturalibus & legitimis vel post adoptionem vel ante acquisitis, succedere possit, quæritur? Dicitur q̄ sic.

o *Naturalibus.* subaudi, & legitimis : & hoc si tempore mortis naturalis patris non ex ab adoptiuo patre emancipatus: vt infra de hærede quæ ab intesta. §. at hi.

EX *libera.*] CASVS. Seruus cum libera consuetudinem habēs, filium ex ea sustulit: postea manumissus & natalibus restitutus, decurio factus est: an filius habendus sit vel pro filio decurionis, quæritur? dicitur quod non.

p *Filius.* vt cuitet tormenta: vt j. de pœnis. l. decurionum filij.
q *Natalibus.* aliàs non fuisset ad honores admissus : vt j. ad le. Iul. Visel. l. j. Acc.
r *Defendi potest.* tempore conceptionis citra statum patris inspectо:

Nepotes ex filia succedunt auo cum filijs.

Natus ex libera & seruo, non succedit vt spurius: licet patri dignitas superueniat. Salycetus.

VI. Iidem AA. & CC. Posidonio.

EX libera conceptus & seruo, velut spurius habetur: nec vt decurionis filius [p] (quamuis pater eius naturalis manumissus, & natalibus [q] suis restitutus hunc adeptus fuit honorem) defendi potest. [r] Suppositа. VI. Idus Februa. CC. Coss.

Libertus filium habet in potestate: ideo ad eius successionem admittitur vt legitimus. hoc dicit secundum Salycetum.

VII. Iidem AA. & CC. Aemilianæ.

FIlium habere suum libertus in potestate non prohibe-

consuetudinem habēs, filium ex ea sustulit: postea manumissus & natalibus restitutus, decurio factus est: an filius habendus sit vel pro filio decurionis, quæritur? dicitur quod non.

p *Filius.* vt cuitet tormenta: vt j. de pœnis. l. decurionum filij.
q *Natalibus.* aliàs non fuisset ad honores admissus : vt j. ad le. Iul. Visel. l. j. Acc.
r *Defendi potest.* tempore conceptionis citra statum patris inspectо:

spécto: vt ff. de senato. l. emancipatum. §. si quis.

Filium.] CASVS. An libertus filium in potestate habere possit, quæritur? dicitur quod sic: nec eius præteritus status, scilicet seruitus, illum impediret, ad exemplum ingenuorum, cum ei contrahere matrimonium legitimum interdictum non sit.

a *Non prohibetur*. vt j. de ser. reipu. ma. l. si decretum. & de pa. po. l. libertos.

b *Nuptijs*. post manumissionem contractis. Sed quid si ante, & postea filius est procreatus? Respond. idem ar. supra de nupt. & si contra. & ff. de ritu. nup. l. si quis in senatorio. Argu. contra. ff. man. l. si procuratorem. sed secus in casu. l. proxi,

c Aput hostes.] *Vobis*. matri loquitur.

d *Non postulatur*. scilicet vere: vt instituit. de hæred. quæ ab intest. §. posthumi. Sed scire debet quando fuit captus: quia tunc præsumitur mortuus.

Hæreditas nondū adita, ad superiores non transmittatur.

c *Successionem*. vt ff. de iure fisc. l. Lucius. transmittitur ergo hæreditas etiam ad superiores, licet non adita, sicut ad inferiores: vt supra de his qui ante apert. ta. l. j. & est argu. ff. de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. & de hac materia dicitur. ff. de acqui. hæred. l. ventre.

† Ex Cod. Theod. li. §. ti. 4. Cōti. ADDITIO. Aduertas quod Barro. in. d. l. j. §. de his qui ante aperta. reprehendit ibi glo. id ipsum etiam tenentem: quia dicit esse contra casum. l. ij. in. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertull. Nec obstat lēcundum eum hæc lex: quia loquitur de suis, qui transmittunt ad omnes: vt est casus secundum eundem Bart. ibi in. l. ventre. ff. de acquir. hæred. & in l. iij. supra de in. delibe. De quo vide latius per eundem in d. l. ventre. in. iij. col. verſic. quartus casus &c. & tangit idem Barro. in. l. ij. infra ad senatuscon. Officianum.

† *Hoc omissa est clausula. l. qua conuentibus agnatis datur quarta. diuus quæ dā quasi Valentia: vt ap paret ex in terpreta lege in Cod. Theo. posita. Ideo ante omisit, quia ea cor rexit. l. vlt. j. e. & in inst. l. b. 3. tit. j. §. vlt. ut se nō con cessisse vt in hoc loco dicere poneretur. Cōtius.*

Si *defunctus*.] CASVS. Quod in. l. ista dicitur, habebat locum iure antiquo. pone quod auus maternus decesset relictis pluribus filiis: & ex vna filia præmortua reliquit plures nepotes, vel pronepotes: illi nepotes succedunt auo cū patruis & auunculis suis cum deminutione tertiæ partis, quæ deber dari auunculis istorum nepotum. & hoc in prima. In secūda dicit, quod statuimus in bonis aui materni, idem habeat locum & in bonis auiæ maternæ vel paternæ, scilicet vt nepotes succedunt cum deminutione tertiæ partis. Tertio dicit quod hoc verum est, nisi auia iussit comburi instrumenta in quibus nepotes erāt instituti: & postea fecit instrumentum in quo extraneos instituit, & nepotes exhæredauit. Quarto dicit, rediens ad primum siue auus vel auia mortuus fuerit, testatus vel testata, & nepotes prætericrit, vel exhæredauerit; quia nepotes succedunt cum deminutione tertiæ partis. Quinto dicit, quod si pater exhæredasset filiam sine causa, quod habebat querelam inoffic. testamen. & petitio hæreditatis: & ea filia eandem actionem transmittit ad filios suos, qui sunt testatoris nepotes. & hoc dicit.

tur,[a] cum ob præteritum statum ex legitimis nuptijs [b] ingenuorum exemplo filios habere liberto non sit interdictum. S. XVI. Kal. Mart. CC. Coss.

Existentia sui hæredis operatur transmissionem de filia ad matrem. l. d. communiter secundum docto. vel sic: Si filia se immiscuit bonis patris apud hostes defuncti, hæres extitit, licet certissimaliter mortem eius tunc nescisset. Salycetus.

VIII. Iidem AA. & CC. Catoniæ.

APud hostes patre defuncto, B filia communis vobis,[c] quo casu mortis scientia non postulatur, [d] hæres extitit sua, & ad te trāsmisit successionem,[e] S. XII. Kalend. Decembr. Nicomediæ, Cæsaribus Conss.

Auo vel auiæ ab intestato morienti succedunt nepotes ex filia, cum auunculis & materteris, cū deminutione tertiæ partis eius portionis in qua parens succederet si viueret: & eis præteritis, vel exhæredatis, contra testamentum competit idem ius, quod parenti eorum competeret si viueret. Sal.

IX. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCAD. AAA. Constantino præfect. præto.

VBi auiarum[s] successio mor C te interueniente discutitur capitis deminutio[t] paterna quærenda non est. Tunc enim in huiusmodi hereditatibus filiorum status aut persona spectatur, quotiens de eius bonis qui potestatem familiæ potuit habere, tractatur.[v] Dat. XV. Kalen. Octobr. Rauennę. Theodosio. XIII. † & Valentiniano. III. A A. Conss.

Patri & matri filius & filia ipso iure succedunt. b. d. secundum Bald. vel sic: In successione ab intestato primo admittuntur descendentes quàm ascendentes. Sal.

XI. Impp. THEODO. & VALENTINIA. AA. ad Senatum urbis Romæ.

SI matre superstite filius vel filia, qui quæve moritur, filios dereliquerit: omnimodo patri suo matrive suę ipso iure succedant. [x] quod sine dubio vel non, quæritur? Dicitur quod non: quia hoc quærendum est de successione eius qui filium habere potest in potestate. fœmina autem habere non potest.

s *Vbi auiarum*. tractatur enim an filius filij emancipati succedat auiæ paternæ, vel maternę.

t *Deminutio*. l. minima: vt emancipatio.

v *Tractatur*. sed mulier non potest potestatē habere familię. vt insti. de adop. §. fœminę.

SI *matre*.] CASVS. Si aliquis matrem & filios habens, illis superstitibus decessit: in successione illius mater an filius præferri debeat, quæritur? Respond. quod filius.

x *Succedant*. excluſa matre: quia prima causa est in successione filiorum: vt institu. de hęre. quę ab inte. in prin.

Pronepotibus.

a *Pronepotibus*. id est nepotibus defuncti, qui sunt pronepotes ad eam cui præferuntur.

QVotiens.] CASVS. Dicit quod descendentibus ex linea materna non datur bonorum possessio vnde liberi in bonis maternis: nec etiam agnati & collaterales possint quartam partem hæreditatis mortuæ personæ sibi vindicare: nec etiam tertiam iure nouo: licet per. l. supra eo. l. si defunctus. possent. sed soli descēdentes admittentur ad successionem mortuo parente: quia in prima causa iure cessionis est descendentium. & hoc in prima. In secunda dicit quod locum habet in futuris negotiis, & non præteritis. & hoc dicit.

b *Nepotibus*. ex filio vel filia, cum de hæreditate fœminæ agitur: vel ex filia cum de hæreditate matris: nam istis non competit vnde liberi: quia vnde lib. datur illis quibus contra tabulas dari potest: vt ff. si tabulæ testamenti nullæ extabunt. l. vnica. §. rectè autem. & §. Labeo. & istis competere non potest contra tabulas: vt ff. de contra tabu. illud. §. ad testamentum ta.

†Corrigit. l. si defunctus. C. Tit. quatenus ad illam clausulam attinet quę agnatis quadrantē tribuit. quatenus autē attinet ad istos nepotibus ex filia adhibet. vt ff. de contra tabu. mum corr. corrigit, sed denuo in Nouella. 18 Cōtius.

c *Agnatis*. in tertio vel quarto gradu, vel deinceps: vt institu. de hære. quæ ab intesta. §. finali. Accur.

d *Quartam*. sed nec tertiam habent hodie per authē. vt dixi in. l. si defunctus.

† Ex Cod. Theod. lib. §. tit. j. d. c.

INSVCCESSIONE.] CASVS. Authen. ista dicit idem cum. l. C. scilicet quod in successione ab intestato potior est causa descendentium, quàm collateralium. addit autem ista authenti. aliquid: nam dicit quod si decedat paterfami. siue filius fami. potior est causa descendentium: & si plures sunt eiusdem gradus, vt sunt filij primi gradus, vocantur æqualiter. si diuersi gradus sunt, vt sunt nepotes: vocantur in stirpes: & vocantur sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, & sexus: & sublata differentia agnationis & cognationis, sola naturali causa inspecta.

e *Primi quidem gradus*. vt sunt filij.

f *Æqualiter*. id est pro virili.

g *In stirpes*. hæc etiam olim erat vt supra eo. l. nepotes. secus in collateralibus: vt in cor. authen. §. sin autem defuncto. Vel dic vt nor. in authen. cessante. infra de legi. hære.

h *Sola naturali causa inspecta*. hic videtur corrigi quod de adoptiuis dicitur, quod cum naturalibus succedāt: vt insti. de adop. §. sed hodie. quod non placet: nam verbum, sola, hic positum, differentiam patriæ potestatis, sexus, & cognationis tātum tollit. sic supra de iur. om. iudi. l. ij. puto tamen per hæc verba sublatum esse edictum de cōiungendis cum emā. lib. Item vsque ad quem gradum admittitur cognatus? nunquid vt olim, vt institu. de suc. cog. §. finat. Respon. non. quia sic differret agnatus à cognato. Sed permittam in omnibus successionem vsque ad gradum decimum. Item nunquid dominus cognato serui sui succederet? Respond. non: quia nec hoc per prætorem fiebat, qui tantum naturalem causam intuebatur: vt ff. vnde cog. l. ij & institu. de seruili cog. in principio. Et nota quod hæc verba, sola naturali, &c. non sunt de corpore authenti. sed Ir. posuit.

Cognatios: agnati hodie succedūt.

vsque ad decimum gradum.

B cedunt, nepotes & vlteriores in stirpes, [g] non distinguendo sexum, vel iura potestatis, sed sola naturali causa inspecta.[h]

& de pronepotibus [a] obseruandum esse censemus. Dat. Idibus Nouembr. Theodosio. XV. & Valentiniano. III. AA. Coss.

Descendentes (etiam quibus non competit bonorum possessio vnde liberi) potiores sunt de iure ciuili, quàm collaterales agnati. Salycetus.

XII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

QVotiens† aliquis vel aliqua intestatus vel intestata, mortuus vel mortua fuerit nepotibus [b] vel pronepotibus cuiuscunque sexus, vel deinceps aliis descendentibus derelictis, quibus *Vnde liberi* bonorum possessio minimè competit, & insuper ex latere quibuscunque agnatis: [c] minimè possint iidem agnati quartam [d] partem hæreditatis mortuæ personæ sibi vindicare, sed descendentes soli ad mortui successionem vocentur. ¶ Quod tantum in futuris, non etiam præteritis negotiis seruari decernimus. Dat. Kalen. Iul. Constantinop. D N. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

IN AVTHENT. de hęre. ab intesta. §. j. colla. ix. constitu. j.

Hodie ad successionem defuncti primo vocantur liberi, sublata differentia sexus, & patriæ potestatis. Salycetus.

INsuccessione mortui patrisfamilias, siue filiifamilias, liberi eius, si sunt, omnibus aliis prælati, succedunt. ¶ Primi quidem gradus [e] æqualiter [f] suc- D ribus eis tutores non petierint,

TITVLVS LV.
AD SENATVSCONsultum Tertullianum.

Mater succedit filio infanti ab intestato morienti, & econtra. Salyc.

I. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Viuianæ.

B

LIcet[i] liberi matribus ab intestato ita demum per se [k] hæredes existāt, si fari possint: tamen matres liberis etiam si infantes naturæ concesserint, [l] posse [m] succedere, nulla dubitatio est. PP. X. Kalend. April. Tiberiano & Dione Coss.

Pater præfertur matri in successione filii. l. d. hodie autem conuertunt: vt in authē. de nouiciō. infra eodem. Salycetus.

II. Iidem. AA. & CC. Rhesæ.

C IN successione filij [n] vel filiæ communis siue liberis & fratribus & sororibus morientis, pater manumissor, [o] quia ei sit vetus ius seruatum, [p] matri præfertur. [q] S. VI. Id. Decem. CC. Coss.

Exceptio tutoris non petiti non excludit matrem à successione filii pōst ea si ci li adulti. Salycetus.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. Catulino proconsuli Africæ.

MAtres, quæ puberes [r] amiserunt filios, licet impube

Ultimatio.

Dictum est de his qui succedit ascendentibus: nunc de his qui succedunt descendentibus.

Licet.] CASVS. An filius infans matris ab intestato mortuæ hæreditatem per se adire possit, quæritur? dicitur quod non: sed per tutorem. Si autem infans decessit: an mater eius succedere possit per se, quæritur? dicitur quod potest.

i *Licet*. per suam conditionem, quæ & annū desiderat.

k *Per se*. sed per tutorem potest vt supra de iur. de libe. l. si infanti. & l. potuit.

l *Concesserint*. id est decesserint.

m *Possę*. sed quid de patribus? Respon. pater vel habebat filium in potestate: & sic iure veteri non habet hæredem ab intestato, vel emancipauerat, & succedebat ei, si contracta fiducia, id est seruato iure successionis emancipatis: quod hodie præsumitur: vt institur. de legi. agna. succes. §. finā. & infra. l. proxi.

INsuccessione.] CASVS. Decessit quis patrem & matrem habens, nullo collateralium vel descēdentium relicto. in successione eius, mater an pater præferri debeat, quæritur? Respon. quod ma-

n *In successione filii*. emancipati.

o *Manumissor*. id est emancipator: vt ff. quando de pecu. ac. an. est. l. j. §. j.

p *Seruatum*, quia emancipauit contracta fiducia.

q *Præfertur*. vt & infrit. eo. §. præferuntur. sed secus in auo & auia: vt ff. eo. l. ij. §. obiicitur. nisi in casu, scilicet quādo est & pater & auus: vt ff. eo. l. æquissimum §. fi.

MAtres.] CASVS. Si filio suo impuberi mater tutorem non petiit, & postea pubes factus decessit: an à successione illius mater excludatur, quæritur. Dicitur quod non.

r *Matres quæ puberes*. scilicet existentes ipsæ matres, quod non placet. dic ergo ad filios referri. Secus ergo si impuberes decesſ. *Mater quæ* ferunt: vt hic, & j. Iomnem. & infra. c. §. fi. & j. de leg. hæred. l. *dopte filii* sciant. Excusatur ergo mater si factus est pubes: vt hic. Item si *successio* interesse filij videatur non petere tutore n. Item si alius præ- *non petit* uenit eam petere volentem. Item si filius haberet alium tu- *li vt ibi tu* torem, puta legitimum. Item si mater esset minor. Aliæ quo- *torem non* que causæ enumerantur. ff. eo. l. l. ij. §. confestim. & §. si mater *quæritur.*

non

non pericrit. & supra si aduer. deli. l. ij. & ff. qui pe. tu. l. ij. in princi. ADDITIO. Aduertas dum glo. ista dicit quod mater excusatur si pupillus habet aliũ tutorẽ, puta legitimum, quod hoc procedit secũdum tempora huius. l. & l. ij. ff. qui pe. tut. secundum quę tẽpora mater non poterat esse tutrix: & non succedebat tutela legitima: sed cum mater hodie si vult, præferatur omnibus tutoribus legitimis & datiuis: vt in authen. matri & auiæ. supra quando mulier tutelæ offi. &c. non potest dici quod mater excusetur propter legitimum: non enim est legitimus, nisi ipsa prius declaret se nolle: vt dicit Bart. hic. rex. est secundum eum, qui hoc dicit in l. ij. §. si mater. ff. eodem.

a *Præscriptione.* id est exceptione.

b *Eorum.* puberum.

c *Præscribi.* id est excipi.

† *hæc lex iisdem verbis ita posita est in tit. de secundis nuptijs. Contius.*

SI *qua.*] CASVS. Si mulier filios non habens, intra annum à tempore mortis mariti nupserit, infamis est: nisi beneficio principis remissa sibi fuerit infamia. Si vero filios habuit, similiter infamis efficitur, nisi à principe infamia remittatur, cum aliis pœnis quæ sunt supra de secun. nup. l. j. & hoc denum si medietatem omnium bonorum filiis mater cum plena proprietate reliquit, id est donauerit. & si vnus ex filiis decesserit, aliis portio sua accrescit. Si autem omnes decesserint, tunc illa medietas reuertetur ad matrem: & illam habebit præcipuam. & hoc in secunda.

d *Festinatione.* quod ante completum annũ nupsit post mortẽ viri.

e *Infamis sit.* vt & supra ex quibus cau. infa. itr. l. decreto. & ff. de his qui notan. infa. l. j. Accursius.

f *Permittimus.* hoc aliqua conditione.

g *Pœnarum.* quæ numerantur supra de sec. nup. l. j. in fi.

h *Facultatum.* ipsius mulieris.

i *Medietatem.* totius substantiæ: vt in authen. de nuptiis. §. j. in fi. §. & melius in. §. si j. iuncti. col. iiij.

k *Obeuntibus.* scilicet sine filiis. Item bene dicit, intestato: quia in testamento cui voluerit potest relinquere: cum donare & vendere possit: vt in authen. de nup. §. hinc nobis. colla. iiij.

l *Præsumat.* & ante alios capiat.

MAter.] CASVS. An mater bona filij decedentis, si fecit testamentum, vel ab intestato nullo descendente relicto, pleno iure habere possit, quæritur? Respon. quod si ad̃ secundum matrimonium non conuolauerit, pleno iure habebit

A ea, vndecunque quæsita. si vero ad secundum matrimonium migrauerit, ex paternis bonis acquisitis vsumfruct. tantum. sed alia bona quæ acquisiuit filius extra bona patris, pleno iure habebit in paternis bonis: quando habebit vsumfructum, proprietatem ad fratres & sorores defuncti transmissura.

præscriptione a tamen non petiti tutoris ad excludendam eorũ b successionem minimè debere præscribi, c certum est. D. VI. Kalend. Augu. Constantio A. VII. & Constante Coss.

Mulier nubens intra tempora luctus, efficitur infamis, nec valet remissio infamiæ, & ceterarum pœnarum facta à principe, vbi liberos ex priore viro habuit, nisi omnium suarum facultatum tempore secundarum nuptiarum extantium medietatem sine aliqua conditione eis dederit, & eorum altero decedente, ad superstitem debet peruenire: & omnibus ab intestato morientibus ad matrem debet redire. Salycetus.

IIII. Imppp. GRA. VALEN. & THE. AAA. Eutropio. P.P.

SI qua mulier nequaquam religionem priori viro, ex quo filios seu filias nõ habet, nuptiarũ festinatione d præstiterit, ex iure quidam notissimo infamis sit, e nisi huiusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat. sin. autem ei filij erunt seu filię, & impetrauerit indulgentiã, infamiæ abolitionẽ permittimus, f & cæterarum pœnarum g antiquationem, si facultatum h omnium quę fuerunt tempore nuptiarum, medietatem i filio vel filiæ, filiis seu filiabus donauerit, quos habebat ex viro priore susceptos, purè scilicet & omni donationis solennitate completa, nec retento quidem vsufructu. ¶ Quem quidem semissem si duobus filiis seu filiabus pluribusve donauerit, & sorte fatali vnus vel vna, seu alius vel alia ex iisdem intestatus vel intestata obierit: semper ad superstites fratres vel sorores volumus pertinere. ¶ Sin autem vniuersi vel vniuersæ intestati diem obierint: duræ fortunæ ad matrem solatia ex integro reuertãtur: ita scilicet, vt hũc semissem, quem filiis vel filiabus donauerat, intestato diem obeũtibus, k rursus ipsa separatim ab vltimi filij vel filiæ hæreditate præsumat. l PP. XV. Kalen. Ian. Gratiano. V. & Theodosio AA. Coss.

Fratres defuncti non excludunt eius matrem, sed cum ea succedunt pro virili: sorores vero in stirpes. & si simul concurrãt cũ matre fratres & sorores: tunc omnes admittuntur pro virili, patruo exclusos: & hoc vbi pater defuncti non concurrit. Si vero concurrat: aliter seruatur si defuncti erat sui iuris: aliter si in potestate. hodie seruandum est authentica hic posita. Sal.

VII. Imp. IVSTINIANVS A. Menuæ præfecto prætorio.

Mater quæ succedit filio, si alteri non nubat, hæreditatem retinet pleno iure. si vero nupserit: in bona à marito prouenientibus solum habet vsumfructum: in aliis ius plenum. Salycetus.

V. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Senatui vrbis Rom. †

MAter † quæ defuncto filio filiaue sine liberis ex testamẽto, vel ab intestato succedit: si matrimonium secundum post mortem filij vel filiæ non contraxerit: omnia m filij seu filiæ morte delata vel derelicta, pleno iure acquirat. Sin verò alterius mariti coniugium n elegerit: extrinsecus quidem quæsita filio filiętue, simili firmitate possideat. rerum verò paternarum † defuncti solo vsufructu humanitatis cõtemplatione potiatur, o proprietatẽ & sororibus & fratribus transmissura defuncti. Data. VII. Id. Nouẽb. Rauennę, Theodosio. XII. & Valentiniano. II. AA. Coss.

Mater tutrix filij priuatur eius hæreditate, si transiit ad secunda vota antequam tutorem alium fecerit ejusdem. Saly.

VI. Idem AA. Florentio. præfecto prætorio.

OMnem † matri, siue ab intestato, siue iure substitutionis, p si filius impubes moritur, denegandam volumus successionẽ, si ea q legitima r liberorum tutela suscepta, ad secundas contra sacramentũ s præstitũ adspirauerit nuptias, antequam ei tutorẽ aliũ fecerit ordinari, eique, quod debetur ex ratione tutelę gestę, t persoluerit. v Dat. VII. Id. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. XVI. & Festo. Coss.

† *Nouel. in Theodos. tit. de tutelis. l. 4. quæ extat integra.*

m *Omnia.* bona.

n *Coniugium.* mortuo iam filio. Et nota quod refert, nubat mater ante mortẽ filij, vel post, si ante, succedit in totum: licet filius seruare debeat: vt supra de sec. nupt. l. fœminæ. §. fina. si vero postea, tunc extrinsecus quæsita filio solida habet: paterna vero quo ad vsumfructum: vt hic, & in authen. de non eli. se. nub. §. & non solum. col. j. quia minus delinquit postea nubẽs. Sed postea hoc corrigitur: quia indistinctè, nubat ante vel post, succedit in proprietatem in paternis etiam: vt in authen. de non eli. §. cum igitur. Sed & d. §. cum igitur corrigitur per authen. de nup. §. hinc nobis. coll. iij. vbi redit ad distinctionem huius legis. Item & illam de nup. dicunt quidam corrigi in authen. de hær. ab intest. §. consequens. col. ix. quia nulla fit mẽtio secũdarum nuptiarum. sed hoc non placet. Sed intellige eam secundum distinctionem prædictæ authen. de nup. & pro hoc est infra. e. ti. l. fi. in fi.

Mater quæ habebat vsumfructum in bonis filij, & nubit ante mortẽ eius, amittit vsumfructum, & non reuertitur post mortem filij. Contius. Et Cuiac. Theod. li. 3. in. l. 8. † habens in liberorum, addebatur in Cod. Th. sed Iustinianus hæc differentia sustulit. Contius. Et hæc lex abrogata est per Nou. 5. per quam.

o *Potiatur.* sed si hæc mater legatis erat grauata, an minuatur, quia sua portio minuitur? Respon. non. ff. de lega. j. l. vlt. circa fi. quia suo delicto est ei minuta. secus si alio modo esset minuta: vt ff. de cond. & demon. l. Plautius.

OMnem.] CASVS. Si mater quæ primo suscepit tutelam filij sui, demum matrimonium contraxit, nec tutorem filio suo petiit: an à successione filij repellatur, quæritur? Respon. quod sic.

p *Substitutionis.* quia pater substituit eam filio.

q *Si ea.* s. mater.

r *Legitima.* id est secundum legem: non tamen ex. l. xij. tab. vt no. §. quando mu. tu. offi. fun. potest. auth. matri.

s *Sacramentum.* iurabat enim nõ trãsire ad secundas nuptias: licet hodie non iurat: vt §. quãdo mu. tu. offi. fun. po. auth. sacramẽtũ.

t *Gestæ.* & malè.

v *Persoluerit.* vt & infra de legi. hæ. sciant. & in qui. cau. pig. ta. contrahi. l. fi. mater. hæc ergo lex loquitur cũ non est testamento data: secus autem si testamento patris data esset, tali similitudine: quia sicut cum mater ab intestato succedit filio si ineat secũdas nuptias, punitur etiam in successione, vt paternorum habeat.

beat vsumfructum tantum. Item cum ex testamento ei succedit, in nullo punitur, licet contrahat secunda vota: vt in authen. de nupt. §. hinc nobis. coll. iiij. sic & si ex lege vocetur ad tutelam: si ineat secunda vota, statim desinit esse tutrix: & si ex re-

Nõ est dissimilis filius filij, si transijt ad secunda vota, & desinit esse tutrix.

stamẽto nanciscatur tutelam, non desinit esse tutrix: licet postea transeat ad secunda vota. & hoc secundum quosdã. Sed Ioan. & Al. contra. nam in testamẽto secũdũ hæc iura dari non potest tutrix. vt ff. de testa. tute. l. mater. nisi in casu: vt ff. de tu. l. fin. & de hoc diximus supra quando mu. tu. of. fun. potest. authen. matri.

SIquis.] CASVS. Si aliquis vel aliqua intestata decedens, matrem & fratres reliquerit, siue fratres fuerint ex eodem patre, siue ex eadem matre: vnà cum fratribus defuncti succedit mater. Si autem filius sorores habeat, mater in virilem portionem succedet: nec occasione sororum defuncti in ampliorem partem admittitur mater. Et licet antiquitus patruus defuncti ad aliquam particulam admitteretur, non tamen hodie admitteretur: nec patris portio in aliquo deminuetur. & hoc in prima. Si vero defunctus habeat patrem & matrem, fratres, & sorores: pater, & mater habebunt vsumfruct. in bonis defuncti pro. viij. vncijs: fratres, & sorores habebunt proprietatem, & tertiam partem vsusfruct. Si verò defunctus erat in sacris patris constitutus, tũc pater habebit vsumfruct. omnium bonorum: & mater succedet in proprietatem cum fratribus, & sororibus defuncti in virilem portionem. Sequitur authenti. quæ corrigit illud verbum, ita tamen &c. quæ incipit, Et cum, scilicet quòd mater tantum in virilem portionem admittatur, cum defunctus tantum sorores reliquit: sicut cum sorores & fratres relinquerer.

** al. vsusfructus tota successio semissem competere.*

a *Vel fratre.* vel pro &.

b *Tenore.* vt instit. cod. §. soror.

c *Constitutionibus.* quas constitutiones vel leges non habemus.

d *Videtur.* inspecto Tertulliano: vt instit. cod. §. pater.

e *Pro hęsit.* immo videtur in totum patri acquiri: vt j. tit. ij. l. de emancipatis. quæ est contra. Sol. vt ibi. ADDITIO. Aduertas quod omnia quæ in hac l. dicuntur, sunt hodie correcta præter hoc vnum, scilicet quod per mortem filij non extinguitur vsusfructus competens patri: quod hodie non est correctum: vt dicit Bar. hic.

Sequitur authent. Et cum solis. quæ est in authen. de nup. §. & quoniam. colla. iiij. & corrigit. ll. istas in aliquo.

f ET *cum solis.* In *authen.* hoc fallit in casibus: vt supra codẽ. l. si qua. §. quę quidem. & supra. l. proxi. & in authenti. de nupt. §. quoniam infirmas. &. §. hinc nobis. colla. iiij.

INTESTAMENTO.] CASVS. Filius fami. extraneum instituit hæredem: patrem verò exhęredauit, quæritur, an possit? Respõ. quod non: nisi ex causa iusta &c. aliàs rumpitur testamẽtum quo ad institutionem tantum.

g *Cæteris.* scilicet legatis & fideicommissis: vt & supra de libe. præ. authen. ex causa. Et no. hic quod si filius famigrantibus sancita sunt in suo statu durantibus. Dat. Kalend. Iun. Constantinop. D N. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

B. similia in quo potest restari.

IN AVTHENT. DE nup. §. & quoniam mater. colla. iiij. constitu. j.

Cum fratribus & sororibus defuncti filij sine eadem matre in virili. Salye.

ET cum solis fratribus, & cũ solis sororibus, & cum permixtis, vocantur matres in virilem f portionem.

IN AVTHENT. VT cum de appella. cog. §. sancimus itaque. & §. si verò contigerit. coll. viij. consti. xj.

In testamento filij non debet pater hodie exheredari, nisi ex causa iusta in iure expressa. aliàs rumpitur testamentum quo ad institutionem tantum. Salye.

IN testamento quoq; nõ licet liberis parentes excludere, nisi iusta causa exhæredationis inseratur, quæ septenario numero noua constitutione distribuitur. alioquin rescinditur testamentum circa institutiones: nam in cæteris g perseuerat.

IN AVTHENT. DE hære. ab intesta. venien. §. consequens. & §. sequenti. colla. ix. cõstitu. j.

Filio hodie sine liberis defuncto succedunt parentes, fratres, & sorores forma hic scripta. Salycetus.

DEfuncto sine liberis h filio, parentes si soli i sunt, succedũt: salua gradus k sui prærogatiua. si pari gradu sunt, pariter succedunt: paternis quidẽ dimidia, maternis verò alia dimidia delata: licet sit dispar l eorũ successione.

h *Liberis.* nam tunc seruares authent. quam habes supra titu. j. in

i *Soli.* sine fratribus & sororibus vtrinque coniunctis.

k *Gradus.* pater ergo excludit auum maternum, cum mater defuncti non superstite: & mater auum paternum, cum pater non superstite: licet aliud sit in filio meo, & nepote ex alio filio præmortuo: vt supra titu. j. l. vt intestato. & authenti. in successione.

Pater auum maternum excludit in successione filij.

l *Dispar.* ergo si est auus maternus, & auia materna, & solus auus

auus paternus: tantum habet hic solus, quantum illi duo.
a *Vocantur.* non autem eorum filij per hanc authent. vt in cor. eo. §. si autem cum fratribus. Sed per aliam authent. quæ corrigit hanc: vt in authen. vt fratrum filij. §. j. col. ix.
b *Proximis*, id est cum patre & matre tantum, secundum quosdam: non auo, immo ipsi soli remoto auo, vt innuit authen. in cor. §. si igitur. j. ibi, si autem pater &c. Item cùm admittantur cum patre, & pater repellit auum. supra proxi. & infra de legi. hæred. l. in successione. ergo ipsi fratres repellunt auum: vt ff. de diuer. & tempo. præscri. l. de accessionibus. Vel dic secundum Ioan. proximus est, quem nemo præcedit: & sic etiã auus & proauus, si nullus eos præcedat: vt ff. de verbo. signi. l. proximus. & ff. vnde cog. l. j. §. si proximus. & de suis & leg. l. ij. §. hæreditas. Prædicta autem regula, si vinco, &c. quæ est in dicta. l. de accessionibus. fallit in multis casibus, qui his. ll. notantur. ff. eo. l. ij. §. objicitur. & l. æquissimum. §. j. Secundus est. ff. qui potio. in pigno. ha. leg. Claudius. Tertius in cor. eo. §. si autem cum fratribus. coll. ix. & ad idem. ff. qui pot. in pigno. ha. l. si pignus. & l. interdum. & supra de natu. libe. authen. licet. & ff. de priuileg. credi. l. quod quis.
c *Vbi nulla.* ista sunt verba Ir. & est sensus, quòd cùm nil dicatur de secundo nubentibus, omnia de his dicta corriguntur hic. Vel dic secundum Io. quod remanent in suo statu, quæ dicuntur in authen. de nup. §. hinc nos. col. iiij. quæ est supra de secun. nupt. authen. ex testamento. quod verius est, arg. l. fin. huius titu. in fin.

Proximus quis dicatur.

Regula, si vinco vincẽ tẽe &c. fallit in aliquibus casibus.

AD SENATVS. *consultum Orficianum.*

Matri succedes ô nate per Orficianum: Iuridicum portans contra Tertullianum.

SI intestatæ.] CASVS. Mulier filium habẽs & matrem, decessit ab intestato: quæ ei præferenda sit in ipsius successione, quæritur? Dicitur quod filia.
d *Consanguinei*, scilicet fratres.
e *Orficiano.* & idem est secundũ alia ciuilia iura: vt supra titu. ij. l. intestato. & l. si matre.

NOn pro numero.] CASVS. Mulier quatuor habẽs filios duos emãcipatos: existẽtes in potestate decesserunt: ipsa mater

numerus. ¶ Sed si cum parentibus fratres & sorores vtrinque defuncto coniuncti supersint: vocantur [a] cum ascendentibus gradu proximis, [b] ita vt viriles portiones fiant: excluſa prorsus omni differentia sexus & patrię potestatis, vbi nulla [c] secundarum nuptiarum fit mentio.

TITVLVS LVI.
AD SENATVSCONSVLtum Orficianum.

Ad successionem matris primò vocatur filius, quàm defuncte mater, vel frater. S.

1. Imp. ALEXAND. A. Euangelo.

SIntestatæ mulieri consanguinei [d] existant, & mater & filia: ad solam filiam ex senatusconsulto Orficiano [e] hæreditas pertinet. PP. XV. Kalend. Feb. Fusco. II. & Dextro Coss.

Non numerus liberorum, sed hæreditatis additio designat portiones. Bald. Vel sic: Pro numero succedentium diuiditur hæreditas matris, nõ pro numero superstantium tempore mortis: & hæres non suus hæreditat ẽ nõ aditam non transmittit ad superiorem. Salyc.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Metrodoræ.

NOn pro numero superstitum mortis matris tempore, sed succedentium, materna scinditur hæreditas. ¶ Quapropter si mater vestra te & vno fratre emancipatis, duobus autem alijs in patria positis potestate superstitibus diem functa est, & hi qui in potestate patris fuerãt, priusquàm maternam hæreditatem sibi quærerent, rebus humanis exempti sunt: inter duos tãtum viriles non ambigitur factas portiones. [f] S. VII. Kalen. April. Sirmij. AA. Coss.

Ius ciuile non excluditur tempore, licet prætorium excludatur. Bald. Vel sic: Matri intestata succedit filia citra agnitionem bonorum possessionis. Salyc.

III. Iidem AA. & CC. Iulianæ.

MAtri intestato defunctæ secundum Orficianum senatusconsultum, citra bonorum [g] possessionem filia pro hærede gerẽdo, succedere non prohibetur. S. XII. Kalẽ. Nouẽb. AA. Coss.

A decessit ab intestato, qualiter inter eos superstites facienda sit diuisio hæreditatis ipsius, quæritur? Respond. quod in viriles.
f *Portiones.* sed quare non transmiserunt alij ad hæredes suos portiones suas, licet adhuc nõ esset adita hæreditas: vt ff. de his qui ante aper. tab. l. j. quæ est contra? Solu. hic non erat posteritas. Vel hæc illam corrigit. Sed certe imò illa ista. Vel ibi loquitur de hæreditate aduenien te ex testamento, hic ab intestato. Sed certe secundum hoc isti etsi nõ transmitterent hæreditatem, deberent transmittere ius deliberandi & adeundi: vt ff. de iure deli. l. cum antiquioribus. Vel hic isti repudiauerunt hæreditatem antequàm decederent. aliàs etiam ad superiores transmitterent: vt ff. tit. ij. l. apud hostes. & hoc placet.

Tene hæc primam.

MAtri.] CASVS. Mulier decedens ab intestato, filiam reliquit, quæ succedet, nec habet necesse petere bo. possess. Viuia.
g *Citra bonorum possessionem.* vnde cognati cõpetit ei: vt ff. vnde cog. l. j. §. fiqua. & vnde legitimi: vt ibidem. nam cum sit vt agnata facta per Officianum, vt legitima admittetur: vt hic, & ff. vnde legi. l. ij. §. fin. & l. iiij. quod non est in alia cognata. vt citra bonorum possessionem admittatur: vt ff. vnde co. l. j. in prin.

QVotiens.] CASVS. Filius emancipatus, filios, patrem, & matrem habens, si ab intestato decedat, filius ipsius patri & matri præfertur. Viuianus.
h *Concedatur.* vt & ff. eo. l. j. in prin. & ff. tit. ij. l. si matre. & l. intestato.

SI qua.] CASVS. Mulier illustris filios legitimos habens, & spurios, si ab intestato decedat, an spurij cum legitimis succedere possint, quæritur? Dicitur quod nõ. Si vero mulier aliqua tanquam concubina aliquos liberos sustulit, & decessit: an cũ [*] iunctis legitimis succedere possint, quæritur? Respond. quod succedent. Lex quidem plana est.
i *Incertus.* meretrix ergo.
k *Colendam.* ar. in auth. quomodo oportet. episco. Naturales in princ. colla. j. & j. de non instituendis. lib. tol. l. j. *à matre seu*
l *Concubina.* etiam illustris. *patre testante*

l *Cum legitimis.* ab intestato. Sed an contra testamentum agere *tum agere.* possunt, si nõ sunt instituti naturales? Forte non, secundũ quosdam. Sed videtur ꝙ sic: vt arg. ff. de inoffi. testa. l. si suspecta. §. j.

Et not.

Et not. filium spuriũ succedere matri, sicut legitimũ: vt insti. eo. §. nouissime. & de success. cogna. §. vulgo. nisi sic illustris mater. vbi distingues, sunt legitimi, vel nõ: vt hac. l. dicitur. Quid de incestuoso? Quidam dicunt idẽ. & authẽ. ex cõplexu. §. de incest. nupt. loquitur de hæreditate paterna, non materna. Sed verius dic, non succedere omnem illum qui de tali coitu est natus, qui põt accusari: vt adulteri, incesti, nefarij: vt in authen. quibus mod. natu. effi. sui. §. fin. colla. vij. si autem non ex tali: succedit, vt dictum est, matri, non patri, cum habeat incertum. nam si habeat certum, pura naturalem non succederet nisi in duabus vncijs ab intestato non extantibus legitimis: aliàs in nihilum: vt in authent. quib. mo. nat. effi. sui. §. discretis. ibi, si quis igitur habens filios legitimos. col. vij.
a QVidam. Peperit. adita hæreditate.
b Esse. nunc respondet.
c *Ingenuum.* sic ergo nota post moram nasci ingenuum ex ancilla: vt hic; & ff. de his qui. vt indi. l. cum Syllaniano. circa fin. ibi, partus liber &c. & infra de fideicommiss. lib. l. cum libertatem. & ff. de fideicommiss. lib. l. si quis rogatus, &. ff. de statu homi. l. Herennius.

Ingenuus post moram nascitur ex ancilla.

d Ei *posse.* huius legis auctoritate. Item senatusconsulto Orficiano. & hoc subijcit, saluo iure. &c.
e *Venientibus.* sed nunquid alijs suis consanguineis poterunt succedere? Respond. non: vt instit. de serui. cog. §. j. Item quęro, quid in conceptis post mortem amiæ maternæ? Videtur quod nepos non possit succedere ei: nec enim fuit proximus cognatus auiæ, vel auo in cuius vita nondum fuerit animal: vt ff. vnde cognati. l. j. §. si quis. Placentinus tamẽ eum admisit, naturali causa inspecta, per authent. de hære. ab intest. §. j. col. ix. & pro eo. ff. de gra. & adsi. l. si filium. §. si filio. Sed contra eum Pla. est, quòd prætor in bon. poss. vnde cog. inspiciebat naturalẽ causam: vt ff. vnde cog. l. j. in princip. &. §. ij. & tamen repellebat eum, vt dictum est.

DE LEGITIMIS HÆREDIBVS.

Continuatio.

Dicit de his qui sunt in linea inferiori & superiori: nunc incipit de transuersali.

IN successione.] CASVS. dicit: Sunt plures fratres & sorores, siue coniuncti ex vtraque parte, siue ex altera tantũ. si vnus de fratribus decedat, oẽs. l. sorores & fratres pariter succedũt isto iure veteri: sed iure auth. prius cõiuncti vtroque parẽre, postea admittentur cõiuncti vno parẽte tantũ. & hoc in prima. Secũdo dicit: Pater vnã ex filiabus maritauit, pura Bertã. decessit frater

Codex.

QVidam ancillæ suæ per fideicommissum libertatem reliquit. eo autem à quo libertas relicta est, moram in libertate præstanda faciente, peperit [a] ancilla. & esse [b] [eum] quidem ingenuum [c] puerum, vel puellam, qui post moram nati sunt, omnes veteris iuris auctores cõsentiunt, dubitabatur autem inter eos si matri morienti posset succedere. ¶ Huiusmodi itaque dubitationem eorum decidentes, vlterius eam procedere non patimur: sed sancimus eandem matris progeniem hæredẽ ab intestato ei posse [d] existere, saluo iure legitimo ex auctoritate senatusconsulti Orficiani proli seruando: & tam matre ex senatusconsulto Tertulliano, quàm prole ex Orficiano senatusconsulto inuicem ad suas hęreditates venientibus. [e] Dat. Kalen. Octob. Constantinop. Lãpadio & Oreste. VV. CC. Coss.

TITVLVS LVII.
DE LEGITIMIS HAEredibus.

Titulo consanguinitatis vel cognationis ita succedit soror, etiam dotata, sicut frater. Bal.

I. Imp. ALEXANDER. A. Cassio & Hermionæ.

IN successione quę titulo consanguinitatis, vel in bonorum possessione, quæ proximitatis nomine cõperit, tã fratres, quã sorores pari iure esse, licet nõ ex eadẽ matre susceptí sunt, ius certum est. Nec huic derogatur, quòd amitas vestras [g] ab auo vestro dotatas [h] fuisse proponitis. PP. Non. Maij, & Maximo. II. & Æliano Coss.

Postquam filius repudiauit hæreditatem paternam, potest extraneam sibi viuente patre delatam adire, & separationem bonorum

Bertæ sine filijs. ista Berta volebat succedere fratri, nepotes alterius fratris mortui, vel ipse frater dicit quòd conferat dotem data marito: quæritur vtrum teneatur? Respon. quod non.
f *Consanguinitatis.* id est agnationis. Inter se fratres & sorores agnati sunt, & hoc cũ succedunt iure ciuili, vel per vnde agnati: quia sunt ex eodem patre. idem tamen & si ex iure prætorio per bonorum possessionem vnde cognati, quando ex eadem matre tantum: vt subijcit. Et quòd dicit, pari iure, scilicet in successione mortui fratris. Et quod subijcit, licet non ex eadem &c. hodie contra: vt j. communia de suc. authen. itaque.
g *Amitas vestras.* loquitur filijs alterius fratris mortui, quærentibus nomine patris, non suo, cũ amitæ eis præferantur hoc iure: vt j. l. consanguinitatis. hodie non: vt in authen. cessante. t. j. co. Accur.
h *Dotatas.* quia ideo videntur habere tanto minus de hęreditate, quod debeant conferre: vt ff. de col. auth. quod locũ. sed illud obtinet cũ agitur de hęreditate patris, non fratris; vel sororis: vt hic erat.

petere. Salycetus.

SI eius.] CASVS. Pone, Berta me fecit hæredem sibi: quamdiu fui in potestate patris mei, hęreditatem eius non adiui: postea mortuo patre meo, hæreditatem patris mei repudiaui, & hęreditatem Bertæ agnoui: dicit, si volo bona Bertæ separari à bonis patris, quod præses prouinciæ interponet partes suas: vt separatio fiat. & h. d.
i *Hæreditatem.* quia nõdum adiſtis.
k *Non ignorabit.* vt & §. si vt ab hęre. se abstí. l. ij. & supra vnde liberi. l. fin.

Soror fratris filio ante defertur ciuili ac prætorio iure ex gradus prioritate. Bald.

III. Imp. DECIVS A. Asclepiodotæ.

CONsanguinitatis iure & fœminas ad intestatorum successionem admitti posse, explorati iuris est. Proinde cùm fratris tui intestato mortui ad te [n] consanguinitatis iure hæreditas pertineat: nulla ratione alterius fratris tui filij ad eandem successionem adspirare desiderant. nam & cessante iure agnationis in persona omnium, [o] prætorij iuris beneficio ad te potius, quæ secundum gradum obtines, hæreditas pertinet, quã ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. [p] PP. II. Non. Decemb. Decio A. & Grato Coss.

IN AVTHENT. de hære. ab intesta. ve. §. reliquum. col. ix. consti. i. & vt fra. fi. §. j. colla. ix. consti. vij.

Vbi non subsistunt descendentes, vel ascendentes, fratres & sorores vtrinque coniuncti, & eorum qui ex his præmortui sunt filij, reliquis agnatis & cognatis omnibus præferuntur: qui fratrum filij vocantur in stirpes. hoc dicit vsque ad. §. & cum proximis. Ibi autem dicit quod vocantur cum ascendentibus in gradu proximis. vsque ibi, & quidem. Vbi autem dicit quod filius fratris vtrinque coniunctus præfertur fratribus & sororibus coniunctis ex vno latere tantũ.

l *Consanguinitatis*, id est agnationis.
m *Admiti posse.* de iure ciuili.
n *Ad te.* sororem, quæ es agnata nihilominus & cognata.
o *Omnium.* quia erant hi nati ex eadem matre tantum.
p *Constituti sunt.* hodie contra: & ideo lege hic authent. cessante. quæ est de hære. ab intesta. §. reliquum. & in authen. vt fra. si. §. j. col. ix.

a *Essante. Quæ sola.* hic versus, & eius quæ &c. nō est in corpore in §. si igitur defunctus neque. & planius legitur sine eo. Vel dic, cessante: quia nō habebat filios. & cessante, repete. i. repudiāre linea ascendentiū, quæ sit sola, id est sine liberis defuncti, verbū ergo semel positū, & iterū subauditum, diuersos sensus habet: vt hic, & ff. de peti. hæredit. l. nec illam. §. omnibus.

Filij duorum fratrum, an succedant in stirpes, vel capita.

b *In stirpes.* hoc, cum succedunt cum patruis. si autem nō sint patrui, sed soli filij duorum fratrum, in capita succedunt, secundum Azo. vt in corp. c. authent. §. si autem defuncto. ex eadem tamen authent. in. §. si vero neque fratres. videntur etiā tunc vocari in stirpes: quia ita dicit, neque filios fratrum &c. vnde videtur quod illi vocarentur in stirpes, si superessent &c. ADDITIO. Istam secundam opinionem tenet Bart. & communiter docto. hic, & idem Barto. in corpore huius authent. & latius in l. post consanguineos. §. hæreditas. ff. de suis & legiti. & lariſsime in consilio suo clxxiij. incipiente, super hæreditate dominæ Nolæ. Et intellige eam secundum eundem Barto. in d. §. hæreditas, quando tractatur de successione alicuius ex patruis vel auunculis. si verò tractatur de successione aliorum, tunc succedūt in capita: vt d. §. si neque fratres. in authent. de hære. ab intesta. ve. colla. ix.

c *Quæ personæ.* scilicet fratres vtrinque coniuncti. Vel dic, id est filij fratrum.

d *Proximis gradis*, hoc scilicet quod fratrum filij succedant cum ascendē tibus, non est ex hoc corpo. de hæred. ab intesta. §. si autem cum fratrib⁹. sed ex illo, vt fra. fi. §. j.

e *Post fratres. Vno latere.* vt si vnus est consanguineus, alter vterinus, ambo admittuntur in bonis à defuncto acquisitis. & hoc dicit.

Fratres consanguinei ītii, & vterini tertū qua liter succedunt.

f *Filij eorum.* si tamen relinquat aliquis fratres quosdam consanguineos tātum, & quosdam vterinos tātum, in rebus maternis præferuntur vterini: in rebus paternis præferuntur cōsanguinei: vt j. co. l. de emancipatis. Si verò relinquat quosdā ex eodē patre & matre, & alios ex patre tantū, & alios ex matre tantū, eriā in rebus paternis præferuntur fratres eiusdem matrimonij. i. vtrinq; coniuncti: & idē in matre. Pone, si quosdā ex patre & matre, & alios ex matre tantū relinquit: & A quęratur de bonis maternis: vt j. cōia de suc. l. fi. & auth. iraque.

g *Similibus.* scilicet auunculis, & materteris, & amitis, nisi enim pares essent fratribus defuncti, non præferrentur patruis, cū sint

h *Post fratres. Filios.* & filiorum filios, secundum P. quod nihil est secundum Ioan.

i *Spectatur.* quære hic quod diximus §. de suis & legiti. hæred. authen. in successione. Accur.

Punitur qui in id in quo deliquit.

k *Moritur.* secus si factus pubes moritur: vt supra ad Tertul. l. matres. Et est ratio: quia eo tempore quo deliquit, vel in id tantum in quo deliquit, debet puniri: non in alio. arg. j. de pœ. l. j. sancimus. sed & hoc fallit in casibus quos dixi supra ad Tertul. l. omnem. Sed contra. huic. l. ff. qui pe. tu. l. final. §. si vero maritus. sed forte illud in singulari fideicommisso, quod non admittit: vel corrigitur per istam. ADDITIO. Tu dicas, quia hic loquitur in substitutione directa, per quam pupillo succeditur: qua merito priuatur qui tutorem ei non petit. at. l. fina. in §. si vero maritus. loquitur in substitutione fideicōmissaria, per quā succeditur defuncto: qua nō priuatur: vt ibi. b *Denegandam.* sed excluso eo admittitur sequens, fisco excluso: vt ff. ad Tertu. l. ij. §. fi.

Si *ab eo.*] CASVS. Olim per emancipationem legitima iura extinguebantur: nisi fieret emācipatio contracta fiducia, hodie succedit pater, siue fiat contracta fiducia, siue non: vt instit. de legi. agna. suc. §. vlt. pone ergo quod pater emancipa. impetrato rescripto à principe, vt legitima iura per emancipationem non extinguerentur: dicit tali impetratione facta, quòd pater poterit filio succedere, & econuerso filius etiā agnatis suis iure etiam agnationis: & econuerso. & hoc dicit.

c *Constitutionem.* quam habes infra de emanci. libe. l. iubemus.

d *Petitum.* à principe.

e *Intacta.* hodie intacta remanent, etiam si non sit specialiter petitum: vt instit. de legi. agn. suc. §. fi. & §. de leg. tu. l. iiij. &. j. e. l. vlt. & §. de cura. fur. l. ne iuerū.

Si *maior.*] CASVS. Hunc casum pone in scholari qui cōtraxit cum quinquagenaria, postquàm recessit pro sapiētia, & ex ea habuit filium: quærebatur vtrum esset legitimus filius, & posit patri succedere? Respō. quod sic. licet sit mirabilis partus, à natura tamen est concessus, licet raro eueniat: nihilominus tā men est à lege concessum tale matrimonium.

f *Nostra lege.* vt supra de nupt. l. sancimus. ij. Et est arg. cōtra ff. de legi. & senatusconsul. l. nam ad ea.

Emancipatio hodie videtur seruari per cōtractā fiducia fieri.

De *emancipatis.* CASVS. Quatuor erant filij emancipati, & vnus decessit. dicit ꝙ pater habebit vsumfructum in bonis emancipati mortui, & alij tres habebunt proprietatē. sine diuersi. excipiuntur res maternæ: quia illæ res venient tantum fratribus & sororibus eiusdē matris, si sunt. si autem non sunt, alij fratres in aliis rebus admittuntur.

g *Seruare.* scilicet inter se quo ad tutelam: vt supra de legit. tut. l. iiij.

h *Aliarumque.* puta ex maritali lucro, de quibus iā à nobis lex &c. quam habes infra communia de suc. l. fi.

i *In totum.* imò videtur in medio esse: vt supra ad Tertul. l. fin. §. si autem defuncta. Solu. hic contracta fiducia emancipauit, ibi non. hoc non valet: quia hodie semper contracta fiducia videtur emancipare: vt diximus supra eodem. l. si ab eo. Alij dicunt quod hic per principem emancipauit: ibi coram alio iudice. hoc non valet: quia hic dicit, siue alio legitimo modo. Tertij, quod ibi supererat mater, hic non. nec hoc valet: quia magis deberet esse contrarium. Dic ergo illam corrigi per istam. nam & hæc est sustiniant. Accur.

k *Votum.* Not. vorum patris: vt ff. vnde libe. l. scripto. in fin. & de bo. dam. l. eum ratio.

l *Ea propter.* id est ob hanc causam.

m *Fratribus.* circa tutelam: vt dixi in princip. per. l. supra de legit. tu. l. iiij.

n *Exceptis.* de hoc plene dices infra, communia de succes. in authen. itaque. Item nota quòd hæc lex corrigitur per authen. defuncto sine liberis supra, ad Tertul.

n *Exceptis.* dixi vocari omnes fratres: excipe in bonis quæ habebat emancipatus à matre, in quibus præferuntur vterini.

o *Fratres.* scilicet tales vterini.

Vnde non seruatur gradus: sed qualitas conditionis fortioris & duplicis: quia duæ rationes vincunt vnam. Baldus.

CEssante successione lineæ descēdentis, & eiꝰ quæ sola[a] sit ascendentis, vocantur primo fratres, fratrisque præmortui filij in stirpes.[b] ¶ Dico autem de fratre, eiusque fratris filiis, qui ex vtroque parente contingunt eum de cuius hæreditate nunc agitur, quæ personæ[c] veniunt & sine defunctæ nunc personæ parentibus, & cum proximis[d] gradu ascendentibus. ¶ Et quidem prædicti fratris filius, & si tertio gradu sit, præfertur fratribus defuncti qui ex vno tantum parēte cognāti sunt. In hac successione omnis differentia sexus & emancipationis cessat.

IN AVTHENT. de hæredi. ab intest. §. his autē non. & §. illud. coll. ix. constitu. j.

Deficientibus ascendentibus & descendentibus & fratribus vtrinque coniunctis & eorum filiis, veniunt fratres ex vtroque parente coniuncti, & eorum filii: qui filii excludunt patruos & auunculos defuncti. Salyc.

I POst fratres autem ex vtroq; parente & eorum filios admittuntur ex vno latere[e] fratres, sororésve: cum quibus & filii eorum,[f] si qui ex eis iam decesserint. ¶ Hi autem fratrum filii cū pares sint defuncti fratrib⁹, præferuntur proculdubio eiusdē defuncti patruis, & aliis similib⁹: & in his successionibus omnino cessat sexus & agnationis ratio.

IN AVTHENT. de hære. ab intesta. venien. §. si vero neque. colla. ix. constitutio. j.

Vltra fratres & filios fratrum vocantur gradatim proximiores in capita, & non in stirpes. Salyc.

2 POst fratres, frattumque filios[h] vocātur quicūq; gradu sunt proximiores: vt pares in gradū pariter admittantur sublata differētia masculorū & fœminarū. Sola nāque cognatio spectatur[i] in talibus. Fiet autem diuisio in capita, & non in stirpes.

Nihil & inutilidum, æquiparantur. Bald. Vel sic: Citra bonorū possessionē de iure ciuili potest adiri hæreditas consobrini. l. de. Vel sic: Hæreditas agnationis iure delata, potest adiri de iure ciuili

o SI *his. Beneficium.* quo fingitur mortuus ante horam captiuitatis. & sic in libertate. vt ff. de testa. l. lege Cornelia.

p IN *successione. Quàm auiam.* quia auia cognata, soror agnata est: vt l. patruo. supra eodem. lex tamen alia videtur aperte præferre

sine agnitione bono. possessionis. Salyc.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Cecilio.

SIaut nullū testamentum nepos[k] patruī tui ordinauit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, & agnationis iure successio eius tibi delata est: etiā citra bonorū possessionis subsidium legitimo iure subnixus es. PP. id ib. Iul. ipsis AA. IIII. & III. Coss.

De iure istō agnati præferuntur cognatis. hoc dicit. hodie secus vt supra eo. authen. post fratres. i. Salyc.

v. Iidem AA. & CC. Cupillæ.

AD intestati successionem agnationis quàm proximitatis[l] iure venientes, haberi potiores, certum est. Suppos. XVI. Kalen. Iul. Sirmij. AA. Coss.

Filiis se abstinentibus, vel repudiantibus, frater defuncti admittitur. Sal.

VI. Iidem AA. & CC. Claudianæ.

DEfunctis, suis extātibus hæredibus, & abstinentib⁹ vel repudiantibus hęreditatē: frater iure consanguinitatis succedere potest. Sup. Kal. Ia. CC. Coss.

Frater patris præfertur fratri matris. hodie corrigitur. Bal. Vel sic: Iure istō potiores sunt agnati, quàm cognati: & ideo patruus præfertur materteræ. Salyc.

VII. Iidem AA. & CC. Amiano.

PAtruo[m] ac materteræ tertio constitutis gradu nō patiter intestati[n] successio defertur, sed patris frater agnationis iure soroti matris anteponitur. S. XVII. Kal. Mart. Sirmij. CC. Coss.

Agnati vocantur ad successionem defuncti apud hostes, beneficio legis Cornelię. Salyc.

VIII. Iidem AA. & CC. Syllano.

SI his de quorū successione agitur, apud hostes defunctis, secundū legis Corneliæ beneficiū[o] iure agnationis adita hæreditate, vel petita bonorū possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohibeberis. S. Non. Iul. Sirmij. AA. Coss.

Soror præfertur auo & auiæ maternis. hodie corrigitur. Bald.

IX. Iidem AA. & CC. Demagoræ.

IN successione intestatę, sororē quàm auiam[p] vel auū maternum, haberi potiorem, non ambigitur. S. VI. Kal. Iul. Nicomediæ. CC. Coss.

Si succedere volentes pupillo, ei intra an-

num à morte testatoris numerandum, tutorem non petierint: priuantur eius successione, si moriatur in pupillari ætate. Salyc.

X. Imp. THEODOS. & VALEN. AA. ad Florentinum. P. P.

SCiant qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre, tutorem ei secundum legem non petierint intra annum, omnem eis, siue ab intestato, siue iure substitutionis, successionem eius (si impubes moritur[a]) denegandā[b] esse. D. V. Id. Iul. Constātinop. Theodosio. A. XVII. & Festo. Coss.

Rescriptum principis referuans emancipato iura agnationis. siue ius succedendi, intelligitur referuare tam actiuè quàm passiuè. h. d. & no. Salyc.

XI. Imp. ANASTASIVS. A. Constantino præfecto præt.

SI ab eo qui ex sacro rescripto secundum nostram constitutionem[c] fieri poſtulauerit emancipationem liberorum, petitū[d] sit, quatenus ei qui emancipandus emancipandáve est, minimè legitima iura per emancipationem extinguantur: eadem iura tam emancipato vel emancipatæ contra personas alias hoc modo sibi coniunctas, quàm aliis itidem contra eum vel eam in hęreditatibus, vel in successionibus, & tutelis, necnon cęteris seruentur, intacta:[e] collationibus tamē ab his secundum ea quæ super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, vtpote peracta emancipatione faciendis. D. XV. Kal. Aug. Probo & Auieno. Iun. Coss.

Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria est legitimus, & ideo ad successionem admitti tur. Salyc.

XII. Imp. IVSTINIANVS A. D Ioanni. præfe. prætorio.

SI maior quinquagenaria partum ediderit, si debet huiusmodi soboles suo patri succedere, * & hęreditatem eius nanciſci, à Cæsariana aduocatione interrogati sumus. ¶ Et sancimus, licet mirabilis huiusmodi partus inueniatur, & raro contingat: nihil tamen eorum quæ probabiliter à natura noscuntur esse producta, respui: sed omne ius quod ex quacunque lege liberis præstitum * est, hoc merum at-

præferre fratrem etiam vterinum: vt j. de bo. quæ lib. l. quæcunque. sed respon. vt ibi dixit Io. Item hæc hodie corrigitur per authen. defuncto. quæ est supra ad Tertul.

Ciam.] CASVS. Dicit ꝙ omnes illi qui succederent pupillo ab intestato, si decederet: si non petant tutorem dari mortuo patre pupilli: si moriatur postea pupillus, quod ei non succedūt. Idem est si ei pupillo substituti fuissent.

a *Moritur.* secus si factus pubes moritur: vt supra ad Tertul. l. matres. Et est ratio: quia eo tempore quo deliquit, vel in id tantum in quo deliquit, debet puniri: non in alio. arg. j. de pœ. l. j. sancimus. sed & hoc fallit in casibus quos dixi supra ad Tertul. l. omnem. Sed contra. huic. l. ff. qui pe. tu. l. final. §. si vero maritus. sed forte illud in singulari fideicommisso, quod non admittit: vel corrigitur per istam. ADDITIO. Tu dicas, quia hic loquitur in substitutione directa, per quam pupillo succeditur: qua merito priuatur qui tutorem ei non petit. at. l. fina. in §. si vero maritus. loquitur in substitutione fideicōmissaria, per quā succeditur defuncto: qua nō priuatur: vt ibi. b *Denegandam.* sed excluso eo admittitur sequens, fisco excluso: vt ff. ad Tertu. l. ij. §. fi.

Si *ab eo.*] CASVS. Olim per emancipationem legitima iura extinguebantur: nisi fieret emācipatio contracta fiducia, hodie succedit pater, siue fiat contracta fiducia, siue non: vt instit. de legi. agna. suc. §. vlt. pone ergo quod pater emancipa. impetrato rescripto à principe, vt legitima iura per emancipationem non extinguerentur: dicit tali impetratione facta, quòd pater poterit filio succedere, & econuerso filius etiā agnatis suis iure etiam agnationis: & econuerso. & hoc dicit.

a aliis, suo patri sua fratribus, & vterinis &c.

c *Constitutionem.* quam habes infra de emanci. libe. l. iubemus.

d *Petitum.* à principe.

e *Intacta.* hodie intacta remanent, etiam si non sit specialiter petitum: vt instit. de legi. agn. suc. §. fi. & §. de leg. tu. l. iiij. &. j. e. l. vlt. & §. de cura. fur. l. ne iuerū.

Filijs præmortuum.

Si *maior.*] CASVS. Hunc casum pone in scholari qui cōtraxit cum quinquagenaria, postquàm recessit pro sapiētia, & ex ea habuit filium: quærebatur vtrum esset legitimus filius, & posit patri succedere? Respō. quod sic. licet sit mirabilis partus, à natura tamen est concessus, licet raro eueniat: nihilominus tā men est à lege concessum tale matrimonium.

f *Nostra lege.* vt supra de nupt. l. sancimus. ij. Et est arg. cōtra ff. de legi. & senatusconsul. l. nam ad ea.

que immutilatum huiusmodi filiis vel filiabus seruari in omnibus successionibus, siue ex testamento, siue ab intestato: & summatim, non absimiles aliis fiant quos similes natura efficit: maximè cum & anteriore nostra lege[f] huiusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minimè concedentes. Dat. IX. Kalē. Nouemb. Constantinopo. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

Si filius emancipatus per sacrum rescriptum decesserit superstitibus patre & fratribus, pater eius hereditatis habet vsumfructum, fratres verò proprietatem, exceptis bonis maternis, in quibus vterini præferuntur aliis fratribus. Salycetus.

XIII. Idem A. Ioanni P. P.

DE emancipatis filiis, qui ex sacro rescripto patribus impertito hoc à suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. Cum enim Anastasiana lex iura fratribus legitima nosciturque seruare: & si quis ex his sinè testamento & liberis decesserit, vtrúmne ad fratrem vel sororem eius successio deuoluatur, an ad superstitem patrem, dubitabatur. huiusmodi dubitationem cōpendioso respōso duximus esse finiendam. Ideoque sancimus ad similitudinem maternarū rerum aliarumq;[h] de quibus iā à nobis lex posita est, etiā huiusmodi hereditatem iure quidem dominij ad fratres vel sorores in totū[i] peruenire, vsumfructum aūt eius patri totū, siue priorē eorum seruauerit, siue ad secundas migrauerit nuptias, acquiri: siue per sacrum oraculum emācipatio ꝓcedat, siue alio legitimo modo à sacris paternis fuerint absoluti. ¶ Cum enim & pater vtitur vsufructu, & votū[k] eius est ad alios filios suas res peruenire: eapropter[l] cùm ex lege Anastasiana in alium articulū fratribus[m] prospectum est, nunc à nobis in hac specie plenius eis subuenitur: vt pater habeat vsumfructum, fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis[n] maternis rebus, in quibus, si ex eadē matre fratres[o] vel sorores sint, eos

Emancipatio hodie videtur seruari per cōtractā fiducia fieri.

h *Aliarumque.* puta ex maritali lucro, de quibus iā à nobis lex &c. quam habes infra communia de suc. l. fi.

i *In totum.* imò videtur in medio esse: vt supra ad Tertul. l. fin. §. si autem defuncta. Solu. hic contracta fiducia emancipauit, ibi non. hoc non valet: quia hodie semper contracta fiducia videtur emancipare: vt diximus supra eodem. l. si ab eo. Alij dicunt quod hic per principem emancipauit: ibi coram alio iudice. hoc non valet: quia hic dicit, siue alio legitimo modo. Tertij, quod ibi supererat mater, hic non. nec hoc valet: quia magis deberet esse contrarium. Dic ergo illam corrigi per istam. nam & hæc est sustiniant. Accur.

k *Votum.* Not. vorum patris: vt ff. vnde libe. l. scripto. in fin. & de bo. dam. l. eum ratio.

l *Ea propter.* id est ob hanc causam.

m *Fratribus.* circa tutelam: vt dixi in princip. per. l. supra de legit. tu. l. iiij.

n *Exceptis.* de hoc plene dices infra, communia de succes. in authen. itaque. Item nota quòd hæc lex corrigitur per authen. defuncto sine liberis supra, ad Tertul.

n *Exceptis.* dixi vocari omnes fratres: excipe in bonis quæ habebat emancipatus à matre, in quibus præferuntur vterini.

o *Fratres.* scilicet tales vterini.

a *Solos.* quasi dicat, non consanguineos tantum.
b *Superstites.* scilicet tales vterini.
c *Rerum.* non maternarum.

LEge *duodecim tabularum.*] CASVS. Et cum olim deferebatur successio agnatorũ vniformiter tam masculis, quàm fœminis agnatis, nulla circa successionem inter masculos & fœminas differentia introducta: vtputa si fratris tui, vel patrui filia decederet, vel amita tua scilicet decederet, & ad te ipsarum hæreditas, & tua ad ipsas, si tu decederes, ex lege duodecim tabularum pertinebat. media vero iuris prudentia hanc æqualitatẽ ad inæqualitatis vitium deduxit. hoc est, vt masculi, tã masculis quàm fœminis agnatis, salua tamen gradus prærogatiua succedant. fœminæ verò sorores tantum ad agnatorum seu agnatarum successionem admitterentur. Imperator vero Iustinianus hoc corrigit, primæuum statum legis. xij. tabu. approbans, & adijcit, vt ad legitimam successionem agnatorum, tam consanguineæ, quàm vterinæ sororis filia vocetur: ita etiam vt soror tam vterina, quàm consanguinea non superſit: vt tunc non in stirpes, sed in capita hæreditas diuidatur. & hæc duo vltima hodie corriguntur per authenti. de hæred. quæ ab intesta. & c. §. reliquum est. & authen. vt fratrum filij. §. j. in fine vero dicit, vt in cæteris successionibus antiquum ius obseruetur in tactum.

d *Lege duodecim tabularum.* Olim agnata vel agnatus per legem duodecim tabularum vocabatur, secundo tempore non nisi filia, vel soror agnata: quod duabus rationibus remouetur. vna: quia si admitteretur filius fratris, ergo & ipsa filia fratris. & si patruus, ergo & amita. Secunda, cùm agnati succedunt ei, ergo & ipsa eis. Vltimo filios sororis consanguineæ, & vterinæ, licet cognati sint, inter agnatos ponit.
e *In liberis.* agnatorum.

solos[a] vocari oportet. ¶ Sin autem non supersint, [b] tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, vt sit apertissimus in omnibus tractatus, & nõ per differentiam personarum vel rerum [c] vacillare noscatur. Dat. Kalend. Nouembr. Constantinopo. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

Fœminæ iure agnationis pariter vt masculi admittuntur, sublato quodam iure contrarium disponente post legem. xij. tabularum. Et filij sororis consanguineæ, vel vterinæ, cum de hæreditate patrui vel auunculi tractatur, & tunc nec frater nec soror defuncti supersint, iura agnationis consequuntur: & successio inter filios fratrum diuiditur in capita. hoc dicit. & primo commendat legem. xij. tabularum vsque ibi, Sed posteritas. ibi arguit & vituperat medium iuris prudentium vsque ibi, Huiusmodi. ibi tertio ponit statutum nouum, reducendo nos ad ius antiquum: & rationes annectit vsque ibi, In his igitur. ibi quarto vnum gradum agnationis addit cognationi, procedendo in dispositione sui noui statuti: vsque ibi, Cæteris. ibi confirmat alias successiones in statuto nouo non comprehensas, vsque ibi, Si qui. vbi vltimo dicit hanc. l. locum habere in futuris casibus vsque ad finem. Salycetus.

XIIII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio. C

LEge duodecim tabularum [d] bene humano generi prospectum est, quæ vnam consonantiam tam in moribus, quàm in fœminis legitimis, & in eorũ successionibus, necnon & in liberis [e] obseruandam esse existimauit: nullo discrimine in successionibus habito, cùm natura vtrunq; corpus ediderit, vt maneat suis vicibus immortale, & alterum [f] alterius auxilio egeat, & vno semoto, & alterum corrumpatur. Sed posteritas [g] dum nimia vtitur subtilitate, non piã induxit differẽtiam, sicut Iulius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertullianum fecit, apertissimè docuit. ¶ Cui enim ferẽdum est, ab intestato successionibus [h] suas quidem filias ad similitudinem masculæ sobolis in parentis vocari successionem, & iterum germanas [i] iure consanguinitatis eandem sibi vindicare prærogatiuam, [k] deinceps autẽ legitimas [l] fœminarum personas, si iura cõsanguinitatis [m] nõ possident, à successione legitima repelli, cum maribus eadem successio pateat? ¶ Quare enim A patris soror non ad successionem filij fratris sui vnà cum masculis vocatur, sed aliud ius in amitis, aliud in patruis obseruatur? Vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem eius ab eadem successione recluditur? ¶ Huiusmodi [n] itaque legis antiquæ reuerẽtiam & nos anteponi nouitati legis censemus: & sancimus omnes legitimas personas (id est per virilem sexum descendentes) siue masculini, siue fœminini generis sint, simili modo ad iura legitimæ successionis ab intesta to[t] vocari secundum gradus sui prærogatiuam: non ideo excludendas, quia, consanguinitatis iura secundum germanæ obseruationem non habeant. ¶ Cum enim vnius sanguinis iura remaneant per virilem sexum incorrupta: quare naturam offendimus, & legitimo iuri derogam[o]? cum & aliam maximã iniuriam res in se continet, plerisq; quasi vulnus intestinum incognitum. Cum enim & ad ipsarũ mulierum successionem masculi iure agnationis vocantur: quis patiatur earum quidem hæreditatem ad eos legitimo iure deferri, ipsas verò nec inuicem sibi, nec masculis eodem iure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quod fœminæ natæ sunt, & paterno vitio (si hoc vitium est[o]) prolem innocentem grauari? ¶ In his igitur casibus legem duodecim tabularum sequentes, & nouum ius nouissimo iure corrigentes, etiam vnum gradum pietatis intuitu transferri à iure cognationis in legitimam volumus successionem: vt non solum fratris filius & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis vterinæ [p] filius & filia soli, & non deinceps personæ vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant: & mortuo eo [q] qui patruus quidem est fratris sui filiis, auunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ex vtroque latere succedant, tanquam si omnes legitimo iure veniant: scilicet vbi frater & soror superstites non sunt. ¶ His etenim personis præcedentibus, & hæreditatem admittentibus, cæteri gradus remaneat penitus semoti. ¶ Illo proculdubio obseruando, vt successio non in stirpes, sed in capita [r] diuidatur, & is gradus in ordinem legitimum transferatur: cæteris omnibus successionibus secundum ius vsque ad præsens tempus obseruatum in suo statu manentibus,

Siqui

f *Et alterum.* scilicet corpus.
g *Posteritas.* id est media iuris prudentia, & habes hæc omnia insti. de legi. agna. suc. §. cæterum. vsq; ad. §. si plures.
h *Successionibus.* subaudi, existentibus. aliàs ex testamento.
i *Germanas.* id est sorores ex eodẽ tantum patre natas: nã hę propriè dicuntur germanæ.
k *Prærogatiuam.* in successione patris defuncti.
l *Legitimas.* i. agnatas.
m *Consanguinitatis.* id est sororitatis: vt sic dicam.
n *Huiusmodi legis.* l. duodecim tabularum.
o *Vitium est.* id est si ab aliquo vitium dicatur: sic. ff. de inoffi. testa. l. si mater. Item nota non esse pœnam, vbi de lictum non est: vt. j. de pœnis. l. sancimus.
p *Vterinæ.* quam constat vt agnatam vocari: vt. j. l. proxi. §. sed nec.
q *Eo.* hoc potest referri ad patruum: & sic ad inferiora. vel ad nepotem: & sic ad superiora.
r *Sed in capita.* hodie in stirpes: vt. ff. e. authen. post fratres. j. & dixi instit. de leg. agna. suc. §. hoc etiam.

Eminimus.] CASVS. In principio huius. l. vsque ad. §. cũ igitur. repetit quod dictum erat. ff. l. proxi. in. §. huius. &. §. in his igitur. videlicet de mutua successione agnatorum inter se, & vno gradu cognationis. deinde adiicit quę sicut filij emancipati olim vocabãtur tãquam sui ad patris successionẽ: ita hodie fratres & sorores tam sui quàm emancipati, & tam consanguinei quàm vterini mutuo sibi succedant: adiecto etiam vnico gradu cognationis, ad

t *Ad.* scilicet forum.

hoc, est hoc vt filii fratrum tam suorum, quã emãcipatorum, & tam consanguineorũ, quàm vterinorum, patruis, & auunculis, amitis & matertteris, & viceuersa succedant: quod tũc erit, quando eos in anteriori gradu nemo præcedit: & isti quidem non in stirpes, sed in capita succedent. In aliis autem successionibus cognationis, ius antiquum obseruetur. & sicut ad emolumentum vocantur successionum: ita oneri tutelarum mutuo videlicet masculi subiiciantur. & hæc quidem constitutio locum habet in futuris, non autem in præteritis. Vi.

a *Constitutionem.* vt. ff. l. proxi. & breuiter cõmemorat eam hic.
b *Institutionibus.* vt institut. de legi. agna. suc. §. cæterum. vsque ad. §. si plures.
c *Manifestum est.* vt institut. de hęre. quæ ab intest. §. emancipati.
d *Hoc.* vt frater fratri succedat.
e *Iusto incremento.* dixerat enim illa tantum de iure tutelarum: vt. ff. de legi. tu. l. iiij. vt falsum sit eis. quod non placet quod de illa faciat mentionem hic: sed de quadam Græca, qua dicebatur cum suc cedere cum illis qui remanserant in potestate cum quadam deminutione. sed eorum filios nullo modo: vt institu. de suc. agna. §. primo. hic autem non corrigit de filia filii emancipati, sed hoc dicitur infra proximo. §.
f *Secundi gradus.* nam fratres & sorores in secundo gradu sunt: vt insti. de gra. §. secundo gradu.
g *Et filij fratrum.* hi enim in tertio gradu sunt: vt insti de grad. §. tertio gradu.
h *Tantummodo.* non vltra: vt infra. §. cæteris. Accursius.
i *Ex legitima.* id est inter agnatos.
k *Sanximus.* vt supra l. proxi. circa fin.
l *Succedant.* quasi per quoddam successorium edictum.
m *In capita.* hodie in stirpes: vt. ff. authẽ. post fratres. j. secundũ Ioan. sed aliàs contra: vt & habes instit. de leg. ag.

ur illi qui dum viuebant erant liberi, in morte tamen eripiebantur in seruitutem, nec habebant hæredem? Et nota quod in hac l.xiij. sunt casus in quibus olim aliqui fiebãt Latini, hodie ciues efficiuntur Romani. Primus incipit ibi, Sancimus. &c. Dicit ergo quòd sicut antiqua Latinitas sublata est, quia eius remanet imago. Dicit ergo: Olim Romani subiugantes sibi aliquam prouinciam, transmittebãt homines illius prouinciæ in aliam prouinciam: & dicebantur Latini, id est Romani, & non erant simpliciter liberi, nec erant liberi. vnde sicut illa transmissio iã sublata est, quia aliquando bellum cum indigenis habebant, sic non fiunt hodie huiusmodi Latini: sed cum varijs modis introducta erat Latinorum conditio, & difficultates exortæ tam ex .l. quàm ex senatusconsulto. dicit imperator quod vult resecare & Latinam libertatem tollere, & certos modos eligere in quibus olim competebat Latina libertas nõ perfecta. quis enim eodem tempore dicet concurrere liberta tem & seruitutẽ? & hoc in prima.

Satyra. al. Satura est genus carminis in quo varia obiecta genera reprehendũtur. Isid. lib. 3. etymol. significat igitur multas species, varias huius libertatis modos esse fabulosos. Colon. & alia colonia.

a *Sublati sint*. vt §.l. proxima.

b *Ea propter*. id est propter hoc.

c *Tubat*. id est dubitat, vel dubitabilis est propter incertas vias eius.

Dediticia Vlp. sing. Satyra qua liter accipit tur.

d *Per satyram*. id est per varietatem niuiã, siue dinersitatem introductam: vt in decre. distinct.ij.ca. satyra. multæ enim leges & variæ de ea tractabant, sicut & j. dicitur. Vel dic per simile dici satyram: quia vt satyrici ludẽtes imponunt laruam, id est barbam, vt etiam iuuenis videatur senex qui non est: sic & hi dicebantur liberi, non tamẽ erant, cum moriebantur serui.

e *Ad similitudinem antiquæ*. olim enim Romani subiugantes aliquam prouinciam, homines eius ad aliam dirigebant prouinciam, & vocabantur Latini, id est Romani, nõ tamẽ erant, sic & hi liberi vocabantur liberi, non tamen erant. vnde & sicut illa missio est sublata, eo quod quandoque vel contra indigenas, vel contra rempublicam, insultabant, & nõ fit hodie hæc transmissio: sic nec sunt huiusmodi Latini. Accursius.

Colonia dicitur terra ad colendum destinata.

f *In colonijs*. id est in villis, vel in terris. propriè enim dicitur colonia terra ad colendum destinata: vt ff. ad munici. l.eius qui. §. j. sed hic pro tota vna prouincia ponitur.

a Tamen hoc ex eorũ ratione. glo. in c. penult. de iudic.

g *Origine*. id est transmissione.

h *Imaginem*. id est Latinitatem ad eius similitudinem inductã, & sume hic arg. quod ex .ll. correctis non debeant sumi argumẽta in causis. arg. .§. de Iusti. Co. confir. l. vnica. Itẽ arg. cessante causa cessat etiam effectus: cessante principali cessat & accessoriũ: vt ff. de re. iu. l. cum principalis.

i *Cum igitur*. quia quod est vtile, recipimus: & quod est inutile, despicimus: ergo videamus quid sit vtile, & quid inutile.

k *Senatusconsulta*. de quibus habes instit. de lib. §. libertinorum.

l *Concurrant* vt instit. de suc. lib. § fin.

Sancimus.] CASVS. Titius vult seruo suo absenti per epistolam dare libertatem: an possit quæritur? Respond. quod sic, adhibitis quinque testibus eidem epistolæ subscribentibus: & sine per se scribentem, sine per tabellionem data fuisset in codicillis, erit liber, nõ Latinus Romanus: patrono viuente et libertate plena cõpetente. hoc dicit vsque ad .§. sed & si quis. in quo figura casum hoc modo: Si quis inter præsentes seruo suo voluerit libertatem donare, potest, adhibitis quinque testibus: & sic extra iudicium: & sine coram iudice inter acta & tabulario hoc fuerit protestatus, sine testes in iudicio, iudice tamen non authoran te, sed testes audiente, protestati fuerint quod talis seruum talem manumisit eis præsentibus, & scripeura inde facta fuerit: & subscriptio tam manumittentis, quàm testium secuerat talis erit liber, non Latinus vt olim, sed ciuis Romanus.

m *Sancimus*. hic incipiũt xij. vel xiij. casus.

n *Per epistolam*. scilicet vltimæ voluntatis secundum Ir. Tu die inter viuos habitæ: vt in fin. §. & inter absentes: consequitur tamen libertatem quasi ex vltima voluntate, vt subaijcit: quod potest prodesse patrono ad hoc vt non videatur concedere peculium: vt .j. de pecu. eius qui me. liber. l. j. Sed quid si non cum hac solennitate, vt testium & literarum publicarum, item subscriptionis patroni, & testium, vel ipsius patroni, sed duo tantum testes interfuerunt? Respondetur: consequitur libertatem, sed non quasi ex vltima voluntate.

pariant, sed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem esse libertatem, ex qua ipso tempore mortis in eandem personam simul & libertas & seruitus cõcurrãt? [l] & qui quasi liber moratus est, eripiatur non solum in mortem, sed etiã in seruitutem?

Per scripturam seu epistolam à quinque testibus subscriptam, & ab ipso patrono scriptã, vel subscriptam, consequi potest seruus etiam absens libertatem à domino, quasi ex vltima voluntate. hoc dicit vsque ad §. sed & si quis. Salycetus.

Sancimus [m] itaque, si quis per epistolam [n] seruum suum [o] in libertatem perducere maluerit: licere ei hoc facere quinque testibus adhibitis, qui post eius literas, siue in subscriptione positas, siue per totum textum effusas, suas literas supponentes, fidem perpetuam possint chartulæ præbere; & si hoc fecerit, siue per se scribendo, siue per tabularium: libertas seruo competat quasi ex imitatione codicilli delata: ita tamen, [p] vt ipso patrono viuente & libertatem & ciuitatem Romanam habeat.

Etiam inter amicos seruo præsenti potest libertas in præsentia quinque testium dari, quam in iudicio apud acta quàm extra: dummodo fiat Scriptura. hoc dicit vsque ad §. sed scimus. Salycetus.

Sed & si quis inter amicos libertatem dare seruo [q] suo maluerit: licebit ei similiter [r] quinque testibus adhibitis suam explanare voluntatem, & quod liberum eum esse voluerit, dicere: & hoc siue interacta fuerit testificatus, [s] siue testium voces [t] attestationem sunt amplexæ, & literas tam publicarum personarum quàm testium

o *Seruum suum*. absentem scilicet.

p *Ita tamen*. hoc subiunxit: quia qui in codicillis manumittitur, non nisi mortuo testatore libertatem cõsequitur: hic autem statim conse quitur, vt dicit. & hic est primus modus antiquæ Latinitatis in plenam libertatem deductus.

q *Seruo*. præsenti. nam superiori casu dixit quando absenti: quod placet: quia de epistola dixit.

r *Similiter*. id est sicut in superiori casu.

s *Testificatus*. id est præsente iudice & tabellione data libertate, & quinque testibus interuenientibus, & subscriptione manumittentis & testium.

t *Testium voces*. id est quia quinque testes in iudicio testificantur quod talis ita seruũ suum manumisit præsentibus eis, & scriptura inde facta: & subscriptio tam patroni quàm testiũ est secuta. præsumitur enim sic fuisse: vt ff. de dona. l.ex hac. In superiori ergo. §. & in isto quatuor casus collige quibus deberur libertas vt ex codicillis, vnus in primo, tres in isto. Primus quan

do inter

do inter absentes. Item inter præsentes extra iudicium. Ité in iudicio, & coram iudice, & aliis tanquam inter acta. Item corã iudice, sed non in forma iudicij. Alij dicunt esse tres tantum, & sic sequitur quintus, vel quartus modus. ff. proxi. §.

a *Habeant*. scilicet testium voces.

Sed scimus.] CASVS. Si aliquis seruum suum ægrotantem dereliquerit, & extra domum eiecerit publicè, nec alij eum commendauerit, vel ad hospitale miserit: fiet ille talis seruus ciuis Romanus, non Latinus, vt olim: nullo modo adhuc superstite domino iure patronatus reseruato, vel spe in bonis eius relicta succedendi ipso moriente. Vi uianus.

b *Periclitantem*. idem si non sit infirmus, secundum quosdam: vt in authent. de nupt. §. si vero ab initio. & §. & multò potius. colla. iiij. quod non placet. & d. authentic. in languente. dicit: sicut hæc, & alia ff. de infam. l. ij. & facit §. de bo. lib. l. vlti. §. his videlicet. Die ergo si sanus est seruus, est nullius: donec vel se occupet, vel ab alio occupetur: vt ff. pro dereli. l. fina. & de stipula. ser. l. quod seruus. nec obstat quod dicitur. ff. de pu. iudi. l. sciendum, quia vere nõ ideo quod est absolutus, est liber: sed quia abiectus, potest esse liber.

Seruus à domino abiectus eius fit.

* *moriendo derel.*

c *Publice*. vt notum sit publice.

d *Vitæ liberti*. quantum ad ius patronatus.

e *Cum moriatur*. quantũ ad occupãdum bona iure peculij.

Similiq; modo.] CASVS. Si aliquis ancillam suam hac conditione vendiderit, ne prostituatur, & si prostituta fuerit, in libertatem eripiatur: vel si prostituta fuerit, liceret ei manus injicere: & emptor eam prostituerit, vel venditor in eam manus injiciens similiter prostituerit: fiet libera, nullo casu prostituenti in ea iure patronatus seruato.

* *iam fuerit facto suo cessiũ.*

f *Tentauerit*. erit quidem libera, vt subijcit: vt ff. qui sine ma. ad liber. per. l. si quis obligatum. in fin. & supra si man. ita ve. ne prostit. l. j. §. j.

g *Iniectionem*. in hac prostitutione specialiter hoc seruatur, vt si manus iniectio fuerit apposita sine commemoratione libertatis, teneat: alioquin potior erit libertatis conditio, quàm manus iniectio, vtroque apposito: vno à primo venditore, alio à secundo: vt ff. de ser. expor. l. Titius seruũ. §. pen. & §. fi. & notant hic quidam duos casus de. xiij. alij vnum dicunt: Accursius.

habeant. a simili modo serui adciuitatem Romanam perducantur, quasi ex codicillis similiter libertatem adipiscentes.

Seruus languidus à domino de domo eiectus, & nomini in eum datus, consequitur hodie libertatem, nullo iure patronatus domino reseruato. hoc dicit vsque ad. §. similiq; modo. Sal.

Sed scimus hoc etiam esse in antiqua Latinitate ex edicto diui Claudij introductum, quod si quis seruum suum ægritudine periclitantem b à sua domo publice eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alij eum commendans, cum erat ei libera facultas, si non ipse ad eius curam sufficeret, in xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eũ adiuuare: huiusmodi seruus in libertate Latina antea morabatur: & quem ille morientem antea dereliquit, * eius bona iterum cum moreretur, accipiebat. ¶ Talis itaque seruus libertate necessaria domino etiam nolente re ipsa donatus, fiat ilico ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus quondam domino reseruetur. Quem enim à sua domo suaque familia publicè c repulit, neque ipse eum procurãs, neque alij commendans, neque eum in venerabilem xenonem mitteus, neque consueta ei prębens salaria: maneat ab eo eiusque subsantia penitus segregatus, tam in omni tempore vitæ liberti, d quàm cum moriatur, e necnon postquã iam in fata sua concesserit. *

Ancilla vendita sub pacto ne prostituatur, prostituta libera efficitur. & idem si vendens sibi reseruauit manus iniectionem, & ipse postea eam prostituit: nec aliquod ius patronatus ei seruatur. hoc dicit vsque ad § . sed & qui domini. Salycetus.

Similique modo si quis ancillam suam sub hac conditione alienauerit, ne prostituatur, nouus autem dominus impia mercatione eam prostituendam esse tentauerit: f vel si pristinus dominus iniectionem g manus in tali alienatione sibi reseruauerit, & cum ad eum fuerit reuersa [ipse] ancillam prostituerit: illico in libertatem Romanam eripiatur: & qui eam prostituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita domum degener & impius constitutus est, vt talẽ exerceat mercationem: quomodo dignus est vel ancillam vel libertam eã habere?

Serui pileati cadauer domini antecedentes, vel in lecto cadaueris stantes, liberi efficiuntur. hoc dicit vsque ad §. illo proculdubio. Sal.

Sed & qui h domini funus pileati i antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadauer ventilare k videntur: si hoc ex volũtate fiat vel testatoris, vel hæredis: l fiant ilico m ciues Romani. ¶ Et ne quis n vana liberalitate iactare se concedatur, vt populus quidem eum quasi humanum o respiciat, multos pileatos in funus procedentes adspiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in pristina seruitute publico testimonio defraudati: fiant itaque & hi ciues Romani, p iure tamen patronatus patronis integro reseruato.

Non attenditur voluntas manumittentis in ea parte, qua dicit se velle illum Latinum libertum esse. hoc dicit vsque ad §. sed & si sub conditione. Sal.

Illo proculdubio obseruando, vt siquis siue in testamento, siue vindicta quendam manumiserit, licet hoc dixerit vel scripserit, quod voluerit eum esse Latinum: superuacua adiectio Latinitatis aboleatur, & ita fiat ciuis Romanus: q ne modi qui ab antiqua obseruatione in ciuitatem Romanam homines perducebant, per priuatorum voluntates deminui videantur.

Si hæres manumittit seruum: pendente conditione libertatis sibi relicta & tenet libertas. sed cuius fit libertus, demonstrabit conditionis euentus. hoc dicit vsque ad. §. illud. Salyc.

Sed & si sub conditione quidem libertatem r seruo suo reliquerit, & adhuc pendente conditione extraneus hæres libertatem ei imposuerit: non vt antea Latinus. sed ciuis fiat Romanus. Et si quidem conditio defecerit ipsius hæredis qui libertatem imposuerit, a maneat libertus. ¶ Sin autem fuerit adimpleta conditio: ne eripiatur liberis forsitan & cognatis b ius patronatus, Orcinus libertus videatur: & ad eum iura patronatus perueniant, cui leges concedunt.

Si precium recepit dominus vt seruus in libertate moretur, vel eum manumittat: hodie libertus Latinus non erit, sed simplex libertus. hoc dicit vsque ad. §. sed & si quis. Salyc.

Illud etiam satis acerbum nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali iudicio superatus fuerat seruus à domino, deinde serui præcium ab aliquo ei solutum est, c in Latinitate eum remorari. quemadmodum enim rationabile est, & præcio eum perfrui, & mortis liberti tempore denuo eum in seruitutem deducere, cum non sint ambo casus sibi consentanei? Et in præsenti igitur casu libertas Romana ei accedat, iure patronatus minime d ei subnixo: quia ipse quodammodo sibi libertus inuenitur.

Si dominus iungat ancillam libero: libera efficitur. hoc dicit vsque ad. §. similique modo. Salycetus.

Sed & si quis homini libero suam ancillam in matrimonium collocauerit, & dotem pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis f personis solum procedere) ancilla non Latina, sed ciuis efficiatur Romana. Si enim hoc quod frequentissimè in ciues Romanas, & maxime in nobiles personas fieri solet, id est dotalis instrumenti conscriptio, e & in hac persona adhibita est: necessarium est consentaneum effectum huius scripturæ obseruari.

IN AVTHEN. de nupt. §. si vero ab initio. & §. adscriptitio. colla. iiij. constitu. j.

Si quis recipit ancillam in matrimonium in liberam, vel contra mulier recipit seruum vt liberum domino scientę, & patiente, liber efficitur, & tenet matrimonium quod non procedit in adscriptitio. Secundum canones distinguitur, an sciatur inter coniuges, & tunc tenet matrimonium: an nesciatur, & tunc non tenet. xxxix. q. iij. c. si quis liber. Salycetus.

AD hoc qui suam ancillam credenti f tradidit in matrimonium tanquam liberam: siue confecerit dotalia instrumẽta, siue non, aut sciens eam duci, tacuitq; ex studio: dominium eius amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idé dicitur de seruo. ¶ Si vero nec domini voluntas, nec taciturnitas studiosa interueniat, & quis credidit liberæ se iũgi personæ, illa vero famula existere declaretur: ipso iure matrimonium non tenet. h ¶ Adscriptitio autem alieno nubere liberã non licet, ignorante vel sciente, nec consentiente domino: immo datur licentia domino per se vel per præsidem abstrahere adscriptitium suum, & plagis mediocribus eum castigare.

Finis authentica.

Adfirmans apud acta seruum suum esse eius filium, facit eum liberum, & non Latinum: licet eum non faciat filium. hoc dicit vsque ad. §. ille autem. Salyc.

Similique modo si dominus inter acta quendam seruum filium suum nominauerit, voci eius quantum ad liberam conditionem credendum est. si enim ipse tali affectione fuerit accensus, vt etiam filium suum seruum nominare i non indignetur, † & hoc in secreto, neque inter solos amicos, sed etiam actis interuenientibus, & quasi in iudicii figura k nominauerit: quomodo potest eũ seruum iterum saltem morientem habere? sed perducatur & ipse in ciuitatem Romanam: vera libertate, & non falso sermone domini sui sustentatus.

Si dominus instrumenta seruitutis tradat seruo, vel corrumpat in præsentia quinque testium: seruus liber efficitur, iure patronatus domino illæso seruato. hoc dicit vsque ad. §. his tantummodo. Saly.

Ille autem nouissimus antiquæ Latinitatis modus in ciuitatem Romanam translatus eligendus est; si quis instrumenta ex quibus seruus ostendebatur, vel dederit seruo, vel corruperit. Sed ne furandi occasio seruis fortitan detur, l & sua malignitate in libertatẽ perueniant: talis modus certa & indubitata probatione manifestetur, vt testibus præsentibus non minus quinque m dominus instrumenta vel det famulo suo, vel delear, aut alio modo corrumpat. Et ex eo igitur modo ciuitatem Romanã ei competere censemus, saluo iure patronatus tam in hac specie

a *Imposuerit*. huic est contra. ff. ad Trebell. l. si cui pure. ij. responso: vbi dicit contra defuncti voluntatem interim non præstandam libertatem. Sed expone ibi, id est cõtra defuncti voluntatem esset si cogeretur hæres: sponte autem potest: vt hic.

b *Cognatis*. quibus & agnati continentur. succedunt eis vsque ad v. gradum: vt institut. de succes. libr. §. multis. nec est contra. ff. de ius vocan. l. venia. quia ibi dicit transire ad extraneos hæredes quædam iura patronatus quæ sunt in non faciendo, vt de non vocando in ius, vel non testificando. hic dicit de succedendo nõ transire.

Illud etiam.] CASVS. Si seruus à domino ex possessione libertatis in seruitutem petatur, siue seruus in libertatem ex possessione seruitutis proclamauerit, & succubuerit, & aliquis pro seruo adiudicarit, vt remaneat liber: olim erat Latinus, hodie fit ciuis Romanus, nullo iure patronatus domino seruato. Viuianus.

c *Solutum est*. sponte accipiente. at si accepisset à seruo, non cogeretur stare pacto: vt §. de transact. l. interpositas.

d *Minime*. vt &. §. de ope. lib. l. qui nummis. Sed contra. §. de bo. lib. l. j. ij. responso, vbi dicit eum habere contra rabulas. Sed ibi à seruo accepit pecuniam, hic ab extraneo: vnde secus est: vt ff. de bo. lib. l. etiam. §. si quis nummos. & de suis & legib. l. intestato. §. j. Item nota hoc verbum consuetum, Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas, & amor sceptri grauitate relicta &c.

† *Deus enim constituit vno potest nisi liberi per eo in. c. illud eau gl. super verbo. donationem extra de præsumpti. Ouidius in fine secundi Metamor.*

Sed & si quis.] CASVS. Si quis ancillam suam alicui libero credenti eam liberam collocauerit in matrimonio, & dotalia conscribat instrumenta: olim fiebant Larini, hodie ciues Ro. Viuianus.

e *Conscriptio*. Argum. quòd ipso facto aliquid declaratur: vt. §. de testa. l. non codicillum. & ff. de regu. l. sin.

f AD *hoc*. *Credenti*. id est ei qui credebat domino tradenti, & volenti eam liberam: vt in cor. continetur. Accursius.

g *Tacuit*. sic ergo tacere in alicuius deceptionem nocet: vt & supra, ad Velle. l. si fine. §. j. & §. in hac. l. §. sed & qui domini.

h *Matrimonium non tenet*. Sed secundum canones distinguitur, an sciatur inter coniuges, & sic tenet matrimonium: vel non, & tunc nõ tenet: vt. xxix. q. ij. c. si quis liber.

Similiq;.] CASVS. Si quis coram iudice seruum suum filium vocabat: quantum ad causam liberalem, licet nõ quo ad ius filiationis, olim erat Latinus, hodie ciuis Roma. Viui.

i *Nominare*. & sic solanominatio facit eum liberum secundum Azo. quod nõn credo, nisi adoptauit eum, vel adoptare incepit: vel forte nisi ea voluntate vocauit, vt vellet eum liberum effici.

† *dedigna-tur.*

k *Iudicij figura*. not. fi-gura iudicij. Et sic nota: licet quod ago, non valet vt ago: valet tamen vt valere potest. id est, licet per hoc non efficiatur filius, sit tamen liber: vt insticu. de adopt. §. fi. Sed arg. contra. ff. de constit. pecu. l. j. §. ij.

Ille autẽ.] CASVS. Si aliquis seruo suo instrumenta emptionalia quæ in emptione sęcui confecta erant, tradiderit, vel corruperit adhibitis. v. testibus: (talia enim instrumenta seruo dari non possunt nisi testibus quinque ad hibitis, ne seruo furandi detur occasio) tunc non fiat Latinus, vt olim, sed ciuis Romanus. Viuianus.

l *Forsitan detur*. No. non dari occasionem delinquendi: vt supra, de indicta vid. l. ij. & ff. nau. cau. l. j. §. maxima. & in proœmio. ff. §. illud.

Delinquendi occasio nemini dãda est.

m *Non minus quinque*. est ergo deterior libertatis conditio quàm alterius rei, cũ alias duo sufficerent testes: vt ff. de proba. l. si chirographum. & est ratio, cum sint familiares: & quia res est eis maxima, facilè

Libertatis conditio est deterior quàm alterius rei.

Chirographū si habeat debitor an præsumatur ob id liberatus.

facilè subtraherent: vt argu. supra de fideicom. l. fin. Alij dicunt alibi præsumi debitorem liberatum, eo ipso quod est apud eum instrumentum: vt dicta. l. si chirographum. & de pact. l. Labeo. quod non placet: nisi probetur redditum: vt ff. de solu. l. pecuniæ. & l. sequen. est tamen magna præsumptio pro debitore.

a *Denegauimus*, supra eo. §. sed scimus. &. §. similique modo. &. §. illud.

His tantummodo.] CASVS. His. xiij. modis electis cæteri abdicantur: nec Latini dicantur, sed serui maneant, & lex Iulia Norbana & senatusconsul. conquiescat, nec de cætero locum habeat: licet antiquitus libertorum triplex fuisset conditio: quidam enim plenam, quidam pleniorem, quidam semiplenam accipiebant libertatem, & ciues fiebant Romæ. Constitutio autem ista ad futuros libertos pertineat: & si aliqua bona libertorum ante. l. istam occupata sunt: eis non præiudicetur. Viuianus.

b *Conquiescant*. Non tamē tollit modos manumittendi: vt supra de his qui in eccles. manumit. l. fi. & instit. de liber. §. multis.

Senatusconsultum Largianum.

c *Senatusconsulto*. quo cautum est, vt liberi manumissoris non nominatim exheredati, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur: vt instit. de suc. liber. §. fi.

Edictū diui Traiani.

d *Traiani*. quod edictum faciebat viuum ciuem Romanum: Latinum autem morientem, si inuito & ignorante patrono ad ciuitatem ire beneficio principis volebat: vt instit. de succes. lib. §. fina.

e *Ad eam partem*. Not. scripturam pro parte tenere, pro parte non: vt in authent. vt cum de appel. cog. §. fin autem. colla. viij. & dixi supra de transac. l. si ex falsis.

DE COMMVNI *seruo manumisso.*

Dixit de propriis seruis, nunc de communibus.

Diuisio.

IN *communes seruos*.] Primo altercationes antiquorum recitat. Secundo illas decidit, & noua dubia remouet. Secunda ibi, His itaque. CASVS. Olim si aliquis habeat seruum communem cum aliquo, & alter seruo volebat libertatem imponere: inter veteres erat quæstio, an non volenti manumittere pars volentis accrescat, necne. & hoc maxime in milite dubitabatur: propter hoc duplex circa materiam istam fiebat constitutio. Prima, si miles seruum cum priuato haberet communem, & ei libertatem voluit imponere: hæres suus compellebatur partem socij emere: alter autem generaliter compellebat sociū suum partem suam vendere: licet ex substantia socij nihil lucri ad eum perueniisset, præcio arbitrio prætoris constituto, & hæc sunt quæ à pluribus iurisconsul. relata sunt nullo habito delectu priuati & militis: vt si quis cum vno vel cum pluribus seruum communem habeat, & inter viuos, & in vltima voluntate ei velit libertatem imponere: hoc ei licet: & alius vel alij socij partem suam compellentur vendere, qualemcunque habeant, siue tertiam, siue dimidiam, siue quartam, ipsi, vel hæredibus eius, si hoc moriens dixit, scilicet quòd vult eum esse liberum, & emi à sociis: ita videlicet vt qui aliorum partem comparauit, si adhuc superstes est, compellatur libertatem imponere, & hæres eius, si iam cessit in fata. Si vero socius vel socij præcium recipere noluerint, consignetur: & in æde sacra deponatur: seruus plenam consequatur libertatem: & sibi imputent socij, qui lucrari præcium distulerint: ita vt peculium inter eos socios diuidatur pro ea parte pro qua quisque in eo habet dominium: & licet libertatem seruo imponenti, seruo concedere peculium, ei iure patronatus pro suo ordine reseruato. h. d. vsque ad. §. fin autem seruus. Viuianus.

Inter viuos, vel in vltima voluntate seruum communem vellet manumittere, compellitur socius, siue sit vnus, siue plures, illum ei vel eius hæredi vendere: nec pro præcio ad iudicem recurritur: quia lex ista cassatur in versicu. ne autem quantitas. & si præcium oblatum non recipiat, sufficit in æde sacra deponi, vt hic in versicu. sin autem socius. & peculium serui inter socios pro rata dominij debet diuidi. & si seruus rationibus erat suppositus, tenetur prius reddere rationes intra tempus à iudice præfinitum. hoc dicit vsque ad versicu. sin autem vno ex sociis. Salycetus.

* B 1. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

IN * communes seruos, eorumque libertates, & quādo cuidā domino pars libertatē imponentis accrescit, necne, & maximè inter milites, qui huiusmodi imponunt libertates: ambiguitas multa exorta est apud veteres iuris auctores: & inuenta est constitutio apud Martianum in constitutionibus diui Seueri, per quam idem imperator disposuit necessitatem imponi hæredibus militis comparare partem socii, & seruum libertate donare.

¶ Sed & alia constitutio [f] diuorum Seueri & Antonini principum reperta est, ex qua generaliter necessitas imponebatur socio partem suam socio vendere, quatenus libertas seruo imponatur: licet nihil [g] lucri ex substantia socii morientis alij socio accedat: præcio videlicet arbitrio prætoris constituendo, secundum ea quæ & Vlpianus libro sexto fideicommissorum, & Paulus libro tertio fideicommissorum refert: vbi & hoc relatum est, quod & Sextus Ælius * iuris antiqui conditor definiuit, socium per prætorem compelli suam partem vendere, quatenus liber seruus efficiatur: quod & Marcellus apud Iulianum in eios Digestis notat: hocque Marcellum, cū Iulianum notaret [h], retulisse, palam est. ¶ His itaque [i] apud veteres iuris auctores inuentis, decidentes tales altercationes, generaliter sancimus, vt nulla inducatur differentia militis seu priuati in seruis communibus: [k] sed in omnibus communibus famulis, [a] siue inter viuos, siue in vltima dispositione libertatē quis legitimam imponere communi seruo voluerit, hoc faciat: necessitatem [b] habente socio vendere partem suam quantam in seruo possidet, siue dimidiam, siue tertiam, siue quantamcunque. ¶ Et si plures sint socij: vno [c] ex his libertatem imponere cupiente, alios omnes necessitatem habere partes suas quas in seruo possident, vendere ipsi qui libertatem seruo imponere desiderat, vel hæredi eius: licet & ipse communis seruus hæres institutus sit; & hoc moriturus [d] dixerit, ita tamen, vt omnimodo ipse, qui partes aliàs comparauerit, vel hæredes eius libertatem imponant. ¶ Sin autem socius vel socij recusauerint precium accipere: licentiam ei damus offerre hoc per publicas personas, & sigillo impresso in ædem sacram [e] deponere, & sic habere facultatem seruum libertate donare, & eum habere plenissimam libertatem, & ciuitate Romana perfrui, & nullum timere ex socijs. sibimet enim imputent, [l] si cùm liceret eis lucrari precium, hoc accipere distulerunt. ¶ Sed ne circa peculium serui aliqua fiat dubitatio: peculium eius in omnes socios peruenire iubemus ex partibus pro quibus quisque [g] dominium serui possidet. ¶ Licentia concedenda ei qui libertatem moriens imponit, etiam eius peculium quod ei attingit, liberto concedere. [h] ¶ Iura autē patronatus proculdubio pro suo ordine ad eum venire, qui libertatem donauit. ¶ Sin autem seruus ratiocinijs suppositus est: ne ratiocinia pereant, vel libertas impediatur, præsidem prouinciæ, vel competentem iudicem tempus statuere oportet: intra quod debeat (ratiocinijs antea factis, & debitis quæ ex his apparuerint, redditis) ita ad libertatem venire. ¶ Ne autem quantitas [i] seruilis precij sit incerta, sed manifesta. sancimus serui precium, siue ancillæ: si nulla arte sunt imbuti, viginti solidis * taxari: his videlicet qui vsque ad decimum annum suæ venerint ætatis, in decem tantummodo solidis * ponendis. ¶ Sin autem aliqua arte prædīti sunt: exceptis notarijs & medicis, vsque ad triginta solidos precium eorum redigi, siue in masculis, siue in fœminis. ¶ Sin autem notarius sit, vel medicus, siue masculus, siue fœmina: notarius [k] quidem vsque ad quinquaginta, medicus autem vsque ad sexaginta taxetur. ¶ Sin verò eunuchi sint serui communes, maiores decem annis: siquidem sine arte sint, in quinquaginta solidos computentur: si autem artifices, vsque ad septuaginta. ¶ Minores etenim decem annis eunuchos non amplius triginta solidis æstimari volumus, [l] & eorum partem competentem socij accipient, & libertatem eis per competentes iudices imponere compellentur.

Ex. 50. de collationibus. & fer cum. §. vltr. instit. de dona.

Cæcilius.

Vbi vnus ex socijs primo petijt seruum manumittere, postea alius idem postulat: potior est primus, sed vbi omnes concurrunt à principio, vel ex post facto, omnes compellentur sine precio: & tunc omnibus seruatur ius patronatus illa sum. hoc dicit vsque ad §. ius autem accrescendi. Salyc.

Sin autem vnō ex socijs libertatem siue imponere, siue relinquere [m] seruo cupiente, & precium dante, alter, vel alteri ex his ipsi se velle dixerint libertatem imponere, & precium dare: melior quidem causa erit eius qui primus ad hāc rationem pietatis peruenit. Si tamen sub obtentu libertatis [n] & ipsi ad hoc profiluerint: tunc iudicem competentem omnes compellere sine precio ei libertatem imponere: peculio quidem in omnes secundum partem dominij distribuendo. ¶ Iura autem patronatus secundum sui naturam omnibus qui libertatem imposuerint, æqualiter habentibus.

Vbi vnus ex dominis communi seruo libertatem legabat, partem suam amittebat, & socio accrescebat: quod hodie est correctum per hanc legem. & libertas competit eo modo quo supra: vt instit. de dona. §. fin. Salyc.

Ius autem accrescendi, quod antiqua iura in communibus seruis manumittendis introducebant, nullius esse momenti, nec in posterum frequentari penitus concedimus. Dat. Kal. Apr. Lampadio & Oreste. IIII. Conss.

TITVLVS VII.

DE COMMVNI SERVO manumisso.

Olim si socius legabat libertatem communi seruo: si erat miles, eius hæres compellebatur illum emere, & libertatem dare. quod non erat in priuato. & ex aduerso socius compellebatur vendere, ne libertas deficeret: & si conueniebant de præcio, iudex illud arbitrabatur. Hodie verò siue sit miles, siue priuatus, qui vel vnus dixit in solidum se velle libertatem imponere, & precium dare: & alius postea veniat idem offerens: prior potior erit habendus. Si verò vnus pro parte velit libertatem imponere, & alius sequens similiter, nullo hinc inde refuso precio, omnes libertatem imponere compellantur: & peculium pro parte dimidia inter eos distribuatur, iure patronatus æqualiter omnibus reseruato. Iure autem accrescendi, quod ab antiquis erat inductum, penitus cuacuato, nec in posterum frequentari concedatur. Viuianus.

* *solidos.*

i *Ne autem quantitas.* ad hoc supra communia de lega. l. fin. circa princ.

k *Notarius*. id est scriptor.

l *Volumus*. quæ æstimatio est supra communia de lega. l. si duobus.

m *Relinquere*. scilicet in solidum, & in hoc differt ab vltimo casu huius legis.

n *Sub obtentu libertatis*. non mouetur ideo ad hoc, quod alius idem vult facere. nam & si alius nollet, iste ad hoc veniret, & sic contemplatione libertatis tantum, non astutia facit hoc. Vel die, cum vterque vult in solidum & totum manumittere, & alteri precium offerre: tum potior est is qui primo venit. Sed si is qui secundo venit, velit suam solam partem serui manumittere: tunc vterque compelletur istam partem manumittere. & ad hanc l. facit instit. de donat. §. finali.

CVm *apud*,] CASVS. Olim inter veteres conuenit, vt seruus communis apud vnumquemque dominorum partim esset alienus, partim proprius, & si vnus dominorum partem quam habebat in seruo, legauerit ipsi seruo, dicendo sic, do lego tę tibi. inter eos quæstio erat, quem sensum haberent verba ista. distinguit ergo Imperator, quòd testator aut putauit posse illum fieri liberum pro par-

a *Famulis*. id est seruis.

b *Necessitatem*. Not. quem cogi vendere: vt & not. supra de iure deliber. l. nec emere. Sed an prius detur libertas, quàm precium soluatur? Respond. immo prius soluetur precium: vt hic innuit, & ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. offerri.

c *Vno ex his*. non ergo statur iudicio matoris partis: vt ff. de ser. rusti. prædio. l. per fundum.

d *Et hoc moriturus*. scilicet quod vult esse eum liberum, & emi à sociis. si enim hoc non dixit, videtur instituendo seruum communem voluisse hæreditatem suis socijs per eandem personam acquiri: vt & in legato dicitur: vt ff. pro socio. l. verum. §. seruo communi. & ff. ad leg. Falci. l. Plautius.

e *In eadem sacram*. vel ibi vbi competens iudex disposuerit: vt ff. de vsuris. l. accepram.

f *Imponente*. quid si aliquis eorum erat minor viginticinque ann? Idem dicam, ar. ff. de fideicommiss. lib. l. cum quasi. §. si plures. argum. contra supra de admini. tut. l. lex quæ tutores. hoc secundum H. & hæc eadem in adscriptitio plurium intelligo: vt argum. infra de agrico. & cēsi. l. ne diuti⁹. lib. xj.

g *Pro quibus quisque*. quandoque pro virilibus: vt ff. de stipula. seruo. l. j. §. si seruus. quandoque in totum apud alterum, vt si solus concesserit: vt ff. de pecu. l. quis ergo.

h *Concedere*. quod semper ei conceditur cùm inter viuos manumittit: vt infra de peculio eius qui libertatem meruit. l. vnica. Accursius.

Sin autem seruus.] CASVS. Si seruus suppositus est ratiocinijs: ne rationes pereant, vel libertates impediantur, præses tempus statuet, intra quod rationes & reliqua si qua emerserint, reddantur: & sic ad libertatem perueniet. consequenter in versicu. ne autem. dicitur qualiter facienda est æstimatio serui. & per se patet. Si verò

al. in versic. sin.

i *His itaque*. scilicet relictis ambiguitatibus.

k *Seruis communibus*. scilicet manumittendis.

l *Volumus*. quæ æstimatio est supra communia de lega. l. si duobus.

m *Relinquere*. scilicet in solidum, & in hoc differt ab vltimo casu huius legis.

n *Sub obtentu libertatis*. non mouetur ideo ad hoc, quod alius idem vult facere. nam & si alius nollet, iste ad hoc veniret, & sic contemplatione libertatis tantum, non astutia facit hoc. Vel die, cum vterque vult in solidum & totum manumittere, & alteri precium offerre: tum potior est is qui primo venit. Sed si is qui secundo venit, velit suam solam partem serui manumittere: tunc vterque compelletur istam partem manumittere. & ad hanc l. facit instit. de donat. §. finali.

CVm *apud*,] CASVS. Olim inter veteres conuenit, vt seruus communis apud vnumquemque dominorum partim esset alienus, partim proprius, & si vnus dominorum partem quam habebat in seruo, legauerit ipsi seruo, dicendo sic, do lego tę tibi. inter eos quæstio erat, quem sensum haberent verba ista. distinguit ergo Imperator, quòd testator aut putauit posse illum fieri liberum pro par-

pro parte, aut contemplatione socij: vt sua pars socio acquirerētur, quod nolebat eum ad hæreditatem peruenire: dicit quod sic sunt verba testamenti interpretanda, vt pro parte fiat liber necessitate imponenda socio de vendenda parte sua hæreditatis dividendæ per leg. proxim. & si precium recipere noluerit, consignetur, & periculo suo deponatur: cum in ambiguis benignior sententia sit præfecenda.

a *Et ipse legato.* Nam seruo communi potest legari, & acquiritur socio tunc legatum: vt hic, & ff. pro socio l. verum. §. seruo cõmuni. sed pro prio non: vt §. de lega. l. seruis.

b *Ex parte seruum.* hic seruus erat errór: quia non potest pro parte esse liber, & pro parte seruus: vt. ff. de liber. cau. l. duobus. & de exceptione rei iudicatæ, l. iudicare. & de lega. ij. l. cum filius.

Legari sibi an possit quis à seipso.

c *In sua parte donare.* potest ergo sibi legari ipsemet. & sic est contra. ff. de hæredi. instit. l. sed & si sub conditione. §. fina. solu. ibi erat hæres institurus seruus, vnde nec dicitur à seipso sibi legari. hic autem hæredes sunt filij, à quibus inuenietur sibi legatus.

d *Erat itaque.* Futurum itaque tempus significat: id est fiat, præstito scilicet precio, vel oblato: vt dixi supra. l. j. §. necessitatē, & hic subjecit: & sic non erit pro parte liber, sed totus simul.

e *Humaniorem.* vt & supra de fideicommiss. liber. l. cũ inter veteres. in fin.

DE SERVO PIgnori dato manumisso.

Continuatio.

Superiori titulo videbatur communio impedire manumissionem, hic pignoratio: & ideo de hoc post illum ponit.

LIcet.] CASVS. Certum est quod maritus seruum dotalem, si soluendo est, manumittere potest: sed si mulieri sit specialiter obligatus, an eum manumittere possit, quæritur? Dicitur quod non, ea inuita, Viuia.

* precium.

f *Dotale.* quod datum est in æstimatum: vt & §. de rei vxor. actu. §. & cum lex.

g *Manumittere.* vt & §. de iure do. l. & si dotis. & ff. de manumisso. l. seruum dotalem. ex quibus eollige quod vir dominus est rei dotalis. quod verum est. Sed arguin. contra. §. de

Qui legat seruo communi seipsum: videtur ei legare libertatem. Item quando verba possunt dupliciter intelligi, debent interpretari in humaniorem partem. Bald. Vel sic: Si aliter ex dominis partem quam habet in seruo, ipse legauit: dicitur ex benigna interpretatione libertatem velinquere: & sic habent locum quæ dicta sunt in præcedenti. Salyc.

11. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm apud omnes iurisperitos hoc placitum est, vt seruus communis apud vnumquemque dominum partim sit proprius, partim alienus, vt ex hac causa possit & ipse legato[a] honorari, & ipse legari: huiusmodi incidit quæstio: Duo vel plures domini communem seruum habebant, sed vnus ex his ipsi seruo suam partem quam in eo habebat, legauit. Et semel accepta dubitationis occasione, hoc vetustas in magnũ extulit certamen. Nos igitur sensum huius legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum esse opinamur. Aut enim putauit testator liberum fieri posse ex parte seruum,[b] qui huiusmodi legatum ei reliquit: aut si hoc minimè cogitauit, affectu socij fecit, vt ei acquiratur: hæredes autem suos eundem seruũ possidere minimè voluit: vt sit manifestum à suo patrimonio penitus esse eum alienatum. ¶ In tali itaque cõparatione nos qui fautores libertatis sumus, sic ambiguam testatoris interpretamur voluntatem, tanquam si voluerit eum libertate in sua parte donare.[c] Et cum iam de communibus seruis manumittendis statuimus, quid in huiusmodi casibus fieri oporteat: ex illius sanctionis tenore, & huiusmodi species sit definita. ¶ Fiat itaque[d] liber ex parte quidem testatoris, secundum eius voluntatem: ex altera autem parte, ex nostra definitione, precio, * secundum prædictæ constitutionis tenorem, [vel socio] vel socijs ab hærede præstando, vel si accipere noluerint, tam eam offerendo, quàm consignando, & periculo eorum deponendo: cũ satis abundeque imperiale est, humaniorem[e] sententiam pro durioribus sequi.

A iure dot. l. in rebus. vbi de hoc dices. nam aliàs non posset manumittere, nisi esset dominus: vt j. tit. ij. l. si non proprietatem. nec ei pignorari res sua: vt ff. de pign. acti. l. si rem alienam. quod hic permittitur.

g *Si te.* seruum dotalem.

TITVLVS VIII. DE SERVO PIGNORI dato manumisso.

Maritus est dominus rei dotalis. ad hoc allegatur. Bald. Vel sic: Maritus dotis dominus, seruum dotalem manumittit, sed non inuita vxore cui specialiter pignori dedit. Sal.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Proculo.

LIcet dotale[f] mancipium vir qui solvendo est, possit manumittere:[g] tamen si te pignori quoque datum[h] mulieri apparuerit: inuita ea non posse libertatem adsequi,[i] non ambigitur.

Quod specialiter declaratur, validius operatur quàm quod in genere prædicatur. Bald. Vel sic: Tacita bonorum obligatio, etiam fisci, non impedit libertatem serui, nisi fraus, & euentus interuenerit. Sal.

11. Iidem AA. Abasseanto.

LIbertas à debitore fisci seruo data, qui pignori non est ex conuentione speciali, sed tantum priuilegio fisci obligatus,[k] nõ aliter infirmatur, quam si hoc fraudis consilio effectum[l] deteretur.

Etiam expressa generalis obligatio bonorum non impedit seruũ manumitti: sed specialis eiusdem serui. Sal. & Bald.

111. Iidem AA. Antonio.

A Beo qui bona sua pignori obligauit quæ habet, quæq; habiturus esset, posse seruis libertatem dari, certum est.[m] ¶ Non idem iuris est in his seruis qui pignoris iure[n] specialiter traditi vel obligati sunt.

Consentiente creditore, debitor iure manumittit seruum quem specialiter pignori dedit. Sal. & Bald.

1111. Imp. ALEXAND. A. Sabiniano.

SI (vt proponis) consentiente creditore,[o] cui pignoris iure cum alijs mancipiis obligatus fuisti, à debitore manumissus es: potuisti ad libertatem peruenire. PP. VI. Id. Maij. Alexand. A. Conss.

Ad rescindendum aliquod factum, non potest quis suam vel quasi suam turpitudinem allegare. Bald. Vel sic: Satisfactio creditorũ confirmat libertates manumissorum, nec fraus propria à debitore allegata, ei patrocinatur. Salyceius.

v. Idem A. Extritatiano.†

SI creditoribus satisfactũ fuerit: ancillæ quæ pignori obligatæ à debitore manumissę erãt, libere fiunt. nam ipse manumissor, si fraudem se fecisse credito-

h *Datum.* specialiter & expresse. vt j. c. l. ij.

i *Assequi.* nisi forte seruus pecuniam soluat: vt ff. de hære. instit. l. pignori.

k *Libertas.*] CASVS. si cum fisco contraxisti: omnia bona tua tacitè sunt obligata propter priuilegium fisci. Si ergo seruum tuum ei specialiter non obligatum manumisisti: an reuocetur libertas, quæritur? Dicitur quod non: nisi fraudis cõsilium habueris.

l *Obligatus.* nam contrahentis cum fisco bona omnia tacitè obligantur: vt j. in quibus calibus pignus tacite contra. l. ij.

l *Effectum.* & cum effectu. & non currit decennium: vt ff. qui & à qui. l. si cum fideicommissa. §. Aristo.

A Beo.] CASVS. Si generaliter omnia bona tua mihi obligasti: an seruum tuum possis manumittere, quæritur? Respond. quod sic. & hoc in prima. secus si seruus fuisset obligatus. & hoc in secunda.

m *Certum est.* vt ff. qui sine ma. ad lib. peruc. l. si quis obligatum. & hoc nisi in fraudem creditorum: vt §. l. proxi.

n *Iure.* vt ff. de manumiss. l. seruus. & qui & à quib. l. seruum. & §. de necess. ser. l. j. & hoc nisi ipse seruus se luat, & soluat: vt dixi supra eo. l. j. similis est differẽtia: vt hic, & ff. in quib. cau. pign. taci. contrahi. l. est differencia. & j. de pig. l. ij. & ff. de fur. l. si is qui rem.

SI vt proponis.] CASVS. Si debitor seruum quẽ pignori obligauit, consentiente creditore manumiserit; antequam manumissio, quæritur? Dicitur quod sic. Viuianus.

o *Creditore.* etiam minore. xx. ann. vt ff. de manumiss. l. si pater. §. fi. & ff. qui & à qui. ma. l. qui in fraudem. §. fin.

SI creditoribus.] CASVS. Si in fraudem creditorũ seruum tuum manumisisti, & postea eis satisfeceris: si postea vis reuocare libertatem, quia dicis te in fraudem credi-

† Extritatianus.

dem creditorũ manumisisse: an sis audiẽdus, quæritur? Dicitur quòd non. quia propriam turpitudinem allegas. nec si tu in fata concessisti, audiendi erunt hæredes tui.

a *Non debet.* Nota non audiri quam allegantem turpitudinem suam. Item non licet venire contra suum vel prædecessoris sui factum, licet illud non tenuerit de iure. & est sic. §. de transac. l. transactione. ij. & j. de reuoc. don. l. cum confiteatis. & ff. qui & à qui. l. pignori. & j. de reuo. his quæ in fraud. credi. l. filios. & ff. de euic. l. vindicantem. & de lega. ij. l. qui solidum. §. etiam respublica. & j. de libe. causa. l. si ab eo. & ff. de lega. j. l. si seruus plurium. §. j. & non potest venire contra factum suum. vt. §. de rei vind. l. cum à matre. & ff. de adop. l. post mortem. & de ser. rusti. prædi. l. per fundum.

* Auctori.

SI tutor.] CASVS. Si tutor emit seruũ de pecunia pupilli: post ea vult eum manumittere: an possit, quæritur? Dicitur quòd non, fauore pupilli: quia huiusmodi res pecunia pupilli cõparatæ, sunt pupillo.

* Idem A. Iuliano.

b *Obligati sunt.* non ergo sunt sui, licet sua, id est pupilli pecunia empti, sed & si velit eos etiam suos habere, ratificando emptionẽ bene potest: & tunc habebit vtilem in rem pupillus: vt §. arbi. tur. l. curator. & ff. quãdo ex facto tuto. l. ij. Item not. hic magis priuilegiatũ pupillum muliere & fisco: vt hic, & §. eo. l. j. & l. ab eo.

* Iuris.

Pupillus est magis priuilegiatus quam mulier & fisc.

SI ita cùm nupsisses.] CASVS. Mulier aliqua dedit mihi seruum in dotem, vel ex pecunia dotis seruum emit: an possit cũ manumittere, quæritur? Dicitur quòd sic. vnde seruo manumisso, mulier super ista mouebat quæstionem status.

c *Comparauit.* vt & §. de iure. do. l. ex pecunia.

d *Manumitti.* vt & supra eo. l. j.

Continuatio.

DE SERVIS REIPVBLICAE manumittendis.

De seruis singulorum dictum est: nunc autem tractat de seruis vniuersitatis cuiusque, id est reipublicæ Romanorum, vel cuiuslibet ciuitatis. Azo.

SI ita.] CASVS. Consiliarij ciuitatis Bonon. consentiẽte potestate manumiserunt seruum reipublicæ. seruus ille vicariũ suum pro se dederat, qui aufugit: an ideo magis reuocabitur iste in seruitutem, quæritur? Respon. quòd non. Viuianus.

e *Manumissus es.* sic ergo potest dari libertas: vt & ff. de offi. præto. l. Barbarius. & de manu. quæ seruis ad vniuer. perti. impo. l. j. & ij. idem in seruis ecclesiarum, per simile. arg. j. de præd. decur. lib. x. l. fi. & j. de decur. l. ij. eo. li.

SI decretum.] CASVS. Si à Cõcilio Bonon. ciuitatis auctoritate potestatis interueniẽte, seruus ciuitatis manumissus vxo rem duxerit, & ex ea filiam susceperit: an sit libera, & in potestate patris, quæritur? Dicitur quod sic. Viuianus.

f *Comprobauit.* vt & §. l. proxi.

g *Patestate.* ex liberto etiam ingenuus est: vt supra de suis & legiti. liberis. l. filium.

Titulus.] CASVS. Quo casu seruus priuati manumissus reuocatur in seruitutem, eodem modo & seruus vniuersitatis. Si consulles ciuitatis Bono. consentiente potestate, dato seruo vicario, vt statutum est tam in Italia quàm in prouincia, seruum reipublicæ manumiserint, & manumissus officium tabellionis administrauit, vt prius fecit: an propter hoc videatur libertas reuocari? dicitur quòd nõ: nec filiis nocet quominus possint fieri decuriones.

h *Titulis.* scilicet venditione, vel dotis donatione, vel simili: vel reuocatione ex ingratitudine: vt ff. de liber. cau. l. si vsusfructus.

i *Quibus.* id est quo: vt §. de in ius voc. l. si. & facit. j. de ingen. manu. l. scientis.

k *Vectibuleci.* aliàs, Vectibilici. aliàs, Vectilibici. hic Vectibulicus tulit legem de huiusmodi seruis manumittendis.

l *Cuius.* scilicet legis Vectibulici.

* Titulo nõ præcedẽte.

m *Iterum.* consule.

n *Ad prouincias.* vt non solum in Italicis seruis, sed etiam in prouincialibus locum habeat.

* In manu

o *Tabularium.* quod scrip. Vectij officium omnibus ter. libici. Consulis interdicitur: vt in. tit. fra de tabu. l. generaliter. libr. x. ideo autem videbatur ohesse sibi, quia fuerat seruus publicus: vt. ff. de adop. l. non aliter. & sic ex eo natus, deberet censeri spurius: vtpote sine patre, de iure ciuili: vt. ff. de regul. iur. l. seruitutem. tamẽ aliud est: quia dicitur seruus, non quod sit seruus: quia tabellio seruus esse non potest. j. de tabu. l. generali. lib. x. sed quia seruit rei publicæ. Item & aliud videbatur ei obesse: quia gesserat actũ publicum: scilicet tabularium: & actum reipub. nemo libertus gerere compellitur: vt. j. ne quis liber inuitus. l. j. & ij. lib. xj. &. j. de libe. cau. l. liberos.

† aliàs, ex re ciuili. liberto ingenuo fuscet.

p *Ex liberis.* ideo dicit ex liberis, vt dicunt: quia si seruus esset, licet mater esset libera, & pater seruus fisci, filius sequeretur conditionem patris. & pro eis. j. ne de sta. defunc. l. si pater. idemque dicunt in filio Gynæciarij. Sed Ioan. contra. nõ enim patris conditionem in seruitute sequitur: vt. §. de rei vindic. l. parrũ. sed in curiali conditione & in honoribus: vt. j. de decur. l. exẽplo. & l. eos. & l. nullus. libro x. Dic ergo ideo dici ex liberis: quia si patrem habuisset seruum, esset spurius, & ideo nõ vocaretur ad decurionatum, vel ad aliã dignitatem, donec esset legitimus com-

Filius in eos quo sequitur paternã conditionẽ.

petitor: vt. ff. de decurionibus. l. generaliter. §. spurios. &. ¶. de suis & legi. libe. l. ex libera.

DE HIS QVI A NON DOMINIS MANVMISSI SVNT.

EVM *qui seruos.*] CASVS. Si seruum suum quasi proprium manumisi: an ad æstimationem serui tibi teneat, quæritur? Dicitur quòd sic, vel ad id quod tua interfuit eum non manumitti.

a *Manumittit.* sciens: aliàs, cum nullum præcium habeat, non teneretur.

b *Quanti.* subaudi, vel quanti, si non est in litera &c. vel in fine supple, vel ipsum seruum, & secundum hoc præcium & interesse est idem. Sed qua actione hæc æstimatio petitur? Respond. præscriptis verbis, vel in factum, vel vtili negociorum gestorum, habendo ratum licet non suo nomine gestum, & licet res extet. quod est speciale fauore libertatis, scilicet quod posit habere ratum negocium non suo nomine gestū: & re nondum perempta, vel vsucapta: aliàs secus, vt supra de rei vindica. l. mater. & de re. alien. non alienā. l. j. Item hac. l. manumitto alienum: sed duabus sequentibus manumitto debitum alteri.

Cornelia-no.

Etiessima.] CASVS. Mandaui cuidam mulieri vt seruum mihi emeret, & suo nomine emit, & antequā eum mihi traderet, manumisit: si peram eum mihi reddi libertate reuocata, an sim audiendus, quæritur? Dicitur quod non. Viuianus.

c *Deis.* suo nomine, quia si suo nomine emisset, in suo domino esset, & ideo ei libertatē dare non potuisset.

NOn ideo.] CASVS. Si filius ancillam tibi vendiderit: an ideo minus quod à fisco eam comparasti, possit in libertatem proclamare, quæritur? Dicitur quod non, & hoc in prima. An aut enim obsit quo minus proclamet in liberr. quòd cum vt debatur, exte debat numerum. xx. annorum? Respon. quòd nõ: quia tunc habet locum quòd ei obesse possit, cum gratia participandi precij præbuit assensum: & hoc in secunda. Cui vero incubat probatio, an ei prouocanti de possessione seruitutis in libertatẽ, an tibi, quæritur? Respon. quod ei incumbit onus probandi. quia ea non probante, ius possidẽdi eam vt ancillam obtinebis inconcussum. & hoc in tertia.

p *Comparasti.* nec enim rem alienam vendidit vt tuam, cum nullius erat: alias enim videris domin. vt argu. instituti. de vsuca. §. fin. & infra. de quadri. præscrip. l. bene.

q *Præsentem & alia sunt necessaria quæ diximus. ff. de statu. ho. l. & in seruorum.*

r *Recipit.* item oportet eam prius reddere rationem: vt. ff. eodẽ. l. imperator.

s *Obtinebis.* vt supra de eden. l. qui accusare.

Nec si.

VI. Impera. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIA. Cæs. Versimeno.

Venditio fisci non præiudicat cautæ liberali, item probationis onus incumbit non possidenti: quo non probante, possessio rei manet inconcussa. Baldus. Vel sic: Quatuor dicit. Primo, quod fiscus non priuilegiatur, vt mulier ab eo vendita ad libertatem non proclamet. Secundo, quod exceptio minoris ætatis contra eam est inanis. Tertio, quod ex seruitute proclamanti in libertatem, incumbit onus probandi. & hoc operatur possessio eius quã habet contentus. Quarto, quod exceptio precij participati probata, facit libero vendito. Salyc.

v. Idem. A. Sabino.

NOn ideo minus in libertatem proclamare potest ea quam ancillam tuam esse dicis, quod eam vendente fisco comparasti [p]. ¶ Sed nec hodie * ad præscriptionem operatur, quod venditionis tempore maior viginti annis fuerit: cum ætatis allegatio non aliàs possit præscriptionem † aduersus ciuem Romanum accommodare, quàm si participandi precij [q] gratia consensum seruituti dedisse probetur. ¶ Probationis tamè onus, cum ex seruitute in libertatem adseritur, ad se recipit [r]: quæ si affirmationem suam non impleat, inconcussum possessionis ius obtinebis [s].

Si spontanea confessio non valet: multò minus facta coactè vel in tormentis. Baldus. Vel sic: Etiam spontanea confessio in scripturam redacta, liberum non facit seruum. Salyc.

VI. Impera. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIA. Cæs. Versimeno.

NEc si.] CASVS. Scripsisti te seruum meũ esse: an tibi præiudicalti quo magis stas seruus, quæritur? Respõ. quod nõ. multo minus fieret tibi præiudicium, si te per vim compulissem vt scriberes te seruum meum esse.

a *Seruum.* eius qui sciebat te liberum: vt. ff. de inge. manu. l. scientis. & ff. eo. l. liberis. §. si quis. Sed certe idem si ignorans: quia huiusmodi confessiones non præiudicant quasi contra naturam: vt &. j. eo. l. interrogatam. &. l. liberos. j. & ij. &. ff. de inter. act. l. finis cuius. §. fina. sed quantum ad adscriptitiam causam huiusmodi confessio posset nocere, si alia adessent quæ adesse oportet: vt. j. de agri. & censi. l. cum scimus. lib. xj.

† Aurelius, alias, Antõ.

SI ab eo.] CASVS. Si in testamẽto tuo seruum tuu manumisisti: an hæres tuus possit eum in seruitutem revocare, quæritur? Dicitur quod non: licet de iure manumissio non procedat, ex quo enim hæreditatẽ adit, factum tuũ debuit cõprobare.

b *Firmare debuit.* vt. ff. de rebus alie. nõ alie. l. vẽditrici. &. ff. de euict.

† Venuria. l. Seia. & de pigno. act. l. rem alienam. ff. de rei vindica. l. cum à matre. Sed contra. ff. qui & à quib. l. si seruo. Solu. hic dominus extitit hæres manumissori: ibi ecõtra manumissor domino. quæ non placent: quia magis debet esse econtra. Vel dic quod valet iure exceptionis: vt hic, non ipso iure, vt ibi. Vel hic fuit manumissus ab eo qui non potuit manumittere, non quod non esset dominus, sed quia minor erat. xx. annis, sine iusta causa: vel quia in fraudẽ creditorũ. argum. ff. de ser. pig. da. ma. l. si crediторibus. ibiquia non erat dominus. Item arg. contra. ff. de castrẽ. pec. l. pen. in fine. ADDITIO. Pro solutione contrariorum in hac glo. formatorum, vide pulchram distinctionem Bar. in l. cũ vir. ff. de vsucap. ante finem.

CVm affirmes.] CASVS. Si cum seruo tuo de danda sibi & sibi liberrate, acceptа certa pecuniæ quantitate conuenisti: si non manumisisti sicut conuenisti, non es compellendus stare conuentioni: sed hortabitur te præses facere vt conuenisti, iure patronatus tibi manente saluo.

c *Nummo.* id est nummis. sic multus piscis est Bononiæ, id est multi pisces: vt. ff. de verb. sig. l. in vsu.

d *Hortabitur.* vt &. ff. de condic. ob cau. l. si liber. Sed an necessitatem imponat: Quidã quod sic: vt. ff. si liber. inge. esse dicit. j. Sed certe ibi non fuit seruus reddito præcio. Item pro eis. ff. de acqui. hæredi. l. si seruum §. si quis. sed ibi domino futuro dedit, nõ præsenti. Vel ibi succurritur ei, vt non sit necessarius hæres. Tu dic quòd dominus non compellitur: licet sit hortandus: vt supra de transact. l. interpositas. & infra eo. l. post certi.

e *Eum.* scilicet dominum quondam.

A

NEc si volens scripsisses seruum[a] te esse, non liberum: præiudicium iuri tuo aliquod comparasses: quanto nunc magis, cum eam scripturam dare cõpulsum te esse testaris?

Contra libertatem præstitam à defuncto hæres non potest venire, etiam si seruus fuerit hæredis: quia adeundo hæreditatem, confirmat libertatem. Salyc.

VII. Imperator AVRELIANVS †. A. Secundo.

SI ab eo cuius seruus fuisti, manumissus es: frustra libertatis controuersia sustines, maxime ab hærede eius qui [re] manumisit. cum etsi iure libertas nõ processerit, respectu tamen aditæ hæreditatis voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit[b].

Ex pacto facto cum seruo proprio de se vel filio manumittendo, & dato nummo dominus non adstringitur, licet à iure hortetur. Salyc.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Verinæ.†

CVm adfirmes placuisse quondam domino tuo, vt pro te & pro filia tua dato nummo[c] certæ quantitatis vos manumitteret, & re tantummodo liberauit: aditus rector prouinciæ hortabitur[d] eum[e], salua reuerentia quã patrono liberti tolent exhibere, placito suo stare. Dat. prid. Maximo. II. & Aquilino Conss.

Adfirmum in libello habet vim confessionis, & ei statur contra proferentem, & si in diuersis libellis contraria dicit, statur ei quod nocet. Bal. Vel sic. Confessum supplicantis statur in eius præiudicium, non fauorem. Salyc.

IX. Iidem AA. & CC. Proculo.

CVm* precum[f] tuarum[g] conceptio, licet eum contra quẽ

* Ista lex est in argumento quod testibus sibi ipsis cõtrarius nõ est credẽdũ, vt in gl. super, verbo, cõtradicẽt. in cap. licet. extra de proba. Numerus singularis pro plurali ponitur.

CVm precum.] CASVS. Si in libello precũ quem principi cõtra seruum tuũ porrexisti, in prin. seruum natum ex ancilla adfueraſti, in fine autem ex adscriptitia: posterion adiuerato ni fauore libertatis sibi atur corã iudice delegato, apter vtumã adsertionẽ in scripto cõtentã. nec rediẽs ad principẽ aliud obtinebit, vt potius dicendus sit adscriptitius, quã seruus. Vel sic: Dixi imperatori, vellem vt cognosceres inter me & quendam quem dico ex ancilla mea natum. etiam ille dicitur Albertus Carbonien. dixit imperator: intellexi ex verbis precu tuarum, quod dixisti ex ancilla tua natum, & dixisti vocari Albertum: quo nomine non consueuerunt vocari serui, sed liberi: & posset esse ex ancilla natus, non tamen seruus: ideo videtur quod tu non sis audiendus.

† Intelligitur. *Super hãc l. vide Alcia. Paradoxo. lib. 5. cap. 5. & Anto. August. lib. 3. emend. cap. 8. & Virgilium in Lyra. Contra. Libellum porrigens si quid dicat contra se, standum dicto suo.

Cum precum. nota per legẽ istã, q̃ si quis porrigit libellum, & aliquid dicit contra se in libello, standum dicto suo contra se. argu. ff. ta. militẽ erescendę. l. qui familię.

g *Tuarum.* factarum a tua vice. & nota quem videri conteri quod in libello ponit.

h *Tamen nomini.* hic pone casum in principio postum: & die quod pretus in libello precum dixerat natum ex ancilla: postea in eodem libello ex adscriptitia posteriori confessio valet fauore libertatis.

Liberos.] CASVS. Licet liber homo tioni seruiat, vel pactus sit q̃ sit seruus: non ob hoc sibi præiudicat quo magis fuerit seruus. Vianus.

† Secundum alias libertatis, si liberum natus.

i *Pactus.* vt &. ff. eodem l. nec si volens. &. ff. de pac. l. si vnus. §. & in summa. Accursius.

k *Adminis trationis.* vt &. ff. de ser. reipub. l. fi.

NOn mutant.] CASVS. Si seruus tuus re ignorante ad honores ciuiles adspiraverit, nõ ob hoc probauit se esse ingenuũ: nec per hoc quod pater eius aliquãdo ad ciuiles adspiauerit honores, sed cora cõpetẽti iudice de statu eius quęretur, scilicet an sit liber, vel seruus. Viuianus.

l *Adspirauerint.* domino ignorante alioquin contra: vt. j. qui mi. non pos. l. super seruis. &. l. fina. lib. xij. & ad hoc. ff. de offi. præto. l. Barbarius. & infra eo. l. iubemus. & supra de proba. l. neque. vnde suus honor non prodest: multo magis nec patris.

m *Solemnibus.* id est dato libello.

SI ex liberta.] CASVS. Si liberũ vt seruum tuũ distraxisti, ei nõ prædicatti quo minus in libertatẽ proclamare possit, ne fiat seruus, & hoc in prima. Si vero ex ancilla tua natũ distraxisti: licet emptori præcium seruus soluerit, non ob hoc erit liber. Vian *Liberta.*] q̃da libri habẽt, ex libera, alij, ex liberta, alij, si liberũ.

o *Consecutus es.* nisi in casibus, vt institu. de noxa. in princ. & supra de pa. qui fi. dist. l. ij.

PRincipaliter.] CASVS. Stichus dicebat esse seruus meus, decessit relictis filiis, & peculio, venit Titi[s] ex aduerso, dicẽs peculium

lium ad eum pertinere, & quod filij stichi serui sui erant: quid iuris sit quæritur? Dicitur quod non debet principaliter inquiri de Sticho, & ita de carne & ossibus eius: sed debeo probare corã præside quod dominium Stichi spectabat ad me: quo probato, peculium eius & filij mihi adsignabũtur. Vel sic: Si habui seruũ, & ille habuit peculium, & decessit: non potest quæstio principaliter de dominio istius assignari: sed si de peculio eius fuerit controuersia, poterit quæstio illa agitari. prior sententia verior est. Viuianus.

† Antistia.

a *De statu.* vt petantur caro & ossa.

b *Debent.* vt infra ne de sta. defunc. l. quamuis. & l. fin. & j. si pend. appellatio. mors inter. l. quamuis.

LIte ordinata.] CASVS. Si aliquem de possessione libertatis in seruitutem petieris: lite contestata, in liberali causa, ea pendente interim pro libero habebitur quo ad causam liberalem exercendam. Viuianus.

† Quintianus.

c *Lite ordinata.* id est contestata.

* Concor. gl. super verbo, fides, in ca. super literis de fest. Sequestrpendente lite de statu, quo ad, vsitet pro liberto habetur.

d *Libertatis.* id est lite cõtestata in liberali iudicio, alias aliter dicitur: vt §. qui da. tuto. post. l. j. & ibi notatur.

e *Constituitur.* scilicet pro libero.

f *Habetur.* quo ad hanc litem exercendam: & ex eventu apparebit, fuerit vilis an inutilis: vt ff. eo. l. ordinata. & ff. ex quibus causis ma. l. j. §. is autem. & ff. de vsuca. l. fi is qui. §. si seruus. sic ergo pro libero habetur, vt agat contra dominum. Item vt per pro curatorem causam libertatem exerceat, si ex libertatis possessione in seruitutem petatur: seruus si econtra. Item vt actiones contra cæteros debitores intentet, & contra se intentatas excipiat: non vt finiat: vt infra de adsertione tollenda. l. j. in princip. & ff. de procura. l. seruum. §. j. & de libera. causa. l. ordinata. Item vt ei detur tutor: vt supra qui dare tuto. vel cura, possit. l. j. sed quo ad quædam non habetur pro libero, scilicet vt interim ad militiam eligi possit: vt ff. de re milit. l. qui status. nec quantum ad hoc quin acquirat cæterarum rerum possessionem domino: vt ff. de acquirend. poss. l. iij. §. si seruus. & de libe. causa. l. si cui. §. licet. Accursius.

NEc omissa professio.] CASVS. Si de possessione seruitutis in libertatem prouocasti, non ob hoc tibi præiudicabitur, quod instrumenta natiuitatis tuæ non habueris, quo minus lis tuo marte decurrat, & prout iuris ratio dictat, decidatur: aliis idoneis probationibus adhibitis. Viuianus.

g *Nec omissa professio.* id est scriptura illa quæ fieri solebat in natiuitate cuiuscunque ingenui. Accursius.

Status quæstio defuncto iam principaliter nõ mouetur, sed potest secundario de ipsa disputari propter res & statum filiorum. Bald. Vel sic: *De statu defuncti non potest principaliter quæri, sed in consequentiam, si res eius vindicetur: de statu vero filiorum sic. Sal.*

XIII. Iidem AA. & CC. Paulo.†

1 PRincipaliter de statu[a] defuncti agi non potest. Si vero ex peculio quondam eius quẽ tu bona reliquisse commemoras, res vindicentur, vel eius filijs moueatur status quæstio: hæc omnia solenniter præsidali notione decidi debent. [b] Dat. V. Kal. Maij.

Pendente lite de statu seruus habetur pro libero. Baldus. Vel sic: *Qui in seruitutem provocatur, in causa illa pro libero habetur. Salycetus.*

XIIII. Iidem AA. & CC. Quintiano.†

LIte ordinata[c], *in possessione libertatis[d] is de cuius libertate quæritur, constituitur[e], & interim pro libero habetur[f]. Dat. IIII. Kal. Maij Heracleæ. AA. Conss.

Ingenuitas probatur non tantum per scripturam factam de natiuitate, sed etiam per testes, & alias legitimas probationes. Salyc.

XV. Iidem AA. & CC. Palladio.

NEc omissa professio[g] probationem generis excludit, nec falsa simulatio[h] veritatem minuit. Cum itaque ad examinationem veri, omnis iure prodita debeat admitti probatio: aditus præses prouinciæ, solennibus ordinatis prout iuris ratio patitur, causam liberalem inter vos decidi prouidebit.[i] †

† Imbebit.

Quæ de mea voluntate non procedunt actũ, nec bis mei præiudicium à lege procedunt. Paſ. sim. Bald. Vel sic: *Si in strumentum dotale de libera sit scriptum vt de ancilla, non præiudicat ei ignoranti, cuiuscunque sit ætatis: nec scienti, si sit minor annis vigintiquinque. Salyc.*

XVI. Idem AA. & CC. Diogeniæ.

SI ministerium tuum quasi libera exhibuisti, ac te neh *Simulatio.* id est professio: vt quia debebat scribere, ingenuus: scripsit, seruus. Accursius.

i *Prouidebit.* vt supra de fide instr. l. ftatum. & de nup. l. sivicinis.

& de rei vin. l. indicia.

* *Ministerium.* CASVS. Ministerium mulieris liberæ conduxisti: & ea nesciente eam in dotem pro filia dedisti: an ei quod ancilla sit data, præiudicetur, quæritur? Dicitur quod non, maximè cum erat minor viginti annis, talis mutationem status patitur, nisi se vendiderit, & preciũ participauerit: cum etiã ante talem ætatem quis libertatem conferre nõ possit.

k *Nesciente.* si enim te sciente hoc factum esset, tibi præiudicaret: vt argum. ff. de Lati. liber. tol. auth. ad hoc. & ff. de libe. cau. l. si vsum fructum. nisi minor esset: vt hic subijcit, & §. qui manumit. non possl. l. si minor.

l *Ne ante.* scilicet viginti annos.

m *Quam.* simplex est * Regimus. relatio.

n *Alij.* alias alijs: & tunc dic quod nõ potest minor viginti annis manumittere, nisi causa cognita. nam nec efficit posse seruus suo consensu. Item si habes alij, est datiui casus: & idem est sensus: & sic est simplex relatio.

MVltis.] CASVS. Si te in seruitutem petiero de libertatis possessione, & exceperis non esse tibi status quæstionem moueni * eos: dam, eo quod fratres tui sunt ingenui: an sit admittenda talis exceptio, quæritur? Dicitur quod nõ est idonea ingenuitatis probatio: quia pluribus modis contingere potest vt tu seruus sis, fratres tui ingenui, & ecõuerso: vnde alia probatio est necessaria. Viuianus.

o *Casibus.* nouis, puta participando precium.

p *Non idoneam.* vt supra de probationibus. l. matrem. Et nota q̃ ex matre fit probatio: vt §. de ingenuis manumissis. * *Libertatis ex matre fit probatio.*

l. iij. sed libertas aui materni sola non sufficit, sed cum alijs indicijs: ut patris, vel aui paterni, nec sola, nec cum alijs operatur aliquid: vt infra eod. l. aui.

AD probationem.] CASVS. Si me de possessione liberratis in seruitutem petieris, & eo prætextu velim te repellere, quod mihi fundũ tuũ ad colendũ locasti non sum audiẽdus, quasi hęc ingenuitatis, probatio sufficiẽs nõ sit: sicut nec eriã esset sufficiens ratio ad seruitutis, probationẽ, quod operas meas tibi locauerim.

q *Non sufficit.* vt §. locati & conducti. l. ad probationem. &. j. eo. l. sicut. & arg. §. de iur. & factiigno. l. non idcireo.

r *Nec tamen.* aduersarij ambo idem argumentum diuersis modis allegabant, scilicet alijs dicebat q̃ facta fuit locatio tanquã ingenuo:

ingenuo, vt seruus. alius tanquàm seruo, vt dominus.

PRincipaliter.] CASVS. Si Stichum qui à Sempronio in seruitute peritur, manumisisti: ipse Stichus seipsum defendere debet: & ei teneris præstare patrocinium: quia cum dico me eũ manumisisse: probare debeo quòd seruus meus fuisset aliquando, non is in quem manumisi. Si vero per collusionem dicatur quòd Stichus sit seruus Sempronij, debeo defendere Stichum, & inuitum: vt non amittam ius patronatus. Vel sic. Habebam seruum, eum manumisi. Sempronius dicit seruum suum esse: an à me, an à Titio sit causa ista agitanda, quæritur? Dic vt in litera.

a *Causam eius.* subaudi magis, propter quam, quod sequitur.

b Causa. vt ff. de bo. liber. l. si libertus meus.

c Poteris. vt ff. eod. l. iij. in fin. & de app. l. si prolusorio. in princip. & de re iudi. l. sæpe. §. seruitibus.

Principaliorem.

SIcut.] CASVS. Sicut vera libertas reuocari non potest: sic dominus domum vel agrum locando seruo, vel aliquid cum eo contrahendo, ad libertatem eum perducere non videtur.

d *Non manumittendi causa.* vel si per ludum, vel causa ostendendi qualiter fiat manumissio: vt ff. de act. & oblig. l. obligationum substantia. in fine. vel vt supra eo. l. ad probationem.

Similitudo sit quandoque per contrarium.

Et nota quod hic est similitudo per contrarium: vt & ibi, Lazarus similiter mala, quasi dicar, sicut præstitam non reuocat dominus, sic nõ præstitam non vindicat seruus.

FAm.] CASVS. Si aliquis de possessione libertatis in seruitutem petatur: pendente liberali causa remanebit liber; si autem seruus mala fide fuit in libertatis possessione, quia aufugit à domino, remanebit seruus: & de eo fiet, quod fieret si ille in seruitutis possessione fuisset. & hoc in secũda. Si vero dubium sit, in possessione libertatis, an seruitutis sit: per tormenta veritas eruetur & declarabitur. & hoc in tertia.

e *Non sine dolo.* si autem bona fide, siue iusta, siue iniusta ratione crédat: commodo possessoris fungitur: vt ff. eo. l. igitur. §. poterit.

f *Controuersia.* id est dubium,

g *Ex seruitute.* id est an in possessione libertatis, vel seruituris.

h *Conceptione.* & aliàs confessione, tormentis adhibitis. Sed cõtra. ff. de quæstio. l. de minore. §. si. vbi dicit non adhiberi tormẽta. Solu. hic possessionis, ibi proprietatis erat quæstio inter seruum & dominum. Alij dicunt, id est conceptione precum: vt supra eo. l. cum precum. Tertij, id est initio possessionis inspecto, sed prima verior. Item & cum quæstio est, sit meus, vel tuus seruus, & ita de dominio est quæstio: poterit haberi quæstio per tormenta: vt infra de quæstio. l. quotiens. & l. hoc quod placet. & ad legem iſtam concordat supra vbi causa sta. l. j. & l. si ex possessione. & supra de rei vin. l. cum super. & supra de probat. l. vis eius. & infra de præscript. longi tempo. l. j. & ff. eod. l. liberis. §. fin. & infra de quæstio. l. super statu. & ff. de proba. l. cum probatio. & l. si filius.

Quæstio per tormenta potest haberi si est quæstio de dominio serui.

PArentes.] CASVS. Si data ex libera cõficeatur se de ancilla natam: nunquid sibi præiudicat vt habeatur pro filia ancillæ, quæritur? Dicitur quod non: quia per natiuitatem parentes constituuntur, non per confessionem. & hoc in prima. Si vero nata ex Arethusa, postea manumissa confiteatur se natam ex ancilla, & ancillam esse: siue simulando se, siue erranꝺo id profesla est: sibi præiudicat quo magis amittat libertatem: quia ex natiuitate non ex confessione, &c. & hoc in secunda.

Pardalia. alibi Pardalea.

Te vobis ex altera natam ancillæ, seruã profes' fa, quæstionem libertatis huiusmodi simulatione, vel errore amit. &c.

Viuianus.

i *Non confessione.* facta extra iudicium. & ad hoc supra de ingenuis manumis. l. ingenuam. & infra eod. l. aui. & supra eo. l. nec si volens. & supra de proba. l. non nudis. & ff. de proba. l. quidam quasi.

Hæc contra Stiruitio supe riorẽ præcedit in Codice manuscripto.

SI tibi.] CASVS. Testamentum fecisti, filias tuas instituisti, directam libertatem Sticho reliquisti: si stichus liber factus magis seruiat vni quàm alij, & si alia ad iracundiam prouocata, velit eum in seruitutem reuocare: an possit, quæritur? Dicitur quod non. Viuianus.

Instrumenta manumissionis debet manumissis dari à patrono.

k *Quod secundum.* vt quia tibi præcepit vt vni seruires. & quod subijcit, vel contra, id est præter: vt quia nihil dixit: sed isti seruiebat sponte. Item habent quidã hanc. l. 5. post. l. si ex libera. alij post legem, parentes.

** Cõcor. cũ hac l. glo. j. post mediũ. in c. vlt. de confess. vbi alleg. huius text.*

INterrogatam.] CASVS. Si in præsentia iudicis interroganꝺo aliquem, an seruus meus sit: & confiteatur se seruũ meũ esse: an per talem confessionẽ sibi præiudicetur quo minus in libertatem proclamet, quæritur? Dicitur quod non. & intellige de cõfessione facta coram iudice extra iudicium: cũ aliàs sibi obesset sua confessio. vel melius, nondum mota causa liberali. Viuia.

l *Apud acta.* non in iudicio liberalis causæ: sed aliàs erat coram iudice,

iudice, alioquin præiudicaret, vt. j. eo. l. iubemus. quæ est contra.

a *Huiusmodi factum.* id est talis confessio. Accursius.

b *Non excludit.* vt supra eo. l. nec si volens. & l. parentes. & l. liberos. & ff. eo. l. consentio. nisi hæc fiat ad precium participandum: vt diximus supra eod. l. non ideo. Item in adscriptitiis contra, si modo alia adsint quæ adesse oportet: vt infra de agri. & censi. l. cum scimus. lib. xi. sed & hic dicunt quidam non præiudicare, si modo probet contra, nam si persistat in confessione, sibi præiudicat: vt. ff. de quæstio. l. j. §. diuus. & §. si quis vltro. Sed alius poterit pro eo contradicere: vt. ff. eo. l. ij. iij. & iiij. Accursius.

SIcut instrumenta.] CASVS. Sicut quis seruum suum ad libertatem sine instrumẽto manumisio, perdere potest: sic & si instrumentum factum sit & amissum: nõ propter hoc amittit manumissionem. Sicut libertatẽ seruo tuo àte præstitam reuocare non potest: sic nec instrumentum manumissionis, quo magis libertatem amittat, denegare debes: sed ad præstandum instrumen tũm officio iudicantis, vel cõditione ex. l. ista cõpellendus es. Vel sic: Ita non debes præstare impedimentum libertati, retinendo vel denegando ei instrumentũ manumisionis. Vide Nocare potest. vt & §. de fide instrumen. l. cum instrumenti. & l. j. & de iure do. l. cum citra.

Instrumenta manumissionis debet manumissis dari à patrono.

d *Sicut datam.* Non potest. vt & supra. c. l. sicut semel. nisi ex ingratitudine. Sed qualis est hæc similitudo? Respõ. bona. Nam sicut nõ potest adimere libertatem, sic non debet facere vt eã perdat: quod facerẽt, nisi instrumentum daret. & dabit exemplum, non originale, secundum quosdam, ne sit contr. ff. de fideicom. l. instrumenta. Vel dic vt ibi diximus.

e *Manumissionis.* manumissus adimere non debet, ita patronus.

f *Cogitur.* officio iudicis, vel conditione ex hac lege.

ARianus.] CASVS. Si Leonides Ariano status moueat quæstionem petendo eũ de possessione libertatis in seruitutẽ, & succumbat, eo ꝙ non probat: an copia probationis sit offerenda ei postea nõ obstante exceptione rei iudi. possit iterato eũ in seruitutẽ petere: quæritur? Dicit ꝙ nõ. Si vero cũ vno ex cohæredibus collusit, dãdo ei pecuniã vt cõfiteat alterius seruũ fuisse, & cõfessus est: an alij cohæredi cõfessio sua præiudicet, quæritur? Dicit ꝙ nõ.

g *Arianus.* qui seruus dicitur.

h *Leonide.* qui dominum se dicebat.

i *A victo.* scilicet Leonide.

k *Cohæres etiam tibi.* loquitur vni de cohæredibus Ariani, qui quærebat an confessio cohæredis sibi præiudicaret, qui dixerat non fuisse defuncti Ariani aliquam hæreditatem, sed peculium: quia seruus fuerat.

l *Ipsius.* scilicet Leonidis, & ad hoc. ff. de re. iudi. l. sæpe. & de app. l. à sententia.

AVi paterni.] CASVS. Si quis de possessione seruituris in libertatẽ, pclamat: an ad probationẽ libertatis prosit q̃ auus eius paternus creatus erat magistratus, quæritur? Rñ. q̃ nõ: quia ad iudicandum de alicuius statu an liber sit an seruus: nõ patris, sed matris inspicitur cõditio: ltẽ nec dignitas aui materni sufficeret ad probationem liberatis: nec q̃ auia materna fuisset libera: quo niã ex pluribus causis contingeret status hominum mutari: puta quia potuit esse quod vẽdidit se ad precium participandum. Vinianus. m *Prodest.* vt & §. de proba. l. neque natales. n *Matris.* vt & §. de rei vindi. l. partum. & infra ne de ste. de. l. j.

†*Aristeno.*

o *Non patris.* nedum aui paterni.

p *Sola.* dignitas.

q *Auia quæque.* f. materna. præsumitur tamen interim quod sit liber, vt not. §. eo. l. multis.

** natã. †redempta.*

DE ancilla.] CASVS. Si ancillam alienã redemeris, & eã in contubernio tibi copulaueris: an per hoc fiat libera, quæritur? Dicitur quod nõ: nisi eam manumiseris. Viuianus.

r *Non manumittitur.* à tede emptore.

†*Eutychio.*

s *Non ambigitur.* sed post mortem ei' libera erit hodie: vt. §. in. j. l. fi.

Solo obsequij.] CASVS. Si libertus patrono suo non adfuerit, vel salutauerit eum: an data libertas ob hoc reuocari possit, quæritur? Dicitur quod nõ. Viuia.

t *Solo obsequij.* non necessarij. aliàs secus, si forte captus esset patronꝰ, vel fame laboraret: vt ff. de lib. agno. l. alimenta. §. fi. & de iure patro. l. ingratus: Nam cũ non facit quod debet, videtur facere quod non debet: vt. ff. de re mili. l. nõ omnes. §. qui caprus. Sed quidam dicunt hic eum castigari: vt. ff. de iure pat. l. j. quod nõ placet. Et fume hic argumentum pro vasallo qui non præstat obsequium. & plene dixi de his supra de liber. & eo. lib. l. ij.

†*Confirmãte. Liberti non posse in seruitutem reduci ex ratione obsequij patrono præstiti.*

SI tibi.] CASVS. Si tibi moueat' statꝰ quæstio: ordinata liberali causa per litem contesta. protestari potes quod aduersus mouentem vel iniurijarum vel de calumnia ages. & ita causa liberali finita, te pronũciato libero, ages iniuriarum & petes restitui ea quæ tibi ablata sunt.

Calumnia in ciuili causa cognitis, quæ sit.

u *Improbe.* qa per calũniã: & sic improbe aduerlitũ. vel quia ser uitꝰ est ꝓba, cũ sit cõtra ius naturale: & tũc ꝓbe, erit nomẽ.

x *Ordinatis.* id est ordinata liberali causa.

y *De calumnia.* i. iniuriarũ ciuiliter vel criminaliter: vt hic, &. ff. eo. l. cui necessitas. & ff. de iniur. l. qui de libertate. & j. de iniur. l. si quidẽ. Nã & in ciuili causa cõmissa calumnia, punitur criminaliter: vt. ff. ad Tupil. l. & in priuatis. Alij dicunt quod loquitur de quadã actione quæ olim pro calumnia dabatur, quæ hodie est sublata: vt instit. de pœ. te. li. §. ij. & ff. de inter. ac. l. j. in fine.

Calumnia vniuersaliter. Indices ab solui à vero, & non eos deprauare est certè de calumnia, vindicare eum absoluere à culpa.

z *Contestatione.* statim ante peractã causam liberalem: aliàs absoluere viderur de calũnia vt. j. de calũ. l. j. sed differtur hæc causa tota post sententiam latam in causa liberali: sed si de alio vel lege agere, statim posset fieri contestatio & prosecutio, licet sententia differatur: vt. ff. eo. l. ordinata.

Eam

a Eam. scilicet iniuriam.
b Sententiam. super iniuria vel calumnia. Item not. quod quidã dixerunt hic, in iudiciis istis non debere de calumnia iurari. nã id præstatur cum vtercque est liber: & hoc si constet quod sit liber, non aliàs. Item cõtra videtur huic. l. infra de calumn. l. qui calumniatores. Accursius.
c Tunc demum. hoc ita si ex possessione seruitutis proclamet in libertatem. si autem econtra, etiam ante causam finitam facienda est dierum restitutio: vt ff. de or. cog. l. fi. vel hic fuit mora quæstio de rebus, ibi non.

SVbscriptio.] CASVS. Si seruum tuum manumisisti: subscriptio filij apposita manumissioni, nõ prodest: nec omissa detrahere libertati quicquam potest.

Etiam per pecuniam potest fieri manumissio. Bald. Ité emancipato. ff. de verb. oblig. l. vtrum. item feudum. Bal.

XXXIII. Iidem AA. & CC.
Melitianæ. †

LIcet accepta pecunia dominus tamẽ manumisit: tamẽ tributa libertas rescindi nõ potuit. S. IIII. Id. Nouẽb. CC. Conss.

Concubina per hoc non consequitur libertatem. Baldus. Vel sic: Concubinatus quem habuit cum seruo libera, eam non facit seruam. Saly.

XXXIIII. Iidem AA. & CC.
Eremoniæ. †

LIbera, concubinatus ratione non cõstituitur ancilla. Dat. Id. Nouemb. CC. Conss.

Licet seruus tutoris officio fungatur de facto in persona domini sui, non tamen efficitur libertinus. Vel sic: Pupillus tutorem quondam suum potest dicere seruum, sed non econtra. h. d. text. cum glo. Salyc.

XXXV. Iidem AA. & CC. Attalo. †

NOn idcirco minus q pupilli res velut tutor administrasse dicitur, ex eius persona seruitutis pati quæstionem potest. h

Pactum inter ancillam & dominam non necessitat, nec pactum libera, vt filij sui teneantur seruire. Salycetus.

XXXVI. Iidem AA. & CC.
Theodoro. †

POst certi tẽporis ministeriũ ancille, liberam eam esse cum ea pascendo, conuentionis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatẽ. i vtque hoc verum est, ita econtrario si filios suos, constituta cum his libera, in ministerium tibi k tradere promisisse probetur, parẽre placitis non compellitur.

Inter cognatos præsumitur scientia, & participes eiusdem criminis inuicem se non accusant. h. d. notabiliter. Baldus. Vel sic: Scienter emens vel vendens liberam, committit plagium. Saly.

XXXVII. Iidem AA. & CC.
Olympio.

SI filium tuum liberũ l genero vendidisti, m qui tam proxima necessitudine n coniunctus, eius conditionis ignorantiam simulare non potest o vtrisque p sociis criminis accusator deest. q

Limenarche officium non facit seruum liberum. Salycetus.

XXXVIII. Iidem AA. & CC.
Philesarphi.

NOn idcirco r minus, quod te limenarchas s creato t nemo contradixit reipublicæ nomini v. moueri tibi status quæstio potest.

XXXIX. Iidem AA. & CC.
Potestico. †

LIberos velut x seruos se profitentes, statum eorum nusum recuso: vt supra si quacunque præ. po. l. j. §. illo. ergo & vbi deliqui cum eo, idem est: quia ipse meum mihi delictum obiice re non potest: vt in prædictis concordantiis allegatis in prin. glo. Item socius in socium non dicit testimonium: vt supra de testi. l. quoniam. ergo nec iudicium, cum vtrunque publicum sit officium.

NOn idcirco.] CASVS. Si limenarcha creatus fueris nemine contradicente: an ideo minus tibi possit moueri quæstio, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

r Non idcirco. hoc est principium versus.
s Limenarcha. est autem limenarcha qui militibus præest qui permanent in limine causa custodiæ, ne hostes irruant: vt hic & ff. de seruis fugi. l. limenarchæ. Item dicitur irenarcha: vt ff. de custo. re. l. djuus. ij. Accursius.
t Creato. nam seruus creari potest. & facit supra eodem. l. non mutant. & supra de episco. & cleri. authen. si seruus.
v Nomine. q. d. seruus non possit creari. Accursius.

LIberos.] CASVS. Si liber homo se seruum profiteatur, & alius eum Stichum nominauerit: an ob hoc fiat seruus, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

x Velut. & ad hoc supra eodem. l. interrogatam. & l. liberos.

IVsta.] CASVS. In liberali causa, siue de ingenuitate quis pẽtatur in libertinitate: siue de libertinitate in ingenuitatẽ pro clamauerit: absente altera parte, hoc est siue actore, siue reo: causa decidi potest, lite prius tamen contestata. Viuianus.

Quoque.

a Quoque. hic innuit quòd etiã in aliis causis secundum hæc iura veterà contrahebatur ex modicium: quod est verum reo absente, sed non actore. vt supra de iudi. l. properandũ. §. sin autem reus: & ff. de iudi. l. & post. §. fi.
b Vna parte. etiam actoris: vt §. eo. l. fi is. & ff. eo. l. diui. Item not. hic quæ dicitur causa liberalis: vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. Iulianus. & ff. e. l. igitur. §. si opera. vnde per similitudinem causa adscriptiæ vel similis conditionis potest dici liberalis: vt infra de agrico. & cẽsi. l. ne diutius. lib. xj. & argu. etiam pro hoc quod dicitur cognitionẽ de liberali causa fructuario dari: vt ff. eo. l. cognitio. ergo & his dabitur, & contra eos: cum etiã habeant ius in re. sed & causa status dici potest: vt infra de ordi. cog. l. si stat⁹. in prin. & hoc si agatur pro libertate iam competente. secus si de competitura, puta si ex fideicommissaria.

IVbemus.] CASVS. Si mulier aliquas literas seruo suo miserit, & eum decurionem nominauerit, vel ipse se finxerit decurionem: an mulieri prædicetur quo minus ab ea status moueatur quæstio, petendo eum ex possessione libertatis in seruitutem, quæritur? Respon. quod non: sed huiusmodi epistolæ cassæ sunt, & vanæ, maximè cum ex testium professione & seruili eius cognatione seruus ostendatur, & eum in alio iudicio confessus fuerit se seruum esse.
c Principalem. id est decurionem: vt infra statim dicet.
d Iniues. ad plenam probationem: vt supra de proba. l. non epistolis. sed qualemqualem: vt ff. de proba. l. fi. & ff. de iureiur. l. si duo.
e Maxime. tria sequentia sunt contra eum.
f Aliud iudicium. in cuius locum hic iudex succesit, sed certe nõ videtur quod hic fecerit sibi præiudiciũ: vt §. eod. l. interrogatã. Item quia non fatetur qui erat: vt ff. de confessis. l. non fatetur, sed die quod non facit præiudicium, si velit probare contrariũ. Vel hic loquitur in iudicio liberalis causæ, ibi cum non moueba tur ei aliqua controuersia: & idẽ dicam in adscriptitio, si in forma iudicij confiteatur se adscriptitium. nec obstat. §. de agric. & censi. l. cum scimus. lib. xj. vbi dicit sola confessionẽ non præiudicare: quia ibi nõ fuit facta coram iudice, sed rebellione: vel fuit facta coram iudice, sed non in figura iudicij. Itẽ nõne præiudicat sibi patiẽdo eum esse in dignitate: vt §. qui mili. nõ post. l. super seruis, lib. xij. Respõ. quod non: quia hic non possidebat eum. Vel die quod contradixit intra xxx. dies: vt §. qui mili. non post. l. fi. lib. xij.

PLacuit.] CASVS. Si mulieri status moueat aliquis quæstionem, & lite pendente peperit: pro ea lata sententia, sibi & filio proderit: lata contra eam, sibi & filio nocebit: natis vero ante litem, suo nomine mouenda est quæstio status: & ita noua interpellatione opus est. Viuianus.

g Nascuntur. lite contestata in causa liberali.
h Mox. id est lite pendente: vt siue pro matre, siue contra eam sit prõnũciatum, idem & de filijs intelligatur: nec distinguitur an fuerint ante concepti, vel non, per l. ff. de sta. ho. l. qui in vtero. vt dixit Azo: quia posset hic esse eius incommodũ, si haberetur: pro nato, si mater libera pronunciaretur: vt supra de ingenuis manumis. l. si autem tuam. Solue vt ibi.
i Iustis tradi dominis. si pronuncietur contra matrem. & ad hoc. ff. de vsur. l. parcum. & supra de rei vin. l. partum. & infra de agri. & censi. l. cũ satis. §. cum Anastasia, lib. xj. Sed videtur sententiam matris non pro desse filijs etiam lite pendente conceptis & natis: vt ff. de excep. rei iudic. si quis cum. §. si an cillam. quæ est contra. Solu. hæc est causa liberalis: ibi dominij inter duos. & quod illa non sit liberalis, pater §. de ord. cogni. l. iiij.

DE ADSERTIONE tollenda.

In liberali causa solebat is cui fiebat quæstio status, fitcere adsertorem, qui ei adseveret libertatem: quod tollit hac. l. Et continuatio adhuc. præcedentem: De liberali causa dicẽtium est: & quia ipsi olim per quosdam qui adsertores dicebantur, eò quod adserebant eum liberum, qui dicebatur seruus, exercebatur: ideo ponit de adsertione. Et quia vanum & frivolum quoddam erat iudicium per adsertionem, illam tractat de ea non ponenda, sed tollenda. Azo.

LItes.] CASVS. Olim si cui status mouebatur quæstio, puta si petebatur de possess. libertatis in seruitutem, vel econuerso: ille qui proclamabat de possess. seruitutis in libertatem, faciebat adsertorem, qui ipsum esse liberum adsereret. Item & aliud erat vitium, quod semel causa liberali examinata & finita, poterat iterum agi: quæ duo vitia tollit imperator, dicens quod siue quis in seruitutem petatur, siue de possessio, seruitutis in libertatem proclamet, ipse respondeat: ita tamen, vt si ex possessione libertatis petitur, constituat procuratorem. Si vero proclamet, hoc ei non concedatur. causa autem liberalis semel finita, amplius non moueatur. nisi beneficio appellationis fuerit suspensa. Peculium vero illius qui in libertatem proclamat, & aliæ eius res quæ ab eo qui se dominum dicit, vindicantur: pro arbitrio iudicis apud sequestrum deponãtur, & hoc in secunda. Si vero quis ex libertate in seruitutem petatur: fideiussorem det iudicio sisti, si potest: si non potest, iuret quod stabit iuri: quo præstito, si non veniat citatus, & per annũ abfuerit, remaneat seruus: & ei qui litẽ sibi intulit, adiudicetur. & hoc in tertia. Si vero is qui aliquem in seruum petit, litem contesta. coram vno iudice ad alium trahere præsumpserit: nisi seruus occasionem præstiterit: quamuis dominus fuerit qui status moueat quæstionem, suo iure priuabitur. & hoc in quarta. Viuianus.

k Examinationem. remouendo adsertorem.
l Terminum. quod facit remouendo numerũ litiũ: vt in §. §. illis.

Procuratorem.

Cancer. in tit. de gl. super verbo, nominat. extra de præsumpt.

Necessitudo pro adfinitate quãdoque ponitur.

Liberalis causa quæ dicitur.

Necessitudo mitis me accusantem quibus remissis.

Socium criminis non accusant.

Limenarcha quis dicatur.

Ab Ista excautio per emptoria, excep. vide glo. in c. de omnino. l. i. §. Anacletus. ff. de minus. quæst.

Eutychiã. † Eutychiã. tut. l. ij. Item propter delictum iudicis cum ego non deliqui, ipsi. Item propter alias chias.

Theodorã. †

Vt plenius intelligas quid effet adsertio, lege quatuor leges in Cod. Theodosiano sub tit. de liberali causa. lib. xij. quas hic abrogat Iustinia. Continuatio. Adsertor libertatis quis dicatur. Gaibanus.

a *Procuratorem.* quod minus est quàm facere adsertorem. Nam & adsertor per omnia repræsentabat personam istius cui fiebat quæstio status, & iurabat forte de calumnia: quod in procuratore non sic est.

b *Penum.* vt ff. de iudic. l. non idcirco. §. fin. & hoc quantum ad liberalem causam: sed in alijs causis potest habere procuratorem: vt ff. de procurato. l. si seruum. §. j. & l. non solum. §. si status. Vel dic vt ibi.

c *Illis legibus*, quas non habemus.

d *Vice.* etiam sine appellatione. Accur.

e *Præcipiebant.* quanuis esset sententia lata super causa liberali, quæ fiebat per adsertorem: adhuc tamen poterat cognosci super lite illa etiam sine remedio appellationis.

f *Qua porrecta*, scilicet pronocatione.

g *Cuius.* scilicet appellationis: vel cuius. l. iudicis appellationis.

h *Deducetur.* non ergo appellatur hic nisi semel, sicut & alias. & ꝛ. de epis. audiē. authen. si quis autem. Vel dic non appellari secundum solennitatem adsertionis. & hoc est quod dicit, occasione legum.

Appellatio quandoque tantum semel conceditur.

i *Colloceari.* si cauere supersederit, vel non poterit iste qui pronocauit: vt j. titu. j. l. final. & sic intelligitur secundū illam. Item nisi constet aliqua esse domini, quæ statim ei reddenda sunt: vt eo. l. fina. in princip. Item est cōtra supra de prohib. sequest. l. j. Solu. hoc speciale ª sicut & in alijs casibus quos ibi notauimus.

ª *Hanc casum ponit etiam glos. j. in c. ij. extra de sequestr. pos.*

k *Periclitantur.* id est peeuntur ex libertate in seruitutem.

l *Fideiussorem.* scilicet iudicio sisti.

m *Eius.* ſ. fideiussoris.

n *Iuratorie.* quod nō possēt fideiussorem dare, & quod stabit iuri: vt hic, & supra de epis. & cleri. authen. generaliter. & de restitutione rerum, si vult eas non sequestrari, nisi in casu: vt j. de ordine cogni. l. fi.

o *Obnoxij erunt.* ita nota nouum modum adimendæ libertatis. & sic est contra. ff. de libe. cau. l. diui. Solu. hæc corrigit illā. Vel ibi non fuit absens per annū. Item no. absentē parte finiri causam: vt ff. ti. j. l. iuxta.

p *Accusationem*, id est actionem.

q *Accusauerint.* id est cōuenerint super eodem

A & de bo. lib. l. qui cum maior. §. accusasse. & l. in seruitutem. & no. nouum genus quærendæ libertatis. sic supra de iurisdi. om. iudic. l. in criminali.

r *Præsterit.* quod est si non venit ad primum iudicem, nec ei obtemperabat.

¶ Scire vero eos volumus, qui aliquem ad seruitutem vocant, quod si post primam accusationem [p] in quocunque iudicio vel ex diuali iusione factam, & [post] admonitionem ei oblatam, qui seruus esse dicitur, in alio iudicio eum accusauerint: [q] præterquàm si eius occasionem ipse qui seruus esse dicitur, præstiterit: [r] etsi domini sint, suo iure priuabuntur. * Dat. iij. Idus Decemb. Dom.

Si is qui de seruitute proclamat in libertatē, moriatur lite pendente: finitur causa: & potest possessor qui se dominum defendit, experiri contra eum qui sibi vendidit: vt vel doceat seruum vendidisse: vel eo non docente, quasi defuncta persona libera fuerit pronunciata, euictionem solnat. Salyc.

11. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

EXpeditam antea quæstionem, [s] in præsenti [t] autem ex nostra lege quam de adsertione tollenda posuimus, in quandam difficultatem incidere [v] periclitantem, compendioso remedio, fulciendam esse cēsemus. * ¶ Cum etenim per adsertores super libertate iudicium agitabatur, si in medio, [x] adsertore litem agente, adsertus [y] ab hac luce fuerat subtractus, necessitas imponebatur nihilo minus adsertori litem implere: vt emptor [z] si victus erat, & pro libertate fuerat pronunciatum, habeat regressum aduersus venditorem: vt ei quasi liberæ personæ venditor reddat id quod emptionali instrumento continebatur, vel natura contractus exigebat. ¶ In præsenti autem, quia adsertorum vana nomina reiecta sunt: si persona pro cuius conditione lis agitur, mortua fuerit: quemadmodum iudicium potest adimpleri, vna tantum persona in iudicium veniente? Sancimus itaque in præsenti casu licentiam esse emptori aduersus suum auctorem venire, [a] quatenus vel ostendat venditor seruum [b] se vendidisse, vel si non potuerit, quasi libera persona vendita, euictionis periculum ad eum [a] reuertatur.

TITVLVS XVIII.

QVIBVS AD LIBERTATEM proclamare non licet, & de rebus eorū qui ad libertatem proclamare non prohibentur.

Si passus se vendi precium non participauit, ei in libertatem proclamare licet: non sic si participauit: quia tunc ei non licet: siue tunc erat ingenuus, siue libertas ei pure debeatur. Bal. Vel breuius: Si venditus non est precium participatus, in libertatem se proclamat: aliàs secus. Salyceius.

1. Imp. GORDIANVS A. Proculo.

DIspar causa est ei[9] qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, [b] & eius qui precium participatus est. nam superiori quidem non denegatur [c] libertatis defensio: posteriori autē, & si ciuis Romanus sit, [d] & participatus est precium, [e] libertas denegatur. Eandemque [f] & in eo distinctionem adhibendam, cui fideicommissaria libertas deberur, meritissimi iuris auctores responderunt. PP. Kalen. Maij Gordiano. A. & Auiola Conss.

Familia latronum efficitur capientis, si hoc dictat decretum principis, vel fisci statutum. b. d. Vel sic: Serui effecti propter delictū insignes, non possunt in libertatem proclamare. Salyc.

11. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. * AA. & CC. Melanę. †

DE latronum familia descendentibus, ex largitione principali vel auctoritate fiscali seruis factis [g] retro principes libertatem denegari decreuerunt.

Si prouocans se in libertatem, fatetur de rebus apud eum consistentibus aliquas esse eius qui se dominum dicit, statim ei debent restitui. Si vero neget, in tuto debent collocari apud sequestrū: & si pro libertate postea fuerit pronunciatum, p̄ cuius quod ei vt seruo fuerat concessum, debet domino restitui & de eo & eius iuribus bona ratio redditur. alia vero ex testamento vel donatione quæsita, libero pronunciato debent adsignari, à sequestro tamen prædicto liberatur cautionem idoneam præstando. Salyc.

111. † Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum præfec. prætо. †

SI quis in libertatem [h] proclamauerit: id quod apud se esse eius qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam non de eo dubitatur, reddi ac referri † iudex protinus pronunciabit.

Quod verò petitur, si fuerit negatione dubium: [i] per cautionē [k] conseruabitur, ac petitio differetur: vt si fuerit approbata libertas (quoniam & ipsis [l] qui his [m] rem commiserunt, medendum est) gestarum rerum ab eodem ratio, [n] atque omne quod debetur, reposcatur: vt seruitute depulsa, [o] qui pro domino quondam fuerat, habeat quod vt seruo dominij iure largitus est, & quæ ex earum rerum quæstu ac fructibus congregata sunt, & quę de furtiuis [p] compendiis obscurè capta ac parata sunt: cum liberum [q] esse non oporteat, quod apud seruum dominus peculij nomine collocauerat. Ea vero quæ testamento [r] vel donatione quælita sunt, aut quæ ex earum rerum emolumentis empta confectáque sunt, eidem ingenuo deputentur. quæ tamen vniuersa exacto [s] * libertatis iudicio, quatenus à supradictis [t] rebus discernuntur, in sequestro [v] * esse oportet: vt his ab

Ex Codice Theodosiano lib. 4. tit. 8. l. 2. Cuius. Tu C. Theod. & mea manu scripto est.

Dubia fiunt res per negationem.

coha. cle. & muli. vbi omnino vide.

k *Per cautionem.* quam præstat ille qui prouocat in libertatem cū fideiussore: vt infra tit. j. l. finali.

l *Quorum & ipsis.* scilicet dominis.

m *Qui his.* scilicet seruis. & est hic versus interpositio vsque ibi, *quæ ipsi* gestarum.

n *Ratio* in qua venit culpa lata, non leuis: vt ff. de acquir. rerum dom. homo liber. §. j.

o *Dominū.* scilicet seruitutis possessione.

p *De furtiuis.* id est de his quæ domino furatus est: quod Trebellianum vulgo dicimus.

q *Liberum.* id est liberatum à petitione domini.

r *Testamento*, alicuius amici sui, nō cōtemplatione possidentis, aliàs secus: vt ff. de vulg. substitu. l. sed si plures. §. in arrogato. & de vsufru. sed & si quid. Quid autem si ex operis Rū, quæri bonæ fidei possessori: nisi post lite cōtestatā: vt ff. de rei vind. l. prætered.

s *Exacto.* id est finito, & libero pronunciato.

t *A supradictis rebus.* i. ab his quas ipse seruus domini esse profitetur.

u *In sequestro.* ante iudicium vero finitum non, si caueat: vt. ti.

Ius C. Concor. per ea gl. in c. 2. ex tra de se-

Fiunt pa-

Hunc ca-

del. Aut.

j.l.j.§.super.& ſ.ea.l.§.j.& eſt ratio quare ſic in ſequeſtro,& etiam illa de quibus erat cautum:quia non ſic modo cõſidir de eo.

a Ab vtroque. id eſt domino & ſeruo.

b In medio. puta apud ſequeſtrum.

c Contendit. finita cauſa liberali,& eo libero pronunciato: vt dixi ibi, exacto,&c. & ad hoc.ff.de libe.cau.l.imperator. &.j.titu.j.l.fin. & ſupra de inge.manu. l.j.in fin.

*medio iure col.

DE ORDINE cognitionum.

Continuatio. *Quia cum quæſtione ſtatus concurrit quandoque alia quæſtio: ideo de ordine earum dicit. Vel ſic: De liberali cauſa qualiter agatur, ſupra plene dictum eſt, ſed quia libera lem quæſtionem cum aliis ſæpe contingit mouere, & quæritur de qua prius ſit cognoſcendum vel pronunciandum, ideo ponit de ordine cognitionum ſolicet liberalium tantum. Azo.*

Caſum ponit. CVm & ipſe con. Patidie quod dicebam te ſeruum, & prouoco ad ſeruitutem: tu volebas me conuenire, id eſt accuſare: & ſic vtraque quæſtio eſt principalis: & ſic non facit ad ea quę notauimus.ſ. de ordi.iudi.l.j.

c Qua ratione. nor. quod quęſtio ſtatus ciuilis eſt.

f Condutione. contra ff. de ordi. cog .l. quoniam.

g Contendit. quaſi dicat, nulla eſt ratio: vt & j. ad legem Iuliam de adul.l.quoniam Alexandrum.

h Ordinarium. quo dicitur quę quęſtiones debeant alias præcedere.

i Iudicii. vt.j. eo.l.ſi ſtatus.& hęc vera, niſi ſit tale crimen ex quo mevis accuſare, quo etiam ſerui accuſant: vt ff. de iudi.l.vix.

SI de hæreditate.] CASVS. Deceſſit quis, Stichus hęreditatem eius petit,& libertatem? quæ cauſa cui præferatur,quæritur? Reſpon.quod liberalis: & ea finita,agetur petitiõe hæreditatis.& hoc in prima.Si verò petat hęreditatem, & in modum exceptionis obiiciatur quod ſit ſeruus: cognoſcetur prius ſuper liberali cauſa,ſed ſuper principali pronunciabitur:quia ſi pronuncietur hæres, per conſequens pronunciabitur liber.

k Si de hæreditate. de vtroque principaliter agebatur. Nam petebat quidam hęreditatem,& libertatem,quia ſe liberum dicebat prius agitur & finitur cauſa liberalis: niſi ex teſtamento pẽdeat libertas: nam tunc præcedit quæſtio teſtamenti: vt. ff. de peti. hære.l.ſi quis libertatem. Si vero de libertate ageretur in modũ exceptionis, obtinet quod ſequitur, vt pronuncietur in principali cauſa de hæreditate, non de incidenti niſi per conſequentiam. Alij dicunt ſemper agi ſecundario vel incidenter de libertate, & principaliter de hęreditate. & quod dicit, prius, &c. vt cognoſcatur, non vt iudicetur. & quod ſubdicit, ſed ſi: dicunt, id eſt quanuis.& quod dicit,cauſa libertatis:dic apposita in modum exceptionis.

l Libertate. in modum replicationis.

m Agetur. ſcilicet principaliter.

vtroque[a] deductis, atque in medio[b] * collocatis,ad eorum proprietatem vterque contendat. [c]

Data. XV. Kalend. Mart. Theſſalonicæ, Seuero & Rufino Conss.

TITVLVS XIX. DE ORDINE COgnitionum.

Pendente lite ſuper ſtatu, non poteſt dictus ſeruus de crimine ſuum accuſare aduerſarium. Salycetus.

1. Imp. ALEXAN. A. Vitalio.

CVm & ſiſe cõfeſſus es,ſtatus te cõtrouerſiam pati[d]: qua ratione[e] poſtulas, priuſquam de conditione[f] cõſtaret tua,accuſandi tibi tribui poteſtatẽ contra eum qui te ſeruũ eſſe cõtendit[g] Cum igitur (ſicut allegas) ſtatu tui generis fretus es: iuxta ius ordinarium[h] præſidem pete, qui cognita prius liberali cauſa,ex euentu iudicij,[i] quid de crimine ſtatuere debeat, non dubitabit. PP. Id.† Maximo.xj. & Æliano Conss.

Principalis præiudex conſecutiuo & incidenti in pronunciando.b.d. Vel ſic magis ad literam: De libertate prius quàm de hæreditate cognoſcitur, ſi de ea principaliter quæratur: ſecus ſi incidenter, & de hæreditate principaliter. Saly.

2. Idem A. Gallo.

SI de hæreditate[k] & libertate[l] controuerſia eſt: prius agi cauſa libertatis debet. ſed ſi de hæreditate agetur: [m] ordinanda prius quidem eſt cauſa libertatis. ſed ſufficit ei qui libertate vtitur ad victoriam, de hæreditate ſecundum eum eſſe pronunciatum. [n]

3. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMI. AA. [& CC.] Alpheno.†

Pronunciatum. vt ſcilicet ſi poſtea ſuſcitetur cauſa liberalis, habeat locum exceptio rei iudicatæ: eo quòd agens venit contra id quod in ſententia iudicis continetur: vt. ff. de excep. rei iudica. l. ſi quis cum totum.&.l.cum quæritur. Sed videtur non ſufficere: vt. ff. de lib. agno. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. &. §. ſolent. &. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. penul. quæ ſunt contra. [o] *Quando pœna delicti dependet à ſtatu, quæſtio ſtatus eſt prius determinanda. Bal.*

III. Idem A. Valerio. †

SI crimen[o] aliquod inferatur ei quam ingenuam[p] eſſe dicis: [q] antè liberalis cauſa ſuo ordine agi debet, cognitionem ſuam præſide præbente: quoniam neceſſe eſt antè ſciri, ſi delictum probatum fuerit, vtrum vt in liberam & ingenuam,an vt in ancillam conſtitui[r] oporteat iudicium.

Quæſtio ſtatus mota impedit accuſationem inchoari, & iam inchoatam terminari, donec de ſtatu ſit cognitum.b.d. Saly. Vel ſic: Si ſit quæſtio de ſtatu accuſati, prius de ſtatu debet cognoſci quàm ſuper crimine pronunciari: quia aliter puniuntur ſerui, aliter liberi. Salyc.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Menedemo.

SI ſtatus[x] controuerſiam pateris: lite prius liberali terminata, ſi pro te fuerit pronunciatum, agere[s] etiam aduerſus eum qui ſe dominum tuum eſſe contendit, nõ prohiberis. quòd ſi ideo te ab accuſatione elidat,[t] quaſi ſeruum non proprium, ſed alienũ: liberale quidem iudiciũ ceſſat:[v] cauſæ[x] autem examinatio apud eum qui iudicat, oſtendet vtrúmne accuſatio inducì[y] debeat propter ſtatum perſonæ, an euaneſcat. Dat. X. Kalen. Decembr. Gord. A. & Auiola Conss.

Patiens quæſtionem ſtatus, non poteſt interim petere debitum à debitore: quia incertum eſt verum petere ſibi pertineat, an aduerſario. Bald. Vel ſic: Quæſtio vel exceptio ſtatus impedit eum de cuius ſtatu quæritur, actiones mouere vel exercere priùs quàm de ſtatu fuerit cognitum. Salycetus.

v. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMI. AA. [& CC.] Alpheno. †

Ingenuum. à duobus conueniebatur: ab vno ſuper criminibus, ab alio ſuper cauſa ſtatus.

q Dicis. contra aliquem qui dicit eam ancillam ſuam.

r Conſtitui. id eſt pronunciari.

SI ſtatus.] CASVS. Titius petebat à me fundum: petij eum de poſſeſſione libertatis in ſeruitutem: prius agetur liberalis cauſa: vt ſi pronunciatur liber, agere poſſit rei vind. pro fundo. ſi non, non poſſit. & hoc in prima. Si vero me accuſet, & in modum except. dicam non ſeruum proprium, ſed alienũ: ceſſat liberalis cauſa: quia de libertate non contenditur, ſed vt deducatur accuſatio in iudicium: & ſi apparet iudici quod talis ſit cauſa quæ per ſeruum agi poſſit, lis ſuo marte currat, & ad finem perducatur. & hoc in ſecunda.

s Agere. ſuper aliqua lite.

t Elidat. id eſt repellat.

v Ceſſat. non enim de libertate vel ingenuitate contenditur: vt dixi ſupra de libe.cauſa.l. iuxta.

x Cauſæ. ſcilicet criminalis,quæ ſit de exceptuatis: vel dic liber tatis incidentis.

y Inducì. ſcilicet in iudicium,& incipiet terminari. Nam quędã ſunt

Seruã quam longe poſſint egere.

ſunt cauſę quas etiã ſerui agere poſſunt: vt ff. de iudi.l.vix. aliàs aliter poſitur induci: vt ff. de iudi.l.& poſt.§.j. Vel hic etiam poteſt ita poni: vt ibi,& ff. de his quæ in teſta. delen.l.j. circa prin.

CVm ſtatus.] CASVS. Stichus habens debitorem, debitum ſuum volebat petere: Titius dicebat ſeruum eſſe, prius agetur cauſa liberalis, & terminabitur: & eo pronunciato ſeruo, non petat, ſed dominus: & ità differetur debiti petitio in tempus ſententiæ latæ in liberali cauſa.

a Tibi moueri. à Titio.

b Debita. quia quædam ſunt crimina in quibus ſeruus bene habet perſonam ſtandi in iudicio.

c Petere. ab his quibus mutuã dediſti pecuniã.

d Admiſerit ratio. non admittit hoc ratio iuris, veluti ſi perſona ſit talis, de cuius ſtatu quæri non poſſit, puta impubes: nec eius intereſt modo, id eſt ante puberem agi: vt ff. de car. ed.l.iij. §. cauſæ. & ff. de libe.cauſa.l. diui. in princip. Vel quia non ſit cõpetens iudex, vt poſſit pronunciare de libertate: puta quia eſt pedaneus: vt ſ. de peda. iu.l.ij.

Impuberi non poteſt moueri quæſtio ſtatus.

e Non eſſe. quod quandoque ſit: vt ff. de proba.l. circa.

f Libero conſtituto. id eſt pronunciato.

SI res.] CASVS. Quidam quem dicebas ſeruum tuum, ille econtrario in libertatem proclamauit: res tuas rapuit, vel amouit. prius terminanda eſt cauſa liberalis: vt ſi pronunciatus fuerit liber, accuſare eum poſſis: ſi ſeruus, euaneſcat accuſatio vi bo. rapt. & cum verberibus ſubijcias.

g Amotas. large ponitur hic hoc verbum.

h Eſtune. ſcilicet lite conteſtata in cauſa liberali: vt ff. de libe. cau. l. ordinata.

i Pronuncientur. ſcilicet in cauſa liberali.

k Seens. id eſt ſecus ſi pronuncietur ſerui.nam domi tunc corriges eos: vt ſupra an ſeruus ex facto ſuo.l.ſi.& ff. de fur.l. ſerui & filij.

*Conuen. quæſt.11.§ item ſi quis fra de fal. l. vbi. ſed v. ſtatus.

SI quando. CASVS. Bona Stichi quem ſeruum tuum dicebas, rapuiſti. vult agere aduerſus te vi bo. raptorum. tu dicis eum ſeruum tuum eſſe,& econtrario ille ſe aſſerit liberũ: quid iuris ſit? Reſpond. quod agetur cauſa liberalis: & tunc quęretur de bonis eum diſtinctione hac, aut Stichus proclamat de poſſeſſ. ſeruitutis in libertatem, aut econtrario petitus eſt de poſſeſſione libertatis in ſeruitutem. primo caſu non reſtituentur ſibi bona, ſecundo caſu reſtituentur, præſtita ab eo fideiuſſione de reſtituẽdis ſi pronuncietur ſeruus. ſi fideiuſſ. dare non poſſit, deponẽtur apud ſequeſtrum. & hoc in prima & ſecunda. Pendente vero iu-

dicio interim aletur de his bonis in ea quæſtione quam declarabit iudex. & hoc in tertia. Si vero ſtatus quæſtione nulla ei mota, egerit Stichus vi bonorum rap. contra aliquem extraneum, & extraneus ſuccubuerit: & ne ſatisfiat executioni rei iud. ei cõ trouerſiam moueris: ſine ſatisfactione reſtituet res, cauſa liberali ſuo marte currente. & hoc in quarta.

l Abripuiſſe. quia dominus rapuit ſeruo.

m Obſequijs. id eſt ſi ex poſſeſſione ſeruitutis proclamet in libertatem.

n Direptorum. etiã poſt litem conteſtatam in petitorio, non ſolum antè: vt hic innuit ſtatim. & §. cum autem.

o Exegerit. id eſt ſi liber pronunciatus fuerit.

p Vocatur. ex poſſeſſione libertatis.

q In anno. id eſt vſque in eum diem.

r Non poterit. ſi aliundè non poterit habere alimenta.

s Litis ſumptus. Nota argum. pro ſubdito, vt ſi agat contra prælatum, debet interim habere expenſas ab eccleſia: vt ſupra de Carbo. edic. l.ij. & ff. de iure delib. l.filius. & de libe. agno. l. ſi neget. & de inoffic. teſtamen. l. ſi inſtituta. §. penulti. & extra de accuſa. ca. ex parte. & ff. de pœn. hæredi. l. hęres furioſi. & quod nota. ſupra de alimen. pupil. præſtand. l.j. & ff. de iniur. l. lex Cornelia. in fi. & facit ad hanc. l. ſupra titu.j. l. fina. & ſupra titu.ij.l.j. §. ſuper. & de libe. cau. l. ſi ubi feruitutis.

Expenſas habeat ab eccleſia ſubditus agens contra prælatum.

DE COLLVSIONE detegenda.

Continuatio. *Quia dominus ſeruum, vel patronus libertum ingenuum fingit, & hoc ſicut colludendo in iudicio liberali, gratia forte alicuius honoris quærendi, promittit præmium detegenti huiuſmodi colluſionem: ne habeat in ſuum libertum vel ſeruum, illum cum quo eſt colluſum: & dominus vel patronus ne ſuum amittat.*

ADDITIO. *Aduertas quod hoc decretũ facienda eſt intra quinquennium continuum poſt ſententiam: vt ff. eo.l. ij. in principio. quod intelligę, ſi vitam qui ingenuus pronunciatus eſt: nam ex mortuo non acet modo quærere de ſtatu eius, etiam lite cepta in vita eius: vt ff. de de ſta. defunctorum j. §. ſed interdum.*

CVm ſeruum.] CASVS. Mulier conſuetudinem habens cum ſeruo ſuo, dicebat eum liberum, filio conſentiente: interim ſuggeſſit principi, quod captus erat ab hoſtibus, & redemptus ab ea: & conſtitutione cuiuſdam principis cauetur, quod capti & redempti non amittit ingenuitatem an fama pro ſticho faciente, & filij conſenſu intercedente, & principis reſcripto, fiat liber quæritur? Dicitur quod non.

a *Falsæ captiuitatis*, hæc adseuerauit principi quod captus fuisset ab hostibus, & redemptus: cum nec etiam de vrbe exisset, nec etiam de camera dominæ: & ideo imperator rescripsit eum ingenuum esse: quod rescriptum non tenet: quia falsa suggestione fuit impetratum, secundum Ioan.

b *Dedisse*. dare enim potuisset nondum accusata: vt instit. de hæred. instit. §. est autem.

c *Emissum*. diuus enim Pius rescripsit. captũ ab hostibus, & redemptũ, ingenuitatem non amittere. & facit infra de mulie. quæ seruis pro. l. j.

d *Consensus*. quia & tu fili credens matri quandoque credidisti eum ingenuum, qui erroneus consensus non nocet: vt ff. de iurisdi. omn. iudic. l. si per errorem. & supra de iur. & fac. igno. l. cum testamentum. & de testamen. mili. l. ex his.

Cõsensus erroneus non nocet.

Libertinæ.] CASVS. Habebam liberũ, prouocauit in ingenuitatem: dedit mihi decem, vt paterer superari, & cum probare potui quod libertus meus erat, non probaui, sed succubui: quid iuris sit, quæritur? Dicitur quod amittam ius quod habebam in ipso: & detegenti collusionem istam, ius patronatus acquiritur: quia hoc cauetur senatusconsul. ne paciscendo qui possit statum suum mutare. & ad hoc est supra de inge. manumiss.

¶ al. Nouissimo. alias Iustiniano.

e *Pactis*. vt §. de inge. manu. l. ingenui.

† *Hoc SC. cauti erat. l. vlt. §. e.*

f *Pœna*. amissionis libertatis.

g *Præmio*. quia acquirit sibi ius patronatus: vt ff. eod. l. si libertinus.

NE DE STATV *defunctorum &c.*

Cõtinuatio.

Hucusque dixit de statu: sed quia statum tam viui quã defuncti tuetur præscriptio: ideo de hac incipit. & nota quod de ipsius statu defuncti principaliter etiam ante quinquennium agi non potest: vt §. de libe. causa. l. principatus etiã ante quinquennium quæri non debet.

Defuncti status etiã ante ter 1. Sed propter posteros & peculium quærunt etiam de statu defunctorum infra quinquennium.

b Quæritur. ad malum: sed ad bonum, vt scilicet sit liber perpetuo quæritur: vt ff. eod. l. §. sic. & l. pen.

Casum ponit.

i Diuus Stichus degens vt liber, manumisit conseruã suam Domitiam: elapso quinquennio post mortem Stichi, decessit: & hæc manumissa instituit sibi hæredem, cõtra quẽ agit nunc ad peculium dominus Stichi & Domitiæ: hæres excipit eã fuisse liberã: sed dominus replicat & Stichus etiã erat seruus, qui manumisit eam: vnde libertatem ei dare non potuit: sed hæres duplicat & quinque anni elapsi sunt post mortẽ Stichi. Vnde etiam de manumissa ab eo quæri non potest. Nã de statu etiam modo mortui, vel etiã viui, quæri non potest. sed tractari etiam oportet de statu mortui ante quinquennii: vt hic & §.

TITVLVS XXI.

NE DE STATV DEFVNctorum post quinquennium quæratur. h †

Præscriptio quæ tuetur auctorem, eius successorem tuetur. Baldus. Vel sic: Si de statu manumissoris defuncti non potest quæri, nec etiam de statu ab eo manumissi. Salyc.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Niconi.

ADitus [i] Competens iudex causam præscriptionis examinabit: & si Domitiæ patronum [k] qui [vt] ciuis Romanus manus vsque in diem mortis vixit, annos quinque antequàm lis bonorum mulieris inchoaretur, vita decessisse constiterit: libertæ status ex persona manumissoris [l] non retractabitur.

Si de statu matris defunctæ non potest quæri post lapsum quinquennium, nec etiam filij. Salyc.

11. Iidem AA. & CC. Maximo.

1 SI is [m] qui te hæredem fecit, propter matris conditionem seruus dicitur, & mater ante quinque annos litis motæ [n] vita decessit, præscriptioni locus erit: cùm quæri de statu [o] non possit, nisi de conditione matris tractetur. † hoc ita, si quamdiu vixit, sine interpellatione vt ciuis Romana egit. P. P. D. S. Antonino. A. II. & Geta Cæsare. II. Coss.

Quæstio status mota in vita alicuius, durat post eius mortem: vt sciatur quem habent successorem. Salyc.

111. Imp. ALEXANDER Augustus Olympiadi.

QVanuis defunctus sit maritus quondam tuus, [q] cui status quæstio inferebatur: [r] causa tamen etiam post obitum eius propter emolumentum successionis durat, [s] eamque apud eum qui de hæreditate vel singulis rebus iudicaturus est, decidi oportet.

Qui vt ciuis Romanus vixit per quinquennium, eius successio non potest in dubium reuocari: secus si non sit quinquennium lapsum. Baldus. Vel sic: Si intra quinquennium à morte defuncti numerandum de statu eius sit quæsitum: & de peculio eius, & de manumissis ab eo potest quæri. Salyc.

1111. Idem Augustus Martiano.

2 SIis [t] quem seruum tuum fuisse, & à fratre tuo manumissum, atque hæredem scriptũ esse proponis, [post manumissionem] vt ciuis Romanus [a] vixit, nec intra quinquennium post mortem eius [b] status quæstionem mouere cœpisti: intelligis, neque hæredibus ab eo scriptis, neque his quos liberos esse voluit, controuersiam te contra formam senatusconsulti facere posse. Quòd si prius quàm id temporis spacium excederet, agere cœpisti: [c] & peculium eius more iudiciorum persequi, & cum manumissis ordinata lite, secundũ formam edicti experiri non prohiberis. PP. V. [x] Iun. Modesto & Probo Coss.

De emancipatione ingenui defuncti etiam post quinquennium potest quæri. Salycetus.

V Imperator. GORDIANVS. A. Seuero.

QVod est constitutum, post quinquennium de statu defunctorum quæstionem incipere non posse, [d] ad speciem emancipationis, iure necne perfecta sit, minimè pertinet. †

An defunctus vixerit vt ingenuus, inspiciatur tempus mortis eius: & sufficit probari quod communis opinio sic se habuerit. Salyc.

V1. Imperatores VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Pollæ.

SImater tua quasi ingenua communi opinione vixit, & quinquẽnium à die mortis eius excesit: potes rempublicam & pupillos, [f] si tibi status quæstionẽ mouere tentauerint, nota præscriptione repellere. ¶ An autem pro ingenua in die mortis egerit, in iudicio requiretur. Quod si varietas [g] interueniat: posteriora tẽpora spectari conuenit. PP. VI. Idus Iun. Seculare & Donato Coss.

Etiam contra fiscum currit hæc præscriptio quinquennalis: & contestatio facta apud iudicem incompetentem, non interrumpit præscriptionem. Salycetus.

Vis autem ingenua tibi mort.

Præscriptio quadraginta annis contra pupillos.

Concor. c. fin. gl. super verbo Item. contra hæreticos post 15. propositi.

a *Ciuis Romanus*. dictus Stichus.

b *Eius*. scilicet Stichi.

c *Cœpisti*. item rite contestando: secus si nõ rite, vt §. eo. l. pen. sed hac instantia finita quoquo modo, nõ poterit agi vltra quinque annos, occasione interruptionis: vt ff. e. l. ij. §. fina.

A vt liber, & decessit, & lapsum est quinquennium. an filio suo status moueri quæstio possit, quæritur? Respon. quod nõ. sed statua eius præscriptione protectus est, vnde ad honores vt ingenuus, vel vt ingenuorum filius prouehi potest.

h *Quæ honoribus*. scilicet super ingenuitate: vt supra de peda. iudi. l. ij. & §. vbi cau. sta. l. iamdudum.

Vod est.] CASVS. Filius in sacris patris constitutus, stetit vt homo sui iuris, decessit, hæredem instituit: & à tẽpore mortis suæ lapsum est quinquennium: vult pater vindicare bona filij ab hærede scripto: hæres excipit de lapsu quinquẽnij à tempore mortis: an prætextu quinquẽnij iã lapsi, pater excludatur, quæritur? Dicitur quod nõ: quod enim est constitutũ de hoc quinquennio, non habet locum in emancipatione: sed in seruitute. vnde quæritur an fuerit iuste emancipatus, vel non.

d *Non posse*. vt. ff. eo. l. j. j. respõ. & §. eo. l. pxi.

e *Pertinet*. vt. ff. de Carbo. edicto. l. decessit. Sed contra. ff. de adopt. l. post mortem. sed ibi à patre fuerat emancipatus, licet minus solẽniter: hic ab alio. vel ibi steterat sic diu. & sic ibi erant duo. §. factum suum, & temporis cursus. §. decennij: vt argu. j. de fun. par. l. fin. Item not. hic non procedi de similibus ad similia. sed argumentum contra. ff. de legi. & senatusco. n. nõ possunt.

Imater.] CASVS. Mulier vt libera stans, habens decem filios, hæredes instituit, & lapsum est quiquennium à morte eius. an pupillus vel fiscus petens bona, præscriptione quinquennij possit repelli, quæritur? Resp. quod potest. & hoc in prima. Si verò aliquando steterit vt libera, aliquando vt ancilla: illud tempus quo decessit, inspiciendum est: quod per duos testes probabitur, & sufficit: & si tunc steterit vt libera, lapso quinquennio de statu eius non quæretur, alioquin sic: & hoc in secunda.

f *Pupillos*. currit ergo præscriptio quinque annorum contra pupillos. & sic est cõtra. §. in qui. cau. in integ. restitu. nõ est necessaria. l. fina. Solu. hæc corrigitur. Vel hic incepit cõtra prædecessorem pupilli: & finitur contra pupillum: sed restituetur. quod non placet: vt. ff. eo. l. non esse. Sed tu dic quod hoc est speciale. Nam olim currebat, & non restituebatur: at. l. contraria dicit de his quæ currebant, & etiam restituebantur.

g *Quod si varietas*. quia aliquando vt ancilla, & aliquando vt libera vixit: tempus enim vltimum inspicitur: vt argu. ff. de acquir. posse. l. si quis autem. & de lege Aquilia. l. item Mela. §. sed & si.

Si pater.] CASVS. Patri tuo coram non competenti iudice, puta priuato, à fisco de statu eius mouebatur quæstio: steterit missum, atque hæredem scriptũ esse proponis, [post manumissionem] vt ciuis Romanus [a] vixit, nec intra quinquennium post mortem eius [b] status quæstionem mouere cœpisti: intelligis, neque hæredibus ab eo scriptis, neque his quos liberos esse voluit, controuersiam te contra formam senatusconsulti facere posse. Quòd si prius quàm id temporis spacium excederet, agere cœpisti: [c] & peculium eius more iudiciorum persequi, & cum manumissis ordinata lite, secundũ formam edicti experiri non prohiberis. PP. V. [x] Iun. Modesto & Probo Coss.

De emancipatione ingenui defuncti etiam post quinquennium potest quæri. Salycetus.

V Imperator. GORDIANVS. A. Seuero.

QVod est constitutum, post quinquennium de statu defunctorum quæstionem incipere non posse, [d] ad speciem emancipationis, iure necne perfecta sit, minimè pertinet. †

An defunctus vixerit vt ingenuus, inspiciatur tempus mortis eius: & sufficit probari quod communis opinio sic se habuerit. Salyc.

V1. Imperatores VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Pollæ.

SImater tua quasi ingenua communi opinione vixit, & quinquẽnium à die mortis eius excesit: potes rempublicam & pupillos, [f] si tibi status quæstionẽ mouere tentauerint, nota præscriptione repellere. ¶ An autem pro ingenua in die mortis egerit, in iudicio requiretur. Quod si varietas [g] interueniat: posteriora tẽpora spectari conuenit. PP. VI. Idus Iun. Seculare & Donato Coss.

Etiam contra fiscum currit hæc præscriptio quinquennalis: & contestatio facta apud iudicem incompetentem, non interrumpit præscriptionem. Salycetus.

Vis autem ingenua tibi mort.

Præscriptio quadraginta annis contra pupillos.

Concor. c. fin. gl. super verbo Item. contra hæreticos post 15. propositi.

Codex.

Cõtestatio nõ iuuat facta nõ prodest: nec sit interruptio. & cõtra cor. c. vt de bitus. cũ gl. ff. de re iudi. l. iiij. §. cum 2. in fi. ex tra de appel.

Cõtestatio illis ingenuorum. & sic nõ iuuat facta nota. supra de seruis reipublicæ. l. ritu. Item nota hic quod contestatio non iure facta, pro non facta habetur: vt ex fal. instru. per totum. & talis contestatio etiam ad interruptionem non prodest, sicut nec ab alio facta: vt. ff. de diuersis præscript. l. intra quatuor.

Repetitio.] CASVS. Seruus tuus aufugit, & stetit in libertate dolo malo, & decessit: lapsum est quinquennium: bona suæ à quodam detinentur: an non obstante præscriptione temporis ea petere possis, quæritur? Dicitur quod sic.

k *Nulla*. longa: vt supra de rei vin. l. nullo. sed longissima sic: vt infra de præscript. triginta annorum. l. sicut. Vel nulla omnino secundum has leges.

l *Atque latitans*. mala fide: & sic iste titulus tantum bonæ fidei possessorem tuetur.

DE LONGI *temporis præscriptione, quæ pro libertate, & non aduersus libertatem opponitur.*

De *præscriptione quæ tuetur statum defuncti, dicit: nunc de ea quæ statum viui tuetur. Vinianus.*

Mala.] CASVS. Si seruus tuus decem ann. vel viginti absens stetit vt liber: an statum suum longi temporis præscriptione tueri possit, quæritur? Distinguitur, aut mala fide stetit in possessione libertatis, quia fugit à te: aut bona. primo casu non erit tutus præscriptione, secundo sic: & hoc dicit hæc. l. & sequen. Et quod dicit in secunda. l. iusto initio: dic, id est iusta causa dante initium: pura cũ liber homo alicui seruiret, de facto eum manumisit: & in libertate moratus est: scilicet præscript. vel dic quod in ea opinione erat quod crederet se liberum.

m *Diu*. id est viginti annis: vt infra. l. proximi; in *Præscriptio*. scilicet viginti annorum, vel minus: vt supra de ser. fugi. l. j. Sed quid de præscriptione, xxx. annorum? Respõ. locum habet: vt infra de præscrip. xxx. ann. l. sicut. sed quid in adscriptitiis? videtur quod nullo tempore: vt infra de agri. & cẽsi. l. cum satis. lib. xi. & est ratio, ne retrò deseratur. Sed dic, vt hinc. vt infra de præscrip. xxx. an. l. omnes. & de an. ex cop. l. j. & de agri. & cen. l. cum scimus. §. illud. lib. xi.

a *Non esse.* vt supra vbi causa sta.l.j. & de libe.cau.l. ea.quæ. Et fic nota præsumi quem esse malę fidei, eo quod aliquando fuit. sic supra tit.j.l.fi. & supra de seruitu.l.altius.

b *Præstat. Iusto initio.* id est iusta causa dante initium, veluti si cum alicui bona fide seruiret, de facto ab eo manumittatur, & in libertate moretur, secundum P. vel saltem in ea opinione sit, vt putet se liberum.

c *Possessio.* id est quasi possessio. nemo enim se possidere potest.

d *Bona fide.* etiam sine titulo, vt aiunt doctores: sic supra de seruitu.l.j. sic & in præscriptione.v. an. de qua loquitur superior titulus.

* *Carterio.*

Libertas quanto tempore præscribatur.

e *Per viginti.* inter absentes vel præsentes. & est ratio quare maius tempus exigatur: quia aliud pro eo inducitur, quia scilicet sine titulo. Item quia magna res est libertas. Item aliàs superfluus esset hic titul. si sola præscriptio decem vel viginti annorum spectaretur. Sed alij dicunt quod decem anni sufficiunt inter præsentes, ne deterior conditio sit libertatis, quàm aliarum rerum. Item nota quòd sicut hic libertas, sic & aliàs existentia sui iuris præscribitur: vt infra de pa. pote.l.j.

†*vice Præfectorum, legitur in meo manu scrip. & rectè. quid. n. significat vicaria præfectura? Contius.*

Sola.] CASVS. Si liberum hominem vt seruum sexaginta annis detinuisti: an ex tali temporis diuturnitate vel præscriptione impediatur quo minus proclamet in libertatem, vel fiat vel sit liber, quæritur. Dicitur quod non.

f *Sexaginta annorum.* vel centum: vt supra vbi cau.sta.l. fina. & ff. de lib.homi.exhibē.l.fina. §.j. Sed contra infra de agric. & censi.l.cum satis.§. cum autem. lib.xj. sed ibi in adscriptitiis dicit, qui liberi sunt: vt ibidem continetur.

A de cum confitearis fuga te ab eo cuius membrisi, recessisse; intelligis ex hoc solo sine dolo malo in possessione te libertatis non esse.[a]

Si bona fide per annos viginti sine interpellatione seruus sit moratus in libertate, liber efficitur. Salyc.

11. Idem AA. &. CC. Carcino.*

Præstat firmam defensionē libertatis ex iusto initio[b] lōgo B tēpore obtēta possessio. [c] fauor enim libertati debitus, & salubris iāpridem ratio suadit, vt his qui bona fide[d] in possessione libertatis per viginti[e] annorū spaciū sine interpellatione morati essent, præscriptio aduersus inquietudinē status eorū prodesse debeat, vt & liberi & ciues Romani fiant. Dat. Kalend. Iul. Antiochiæ, Constantino. IIII. & Max. II. CC. Coss.

Contra libertatem hominis non præscribitur etiam sexaginta annis. Salycetus.

Exemplum sacrarū literarū CONTANTINI & LICINII, AA. ad Dionysium [vicarium præfecturam] agentem.

C Sola temporis longinquitate, etiam si sexaginta annorum[f] curricula excesserit, libertatis iura minimè mutilari oportere, cōgruit æquitati. Dat. III. Kalend. Maij, Volusiano & Anniano Coss.

TITVLVS. XXIII.

DE PECVLIO EIVS QVI libertatem meruit.

Peculium si non sit ademptum, sequitur manumissum inter vivos, non in vltima voluntate. Salycetus.

1. Imperatores DIOCLETIAN. &. MAXIMIANVS AA. Rufino.

IOngo diuersam causam eorū qui à superstitibus g manumittūtur, item illorū quibus testamento libertas relinquitur,[h] esse, dissimulare non debueras: cum superiore quidem casu concessum tacitè peculium, si non adimatur:[i] posteriore verò, nisi specialiter fuerit datum, penes successores remanere, iuris sit[k] euidentissimi.

TITVLVS XXIIII. DE SENATVSCONSVLto Claudiano tollendo.

Olim mulier libera seruili amore capta, vel bacchata, si ei denunciatum esset à domino serui, ne seruo suo cōsuesceret, & iudex super eo eam admonuisset: quæ tamen non desistebat à complexu, suum substantiam perdebat, & libertatē amittebat. fiebat enim conserua. quod quia indignum erat, sublatum est: quia nec bona perdit, nec amoris feruore libera esse desinit. Baldus.

1. Impe. IVSTINIANVS A. Hermiogeni magistro officiorum.

CVm in nostris tēporibus, in quib[o] multos labores pro libertate sub iectorū sustinuimus, satis esse impium credimus quasdam mulieres libertate sua fraudari, & quod ab hostium fero citate[l] contra naturalem[m] libertatem inductū est, hoc ad libidinem nequissimorum hominum inferri: Claudianum senatusconsultum & omnem eius obseruationem circa denunciationes & iudicum sententias[n] conquiescere in posterum volumus: ne ea quæ libera constituta est, D mulieribus libertinæ conditionis, quod propter talem consuetudinem cum seruis habitam, in seruituterm non detrudantur. & hōc in secunda. Seruus vero vel adscriptitius maximè à nuptiis liberarum mulierum se abstineant: quod si non fecerint, domini liberam castigandi eos habeant facultatem, & à mulieribus abstrahendi eos. quod si contempserint, domini damnum patiantur, scilicet quod filij adscriptitij non erunt eius adscriptitij vel serui, quod esset, si adscriptitia vel ancilla eos susceppisset. & hoc in tertia & in vltima parte. Vlpianus.

Continuatio.

l *Ferocitate.* quia per captiuitatem fit seruitus: vt institu. de iure personarum. §. ij.

m *Naturalem.* id est ius naturale, cum omnes sint liberi de iure naturali: vt habes hoc ff. de statu homi. l. libertas.

n *Sententias.* vt & supra de liberali causa. l. si liber homo. nam si post denunciationem factam liberæ mulieri, ne ad seruum meū accedat, & per iudicem: si amodo accedebat, efficiebatur ancilla mea: vt hic, & institu: de successionibus sublatis quæ fiebāt per bonorum venditionem, & ex senatusconsulto Claudiano. §. fina. Accursius Florentinus.

Reſpond, quia restatot disponit in quem velit bona transire: & sic peculium cum sit de bonis: & sic à libertate exceptum. Sed inter viuos sibi nil excipit, nec alteri: & sic præsumitur seruo concedere eadem voluntate durante. Vel aliter secundum P, quia in vltima voluntate non potest sic cogitare: vnde lex pro eo cogitat: vt argum. supra qui testamen. face. pos. l. hac consultissima. §. at cum. & in authenti. de trien. & semis. §. illud quoque bene. colla. iij. ibi, aut præ tumultu mortis &c. & hoc placet. Alij tertiam, vt Ioan. reddunt rationem: quia primo casu habebit operas manumittens: sed moriens non est habiturus, argu. ff. manda. l. si verò non re. §. inde Papinianus.

DE SENATVS. *consulto Claudiano tollendo.*

Quia hoc senatusconsultum Claudianum lognebatur contra libertatem: ideo de eo tollendo dicit. *Continuatio.*

CVm in nostris.] CASVS. Duplex tempus consideranda est circa hominum statum. Primo omnes erāt liberi, & nascebantur. Secundo propter ferocitatem hostium inducta est seruitus: quia capti ab hostibus fiebant serui hostium. Interea superuenit senatusconsultum Claudianum, quo cauebatur, vt si seruus consuetudinem haberet cum libera, & mulieri denunciatum esset à domino serui, ne accederet: & spreta denunciatione, nihilo minus accessit: efficiebatur ancilla illius cuius erat seruus. quod senatusconsul. tollit imperator de medio. & hoc in prima. Idem est in mulieribus libertinæ conditionis, quod propter talem consuetudinem cum seruis habitam, in seruituterm non detrudantur. & hōc in secunda. Seruus vero vel adscriptitius maximè à nuptiis liberarum mulierum se abstineant: quod si non fecerint, domini liberam castigandi eos habeant facultatem, & à mulieribus abstrahendi eos. quod si contempserint, domini damnum patiantur, scilicet quod filij adscriptitij non erunt eius adscriptitij vel serui, quod esset, si adscriptitia vel ancilla eos susceppisset. & hoc in tertia & in vltima parte. Vlpianus.

Amore vehementius nihil est.

a *Capta.* nil enim est amoris furore vehementius: vt hic, & in authent. quibus modis natu. effic. legiti. §. illud. colla. vj. & illud: Habet sua tela Cupido, & illud: Spicula figit amor. Item, Amor trahit superos.

b *In suum damnum.* vt filij eius non sint adscriptitij eius, vel seruiui, cum sint nati ex libero ventre: quod esset, si ex adscriptitia, vel ancilla haberet: vt hic, & j. de agric. & cen. l. fina. in fin. libro. xj. & arg. in authent. de nupt. §. adscriptitio. coll. iiij. Sed an debeant permanere in rure, vt eorum patres? Videtur quod non: vt infra de agric. & censi. l. cum satis. §. j. sed Iru. contra. & pro eo hæc lex, & in authen. constitutio quæ ex adscriptitio & libera mu. Item contra. huic. l. in fra de murile. l. iij. vbi post huiusmodi denunciationem nascuntur ad scriptitij. Solu. ibi speciale.

DE NVDO IVre Quiritium tollendo.

Serui olim erant tripices.

Sicut in libertis triplex erat olim status: vt in § hinc. de liber. § libertinorum. sic in seruis, vt in quibusdam plenum, in quibusdam semiplenum, in quibusdam nudum, id est sine aliqua vtilitate haberent dominium: quod tollit hæc lex: & omnes sint plenæ dominij: vt hic in fin. & instit. de iure perso. §. fina.

ADDITIO. Hic titulus necessario superioribus subiunctus est, & sequentibus titulis præfixus. nō enim pertinet ad solas libertates. Olim in vniuersum omnes res quæ erant in nostro dominio, vel erant in ciuili siue legitimo dominio, quod ex iure Quiritium dicebatur. & de illo dominio concipiebatur ordinariæ in rem actionis formula. vel in naturali, quod in bonis, siue, vt ait Theophilus, bonitarium dicebatur: quod & naturale dominium dicitur. Multum autem intererat quo dominij genere quis esset dominus, cuiusque rei. Nam qui seruum tantum in bonis habebat, id est naturali dominio, non poterat eum facere ciuem Romanum. Is vero qui in Quiritario dominio habebat, poterat. Item is cui res aliqua per venditionem erat tradita tantum, non etiam in iure cessa, aut mancipata, aut annum possessa, naturalis tantum erat dominus, dominio iuris Quiritium apud venditorem interim remanente. anno vero vsucapta res, si mobilis: vel biennio, si immobilis, vel in iure cessa, vel mancipata, tam in bonis, quàm ex iure Quiritium domini esse intelligebatur. Hæc ex Vlpia. Frag. collegi. Iungendus est autem cum hoc & Tit. de vsucap. transfor. & sublata differe. rerum mancipi & nec mancipi. Contius.

Codex.

ANtiquæ.] CASVS. Sicut dudum triplex erat libertinorum status, vt institu. de libertis: sic in seruis, quod quidā dominorum plenum habebant dominium, quidā semiplenū, quidam medium: & hoc erat introductum de iure Quiritium Romanorum. quod tollit hæc lex, statuens quod omnes domini plenum habeant dominium, nō solum seruorum, sed etiam aliarum rerum ad se pertinentium.

* *de, vel ex iure dominij ex iure Quiritium, vel. † modo. In manu scri. Contius.*

c *Quiritium.* id est Romanorum. nam Romani sic dicuntur: vt instituit. de iure natu. §. sed ius.

d *Nomen.* scilicet volumus esse. & sic nec effectus: vt supra de fer. l. à nullo.

DE VSVCAPIOne pro emptore, vel pro transactione.

Continuatio.

Supra dixit de iure agendi, nunc de defendendi. Vel aliter: Dixit de præscriptione libertatis specialiter, nunc aliarum rerum. Et de transactione subiecit per simultudinem: quæ sicut in venditione prosunt adesse & abesse: sic & in transactione: scilicet emptori precium abesse: & transigenti actio quam remittit propter rem datum promissamve. vtrique autem adesse res. Accurs.

MAncipia.] CASVS. Si mancipium meum non habēs ius distrahendi, Titio vendidisti, illud vindicare potero: nec emptori, cum furtiuum sit, parabitur causa vsucapiendi. Viuianus.

e *Non habuerunt.* sunt enim quidam qui habent ius vendendi, licet non sint domini: vt insti. qui aliena. licet. §. j.

Videndi ius habent alienos non domini.

f *Illicita.* immo videtur licita, cùm rem alienam vendere lex permittat: vt ff. de contrahen. empt. l. rem alienam, sed dic quod illa l. prout in re immobili loquitur, non obstat. in mobili autem non loquitur nisi secundum distinctionem ibi positam per. l. eiusdem titu. *lo.* ff. de contrahen. empt. d. si in emptione. §. item si emptor.

† *Marcell.*

g *Contractum sit.* à scientibus: vt institu. de vsucap. §. furtiuæ. & infra eod. l. sciens. & infra tit. j. l. ij. & 3. quod cum eō. l. si seruum. sed & si non fecerint furtum, quia non contrectauerunt, idem est propter scientiam rei alienæ.

Si contra.] CASVS. Si tutor seruum quem testator prohibuit alienari, sed pupillo hæredi seruari præcepit, puta, quia artifex erat, distraxit: an vsucapi possit, quæritur? Respond. quod non.

h *Seruari.* idem si vendi prohibuisset, cum verbo venditionis omnis alienatio contineatur: vt ff. de sta. lib. l. statuliberi à cęteris. §. fi. in fin. Et nota propter peritiam: secus si sine causa: vt ff.

de lega. filiusfamilias. §. diui. & ſ. de fideicommiſ. l. voluntaris. vbi ſimilis cauſa inſeritur.

a *Non potuerunt.* primo quia contra defuncti voluntatem: & ſic contra legem facta eſt venditio: vt & ſ. de manumiſ. teſtamen. l. contra voluntatem. & ſ. qui non poſſ. ad liber. penue. l. ij. & in authen. de nup. §. diſponat. coll. iiij. Item quia pupilli, quorum res non poſſunt vſucapi: vt ff. de acquiren. rerum domi. l. bonæ fidei. & ſic facit ff. de verbo. ſignifi. l. alienationis. & de fundo do. l. ſi fundum.

Pupillorum res non poſſunt vſucapi.

SI matrem.] CASVS. Si ancillam meam mihi ſubtractam bona fide emiſti, & apud te peperit: an partum poſſis petere, quæritur? Dicitur quod ſic, licet ipſa ancilla in cauſam furtiuam inciderit.

b *Si matrem eius.* Stichi pura.

c *Cuius.* Stichi.

d *Potuiſti.* ſi non ante editum partum cœpiſti habere malam fidē: tunc enim debet dominum, ſi poteſt, certiorare: vt habes. ff. pro ſuo. l. ſi ancillam. & ſi quidem vſucepiſti, vindicas: ſi non, habes interim Publicianam: vt ff. de Public. l. ſi ego. §. partus. & diſtingue circa hoc, vt dixi ſupra de fur. l. ancillæ.

VENDITIONI.] CASVS. Si aliquo rē tuam diſtrahente ratum habuiſti, & hoc probatum fuerit: an venditionem retractare poſſis, quæritur? Reſpond. quod non. & hoc in prima. Si verò te habuiſſe ratum probari non poſſit, ſed emptor bona fide emit, venditor bona fide diſtraxit: ſi emptor eā vſucepit, vindicare nō poteris. & hoc in ſecunda.

c *Non audietur.* vt ſ. de euict. l. exceptione.

f *Bona fide.* quæ eſt ſi error in facto, non ſic ſi in iure, ſecundum quoſdam. Tu dic etiam ſi in iure: vt argu. ff. de peti. hæred. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. & exigitur hæc bona fides tēpore contractus, & tempore traditionis in venditione: ſed in cęteris contractibus ſufficit tempore traditionis: vt ff. pro ſolu. l. iij. & ff. eod. l. ij. in princ. & rationem diuerſitatis dic vt ibi in titu. pro ſolut. l. iij. notaui.

Bona fides quo tēpore in cōtractibus exigatur.

SI partem. CASVS. Si fundum alienum mala fide poſſediſti; vt differat ab vltimo caſu, & partem diſtraxiſti, & partē retinuiſti: retentam cum fructibus reſtitues: diſtractam ſi emptor mala fide emit, vel bona, & non vſucapta eſt, dominus vindicabit. & hoc in prima. Si verò vi poſſediſti, nec bonæ fidei emptori parabitur vſucapio. & hoc in ſecunda.

g *Poſſeſſionis.* non vi poſſeſſæ: vt differat à ſequenti caſu.

h *Bona fide.* ſed hodie dic contra: vt in authen. malæ fidei. ſ. de præſcript. long. tempo.

i *Vſucapionem.* vt ſ. de rei vind. l. aduerſus.

k *Violenter.* vt expulſiua, non compulſiua: vt ſupra quod metus cau. l. ſi vi. quæ eſt contra. Item dic amiſſa à poſſeſſore, & accepta ab inuaſore: aliàs poſſet vſucapi: vt ff. de vſucap. l. non ſolū. §. ſi dominus.

diderunt: vſucapi non potuerunt. a Dat. V. Non. Mart. Iuliano. II. & Criſpino Conss.

Partus ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei emptorem conceptus & editus, eſt vſucapibilis. Sa lyceius & Bald.

III. Idem A. Nepotillæ.

SI matrem eius b cuius c nomi ne te quæſtionem pati dicis, bona fide emptā poſſidere cœpiſti: etiam ſi ipſa in cauſam furtiuam inciderit, tamen poſtea conceptum apud te partum vſucapere potuiſti. d

Tria tuentur poſſeſſorem, ſcilicet dominium conſenſus, & vſucapio. Baldus. Vel ſic: Conſenſus domini, vel vſucapio exentis bona fide, præiudicat ei. Salyc.

IIII. Idem A. Achilleo.

VENditioni ancillæ ſi conſenſum dediſſe diuerſam partem probaueris: retractando cōtractum quem ipſa ratum habuit, non audietur. e ſed & hac probatione ceſſante, ſi bona fide e emptam ancillam à venditore bona fide diſtrahente, longi temporis ſpacio vſuceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non poteſt.

Male fidei poſſeſſor partem quam poſſidet, non præſcribit: bonæ fidei autem poſſeſſor præbit, niſi res eſſet vi poſſeſſa. Item præſcriptio nondum completa, non tuetur poſſeſſorem contra dominum vindicantem. Baldus. Vel ſic: Mala fides poſſeſſorem ad rem & fructus profligit, & vſucapionem impedit ſicut vitium rei antequam veniat ad poteſtatem domini. Salicetus.

V. Imp. GORDIANVS A. Marino.

SI partem poſſeſſionis g malæ fidei poſſeſſor vendidit: id quidem quod ab ipſo tenetur, omnino cum fructibus reA

1 *Non competit.* vt argu. ſ. de fur. l. ſi abducta. & ff. de vſucap. l. ſi rem ſurreptam. & poteſt hic legi authent. malæ fidei, & c. ſecundum H. ſed nos ſecundum Azo. legimus infra de præſcrip. long. tempo. l. j.

CVm ſit.] CASVS. Si alienam rem mihi obligaſti, & mihi ſurripuiſti, & vendidiſti: an emptor poſſit eam vſucapere, quæritur? Dicitur quod non. Viuianus.

m *Obligatam.* & traditam. & dic de facto obligatam, vel de iure: quia dominus conſenſit: vt ff. de pigno. ac. l. aliena.

n *A debitore.* qui obligauit, & ſic contrectauit.

o *Vſucapi.* niſi redeat in poteſtatem creditoris. argum. ff. pro ſolu. l. ſin. ſi autem ſuam rem quis obligat, & ſurripit, fit furtum, & datur actio furti creditori: ſed non impeditur vſucapi: a vt ff. de fur. l. cum ræs. §. j. & ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi rem, quæ ſecus tamen ſunt contra. ſed ſi ex traneus ſurripit creditori rem à domino obligatam, non vſucapitur, niſi in domini redeat poteſtatem: vt ff. de vſucap. l. ſequitur. §. quod autem.

Pignus ſub. tractum an poſſit vſucapi.

a In præiudicii cūt dominū creditoris.

SCiens.] CASVS. Si ſeruum meum contra voluntatem meam vendidiſti: furtum commiſiſti. & hoc in prima. nec à bonæ fidei poſſeſſore vſucapietur antequam in poteſtatem meam reuerſus fuerit. & hoc in ſecunda.

p *Committis.* vt inſtitu. de vſu. §. furtiuæ.

q *Poſſidetur.* ab eo qui emit: vt ſ. de fur. l. alienum. & l. ſi ſeruum, & ſupra eod. l. j.

EX cauſa. CASVS. Petebas à me centum: transegi, & dedi tibi rem alienam, & nomine tranſactionis: an eam vſucapere poſsis titulo tranſactionis, quæritur? Dicitur quod ſic.

r *Habentes.* ex traditione, non retentione: cum & ſi res eſſet actoris, non transferretur in rerum dominium: vt ſ. de tranſact. l. ſi pro fundo. & l. ſiue apud. & l. ſi ſuper poſſeſſione, ſecundū P. & H. & M. & Azo. ſed Ioan. contra: quia illa duo non ſemper ſunt paria: vt vbi dominij trāſlatio ſit à domino. ibi demū inducatur vſucapio facta traditione à nō domino: vt ff. eod. l. ij. §. ſi à pupillo. ADDITIO. Aduertas quod prima opinio verior eſt, & eam tenent communiter docto. vt dicit Bart. in l. j. ff. eod. titu. fatetur tamen idem Barto. ibi, quod ſi ille qui accepit pecuniam, diceret, concedo tibi omne ius quod mihi competit in talī re, de qua lis erat: quod habet nunc titulum pro emptore, etiā ex tranſactione pro tali re retenta: ſicut quando ego emo quicquid iuris habes. de quo per eundem in l. emptor. ff. eod. tit. ſed ſi non diceret, concedo, ſed finio vel quitto omne ius, &c. tunc ſecus eſſet: vt d. l. ſi pro fundo. C. de tranſact.

EVm qui. CASVS. Si à pupillo ſine tutoris auctoritate, ſciēs eum pupillum, rem emit: an eam vſucapere poſsit, quæritur? Reſpon. quod non. & hoc in prima. Si vero vindicaret rem, nec precium quo factus locupletior eſt, offerret: an obſtet ſibi doli exceptio,

Pecudum aliās, Pecunia. citra domini voluntatem.

doli exceptio, quæritur? Reſpon. quod ſic. & hoc in ſecunda.

a *Dſeruitute.* vt. ſ. de auct. præ. l. eum qui. ſed certe immo videtur quod ſic: vt ff. eo. l. ij. §. ſi à pupillo. quæ eſt contra. Solu. hic ſciens pupillum, ibi non. hæc non placet. vel hic res erat pupilli, ibi aliena, quam bona fide poſſidebat.

Locupletior ex alieno quis efficitur tribus modis.

b *Locupletior.* quòd tribus modis euenit. Vel quod habet pecuniam. Vel quòd aliud empti ex ea. Vel quod talem rem emit quam de ſuo emiſſet neceſſario: ſed modo periit: vt. ff. de mi. l. verum. §. item ſciē dum. & ff. de ſolu. l. in pupillo. & inſtitu. qui. ali. licet. §. nunc autem admonendi.

c *Ad minuam.* vindicando rem non reſtituta pecunia.

†Concedere, opoſito ſcilicet in prin. ſuper verbo multi tudinem. ex tra de reſcri.

d *Exceptione.* no. excipiendum contra eum qui de præda eſt ſolicitus: vt hic, & ff. de adminī. tuto. l. ſi minoris & ff. de excep. do. l. apud. §. ſi quis pupillo. & inſtitu. qui. ali. licet. §. nunc autē admonendi. & ſ. de cura. furio. l. ij. in fin. & ff. de re. e. l. ſi fundus. §. j.

DE VSVCAPIONE pro donato.

Traditione & vſucapione pro donato dominium quæritur: idem in aliis titulum habentibus: vt ſ. de pac. l. traditionibus. Bald. Vel ſic: Ex donationis titulo dominium tranſfertur, vel vſucapiendi cauſa bona fide recipiente paratur. Salycetus.

I. Imp. ALEXANDER. A. Macedonio.

SIue fuerit dominus qui tibi loca de quibus ſupplicaſti, dona uit: ſiue à non domino bona fide donata ſuſcepiſti, eaque vſucepiſti: auferri tibi quod iure quæſtum eſt, non poteſt. e P. V. Id. Mart.

Res affecta vitio furti, non vſucapitur titulo pro donato. Salycetus.

II. Imp. DIOCLETIANVS. & MAXIMIANVS AA. Capitonio. †

DOnantem ancillam alienam nihil domino deminuere, nō eſt ambigui iuris: furtum etiam contrahere f citra voluntatem domini contrectantem, vt eius rei nec vſucapio poſsit procederes. S. V. Id. April. AA. Conss.

Sicut perfecta donatio non irritatur, ita inualidi. ad vſucapionem non patrocinatur: licet poſſeſſor iuris errore putet eſſe validum, vel putet donationem interceſſiſſe, quæ non interceſſit. Bal. Vel ſic: Ex donatione putatiua ſiue erronea non procedit vſucapio. Sal.

II. Idem AA. & CC. Rhodano. †

IRritam facere donationem perfectam nemini licet. h Vtique hoc verum eſt, ſi error i falſæ cauſæ ratione bonæ fidei non defenditur, k quod & in dominio pro vſucapione quærendo ſeruatur.

TITVLVS XXVIII. DE VSVCAPIONE pro dote.

Res mobilis in dotem data, ſi vitium vſucapionem non impedit, vſucapitur. Baldus. Vel ſic: Maritus recipiens bona fide, vſucapit titulo pro dote rem dotalem vitio non affectam. Salyc.

I. Imp. ALEXANDER. A. Taurino.

REs mobiles in dotem datæ, quanuis alienæ, ſi ſine vitio, l tamen fuerint à bonæ fidei accipiente pro dote acceptæ, † vſucapiuntur.

TITVLVS XXIX. DE VSVCAPIONE pro hærede.

Sicut ſuus hæres non vſucapit titulo pro hærede: ita nec hæres hæredis etiam extraneus ex perſona deſuncti. Bal. Vel ſic: Si hæres hæredis velit vti acceſſione auctorum, non poteſt vſucapere pro hærede, quod deſunctus eius non potuit. Salycetus.

I. Imp. ANTONINVS. A. Theophilo.

CVm m pro hærede vſucapio * locum non habeat: intelligis, neque matrem tuam n cui hæres ex D titiſti, neque te vſu mancipia o ex ea cauſa P capere poſſe.

Suus & neceſſarius hæres non præſcribit titulo pro hærede, etiam ſi habeat coheredem extraneum. b. d. glo. Bal. Vel ſic: Vſucapio pro hærede, non procedit in filiis in poteſtate. Saly.

CVm pro hærede.] CASVS. Auus Titij maternus poſſidebat aliena mancipia: deceſſit, & ei ſucceſſit mater Titij quæ fuerat in poteſtate patris mortis tempore. quæritur an ipſa, vel Titius qua matri ſucceſſit, poſſint vſucapere illa mancipia pro hærede? Reſpō. quod non: quia in ſuo hęrede, hoc eſt in filio vel filia exiſtente in poteſtate patris mortis tempore, non habet locum titulus pro hærede.

m *Cum.* id eſt quando: vt quia eſt de ſuis hæredibus: vt. ſ. eo. l. ij. Vel quia putatur mortuus qui viuit: vt. ſ. eo. l. opiniōe. & ff. eo. l. j. Item ſi quis erret in tit. vt quod credebat hæredem, cum non ſit: vt. ſ. eo. l. ſin.

n *Tuum.* quæ fuit hæres auo.

o *Mancipia.* aliena quæ tenebat auus tuus vt ſua bona fide, & ſine titulo.

p *Ex eo.* vſi. quia ſucceſſiſſes auo tuo per conſequentiam: ſed quia ſucceſſiſſes matri cui es extraneus: vt inſtitu. de hære. qua. & differ. §. cæteri. potes ex tua perſona ſumere initium, nō ſic ſi eſſes de ſuis: vt ff. eo. l. ij. §. fin.

Nihil.

non valida. tur per vſucapionem.

Donatio inter viros ſecta conſtante matrimonio, an poſſit vſucapi.

†Rhodiano.

Dal. fuerint bona fide ac ceptæ, pro dote vſucapiuntur.

** ſ. quib. ex cauſ. longi temp. præſcrip. l. pen.*

NIhil.] CASVS. An sui,scilicet qui fuerunt in potestate defuncti, possint vsucapere pro hærede, quæritur? dicitur quod non.

Hæres suus & necessarius non præscribit titulo pro hærede, nec titulo pro suo. * al. deest vox, magis.

a *Suis hæredibus.* quia non habent titulum,cum viuo patre domini sunt: vt.ff.eodem.l.ij.§.fina.& de libe. & posthu.l.in suis. & instit.u. de hære. quali.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Maurinæ.

NIhil pro hærede posse vsucapi,suis hæredibus[a] existentibus,magis* obtinuit.

Error non facit ius præsertim in lucro captando. Bald. Vel sic: Viuens non habet hæredem: ideo vsucapio non procedit. Salyc.

III. Iidem AA. & CC. Diodoro.

OPinione falsa mortis pro hærede possessio rerum absentis procedere non potest.[b]

Vsucapio requirit titulum præcedentem: & quæcunq; veniunt in petitione hæreditatis, quæ non veniunt in vsucapione. Bald. Vel sic: Putatiuus hæres non vsucapit pro hærede: nec sine titulo procedit præscriptio. Salyc.

IIII. Iidem AA. & CC. Serapioni.

VSucapio[c] non præcedente[d] vero titulo procedere non potest[e]: nec prodesse, neque tenenti,neque hæredi[f] eius potest: nec obtentu veluti ex hæreditate[g] esset,quod alienum fuit,domini intentio vllo temporis longi spacio absumitur.[h] Dat. VII. Kalend. Ia. CC. Coss.

TITVLVS XXX.

COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS.

Colonus corporaliter tenet: sed non possidet sibi, sed domino: & ideo non præscribit. Baldus.

COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS. *Pertractatis vsucapionibus specialibus, supponit de communibus. Azo.* Continuat tio.

QVi ex conducto.] CASVS. Si locaui prædium colono, an possit vsucapere quæritur? Respon. quòd non: quia non possidet. Viuianus.

I. Imperator ALEXANDER A. Sauino.

QVi ex conducto possidet, quanuis corporaliter teneat,non tamen sibi, sed domino[i] rei creditur possidere. neque enim colono vel conductori prædiorum longæ possessionis præscriptio acquiritur. PP. VII. Kal. April. Alex. A. V. & Marcello Conss.

Possessio nulla est apud colonū.

Mancipium fiscale non vsucapitur. Bald. Vel sic: Res fisci nequeunt vsucapi. Salyc.

II. Idem A. Onesimæ.

IAmpridem quidem mancipium de quo supplicas, comparasse te dicis,sed si cogitaueris[k] rē fisci mei vsucapi non posse,respōdere te actionibus fisci mei intelligis: nec aliàs posse rei proprietatem obtinere, quam si non ex ancilla fiscali[l] natum fuisse constiterit.

Mala fides auctoris nocet successori singulari volenti vti actione singulari. Baldus. Vel sic: Vitium defuncti nocet eius miuersis successori etiam bonam fidem habenti. Salycetus.

III. Imp. PHILIPPVS, & Cæs. Pantino.

SI mala fide rerum tuum sciens Antiochus tenuit: intētionē tuam contra successorem eius, gumento à contrario sensu. nam dominus amittit etiam ignorans: vt.ff.de acquir.poss.l. peregē.§. quibus. Sed argu. contra: vt.ff. de acquiren. poss.l.fi de eo.§.j.&.l. fi id quod.§.j.nam illæ leges dicunt quod etiam mortuo colono retinet dominus possessionem, & tamen constat quod tunc colonus animum retinendæ possessionis non habet. Item pro hoc est infra titu.ij. l.cum nemo. Sed primi dicunt,non mutat quantum ad hoc, vt vsucapere possit. Quarto quæro, quid si colonus alij tradat, vel perdat: an desinat dominus possidere? Respon. non desinit dominus possidere, secundum quosdam: vt infra tit.ij.l.fin. Sed olim contra: vt. ff. de acquiren. poss.l. peregrē. §. quibus. Nos dicimus contra, quòd amittat: vt.ff. de acquirend possess. l.iij.§. quod si seruus. licet sit argumentum contra infra eodem titu. l.quamuis.j.§.j. Sed recuperat dominus per condictionem ex lege. & ideo dicit. d. l. ex libris, infra de acquirenda possess. nullum domino posse fieri præiudicium. Quinto quæro, quid si seruus meus sibi dicat possidere? Respon. non desino, cum & ipsum possideam: vt argu. ff. de acquiren. possess. l. fi de eo in principio.

Possessio amittitur per tradentem si colonus animum possessionis exierit de fundo colonus: an dominus amittat: Quidam, vt Hugo & alij, quòd sic: vt. ff. de acquirendo possess. l. si colonus. sumpto ibi argumento à contrario sensu. nam dominus amittit etiam ignorans: vt.ff.de acquir.poss.l.peregē.§. quibus. Sed argu. contra: vt.ff. de acquiren. poss.l.fi de eo.§.j.&.l. fi id quod.§.j.nam illæ leges dicunt quod etiam mortuo colono retinet dominus possessionem, & tamen constat quod tunc colonus animum retinendæ possessionis non habet. Item pro hoc est infra titu.ij. l.cum nemo. Sed primi dicunt,non mutat quantum ad hoc, vt vsucapere possit. Quarto quæro, quid si colonus alij tradat, vel perdat: an desinat dominus possidere? Respon. non desinit dominus possidere, secundum quosdam: vt infra tit.ij.l.fin. Sed olim contra: vt. ff. de acquiren. poss.l. peregrē. §. quibus. Nos dicimus contra, quòd amittat: vt.ff. de acquirend possess. l.iij.§. quod si seruus. licet sit argumentum contra infra eodem titu. l.quamuis.j.§.j. Sed recuperat dominus per condictionem ex lege. & ideo dicit. d. l. ex libris, infra de acquirenda possess. nullum domino posse fieri præiudicium. Quinto quæro, quid si seruus meus sibi dicat possidere? Respon. non desino, cum & ipsum possideam: vt argu. ff. de acquiren. possess. l. fi de eo in principio. *Colonus amittendo ipsam de quo sequendi fundum egredi-tur.*

IAmpridem.] CASVS. Si comparaui mancipium fisci: an possim id vsucapere, quæritur? Respon. quod non. & si probo quod id non fuerit mancipium fisci, nec natum ex ancilla eius, potero vsucapere. Viuianus.

k *Cognitaueris.* quod cogitare debes.

l *Fiscali.* vel alia ratione fisci facta. Sed aliud in vacantibus: quia vsucapiuntur omni titulo iure communi: vt infra eodem. §. res fisci. Sed sine titulo tunc. xx. annis computandis ab eo tempore quo cœperunt bona esse vacantia. si autem velit computare ex eo tempore quo fisco fuit nunciatum, tunc sufficit quadriennium: vt infra de quadrien. præscrip. l.j. & .ff. de iure fisci. l.j.§. diuus. & .§. præscriptio. & de diuer. & tempo. præscrip. l. intra. Quod dixi in fiscalibus, vt non vsucapiantur: *Bona vacantia non vsucapiuntur.*

Ciuitatis res non vsucapiuntur. vsucapiantur: idem in rebus ciuitatum: vt arg. ff. ex quibus cau. maj. l. legaris. & l. sed & si per prætorem. §. fi. sed vl. annis præscribentur: vt infra de præscrip. xxx. an. l. omnes. nisi sint in publico vsu: vt ff. de via publica. l. viam.

SI *mala fide.*] CASVS. Antiochus mala fide possidebat alienum mancipium: successi ei, & bona fide possedi: an possim vsucapere, quæritur? Respond. quod non: quia fuit vitiosum à principio. Viuianus.

a *Possidet.* successor propter vitium, nisi ex sua persona velit incipere, secundum quosdam. quod non placet: vt diximus supra titu. j. l. nihil.

† repete hic quæ adnota ui. S. ad tit. de iudo iure Quiritium tollendo. Contius.

DE VSVCAPIONE transformanda &c.

Quantum ad tempus.

b Mancipi. *id est Italicorum & prouincialium, vt hodie æqualiter vsucapiantur. olim enim immobilia in Italia tantum biennio vsucapiebantur: mobilia vero anno vbique vt instit. de vsucap. in princip. & supra de ser. fugi. l. penult. & de vsufruct. l. corruptionem & infra de anna. excep. l. j. in princip.*

* il. sustulit, vt cōmunes.

QVum nostri.] CASVS. Sicut remouit imperator nudum ius Quiritium, ita vult auferre duo vitia: quorum vnum est in tempore aliud in loco. Olim enim res mobiles in omni loco vsucapiebantur anno, res immobiles biennio in Italia, sed res prouinciales immobilis nō poterat vsucapi. hanc diuersitatem tollit Imperator, dicens quod res mobilis in omni loco triennio vsucapiatur, res immobilis decennio inter præsentes, & viginti inter absentes: & hoc non solū in Italia, sed in prouincia. & in omni vsuca. exigitur bona fides à principio: nec superueniens scientia nocebit quo minus vsucapiat sciens rem alienam. & h. d. Viuianus.

* eius facit. * iocitate.

c *Vigilantia.* id est animo vigilans

d *Quiritium.* id est Romanorum.

e *Sustulerit.* id est abstulerit, & remouerit: vt supra de nudo iur. Quiritium tollē. l. j. Vel, id est accepit nomen & substantiam, id est esse suum à populo Romano: vt instit. de iure natu. §. sed & quod principi. Accur.

f *Vel triginta.* in pignore præstetibendo. xx. in quæstionibus fisci. & quod subijcit, & si quæ sunt similes: vt hypotheca tacita contra debitorem, vel eius hæredem: quæ in xl. ann. extenditur: vt infra de præscript. xxx. vel xl. ann. l. cum notissimi. in princip.

g *Vsucapionem.* immobilium.

h *Sed ex si quis.* non solum enim est emendandum quantum ad locum, sed etiam quantum ad tempus.

i *Miseri.* Nota contra Italicos.

k *Intelligimur.* vt mancipia rustica, & seruitutes rerum, vel personarum.

l *Annalem.* quæ tollitur. in fra de anna. excep. l. j. in princ.

m *Vsucapionem.* scilicet immobilium.

n *Terrarum.* ex differentia enim locorum, &c. vt supra de temp. in integr. restit. l. superuacuam.

o *Per continuum*, No. vt ff. de vsuca. l. nunquam. §. j. & ff. pro emptor. l. ij. §. fi seruus.

p *Ab initio.* Notquod sufficit bona fides ab initio: vt hic. & ff. de vsucap. l. requiritur. §. de illo. in fin. §. & .ff. de acquir. rerum do. l. bonæ fidei. §. in contrarium. & ff. pro empt. l. ij. §. fi seruus. & ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si extraneus. in fin. Sed arg. contra. ff. de peti. hæred. l. sed & si lege. §. de eod. & ff. depositi. l. iij. in fine. & supra de inoff. testam. l. cum ancillis: §. fin. sed iure canonum * el quæsi debet esse continua bona fides: vt extra de præscrip. c. quoniam.

q *Scientia.* siue ciusdem qui primo habuit bonam fidem, siue hæredis: vt hic. & instit. de vsucap. §. diutina. & ff. pro empt. l. ij. §. fi defunctus. & ff. de vsuca. l. hæres eius. in fin. j. respon. secus in singulari successore, qui si mala fides scit, non vsucapit: licet ille qui dedit sibi vsucapionē. *Successoris mala fides nocet.*

r *Ampliatur.* cum in omni re & loco valeat.

s *Quæ.* scilicet materia.

t *Et.* scilicet vsucapioni.

v *Mancipi & nec mancipi.* id est Italicæ, & prouinciales. & ideo dicuntur prouinciales nec mancipi, quia nec mācipantur, id est supponuntur eorum dominio: nec enim erant domini propter tributa quæ præstabant: vt supra de episco. & cleri. l. de his: & ideo ibi locum vsucapio non habebat. aliàs autem dicuntur mācipes conductores salis: vt supra de vectigal. l. fi quis. hodie autem quantum ad acquisitionem dominij per vsucapionem, idem quantum ad acquisitionem per traditionem exequatę sunt: vt hic, & instit. de rerum diui. §. per traditionem. non autem quantum ad tributa. A Prohibitorio bonæ fidei nis interpretatione vide lege Bu. in. l. 2. ff. de orig. in. Mancipes quis dicatur.

† *conser. §. per traditionē. instit. de rer. diuis.* Contius.

DE

DE ACQVIRENDA ET RETINENDA possessione.

Quia in vsucapionibus, de quibus dixit, & præscriptionibus, de quibus dicet, est possessio necessaria: vt ff. de vsucap. l. fine. ideo de ea dicit. Et not. quod hic dicit de retinenda, sed in ff. dicit de amittenda. Sed dic quod idem est. nam contrariorum eadem est disciplina: vt ff. de verbor. oblig. l. inter stipulantem. § . sacram.

Continuatio.

PEr liberam.] CASVS. Si procurator meus nomine meo aliquam rem emerit, acquirit mihi ignoranti etiam possessionem: & si tradens non fuit dominus, antequàm sciam quod ab eo gestum est, vsucapere non potero: sed interueniente scientia incipiam vsucapere. Viuia.

Possessio quæritur per alios, nobis etiam ignorantibus.

a *Per liberam.* etiã extraneã: vt hic, & ff. per quas perso. not. acquir. l. j. & instit. per quas perso. no. acquir. § . ex his . & ff. eod. l. j. §. per procuratorem . & hoc siue habeat mandatũ, siue non, dummodo nomine domini quærat, vel saltem tradens hoc gestiat: vt ff. de dona. l. qui mihi donatum volebat. aliàs si neuter, non quærit: vt

† al. Gairo.

ff. e. l. communis. §. j. & l. j. §. per procuratorem. & diximus supra de his qui à non do. ma. l. ij. & ff. eo. l. j. §. per procuratorem. & quod in libera persona dicit, & de seruo alieno quem nullo modo possidet, vel possidet, sed mala fide, intelligas. idẽ si bona fide extra rem & operam. quærit enim, vt per extraneum, si modo eius nomine quærit: vt ff. de acquiren. poss. l. si me in vacuam. §. fi. & sic non ob. ff. de acquiren. poss. l. j. §. sed & per eum, quia ibi nõ nomine possidentis quæsiuit mala fide possessus.

b *Personam.* vt ff. de neg. gest. l. si ego.

c *Possessionem.* scilicet ciuilem & naturalem. secundum Hu. & etiam dominium: vt infra eodem. l. per procuratorem.

d *Interuenerit.* non ante: vt ff. eod. l. possessio quoque. §. fina. Sed cur vsucapio non sic ignoranti, sicut possessio acquiritur? Resp. quod in vsucapione inter cætera bona fides exigitur: vt supra tit. j. §. hoc tantummodo. ignorans autem, nec bonam, nec malam fidem potest habere: at in possessione non refert iustè quis vel iniustè possideat: vt ff. eod. iij. §. econtrario. Sed in casu etiã ignorans vsucapit, scilicet per seruum in re peculiari: vt ff. pro soluto. l. ij. Item quandoque licet habeat scientiam rei alienæ, tamen vsucapit: vt ff. de nox. l. & generaliter. Et nota quod hæc possessio quę per procuratorem acquiritur, habet multum iuris, & modicum facti: nam quæritur ignoranti, sed non vsucapio ignoranti, vt hic, & est alia, quæ habet plurimum facti, quã iuris, vt ea quæ per nos acquiritur: nã oportet quod corporalis sit ibi apprehensio, quæ est facti, licet & animus sit necessarius. quod facile est: vt ff. ex qui. cau. maio. l. denique. & ff. eo. l. iij. in princi. & l. quod meo. in princip. hæc eadem habet multũ iuris in retinendo, cum solo animo retineatur: vt infra eodem. l. licet. Est & tertia quæ dicitur habere plurimum iuris: vt quæ acquiritur à filio vel seruo ex causa peculiari: vt ff. eodem. l. possessio quoque. in princip. nam possessio talis quæritur ignoranti: vt ff. eod. l. si me in vacuam. §. seruus. Et vsucapio ignoranti: vt ff. pro solu. l. ij. Item & postliminium ibi locum habet: vt ff. de vsucap. l. iusto. §. fi. Sed in casibus etiam quæ per me quæritur, habet plurimum iuris. Primus. ff. eodem. l. j. §. pen. & l. quod meo. §. si verò is rem. & l. quarundam. Secundus ff. de contrah. emp. l. claubus. Tertius ff. de rei vindi. l. quędam. & ff. eodem. l. quod meo in princi. Quartus infra de dona. l. quisquis. Quintus infra de dona. l. j. quib. casibus sine corpore acquiritur possessio. Vel dic quod in his casibus interuenit actus corporalis, vel quasi. Accursius.

Vsucapio nõ quæritur ignoranti.

Possessio est triplex.

e *Vtilitatis*, vt quod non potest per se, faciat per alium: vt ff. de procuratoribus. l. j. §. vsus. & l. seruum. §. publicè. Item vt negotia absentium non deseruntur: vt insti. de obli. quæ ex quasi contrac. §. j.

f *Prudentia.* aliàs, pridem: & aliàs, prudentia. & dic iuris prudentia: quia quod quis per alium &c. ff. de admini. tut. l. ita autem.

TITVLVS XXXII. DE ACQVIRENDA ET retinenda possessione.

Per liberam personam ignoranti possessio acquiritur: sed solum scienti vsucapiendi conditio. Baldus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. & CC. Attico.

PEr liberam[a] personã[b] ignoranti quoque acquiri possessionem,[c] & postquã scientia interuenerit,[d] vsucapionis conditionem inchoari posse, tam ratione vtilitatis,[e] quàm iuris prudẽtia[f] receptũ est. PP. VI. Kal. Decẽb. Fusco & Dextro Conss.

Qui domino sciente & patiente post contractum possedit, intelligitur per eundem in possessionem inductus. Vel sic: Quo ad acquisitionem dominij, paria sunt habere causam traditã & aditam, vel sciente & patiente domino possidere. Baldus. Vel sic: Patientia obligati tradere, pro traditione habetur: licet instrumẽto, quod tradita fuerit, non contineatur. Salyc.

II. Imperator DECIVS A. Rufino.†

DOnatarum rerum à quacũque[o] persona infanti[p] vacua possessio tradita, corpore quæritur.[q] ¶ Quãuis enim sint

† Rufa. ratio. Viuianus.

A h *Emisti.* non tamen ei fuit traditum: quia tunc possessionem & dominium per eum quæsisses: vt supra l. proxi. & iusti. per quas perso. no. acqui. § . ex his. Sed ad quid dicit, de vacua? Respõ. quia sine ea non quæritur dominum, secundũ quosdam: vt hic. Nos contra. nam licet sine inductione in possessionẽ non possit quę- & dominium: sine possessione scilicet vera vel vacua, tamen potest: vt ff. de fundo. l. si fundum. & de acqui. re. do. l. homo liber. § . quicquid. & de pecu. l. eo tempore. in fin. & quod dicit hic. de vacua, demõstratiuè dicit: quia sic fuit de facto, vt & diximus supra de proba. l. cum res.

i *Diu.* id est decem, vel viginti: vt arg. ff. qui & à quib. l. si cùm fideicommissaria. § . Aristo. & supra de pecti. hæredi. l. si filius. Alij dicunt quod motu iudicis: vt ff. de iure delib. l. j. in fi. Tu dic etiã si momento steris, idem esse. Sed hic sic fuerat de facto: quia id quod dico diu, non ius, sed factum designat: vt ff. de Publicia. l. cum sponsus.

k *Vt dominum.* quod præsumitur, nisi contrarium probetur: vt argu. ff. pro socio. l. merito. & infra de pigno. l. fi. Sed nónne sem per quis præsumitur inuitus, & vetare: vt ff. de furtis. l. qui vas. § . vetare. Sed hic debita erat possessio: & ideo non præsumitur inuitus venditor.

l *Tradita sit.* vel per hæc verba, tradidit. vel per hæc. confiteor me tuo nomine possidere. cum constat me possidere: vt ff. eod. l. quod meo. in princip.

m *Rei veritate.* sic ff. de leg. & senatusc. l. de quibus. in fi.

n *Si sciente.* & volente, vel saltem non contradicente. secus si ignorante: vt infra eo. l. nec ex vera. Vel contradicente: vt ff. eo. l. si ex stipulatione. & no. hic patientiã comparari consensui: vt ff. de cõtrah. emp. l. nõ idcirco. & 3. ad Vell. si fine. § . fin. & ff. si ser. vin. l. si à te. & ff. ad munici. l. quoties. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si seruus cõmunis. & in auth. de nup. § . si verò ipse. col. iiij.

DOnatarum.] CASVS. Aliqua res donata erat infanti, & tradita, corporaliter apprehensa. an ei acquisita sit possessio? Respon. quod sic: licet animum acquirendi nõ habuit: quia si diceretur ęp possessio sibi non acquireretur, quia non habet animi affectum plenum: sequeretur hoc, quod nõ acquireretur etiam per tutorem, cum tunc non magis habeat affectum. Viuia.

o *A quacunque.* siue coniuncta, siue non.

p *Infanti.* infans propriè dicitur minor. vij. an. vt supra de iur. delib. l. si infanti. Infanti.

q *Quæritur.* tutore authore. Aliquin

Possessio acquiri potest per infantem.

a *Aliquin.* id est si non quæritur infanti, quia non habet affectum: nec tutor ei quæret eadem ratione. vtroque ergo modo ei quæritur fauore benignitatis magis, quam stricti iuris ratione. Ir. sunt ergo hic duo, quorum altero remoto, & alterum remouetur. Sed videtur non quæri per infantem: vt ff. eodem. l. j. §. adipiscimur. in fin. §. & . l. quãuis. j. §. infans. Sol. hæc corrigit illas: vel nomen infantis ponitur hic improprie pro eo pupillo qui habet intellectũ aliquem. nã quo ad hoc potest habere iudicium animi: quo ad aliud non: vt instituta. § . præterea. Vel hic est speciale in donatione, sicut & aliud speciale secũdum nos: vt insti. de dona. § . aliæ. Vel dic secundum Ioã. quod hic fuit tradita cum auctoritate tutoris, & quod dicit, aliquin, id est si diceres nõ acquiri cum auctoritate tutoris per infantem eadem ratione nec per ipsum tutorem. & erat ratio dubitationis, quia altercabantur quidam dicentes, sicut hæreditatem acquirit tutor solus infanti, adeundo nomine infantis, non infans tutore auctore vt supra de inre delibe. l. si infanti. § . j. & sicut hæreditas restituitur tutori, non infanti tutore auctore: & sicut tutor restituit aliis, non infans tutore auctore: vt supra ad Trebel. l. pen. in prin. & . ff. ad Trebel. l. restituta. § . fin. & l. seq. & sicut infans nõ agit in iudicio vel cõuenitur tutore auctore, sed solus tutor eius nomine: vt ff. de admini. tuto. l. j. § . j. ita videbatur hic quòd tutori soli nomine infantis possessio tradita acquiratur infanti non, si infanti tradatur tutore auctore. Sed tamen aliud est. Vel secundum Azo. hic fuit tradita seruo infantis: vt ff. eodem. l. quanuis. j. in fin. Item contra. huic. l. infra de dona. l. si quis in emancipatum. Sol. ibi de re immobili: hic de re mobili: vt arg. ff. eodem. l. si rem mobilem. Vel ibi contractus celebratur in scriptis, hic non. Vel vt dixi, hic seruo infantis: vt & ibi. Vel secundum casum Io. non est contra. ADDITIO. Tu distinguas sic, quædam sunt res in quibus infans habet plenam animi affectionem, vt in aliquo iocali: & tũc indistinctè acquirit possessionem: vt hic. quædam sunt in quibus infans nullam habet affectionem, vt in fundo vel similibus: tunc sine tutoris auctoritate non potest, vt in contrariis. ita voluit Dy. vt refert. Bart. hic, & in l. quanuis. j. §. infans. ff. eodem.

Tit. j. § . additiones. ff. Contius.

LIcet.] CASVS. Licet in acquirenda possessione necessarius sit actus corporeus, & animus: retineturtamen possessio solo animo. vnde si habebã prædium, & non poteram ad illud accedere, & colere, propter circunstãtes inimicos: an propterhoc amittam possessionem quæritur? Respon. quòd non, quia solo animo retineo. Viuianus.

b *Non ponit.* id est sine corporis actu: vt. ff. eod. l. iij. in prin. & l. quemadmodum. sic & dicitur nudum pactum fine traditione: vt supra de pac. l. traditionibus. hoc tamen fallit in casibus, in quibus possessio sine actu quæritur, vt diximus supra. eo. l. j. sed certè & in illis casibus aliquid interuenit pro actu. sic ergo quæsita possessio animo & corpore, dicitur naturalis: vt. ff. eo. l. j. in princi. de iure gentium: vt instituta. de re. di. §. per traditionem. &. §. venditæ. non eo quo omnia animalia reguntur: quia irrationabilia non possident, sicut nec furiosi vel dormientes: vt. ff. eodem. l. j. § . furiosus. & . § . penul. ibi, idemque esse si numnos &c. hæc eadem naturalis potest dici ciuilis, approbatione: vt. ff. de verb. sig. l. lege. & de ori. iu. l. ij. § . postea cum Appius. ibi, ijsque liber &c. & sic est vna possessio, non duæ: pones eundem, secundum Azo. Alij, vt Al. & Io. & Hu. dicunt quod duæ sunt, ciuilis, quæ prouenit ex animo: naturalis, quæ ex actu. vnde quod subiicit, retineri potest, dicit Azo. scilicet naturalis, quam solam habebam. hæc eadem naturalis retenta animo, potest dici etiam ciuilis, quia retineretur auctoritate iuris ciuilis, sicut actio ciuilis dicitur prætoria auctoritate extensionis, vt. ff. de nox. l. electio. § . si is quem. nec mirum si animo retinetur naturalis, cum plurimum à iure mutuetur possessio: vt. ff. eo. l. possessio. Item patet in fructuario, qui habet naturalem tantum: quam tamen retinet animo. nam datur ei interdictum vnde vi, si non admittatur: vt. ff. de vi & vi arg. l. iij. §. vnde vi. quod non daretur, nisi nunc possideret cum reuertitur: vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictum autem hoc. & hæc potest dici ciuilis: vt dixi secundum Azo. si autem alius ingreditur hãc naturalem retentam, ingressus naturalem acquirit licet clandestinam, si sciuit, vel scire debuit se prohibendũ: vt. ff. e. l. clam. § . qui ad nũdinas. & quod vi aut clam. l. iij. § . fi. & l. seq. nam habet interdictum vti possideris: vt. ff. vti poss. l. j. in fi. & . l. ij. & sic videtur quod qui exiuerat, desinat: cum duo non possint possidere in solidum eodem iure: vt. ff. de precar. l. duo. Vel dic quòd absens retinet naturalem ciuiliter, præsens naturaliter: & sic diuerso iure: nec enim perdit: vt. d. § . qui ad nundinas. & sic rediens habet interdictum vti possidetis: vt. ff. vti poss. l. j. in fi. & . l. ij. Sed Al. & Ioan. & Hu. dicunt retineri ciuilem tantum, & sic erat sola ciuilis: nam naturalis non potest retineri animo, nisi possessio sit coram oculis: vt. ff. eodem. l. quod meo. § . si venditorem. vel nisi sit fructuarius: vt probatur dictis. ll. ff. de vi & vi arg. l. iij. § . vnde vi. & l. j. § . interdictum autem hoc. & nisi in feudatario & emphyteuticario: quia ratione sui iuris possident, & naturaliter tantum, cũ dominus ciuilem habeat: vt. ff. eodem. l. naturaliter. & l. possessio.

Possessio nõ tollitur tempore. Scientia infans.

c *Deserem.* quo ad prædiorum culturam.

d *Coluisti.* scilicet in propria persona.

e *Metus.* scilicet ne in persona lædereris. secus autem si repelli de possessione, vel non admitti suspicaris: quia tunc statim amittis: vt. ff. eodem. l. si id quod. § . fin. quæ est cõtra. & edicta & interdicta cõpetentia huic, die vt. ff. quod met. cau. l. merum autem præsentem. § . denique.

f *Temporis iniuria.* quod fuit minus. x. an. aliàs amitteres possessionẽ: vt insti. de vsucap. § . quod autẽ ad eas. & . ff. de vsucap. l. sutum. § . j. secundum quosdam. quod non placet: quia tempus non est modus amittendæ possessionis, etiam eorum annorum: sed induces obliuionem, & per obliuionem amittitur possessio. & sic dictæ leges sic intelliguntur. & sic dicitur, scientia inflat. id est superbia, quæ prouenit ex scientia. Sed contra infra de omni agro de ser. l. qui agros, lib. xj. Sed illud speciale in tributariis prædiis, vt non diu cesserur in solutione vectigalis.

Possessio est duplex.

CVm nemo.] CASVS. Si colono locati prædium ad colendum, & illud vendidit, volẽs sibi causam possessionis mutare, quod posideret pro suo, & non meo nomine: an mihi præiudicaret, quæritur? Respõ. quod non: sed potero id vindicare. nec sibi potuit mutare causam possessionis, id est non potuit incipere possidere, cum prius non possiderem. & hoc verum est, siue sibi possidere vellet, siue alij tradere aliquo titulo interueniente, licet sine effectu. Viuianus.

Possessio naturalis quæ datur.

g *Causam possessionis.* dupliciter dicitur: vel vt nuncupatur possessio, siue titulus possessionis ei qui possidebat, siue retinebat, vel incipiebat vsucapere, qui non vsucapiebat: quod ad ciuilem & ad naturalem referatur: vt. ff. e. l. qui bona. § . j. & . l. iij. § . illud. & pro hærede. l. ij. § . j. & supra locati. l. ad prohibendum. & dic: quod hic mutauit secundum Ir. ex hoc quod alij scilicet emptori dare voluit, & tradidit colonus. sibi autem ideo ponitur: quia ei succedens emptor, quasi idem cum eo esse videtur. Vel dic quod sibi possidere voluit pro suo, posteaquã vendidit & tradidit. Vel dic vẽditionis id est emptionis factæ ab eo quem sciebat non dominum. sic ponitur. ff. de act. empt. l. veteres.

h *Colonum.* colonus in villa: sed inquilinus in ciuitate: vt. ff. eodem l. re pignoris.

i *Extrouersem.* hic no. sex modis mutari causam possessionis, scilicet Possessionis.

causa sex modus mutatur.

scilicet ex iusta in iniustam. Item econtra ex iniusta in iustam: item ex nulla in aliquam: & econtra ex aliqua in nullam. Itē ex aliqua iusta, in aliam iustam. Item & sextum, ex nulla in aliā nullam. Primum, scilicet ex iusta in iniustam, est prohibitum: vt. ff. e. l. clam. Secundum similiter: vt. ff. de vsucap. l. non solum. §. j. Tertium similiter: vt hic, & ff. pro hęre. l. ij. §. quod vulgo. Quartum permittitur: vt. ff. eod. l. si quis vi. §. differentia. Quintum est prohibitum: vt. ff. eo. l. qui bona. §. quod scriptū. Sextum prohibitum, vt de cōducto ad precarium: vt hic in princ. & ar. ff. eo. l. si quis autē. & hoc nulla extrinsecus causa superueniente. alias enim omnes permissæ sunt, quia non ipse sibi mutare, sed sibi dicitur mutari: vt. ff. eod. l. iij. §. illud. & l. qui bona. §. j. & l. si quis autem. &. ff. si pars hęre. pe. l. pe. & l. fi. &. ff. pro emp. l. ij. §. fin. Accursius.

a *Dominij.* dominium non amittis, sed possessionē sic: vt. ff. eo. l. iij. §. quod si seruus. & l. peregrē. §. quibus. Sed per condictionem ex lege recuperas: vt. j. eo. l. fin. Sed nunquid emptor iste qui emit à colono, poterit vsucapere? Quidam dixerunt, vt Irn. quod non, arg. ff. de vsu cap. l. cum solus. colonus enim non potuit dare possessionem quam nō habebat: licet eam dominus amisisset traditione facta, vt dixi. Sed Ioan. cōtra. nam & colonus cùm emit ab eo quem putat dominum, causam ab eo possidenti non habet, & tamē vsucapit: vt. ff. de vsucap. l. non solum. §. quod vulgo. & l. si is qui. §. si quis bona fide. & pro empt. l. qui fundum. §. qui bona fide. Secundo quia si specialiter prohibetur præscriptio ei qui emit à colono rei dominicæ, vel templorum: vt. j. ne rei do. vel temp. l. ij. ergo in aliis non prohibetur: vt. arg. ff. ad muni. l. j. Tertio, quia si quis emit ab eo quem puberem putat, vsucapit: vt. ff. pro emp. l. ij. §. fi à pupillo. & tamē possessionem pupillus ei non dedit, quia non potuit: vt. ff. eod. l. possessionem. vel in illo. §. si à pupillo. aliunde habebat: Quarto, in eo qui emit à furioso: qui & ipse alienare non potest: & tamē qui ab eo emit in conspectu inumbratæ quietis, vsucapit: vt. ff. pro empt. l. ij. § si à furioso. Hic ergo vel non erat completa vsucapio, vel volebat emptor vti accessione tēporis sui auctoris, id est coloni, quod non potest: & sic domino non fit præiudicium in dominio: vt hic, &. j. si alie. res pig. da. sit. l. fin. hæc eadē quęstio fit secundum Ioan. in procuratore per quem mihi ignoranti est quæsita possessio, & antequam mihi traderet, alij tradidit.

Colonus in perturbando possessionem si vendat, an possit emptor vsucapere.

Si nulla.] CASVS. Siabsente me possessionem meā ingressus fueris, & me remeante suspicor posse repelli, & ita amisi possessionem, nō dominium: an eam per interdictum vtile vnde vi repetere possim, quæritur? Respon. quod sic: nisi. x. vel. xx. ann. excep. obstet. Vel sic; Deiecisti me de possessione prædij mei per vim: an id vindicare possim, quæritur? Respon. quod sic, nisi. xxx. an. mihi obstet exceptio: & tanta præscriptio exigitur in hoc casu: quia res erat vitio affecta, quia vi possessa. Vivianus.

b *Agrum.* scilicet vacuum domino absente qui suspicatus fuit se posse repelli, & sic amisit possessionem: vt. ff. eo. l. si id quod. §. fin. hæc enim res poterat vsucapi iure veteri ab eo qui bona fide emerat à prædicto ingrediente: vt institu. de vsucap. §. quod autem ad eas. reperit ergo hic dominus ab emptore, nisi sit præscripta. Hodie non potest vsucapi: vt. j. de præscript. long. temp. authen. malæ fidei possessore. & secundum hoc datur vtile interdictum vnde vi vel rei vindicatio contra emptorem: quod vtius est: nec est opus, vt dicit P. quod veniat ad fundum ad videndum an admittatur: quia potest esse quod occideretur. Vel secundo dic quod per vim fuit ingressus, & tunc non potest vsucapi res A vi possessa: vt institu. de vsucap. §. furtiuæ. nisi. xxx. an. vt. j. de prescript. xxx. an. l. sicut. & secundum hunc datur rei vindicatio vel condictio ex hac. l. ante talem præscriptionem.

c *Vinens.* scilicet vacuus. vel per vim: vt de agro dixi.

d *Præscriptione.* x. vel. xx. an. secundum primum casum: vel. xxx. secundum alium.

quisita fidei veri, dominij [a] tui ius conuelli non sinet.

Per ingressum vacuæ possessionis contrahitur vitium personale, non vitium reale, & ideo non impeditur vsucapio eius ad quem peruenit possessio titulo, & bona fide. Bald. Vel sic: ingressus sine causa agrum alienum, tenetur restituere illum non præscriptum, cum omni sua causa. Salycetus.

VI. Iidem AA. &. CC. Valerio.

Si nulla iusta ex causa ingressum agrum [b] *tuum siue vineas,* [c] *eum cuius meministi, præses repererit, nec vlla præscriptione* [d] *tua interpellatur petitio: restituere tibi possessionem* [e] *cum omni causa nō dubitabit.* [f] S. Id. April. AA. Conss.

Ius vsucapiendi non tribuit improbæ possessio. Bald. Vel sic: Sine titulo non procedit præscriptio, nec iusta possessio. Salyc.

VII. Iidem AA. & CC. Asyncrito.

Improba possessio [g] *firmum titulum possidenti præstare* [h] *nullum potest. vnde ingredientem in vacuam* [i] *possessionem alieni fundi non consentiente domino vel actore qui eius rei* B *concedendæ potestatē habuit, causam iustā possessionis adipisci non potuisse certum est.* [k] PP. V. Id. Decemb. AA. Conss.

Possessio & dominium queri potest per procuratorem. Salyc.

VIII. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

Per procuratorē vtilitatis causa possessionem, etsi proprietas ab hac separari non possit, [l] *dominium etiam queri placuit.* [m] PP. XVIII. Kalend. Martij Sirmij. CC. Conss.

Vbi deficit titulus, non procedit vsucapio. Baldus. Vel sic: Ingrediens possessionem rei emptæ siue venditorum voluntate, non possidet iuste: & ideo tenetur restituere. & simulatum vel fictum non plus potest quàm verum. Salycetus.

IX. Iidem AA. & CC. Sergio.

Nec ex vera venditione possessionem quam non fuerat emptor adeptus, improbè. [n] *retinere potest: ac multo minus is qui adseueratione falsa velut emptor, cum sine obligatione pignoris pecuniam mutuo dedisset, fundum irrumpens alie* C *sessor præscribar. nam non præscribit.*

i *In vacuam.* quæ à nemine, vel solo animo retinetur. addunt quidam, etiam si alius sit in ea causa legatorū seruandorū: quod non placet: vt. ff. de act. empt. l. ij. §. vacua.

k *Certum est.* etiam si contractus intercessit: quia emerat inuasor. Ir. vt. ff. e. l. si ex stipulatione. &. j. eo. l. nec ex vera.

Per procuratorem.] CASVS. Mandaui procuratori meo, vt emeret mihi prædium: emit, & sibi traditum est: an mihi sit acquisita possessio, quæritur? Respon. quod sic, licet proprietas ab eo separari non possit: & si tradens fuit dominus, acquiritur mihi dominium. Viuianus.

l *Non possit.* quia venditor habens proprietatem & possessionem alicuius rei, tradidit eam procuratori, volens tradere proprietatem & possessionem: & sic nō potest separari proprietas à possessione quin ei vtrunque acquiratur. & sic soluitur contra. ff. de acquir. pos. l. naturaliter. §. nihil.

m *Placuit.* scilicet per possessionem, non per procuratorem: vt dicūt. & pro eis. ff. per quas perso. no. acqui. l. j. & institut. per quas perso. no. acqui. §. ex his. quod non placet. immo etiā per procuratorem quæritur dominium, vt hic manifeste dicit. nam & per traditionem dicitur quæri dominiū: & tamē intelligitur mediante consensu: vt institu. de re diui. §. per traditionem. Itē & instrumentum facit domum, nihilo minus & faber. Item prædicta. l. §. per quas perso. no. acqui. l. j. est contra eos. nā dicit excepta causa, & non excepta possessione: causa autem possessionis est dominium. acquiritur ergo dominium & possessio per procuratorem domino etiam ignoranti: vt. ff. eo. l. j.

Proprietas & possessio aliquando separari non possunt. Faber & instrumenta faciunt dominium.

Nec ex vera.] CASVS. Vendidi prædium meum Titio: auctoritate sua ingressus est possessionem: an ea sibi acquiratur, quæritur? Respon. quod non. Idem est in creditore cui obligauit prædium, & propria auctoritate vult illud possidere tanquam ex causa emptionis: quia possidere nō potest. vel loquitur in creditore volente propria auctoritate ingredi possessionem bonorum sibi non obligatorum debitoris. Viuianus.

n *Improbè.* id est improbum esse si retinēret eam: cum contra voluntatem venditoris intrauerit: vt hic, &. ff. eo. l. si ex stipulatione. &. l. si fundi. similis loquēdi mod⁹ est. ff. de proba. l. si quis liberum. &. j. de fideiuſ. l. si fideiussor. & de contrahen. stipu. l. optimam. Alia litera dicit probe, sed improbe retines, si retines.

Sed huic

Sed huic dicto est contra. ff. de fur. l. eum qui. §. j. vbi emptor fur A *si tradens alteram earum tantum habet: vt ff. eo. l. naturaliter.*
ripiens rē emptā, post precium solutum non tenetur furti venditori, sed hæc nō sunt contraria, cum nō teneri furti, & iniuste inuasisse, vt hic, sed potius diuersa.

a *Causam.* vt supra solu. matri. l. dotis. & de pigno. act. l. pignoris. & infra. vnde vi. l. si quis in tantam. & §. de pac. l. si pacto quo pœnam. in fi.

Vitia.] CASVS. Si pater tuus aliquam rem surripuit, vel de prædio aliquem expulit; & ei successisti: vitium patris tibi nocet: quia nec vsucapere, nec præscribere poteris. Viuia.

i *A maioribus.* id est auctoribus. Et dic vitia, alia realia vere, vt res furtiua, & vi possessa violentia ablatiua: vt institu. de vsuca. §. furtiuæ. non compulsiua: vt supra quod met. cau. l. si vi. & ff. quod met. cau. l. si cū exceptione. §. pē. Item res data præsidi contra legem Iuliam repetundarum: vt ff. ad leg. Iul. repe. l. pen. Alia quasi realia: vt ff. de acquir. rer. dom. l. bonæ fidei. & de vsucap. l. vbi. §. fin. & institu. de vsuca. §. sed aliquando. Alia personalia, vt dolus dās causam negocio, vel incidens ex proposito. Item mala fides quando credit vēditorem non habere ius vendendi: vt. j. dic. l. j. si fraude. Item scientia rei alienæ: vt commodatarij, depositarij, & creditoris. Quid autem de precaria, vel clandestina? R. dixit vitia rei. & pro eo videtur. ff. e. l. Pomponius. §. cū quis. quod non placet: nam precaria est iusta: quia cum domini voluntate: vt ff. communi diuid. l. communi diuidundo. ij. §. inter prædones. Item subtiliter inspiciens perpendere potest quod licet clandestina dicatur possessio, nō tamen dicitur clandestina res: vt ff. de acquiren. poss. l. cla. de litigiosa. constat quod non est vitiosa vitio rei: vt j. titu. j. l. j. His peroratis dic quod vitia realia durant in persona vniuersalis successoris, vt hic: & singularis, vt institu. de vsucap. §. furtiuæ. & hoc quo ad vsucapionem, non quo ad fructus: vt ff. de acquir. re. do. l. bona fides. §. pe. sed in vitijs personalibus distinguitur singularis successor ab vniuersali. nā si est singularis, non impeditur præscribere iure veteri, incipiendo à se: vt ff. de diuer. & tempo. præscript. l. an vitium. in princ. hodie secus: vt j. titu. j. authen. malæ fidei. Porro quantum ad agendum, impeditur singularis successor, etiam completa præscriptione: quia de dolo defuncti excipitur, si sit causa lucrativa, vt in donato, & in legato: & quasi lucrativa, vt in seruo noxæ dedito: vt ff. de excep. do. l. apud. §. si quis autem. & §. de auctoris. & de excep. l. si rem legatam. alias si non est lucrativa, non excipitur, nisi vtatur accessione sui auctoris, vel nisi sit res reuersura ad dolosum: pura si mulier dolo induxerit aliquem ad promittendam dotem viro, & maritus perat, repellitur eo quod res ad dolosam mulierem reuerterentur: vt ff. de excep. do. l. apud. §. Iulianus. & l. pure. §. pe. & ad Idem. l. apud. §. si quis autem. in fin: Si autem vniuersalis, si quidem extraneus: nocet ei mala fides defuncti, nisi velit ex se incipere, secundum Azo. vt infra titu. j. l. j. nos diximus indistinctē nocere: vt supra communia de vsucap. l. fin. de diuers. & tempo. præscript. l. cum hæres. & supra de vsucap. pro hærede. l. nihil. In suo constat, cum sit eadem persona: vt ff. de libe. & posthu. l. in suis. ADDITIO. De hac materia vide pulchre per Dyn. in cap. possessor de regu. iur. lib. vj.

Vitia possessionum sunt triplicia.

* *Ex Cod. Theo. lib. 4. tit. 20. l. 5.*

* *Hæc lex est pars postremæ. 2. j. si per vim vel &c.*

* *15. Mediolan.*

Colonus potest.

Prescriptionis interruptio inutilis à nouella introducta fuit.

Possessor possidet mo nomine videtur ab possessor.

Vitia in successore quantum sua cessores.

num, retinendi iustam causam [a] habet. PP. III. Nonas April. Sirmij.

Vsucapio legitimè inchoata procedit, nisi interrupta fuerit. Salycetus. Vel sic: Duæ sunt qualitates in possidendo. vna quæ consistit in animo, & alia in corpore: & vtraque seruatur plenum effectum si sine interruptione procedatur, secundum Lac. Butr. Sed in teneo quod sunt possessiones duæ prout tenuit Ioan. in litera ista dum dicit duplicem esse possessionem, seu speciem. & ideo summa hanc. l. aliter: & sic: Sit concurrat possessio naturalis & ciuilis ad vsucapionem: non tamen sufficit si est solum possessio ciuiliter interpellata. Bald.

x. Imp. CONSTANTIN. A. ad Matternum.

Nemo ambigit [b] possessionis [c] duplicem esse rationem: aliam quæ iure consistit, aliam quæ corpore: vtraque [d] autem ita demum esse legitimam, cum omnium aduersariorum silentio [e] & taciturnitate firmatur: interpellatione vero & controuersia progressa, [f] non posse eum intelligi possessorem, [g] qui licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita cōtestatione, & causa in iudiciū deducta, super iure possessionis vacillet ac dubitet. [h] PP. XI. Kalend. Feb. Tribon. Volusiano & Anniano Conss.

Vbi possessio efficitur vitiosa, omnem possessorem comitatur vitium. Vel lege sic: Vitium reale in personam auctoris contractum, descendit in omnem successorem. Bald.

XI. * Imp. ARCAD. & HONORI. AA. Petronio vicario Hispaniarum.

Vitia * *possessionum à maioribus* [i] *contracta perdurāt, & successorem auctoris sui culpa comitatur. Dat. V.* * *Kalend. Ian.* * *Cæsario & Attico Conss.*

Dolus procuratoris, coloni vel inquilini, aut alterius possessionem relinquentis dolo aut destitia: domino cuius nomine possidebat, non præiudicat. Bald. Vel sic: Si possidens alteri possessionem deseruit, vel alij reddit, dominus in possessione præiudicium non generat & nihilo minus omnem lucrum ex hoc contingentem ei restituere tenetur. in quærenda autem possessione patet si vnusquisque negligenter se habens præiudicare ei cui spectare debuit, licet ad illius interesse venire non possit. Salyc.

Ex libris.] CASVS. Coloni mei vel serui mei possidebant prædium meum, & nomine meo: si prædiū reliquerint negligentia, vel dolo prodiderint, vt alius ingrederetur possessionem, an mihi præiudicetur quo magis possessionem amittam, quæritur? Respon. quod non. & hoc in prima. Si vero procuratori dederit, vt acquirat mihi possessionem rei donatæ: ipse vero acquirere noluerit, & sic alius intrauit possessionē illius rei: quæritur, an amittam possessionem? Respō. q⁹ sic: mihi enim debeo imputare quod talē elegi procuratorē: & quod dicit regula iuris q⁹ per seruum non possit fieri domini cōditio deterior:

locum

locum habet in iam quæsitis, non quærendis, vel adipiscendis: in prædicto vero casu secundo salua erit mihi actio mandati cõtra procuratorem. Vinia.

a *Colonus.* in villa, siue nũmis colat, siue partiarius. inquilinus in ciuitate: vt ff. e.l. re pignoris. Sed quandoque dicitur colonus terræ adscriptitius: vt infra de agric. & cen. l. ij. lib. xj. & idem dicitur inquilinus, sed improprie: vt ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. in princ.

b *Nactam possessionem.* domino, non sibi: vt ff. cõmuni diuidun. l. communi diuidundo. ij. §. neque.

c *Cuiuscunque rei.* mobilis vel immobilis. & sic videtur habere locum quod hic dicit, in creditore & commodatario, & depositario, tutore, & curatore. nam & supra dixit, vel quispiam alius, &c.

d *Desidia.* desidia dereliquit, dolo prodidit.

e *Detinere.* id est accipere.

f *Generetur.* immo videtur generari, quia amittit: vt ff. cod. l. iij. §. quod si seruus. & l. peregre. §. quibus. & l. si de eo. §. j. Solu. hæc corrigit illas, secundum M. Vel secundum Ia. nullum præiudicium fit in dominio, sed in possessione sic: vt ibi. Vel tertio secundum Bul. non fit præiudicium, præsumptione iuris: quia condictionem habet ad possessionem dominus, quam iure veteri non habebat: nec aliam nisi ad proprietatem: vnde rem videtur habere hic: vt ff. e.l. nõ videtur. & de in integ. resti. l. nemo. & de regu. iur. l. qui actionem. Vel die secundum Ioan. quatuor esse casus: cum derelinquit, cum prodit, item cum tradit, & cum dicitur. Primis duobus loquitur hæc lex, quibus nec per hanc legem, nec iure veteri amittebatur possessio ciuilis: vt. ff. de dolo. l. cum quis. & est ratio: quia cum colonus vel similis animo non possidendi à domino discedit: dominus naturalem possessionem, quam per colonum possidebat, amittit, secũdum H. & Io. retinet ergo ciuilis possessio domino, quã nequit amittere, nisi repellatur, vel suspiceret se posse repelli: vt ff. eo. l. si id quod. §. fi. In alijs duobus, id est cum deijcitur colonus, vel tradit: dominus omnino possidere desijt, sed recuperabit per hãc legem. Accursius.

Condictione habens ad rem, rem videtur habere.

Possessio ciuilis qualiter amittitur.

g *Competentibus.* scilicet mandati, si per procuratorem.

h *Præiudicium.* vt ei non sit quæsita. nec aliquod possessorium habeat dominus. Et sic no. malam electionẽ esse in culpa. ar. ff. locati. l. cum in plures. §. seruum. & de instit. l. sed & si quis. §. fi. & ff. de neg. gest. l. nam & seruus.

i *Hoc etenim.* hoc ad primum casum refertur.

k *Differimen.* id est damnum in quæstitis, quando dereliquit vel prodidit: vt & infra si aliena res pig. da. fit. l. nexum. Accursius.

l *Lucrum.* quod est quando non apprehenderunt: vt argu. ff. ad Vell. l. bona. §. j. & de pac. l. si autem.

m *Regula.* vt supra de pactis. l. seruus.

n *Detinendam.* id est adipiscendam.

o *Omni actione.* puta mandati contra procuratorem: tutelæ A contra tutorem: negotiorum gestorum contra curatorem: commodati contra commodatarium: & depositi contra depositarium.

DE PRAESCRIPTIONE LONGI TEMPORIS *decem vel viginti annorum.*

XII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

EX libris Sabinianis quæstionem in diuinas nostri numinis aures relatam tollentes, definimus vt siue seruus, siue procurator, vel colonus [a], vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem [b] cuiuscunque [c] rei dereliquerit, vel alij prodiderit, desidia [d] forte vel dolo, vt locus aperiatur alij eandem possessionem detinere [e]: nihil penitus domino præiudicii generetur [f] ne ex aliena maligntate alienum dãnum emergat, sed & ipse si liberæ cõditionis est, sed cõpetentibus [g] actionib[h] subingetur: omni iactura ab eo restitueda. domino rei, vel ei circa quem negligẽter vel dolose versatus est. ¶ Sin autẽ necdũ sub manibus procuratoris, vel coloni, vel inquilini, vel serui possessio facta est, sed ipse eam accipere desidia vel dolo supersedit: tunc & ipse qui eũ trãsmisit, ex mala sua electione præiudicium [h] circa eam possessionem patiatur, ex memoratarum personarum vel machinatione vel negligentia accedens. Hoc etenim [i] tantũ sancimus, vt dominus nullo modo aliquod discrimen [k] sustineat ab his quos transmiserit: non vt etiam lucrum [l] sibi per eos aliquod acquirat: cum & antiqua regula [m] iuris, quæ definiuit deteriorem cõditionem per seruum domino nullo modo fieri, tunc locum habeat, cũ dominus de damno periclitetur, non cum sibi lucrũ per seruum acquiri desiderat. ¶ Salua videlicet in hoc casu domino rei, vel ei qui ad eã detinendam [n] præfatas transmiserit personas, aduersus eas omni actione [o] (siqua ex legibus ei competit) seruata.

TITVLVS XXXIII.
DE PRAESCRIPTIONE longi temporis † decem vel viginti annorum.

Ciuilis interruptio præscriptionis non operatur nisi contra eum contra quem interruptio facta est: & in hypothecaria non contrahitur vitium litigiosi. & ideo non interrumpitur vsucapio: nec inchoata impeditur de nouo. Bal. Vel sic: Iure stylo mala fides auctoris non impedit præscriptionem longi temporis in persona emptoris à se præscriptionem inchoantis. Salyc.

† *Titul. ad hanc cauſſ. ſi. in me. di. in. col. cena de pœnit.*

† *in Codice manu ſcrip. ideſt placem. legebatur.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Iuliano præfecto prætorio.



VM post moras [p] & omissam quæstionem res ad nouos dominios [q] bona fide transierint, & exinde noui viginti anni [r] interfluxerint sine interpellatione [s]: non est inquietanda quæ nunc possidet persona [t]: quæ sicut accessione [v] prioris domini nõ vtitur, qui est inquietatus: ita nec impedienda est, quod ei [x] mota controuersia fit. ¶ Quod si prior possessor inquietatus est: ponitur casus.

Litigiosi vitium non afficitur.

Cõtinuatio.

Ex possessione cum titulo prouenit præscriptio: ideo de ea dicit. Vel sic: De vsucapione in genere (maximè rerum mobilium) supra dictum est. Sequitur vt videamus de præscriptionibus rerum immobilium maximè & incorporalium. Sed quia in eis nedum longissima, sed etiã longa præscriptio sibi vindicat locum: de ea videamus. A. Zo.

CVm post.] CASVS. Possidebas prædium quoddam: Titius dicebat illud ad se pertinere: & tecum est litem contestatus, sed non curauit prosequi litem: tu prædium vendidisti Seio. an possit prescribere spacio longi temporis, quæritur? Dicitur quod sic. Si vero vtatur accessione tua vendentis, præscribere non potest, cum aduersus te lis est contestata. Vivianus.

p *Cum post motam.* quod sic lite contestata: vt supra fini. reg. l. iij. omissa autem fuit triennio, vel consensu partium: non autem fuit remissa res: tunc enim seeus esset: vt supra de pac. l. post quàm. & sic non est res litigiosa. Vel die, etiam ea pendente, sed omiserat ad tempus. nec minus poterat vsucapere: quia vitium litigiosi non afficitrem: vt dixi-mus supra titu j. l. vitia. Vel die actu fuisse hypothecaria. Et sic non fuit res litigiosa: vt in authentic. de litig. §. ad hæc autem. colla. viij. & sic multis modis

Litigiosi vitium non afficit.

q *Ad nouos dominios.* sed cum fiant domini traditione, qualiter vsucapiunt: vt ff. de vsuc. l. sequitur. §. Iana? Respõ. noua dominia, id est nouos possessores. sic. ff. de verb. sig. l. interdũ. sic econtra. ff. de rei vin. l. si in rem. Vel die noua dominia quo ad opinionẽ accipientium. Vel die etiam dominum præscribere actioni quandoque: vt supra quod metus cau. l. iij. & m eo qui emit pignus: vt infra si aduer. credi. l. j. Accursius.

r *Viginti anni.* scilicet inter absentes, & inter præsentes. x. vt infra. eo. l. si. Sed nónne actio perpetuata. xl. an. durat: vt j. de præscript. xxx. vel xl. an. l. fin? Sed illud est contra eum in quẽ facta est contestatio: non contra alium.

s *Interpellatione.* vt infra l. proxi. & l. nec bona.

t *Persona.* si & titulum habet: vt ff. de vsuca. l. Celsus. aliàs contra: vt infra. e. l. nec perentem. Accursius.

v *Accessione.* quę accessio sit inter diuersos possessores cõiũctos: vt ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. cũ quis. vsque in finem legis.

x *Ei.* scilicet priori possessori. non nocet ergo mala fides venditoris emptori iure isto, si à se incipit: vt hic. Sed hodie contra: vt in authẽ. hic posita, malæ fidei &c. quæ est vt spõ. larg. §. rursus. coll. ix. Sed & olim nõ poterat alienari: vt & infra de liti. gi. l. lite. ergo nec vsucapi. Sed respondetur. non valet semper illa argumentatio: vt ff. de fundã. dota. l. si fundum. præterea hic non erat res litigiosa: vt dixi modo in positione casus.

Venditoris mala fides non nocet emptori.

a *Bis.* id est quamuis.

b *Potest vti longi temporis.* sed longissimi, id est. xl. ann. sic & infra de præscrip. xxx. an. l. fi.

c *In republica.* scilicet, quæ fuit domina, vel quæ fuit inquietata: vel etiam emit ab inquietato. Sed si fuerat, fisci, vel publica, quomodo potuit vsucapi: vt infra. de vsucapionibus. §. res fisci? Respon. si est talis res, quæ sit in vsu publico, non potest vsucapi vllo tẽpore, vt theatrum, stadium, & similia: vt ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. fi. &. ff. de vsucap. l. vsucapionem. Sed si non sunt in vsu publico, tunc possunt: vt fiscus & agri: vt ar. ff. de contrahen. empt. l. sed Celsus. scilicet. xl. ann. vt infra de præscrip. xxx. an. l. omnes. & sic prima non placet.

Res fisci, vel publica an vsucapiantur.

MAlæ fidei] CASVS. Lex. C. dicit quòd si dedi rem alicui vel vẽdidi, quòd ille qui accepit, præscribit authent. distinguit: quia si possideo rem alienam mala fide, & eam do alij: an verus dominus scit, an ignorat: si scit, currit præscriptio aduersus eum: si ignorat rem suam alienari, non potest præscribi nisi. xxx. an. Vivianus.

d *Ignoret.* sed nunquid sufficit eũ scire quandocũque ante impletam præscriptionem? forte non. sed si velit possessor computare à tempore scientiæ, tempus cõputabit. x. vel. xx. ann. si vero vult computare sibi tẽpus præcedens ante scientiam, computabit præscriptionem. xxx. annorum. ADDITIO. Aduertas quòd licet in casu huius authen. non procedat præscriptio, nisi secundum modum in ea traditum: bonæ si lei tamen emptor, contra quemcunque extraneum possidentem, præterquam contra dominum, Publiciana rem vindicare potest. ita pulchrè dicit gl. in verbo, dominij. circa mediũ sui versi. in. c. abbate sane. de re iudi. lib. vj. Item videas. xij. limitationes huius authenti. quas ponit Ang. Areti. iff. §. furtiuæ. instit. de vsucap. & in. §. sed iſtæ. instit. de actio. in antepe. col. versi. addas tamen quòd dicta authenti. &c.

Ignorantia emptoris non nocet.

† *Contra. cum hac authen. ea. cum vnic. extra de præscrip. ubi tempora ſi ſpatia debentur de iuriſdictione.*

QVod si quis.] CASVS. Sic continuatur præsens authenti. ad l. C. Si rem alienam vel alij obligatam possideo bona fide, & iusto titulo, præscribo decennio inter præsentes, vicennio inter absentes. Sed quid si ego emptor, & dominus fuimus octo annis præsentes, duobus annis absentes? Respon. hoc casu illi duo anni debent duplicari: vt si octo annis fuimus præsentes, & duobus annis absentes, elapsis duobus annis primis, adhuc requiruntur duo anni, quibus fuimus absentes: & ita requiruntur. xij. anni, non autem. xx. Vivianus.

Duplicatio temporis.

e *Absens.* vt duplicetur tẽpus absentiæ: vt si præsens fuit quinquennio, & postea absens quinquennio, detur quinquennium tertium: & hoc cum absens fuit ex voluntate: alioquin vel ipso iure non curreret, vel restitueretur. Vel intellige absentiã, quia alibi habet domicilium: vt infra. e. l. fi. alij vt B. de absentia per-

A sonæ: & sic male poneretur hic, vbi de absentia domicilij tractatur.

LOngi] CASVS. Ad hoc vt aliquis præscribere possit aliquam rem decem vel viginti an. oportet quòd bona fide inceperit possidere, & continue per totum tempus: & quòd nõ fit interrupta præscriptio per litem contesta. vel sic: Si possedi rem tuam bona fide, & continue per spacium longi temporis: ero securus. Vivianus.

f *Latis.* vel etiam facti, vt vi expulsus non sit possessur. Et nota quòd in casibus interrupta etiam possessione completur vsucapio. Primus: vt. ff. de vsucap. l. rerum mixtura. §. fi. Secundus. ff. de vsucap. l. ceeptam. Tertius eo. titu. l. iusto. §. eum. Item nota quòd interruptio alia naturalis: alia ciuilis. naturalis omnibus prodest, vt à capite incipiat ad decem vel ad viginti ann. vt. ff. de vsucap. l. naturaliter. ciuilis tantum interrumpenti: vt. ff. de diuer. præscrip. l. intra in princi. & in xl ann. extenditur, vt infra de præscript. xl. ann. l. fi.

Vſucapio completur, quandoque interrupta interruptio eſt duplex.

c *Subnota.* id est inducta adhuc. sed hodie est inducta præscriptio xl. annorum, argum. ff. tit. j. l. omnes. quæ est contra. Vel est speciale in principe, cum hæc videam in ciuitate: vt supra de sacrosan. eccle. l. vt inter diuinum. & sic nõ currit præscriptio, vt in huiusmodi titulo: vt. ff. ti. j. l. præscriptionem. &. ff. de fun. limi. l. fina. li. xj. & de fugi. col. l. fi. eo. lib.

Vineas.] CASVS. Coloni principis vendiderunt prædia ipsius: an possint præscribi, quæritur? Respon. quòd nõ: sed imperatori debitur facultas ea vindicandi, nec cogitur refundere pretium emptoribus.

d *Dominici.* id est, principis.

e *Longi temporis.* quid de lõgissimi? Respon. in templis. item & in ciuitate centum annorum statutum est: sed postea & vltimo ad. xl. annos est recursum in templis: vt supra de sacrosan. eccle. l. fin. & in auth. quas actiones.

f *Liceat* à fisco vindicante, siue emptor scierit rei conditionem, siue non: vt. ff. de rei vin. l. fi mancipium. si vero dicas à vendente, tunc exiges quòd emptor tunc fuit scies, & hoc dicit, iniquis: & sic amittit talis emptor precium: vt hic, & j. tit. j. l. j. & j. de euic. l. fi fundũ. nõ tamen lucratur venditor sciens, sed habet fiscus: ignoras autem à venditore repetit: vt ff. de ac. empt. in. l. emptorem. §. fi. &. ff. de iure fis. l. Lucius. in fi.

Emptor quid despere præcii amittat, nec illud venditori beneficit.

Si qua.] CASVS. Si aliquis occupauit prædia imperatoris, debet ea restituere, nec prodest si impetret priuilegium per fraudem, vt liceat ei possidere.

* *Ex Cod. Theodo. lib. 10. ti. 1. l. 13. Contius.* † *Paulum C. T. & in manuscrip.*

g *Si qua vnquam.* id est si quandocunq; . aliàs incipit, si qua loca, id est si quæcunque.

h *Occupauerit*, vetetẽ censum minuẽdo sua professione.

i *In sua iura.* id est ad primũ emphyteutam, & ad consuetũ cẽsum.

k *Præiudicio.* id est, vt noui nõ præjudicẽt veteribus. Accursius.

l *Incubatio.* possessionis.

m *Nouella*, quæ continet dominij translationem.

n *Parent.* Nec in censu minuendo: vt & infra ti. j. l. competit. & infra de fun. & sal. rei domi. l. fi. lib. xj.

Cõtinuatio.

DE PRAESCRIPTIONE XXX. *Vel xl. annorum.*

De præscriptione longi temporis dictum est: sequitur videre de longissima,

A *scilicet quando locum habeat præscriptio, xxx. annorum: & quando locum habeat præscriptio, xl. annorum, & quis sit effectus earum. Azo.*

Quum adfuerres.] CASVS. Possidebas prædium tributarium pro quo singulis ann. soluebas tributum fisco, cum esses ablens per aliquot annos, vicinus tuus



Æpenumero præceptũ est, vt serui atque liberti, coloniquea præterea rei nostræ, necnon etiam eorum soboles, b ac nepotes, quicunque de nostris possessionibus recessissent, ac se ad diuersa militiæ genera contulissent: cingulo in B quod obrepserant fraudulenter, exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota, c nostro patrimonio reddantur.

Res emphyteuticariæ Cæsaris, reipublicæ, vel templorum, nullo titulo onerosò vel lucrativo alienari possunt vt præscribantur: immo à comparantibus auocantur sine restitutione precij. Bal. Vel sic: Si quis de colonis vel de emphyteuticis principis vel templorum, terram vendiderit, cessat longi temporis præscriptio, vt terra restituta emptor sciens non habeat facultatem precium repetendi. Salye.

II. Impp. VALENTINIA. THEOD. & ARCAD. AAA. Dextrõ Comiti rerum priuatarum.

VNiuersas terras quæ à colonis siue emphyteuticarijs dominici d iuris, reipublicæ, vel iuris sacrorum templorum, in qualibet prouincia venditæ, vel vllo alio pacto alienatæ sunt, ab his qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis c præscriptione officiente iubemus restitui: ita vt nec precium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. f Dat. V. Non. Iul. Constantinopolitano. A. iiij. & Eutropio Conss.

Diminutio census soliti, non obstante rescripto, & temporis cursu, ad pristinum statum debet reduci h.d. & habet duplicem lec. Salye. Vel sic: Diminutio census soliti ad modum consuetum reducitur, rescripto obtento illicito non obstante. h.d. secundum loca. Bar.

III. * Impp. ARCAD. & HONO. AA. ad Paulinum † com. dominicæ rei.

SI qua vnquam g loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occuC pauerit: h secundum veteris census fidem, in sua iura i retrahantur. ¶ Rescripta igitur obreptionibus impetrata, cum præscriptione longi temporis, & noui census præiudicio, k submouebit auctoritas tua, atque ita omnia suo corpori, quæ sunt ansulsa, restituet. neque enim incubatio l diuturna, aut nouella m professio, proprietatis nostræ priuilegiũ abolere poterit. n Dat. V. Kalen. April. Arca. V. & Honor. III. AA. Conss.

TITVLVS XXXIX.

DE PRAESCRIPTIONE XXX. vel xl. annorum.

Si fiscus vendit rem alienam, vt alienam, minus solenniter, potest peti rescissio per dominum, si non obstet sibi præscriptio vel exceptio. h.d. secundum Bald. Vel sic: Res venditæ propter tributa non soluta, non obseruantis omnibus solemnitatibus vindicatur, nisi triginta annorum præscriptio intercesserit. h. d. secundum Bart. Vel sic: Bonus ob tributa non soluta vendatur, si in venditione non fuerint seruata vel non intercesserint à tempore quisita, vindicatur, nisi triginta annis sit præscriptus: nec precium sciens redditur emptori. Salycetus.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Arianæ.



Vum adfueres te absente eos qui oculos prædijs tuis imposuerant, p operam dedisse, vt annonariæ collationis q præterxtu, vili precio r ab officio præsidali prædia tua distraherentur: si legitimi temporis spaciũ s ex venditionis die fluxit: qui prouinciam regit, interD vos cognoscet & quod publico t iure præscriptũ u est, statuet. x

Sin autem nondum ex die publicæ vẽditionis legitimum tempus transissum sit: iudex examinatis allegationib' tuis, quod rei qualitas dictauerit, sequetur: y non ignarus si iniustã esse emptionẽ perspexerit, precium quod pro vitioso cõtractu datũ est, secundũ principalium statutorũ tenorũ malęfidei emptoribus restitui z nõ oportere.

Vtilitio præ. dorum præ. ter tributa nõ soluta, ne subeat, quæ requiruntur.

u *Præscriptum.* id est præiudicatum.

x *Statuet.* puta absoluendo possessorem.

y *Sequetur.* faciendo scilicet rem restitui. Sed qualiter hoc: immo statim fuit securus emptor: vt. ff. de quadrien. præscrip. l. ij? Resp. ibi vẽdit sciens vt suam: hic vt alienam: & ideo oportet vt præscribat, cum non interueniant ea quæ debeant intervenire.

Actiones olim erant perpetuæ.

z *Restitui.* nec à vindicante, nec à venditore: & sic amittetur: vt infra de lit. l. vlti. §. fi. &. j. de euic l. fi sciens. Sed videtur quòd à vindicante:

Fisco vendente rem alienam, an statim sit emptor securus.

vindicante: vt. ff. si ven. pign. ag. l. j. quæ est contra. Solu. hic dolus dedit causam contractui: ibi incidit. Vel hic emptor sciuit venditorem non habere ius vendendi: ibi tantum in precio fraus habita est. Vel verius ibi precium conuersum fuerat in vtilitatem domini: vt &. ff. de rei vindic. l. emptor. &. ŝ. de prædijs mino l. vtere. hic non: quia soluta fuerat annona. Item similiter videtur quòd à venditore rehabeat precium: vt. ŝ. communia de le. l. fina. §. si. quæ est contra. Solu. [a] ibi distraxit dominus: hic non dominus, vel ibi fuit stipulatus: hic non. Item contra. ŝ. quod met. cau. l. iij. Solue vt ibi.

[a] *Hæc solutio videtur vera in se: & eã sequitur Salycet. Tu dic prout hic sentit Maynus.*

†*H. ac. l ponit casum in quo nõ currit præscriptio. Alios casus ponit gl. in. c. cum non liceat. extra de præscript.*

Qui non possidet, nullo tempore præscribit. hoc dicit secundum Bal. Vel sic: Qui pro alio possidet, nullo tempore præscribit. Bart. Vel sic: Primo rationem suæ intentioni contrariam remouet, assignando causam vsque ibi, inemo igitur. Secundo annectit suam intentionem, taciturn decidendo quæstionem vsque ibi, ne cogantur. Tertio subiungit rationem suæ decisionis vsque ad finem. & hoc dicit: Possidens alij non præscribit sibi. Salyc.

II. Imp. VALENS & VALENTINIANVS AA. ad Volusianum [P. P.]

MAle igitur [a] † cum dominis præditorum, si tanta precario possidentibus [b] prærogatiua defertur, vt eos [c] post quadragiuta annorum spacia qualibet ratione decursa inquietare non liceat: [d] cum lex [e] Constantiniana [f] iubeat ab his possessoribus initium non requiri, [g] qui sibi [h] potius quàm alteri possederunt. ¶ Eos autem possessores non conuenit appellari, qui ita tenent vt ob hoc ipsum solitam debeant [i] præstare mercedem. ¶ Nemo igitur qui ad possessionem conductor † accedit, dum alienas res tenendo, ius sibi proprietatis vsurpet: ne cogantur domini aut amittere quæ locauerunt, aut conductores vtiles sibi fortasis excludere: aut annis omnibus [l] super dominio suo publicè protestari. Dat. VIII. Kalendas Augu. Valenti. & Valent. AA. Coss.

Colonus nihil soluit, an præscribere possit.

Actio personalis non durat nisi annis triginta, nisi fuerit interrupta pupillari ætate, vel executoris missione. hoc dicit vsque ad. l. omnes. secundum Baldum. Vel sic: Omnes actiones quæ minori tempore non tolluntur, triginta annis tolluntur: quæ præscriptio tempore pupillaris ætatis cessat & dormit. Bart. Vel sic: Omnes actiones quæ minori tempore non sunt limitatæ, triginta annorum præscriptione tolluntur: quæ non currit pupillis: & interrumpitur per missionem executoris. Salycetus.

III. † Impp. HONOR. & THEODOSIVS AA. Aselepiodoto præfecto prætorio.

SIcut in rem [m] specales, [n] ita de vniuersitate, ac personales [o] actiones vltra [p] triginta annorum spaciũ minimè protendantur: sed si qua res, [q] vel ius [r] non: sed per executorem. & hoc in secunda. Et hæc. l. est generaliter intelligenda in qualiber persona tam maioris quàm militis, quàm minoris: excepto pupillo cui non currit præscriptio in pupillari ætate: incipit tamen currere postquam incipit esse pubes, quæ incipit currere contra defunctum. & hoc in tertia. Et intelligenda est hæc. l. de illis actionibus quæ antiquo tempore habebant longam vitam, & non de his quæ certo tempore limitabantur, sicut redhibitoria, quæ durat per annum. & hoc in quarta. Elapsis vero. xxx. an. an possit recuperari actio, si ille cui competebat, dicat se hãc legem ignorasse, quæritur? dicitur quòd non: quia talis errat in iure, & ideo non est audiendus. & hoc in quinta. In superiori. l. dictum est qualiter omnis actio tollitur. xxx. an. sed non fecit mentionem de qualiber actione in specie: dicit hic quod ita fernatur in omni actione quòd dictum est ibi, tanquam si expressisset omnem actionem: quia nullum ius nec publicum nec priuatum durat vltra. xxx. vel xl. an. & qui prædicto tempore possedit, securus est, dummodo sine controuersia possideret: quia si aliquis possedit rem meam, & cõueni eum, interrupta est præscriptio per litem contestatã. Item si aliquis stetit per tantũ tempus in libertate: securus est.

Actiones rei & vniuersales sunt decẽ.

Actiones in rẽ vniuersales sunt quæ tuor.

[m] *Sicut in rem.* iam ergo erat præscriptio hæc. xxx. an. secundũ Ir. Alij contra. sed hac. l. primo inducitur: vt. ŝ. ea. l. §. hæ autem actiones. & institu. de perpe. ac in princ.

[n] *Speciales.* speciales in rem sunt. x. directa in rem: Publiciana: item vtilis in rem quæ datur superficiario: vt. ff. de superfic. l. j. §. quod autem ait. item Seruiana, & quasi Seruiana, cõfessoria, negatoria, vtilis in res quæ datur metum passo, in rem præiudicialis, & illa vtilis quæ datur emphyteutæ. De vniuersitate sunt quatuor in rem, & in personam: vt petitio hereditatis, fami. ercisc. bonorum possessoria, hereditatis petitio, vel fideicõmissaria hereditatis petitio: vt pateat. ff. de rei vind. l. j. in princ. Sed communi diuidundo licet sit mixta, tamen nõ est vniuersalis: vt. ff. comm. diuid. l. iiij. Sunt autem quædam merè personales de vniuersitate, vt actio ex testamento quæ datur fideicommissario. Item actio ex empto, quæ datur contra venditorem hereditatis. Personales autem aliæ infinitæ sunt.

[o] *Personales.* vt condictio certi ex numeratione.

[p] *Vltra.* nam. ŝ. multæ subsistunt: vt. ŝ. ea. l. §. hæ autem.

[q] *Res.* scilicet corporales.

[r] *Vel ius.* vt seruitus, quæ incorporalis res est: vt institu. de rebus corp.

bus corp. in fin. sed quomodo iuri incorporali, vel actioni personali præscribitur, cum ab aduersario nil possideatur. Respon. quasi possiderur: vt. ff. de petit. hære. l. regulariter. Accursius.

[a] *Quacunque actione.* vt ad exhibendum.

[b] *Per secutione.* extraordinaria, veluti de fideicommisso quod fit iudicis officio, secus in exceptione: vt. ff. de doli exce. l. purè. §. fin.

[c] *A suo debitore.* vel eius herede, vel creditore alio qui possedit viuente communi debitore: vt. ŝ. eo. l. cum notissimi. in prin. &. §. j.

[d] *Possidente.* mala fide. alioquin tolleruit longo tempore: vt. ŝ. si aduersus creditorẽ. l. j. Sed an est malæ fidei, quia scit obligatum? Videtur quòd non: vt ff. de acqui. poss. l. si quis fundum. in fi. Sed dico quòd dominium præscribit, vt ibi, sed non hypothecariæ actioni. Vel hic loquitur de eo male fidei qui fidebat rem alienam non debitoris esse. prima vetior. Accursius.

[e] *Iugi.* id est cõtinuo.

[f] *Facultatem.* scilicet quo ad effectum, id est per exceptionem, nam tempus ipso iure nõ tollit actionem: vt ff. de act. & obliga. l. obligationum fere. §. placet.

[g] *Nec sufficiat.* scilicet illis ad interrumpendam præscriptionem.

[h] *Præcibus.* & sic contra. ŝ. quando li. prin. da. l. i. sed ibi est speciale in quibusdam actionibus prætorijs, & annalibus, & pœnalibus: vt in eo. tit. l. ij.

[i] *Per annotationem.* ad differentiam consultationis.

[k] *Allegasse.* illud responsum.

[l] *Deposita.* etiam sine rescripto, & coram ordinario.

[m] *Per executorem.* per executorem ergo fit interruptio [a] in. xxx. annis: vt hic, &. ŝ. eo. l. cum notissimi. in princ. aliter nõ: vt. ff. pro empt. l. alienã. Sed au sit necessarius libellus, vt coram ordinario? Ir. quòd sic: vt. ŝ. de lit cõtesta. authen. offeratur. in fin. Nos contra: vt hic, &. ŝ. eo. l. cum notissimi in princ. sed certe videtur quòd nec etiam per executorem: vt. ff. de eo. per quem fac. est. l. ij. in prin. &. ff. quibus ex cau. ma. l. ait prætor. in fin. &. l. se. quẽ. quæ sunt contra. Solu. secundum vetera iura nõ fiebat per executorem interruptio: hodie sic. & ita hæc. l. corrigit illas, nec obstat huic solutioni. ff. de act. & obligã. l. constitutionibus. vbi videtur etiam veteri iure fieri interruptio: quia ibi loquitur in prætorijs & annalibus, & precibus principi porrectis. Vel verius, ibi non dicit perpetuari: sed ad hæredes transire. Vel solue secundo dicta contraria: quia ibi non fuit facta citatio, sed tantũ recepta satisfactio iudicio sisti, quod placet. Vel dic secũdum Io. quod hic dicit in actione in rem tantum loqui, & in ea illa vetera iura corrigi: in alijs vero non. Quarti dicunt præscriptionem interrumpi per executorem, sed non perpetuari actionem in. xxx. an. vt ibi dicit. vnde & si annalis erat actio, anno tolleretur, si post executoris conuentionem actor desisteret anno agere.

Comunis glo. quia in mora. li. cenia de li. cõtu. 41.

ADDITIO. Tu dicas secundum Ia. de Are. & dominum Ia. But. quòd quædam præscriptio est odiosa, quæ currit solum ex negligentia non percntis, nullo attento fauore præscribentis. Nam præscribit siue sit bonæ fidei, siue malæ fidei, vt hæc præscriptio. xxx. annorum. & ista interrumpitur per solam executoris missionem: vt hic, &. l. eum notissimi. in princ. ŝ. eo. Quædam est præscriptio merè fauorabilis: vt præscriptio triennij quæ currit fauore possidẽtis propter titulum & bonam fidem. & ista non interrumpitur per citationem, nec per litis contestationem, nisi in effectu: vt. l. si post accepeum. ff de rei vind. Quædam est præscriptio mixta, quæ currit tam fauore possidentis quàm odio negligentis: vt præscriptio. x. vel. xx. annorum. & in ista eligitur quædam media via, vt non interrumpatur per solam executoris missionẽ, sed per litis contesta. Ita loquuntur secundum eos & Bar. hic iura allegata in cõtrarium hic per glos. &. l. more. &. ŝ. de rei vind. &. l. ij. in. §. fi. ff. pro emp.

[n] *Militia.* restituuntur tamen absentes, & milites: vt. ff. ex quibus cau. ma. l. j.

[o] *Sexaginta sunt.* quia currit tunc contra eos hæc præscriptio, etiam si non cœperat contra defunctum: vt. ŝ. si ma. fa. l. fi. in fi. Si ergo cœperat contra defunctum, interim dormit, & postea excitatse, & coniungitur tempus sequens præcedenti, & sic est mirabilis naturæ hæc interruptio: quasi dicatur interim ruptio: aliàs interruptio ex toto rumpit, vt non reconiungatur postea tempus: vt. ŝ. de præscrip. longi tempo. l. j. &. l. nec bona. An autẽ restituatur adultus contra præscriptionem. xxx. ann. Quidam dicunt quòd non: vt arg. ŝ. in quib. cau. in integr. resti. non est ne. l. fin. Nos quòd sic: vt. ff. de mino. l. aic prætor. in prin. Sed ad quid, cum nõ possit compleri in adulta ætate? Respon. immo potest, puta cucurrerat prædecessori suo per xxix. annos, & postea completur in minori ætate istius. Nec obst. ŝ. si aduersus ven. pign. l. ij. quia prædecessor contrauerat cum illo. & eodem modo respon. ad illam. l. ff. de mino. l. Aemilius. Item no. hic præscriptionem. xxx. annorum contra pupillum non currere: vt. ff. de acquir. re do. l. bonæ fidei. Item nec contra filium familias: vt. ŝ. tit. j. l. j in fin. Et ratio est, quia cum effectu non habet actionem patre viuente, in cuius est potestate. Item nec ecclesiæ: vt. ŝ. de sacrosan. eccle. l. fina. & in authen. quas actiones. Item nec creditori agenti hypothecaria contra debitorem, vel suum heredem vniuersalem, vel alium creditorem: vt. ŝ. eo. l. cum notissimi. in prin. &. §. j. & idem potest dici vbicunque habet locum præscriptio quadraginta annorum, vel maior. Item nec mulieri pro dote matrimonio durante: vel antequam maritus ad inopiam vergat: vt. ŝ. de iure do. l. in rebus. §. omnis. Item in conditionali debito, pendente conditione: vt. ŝ. eo. l. cum notissimi §. illud. In prædictis enim casibus actor agere non potest: & ideo ei nõ currit. sed quandoque videtur quòd etiam si agere non possit, tamen currat ei præscriptio: vt. ff. de ser. vrb. prædio. l. & Attilicinus. Sol. illud speciale in rusticis seruitutibus, vt non sit opus quòd agere potuerit: vt. ff. quemad. ser. amit. l. si parrem. §. si per fundum. secus est in vrbanis: vt. ff. de ser. vrba. præ. l. hoc autem. vel ibi potest petere per officium iudicis, vt possit redapcare foramen.

Præscriptio xxx. annorũ contra multos nõ currit.

[p] *Perpetua.* id est sine præsinitione temporis, vel cum vita hominis: vt institu. de perpe. & tempo. act. in princ.

[q] *Temporibus.* scilicet minoribus.

[r] *Limitabantur.* puta redhibitoria, & quanto minoris: vt. ff. de redhibito. l. sciendum. §. fi. & præscriptio longi temporis. x. vel. xx. annorum: vt. ŝ. de præscrip. long. tempo. per totum. & aliæ similes.

[s] *Ignorauit.* nocet ergo iuris ignorantia in dãnis. & sic est contra ff. de iuris & facti ignoran. l. error. in fine. Solu. hoc speciale in odium negligẽtis: vt. ŝ. titu. j. l. fi. in fine. lic. ŝ. de præscri. long. temp. l. fi. in fi. & sic sic in. l. illa, si quis in tantam ŝ. vnde vi. Vltimo quærendum est de actione communi diuidundo, & familiæ ercisc undæ. & de pignoratitia, & pro socio, & de negatoria quæ triginta annis tolluntur. Et dices hoc plene. ŝ. de anna. exceptio. l. §. j. Illud constat, res furtiuas & vitiosas hoc tempore præscribi. vt. ŝ. de annali exceptione. l. j. §. j. Item de iure offerendi dices. ŝ. eo. l. cum notissimi. §. eodem iure.

Omnes.

a *Omnes.* In prima parte hæc lex confirmat præcedentem, & alias quæ certam metam præscriptionibus imponunt. Accursius.

b *Omnibus.* possessoribus & præscribentibus. Accursius.

c *Enumeratæ.* tantum valet generaliter dici, quantum si singula enumerentur: vt hic, &. ſ. de quadrien. præscrip. l. ij. ibi, tanquam &c. &. ff. de admini. tu. l. ſi duo. Sed argu. contra. ff. de mino. l. illud. §. ſi talis. Item & fallit hoc in casibus fortuitis renunciatis. vt ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. & aliàs, vt. ff. de pigno. l. obligatione. & l. quæ nondum ſunt. §. quod dicitur.

Generaliter dici tantum valet, quantũ ſi ſingula enumerarentur.

d *Fortuita.* quia fortuito quandoque quis bene dicit.

e *Priuatum.* agendi, non excipiendi: vt. ff. de except. do. l. pure. §. fin. nec ius eundi ad eccleſiam. Sic ergo videtur quod ſi debitor poſt triginta annos offerat debitũ, non cogetur creditor accipere, vt cogatur dare pignus: argu. ſ. eo l. cum notiſſimi. §. ſed cum. in fin. §. vbi plene dices de hoc. ſi tamen accepit debitum, cogitur reſtituere pignus actione pignoraticia. Alij dicunt quòd poſtea etiam offerre poteſt.

Imi offerendi an poſſit præſcribi.

f *Vel publicum.* huic eſt contra. ff. de diuer. præſcrip. l. in omnibus. vbi. xx. ann. dicit: ſed nec hic dicit quòd vſque ad. xl. an. duret: ſed quòd non vltra. xl. ann. Item contra. ſ. de ſacroſan. eccle. l. vt inter diuinum. vbi plene hoc ſolui. Item excipe ab hac lege illas res quæ enumerantur. ff. de vſucap. l. vſucapionem. & ſ. de præſcri long. tempo. quæ pro lib. l. fina. Item excipe à lege iſta ſ. duas proximas leges.

g *Reipſa* id eſt, per exècutorem: vel re ipſa, id eſt pro re ipſa principali.

h *Sit liber*, ab huiuſmodi impetitione actoris, quia abſoluetur. Sed an ſeruus ſit liber tanto tempore? Reſpon. immo minori, niſi malæ fidei ſit, tunc iſto: vt ſ. de præſcrip. longi tempo. quę pro lib. l. j. & ij. Item quid in adſcriptitio? Videtur nullo tempore: vt. ſ. de agrico. & cenſi. l. cum ſatis. in princip lib. xj. Sed dic quadraginta annis præſcribere eos libertatem: vt hic, niſi per aliquem alium ſeruiant: vt. ſ. de agrico. & cenſi. l. cum ſcimus. §. final. non minori tempore: vt. d. l. cum ſatis. niſi fuerit adſcriptus ſeruitio curiarum: tunc [a] triginta ann. vt. ſ. de fund. rei priu. l. cum. lib. xj. Item ſimiliter ſecus in ſeruo principis: vt. ſ. titu. j. l. j. &. ij. Item contra. huic. l. ſ. de fundis limi. l. fina. lib. xj. Solu. ſpeciale in illis agris. Item fallit. ſ. duabus legibus ſequentibus.

Adſcriptitius. xl. an. ſit liber.

a Quia talis non præſcribit, ſed ab alio præſcribitur. Sal. hic.

P *Reſcriptionem.*] CASVS. Si curiæ adſtrictus. xl. annis extra curiam ſteterit: an ſe tueri poſsit præſcriptione, quæritur? Dicitur quòd non: ſed debet curiæ reddi. ſuperiores enim leges de adſtrictis curiæ non loquuntur.

Curialis extra ſeruit.

1 *Vocantur*, id eſt, reuocantur.

k *Lex.* ſ. l. proxima.

l *Quæ.* ſcilicet conſtitutiones.

m *Patrijs ſuis.* patriarum enim ſuarum erãt ſeruiſti curiales. quod ſit ſeruiendo triginta annis: vt. ſ. de fund. rei priua. l. eum. lib. xj. & idem in metallarijs: vt. ſ. de metal. l. fina. lib. xj.

C *Omperit.*] CASVS. Si poſsideo prædia tributoria, & omni anno debebam ſoluere decem nomine tributi, & per. xxx. vel xl. ann. non ſolui: an ſim ſecurus, quæritur? Reſpon. quòd non quantum ad tributa: ſed prædia tanto tempore præſcribere poſſum.

Diuiſa.

n *Conſtitutionem.* ſcilicet ſuperiorem, omnes.

o *Proſtigari*, id eſt, ſolui.

p *Conamen.* vt. ff. de publica. l. licitatio. §. earum. Si autem imperrauit vt poſſideret dempto canone, quadraginta an. non ſoluendo præſcribit: vt. ſ. de fun. patrimo. l. fina. lib. xj. Item contra huic. l. ff. de diuer. & tempo. præſcri. l. in omnibus. in princ. vbi. xx. an. præſcribitur fiſco. ſed ibi in rebus fiſco delatis quæ nondum fiſci erant: hic autem erant: vt. ff. de lega. j. l. apud Iulianũ. §. fina. Sed an idem in emphyteuta quod hic? Reſpond. ſic: vt. ſ. eo. l. cum notiſſimi. in fin. Accurſius.

q *Rei.* tributariæ ab eo poſſeſſæ.

r *Remoueri.* ſcilicet quadraginta annorum præſcriptione.

Vm notiſſimi. Diuiditur principaliter in duas partes. Primo exorditur rationem annectendo. Secũdo ſtatuit diſtinguendo, ſeu aliqua dubia remouendo. ſecũda ibi, quamobrem.

Triomphi. vers. Cõtra.

Tit. vt. Lẽ lius Comm.

Præſtatio tributi quæ ſit in recognitionem vninerſalis dominj, tempore non tollitur. hoc dicit ſecundum Bart. Vel ſic: Contra publicas functiones non currit præſcriptio. Iaco. But. Vel ſic: Tradium tributariorum poteſt præſcribi quo ad dominium, ſed non quo ad canonem debitum ex eo perſoluendum. Salycetus.

v. Idem A. ad Thomam † præfectum præt. per Illyricum.

PRæſcriptione quadraginta annorum ab his qui ad curialem conditionem vocantur, [i] opponi non patimur, ſed genitalem ſtatum ſemper eos agnoſcere compelli ſancimus. Sacra etenim noſtræ pietatis lex [k] de alijs loquitur conditionibus, nec anterioribus conſtitutionibus per eandem nouellam legem derogatur, quæ [l] manifeſtiſsimè curiales & liberos eorum, exploſis temporalibus præſcriptionibus, patrijs [m] ſuis reddi præcipiunt.

Curialis extra ſeruit.

B

Præſcriptio triginta annorum ceſſat in hypothecaria debitore poſſidente, vel eius herede, vel niſi ſecundus creditor velit præſcribere contra primum, ipſo debitore viuente. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Hæc reputantur bona lex. Actioni hypothecariam ab extraneo poſſeſſore triginta annis præſcribitur: niſi fuerit interrupta à debitore, vel eius herede quadraginta annis, à ſecundo vero creditore viuo debitore ſimiliter. xl. an. idem eo mortuo, ſi eius admiuiculo vtantur alias. xxx. an. idem in iure offerendi. hoc dicit vſque ad. §. illud. Bart.

VII. Imp. IVSTINVS A. Archelao præfec. præt.

CVm notiſsimi iuris [a] ſit, actionẽ hypothecariam in extraneos quidem ſuppoſitæ rei detentatores annorum triginta finiri ſpacijs, [b] ſi non interruptum erit ſilentium, vt lege[c] cautum eſt, id eſt, etiam per ſolam [d] conuentionem, aut ſi ætas impubes excipienda [e] monſtretur, in ipſos verò debitores, aut heredes eorum primos vel vlteriores nullis expirare luſtrorum curſibus: [f] noſtræ prouiſionis eſſe perſpeximus hoc quoq; emendare, ne poſſeſſores eiuſmodi propè immortali timore teneantur.

C

Hypothecaria quæ contra extraneum poſſeſſorem tollitur annis triginta, contra debitorem, vel eius heredem poſſidentem tollitur per quadraginta annos tantum, niſi præſcriptio fuerit interrupta per miſsionem executoris: aut intenuerit ætas pupillaris, aßionibus perſonalibus in ſuo ſtatu manentibus. Salycetus.

Quamobrem iubemus hypothecarum perſecutionem quæ rerum mouetur gratia vel apud debitores conſiſtentium, vel apud debitorum hæredes, non vltra quadraginta annos ex quo competere [g] cœpit, prorogari, [h] niſi conuentio, aut ætas (ſicut dictum eſt) interceſſerit: vt diuerſitas vtriuſque rerum perſecutionis quæ in debitorem, aut heredes eius, quæque mouetur in extraneos, in ſolo ſit annorum numero: [i] verùm in alijs omnibus ambæ ſimiles ſint: in actione ſcilicet perſonali [k] his cuſtodiendis, quæ priſca conſtitutionum ſanxit iuſtitia. l

D

Creditor ſecundus præſcribit hypothecariæ actioni contra primum, ſi debitor cuius perſonam ſecundus repræſentat, tanto tempore vixit, aliàs præſcribit triginta annis, non computato tempore ſui auctoris. Quod ſi computare velit, quadraginta anni ſunt neceſſarij. hoc dicit vſque. §. idem inte. Salyc.

Sed cùm illud etiam in forenſibus [m] controuerſijs ventilabatur, an creditor anteriora iura prætendens, poteſt poſteriorem creditorem hypothecam tenentem, etiam vltra triginta annos inquietare, vtpote imaginem debitoris obtinentem, eíque poſsidentem: neceſſarium duximus & hoc dirimere. ¶ Et ſancimus, donec communis debitor viuit, non poſſe creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, ſed locum eſſe quadraginta annorum præſcriptioni: quia dum ille viuit, merito anterior creditor confidit, vtpote apud debitorem eius poſſeſsione per poſteriorem creditorem conſtituta, [n]

Vſucapio quandoque procedit ſine poſſeſsione.

poſsit repellere primum ſpacio triginta annorum, diſtinguit. aut viuit communis debitor: aut non. ſi ſic, non poteſt repelli triginta an. ſpacio, ſed quadraginta an. ſi non, poteſt repelli per ſpacium triginta an. poſt mortem debitoris. Si verò vult conjungere tempora quibus poſſedit ſecundus creditor, tunc exiguntur quadraginta ann. curricula. & hoc quod dictum eſt quãdo ſecundus creditor poſſidet. habet etiam locum quando primus creditor poſſedit, quia primus creditor poſſidens poterit repellere ſecũdum ſpacio xl. ann. niſi debitum ei ſoluatur. & hoc in ſecunda. In tertia dicit quod præſcriptio. xxx. ann. incipit currere ab eo tempore quo peti poteſt debitum: quia ſi ſub conditione debeatur pecunia, non curritpræſcriptio, niſi exiſtente conditione. vnde redhibitio dotis incipit currere à tempore ſoluti matrimonij: quia ab eo tempore poterit agere pro dote. vnde ſi ſtat xxx. an. quod non agat, repellitur ab hypotheca quam habet aduerſus res mariti tacite ſibi obligatas. In quarta dicit, illud quod dictum eſt, ſcilicet quod debitor poteſt præſcribere pignus, intellige quando poſt non peruenit ad creditorem: vnde ſi perueniat præſcriptio: multo magis ſi per executorem, vel litem conteſt. interrumpatur. In quinta dicit quod interrumpitur præſcriptio, quando debitor incepit præſcribere pignus, & poſtea ſecundo, puta lapſis xx. annis fecit cautionem creditori, recognoſcens debitum ſuum, & hoc in ſexta parte. Si verò aliquis ex cauſa legari annui, vel menſtrui, vel ſimili, teneatur mihi in decem, quando incipiat præſcriptio, quæritur? Reſpon. ab eo tempore, quo ceſſat in ſolutione rei debitæ quam aliquibus annis vel menſibus ſoluit: & peti poterat. & hoc in ſeptima. Itẽ ſi aliquis accepit rem in emphyteuſim, non poteſt eam vllo tempore præſcribere: quia non ſibi, ſed alij poſsidet.

Creditor ſecundus præſcribit.

Hypothecaria actio hab. quatuor tempora.

a *Cum notiſſimi iuris.* per. l. ſ. co. l. ſicut. circa princ.

b *Spatijs.* quatuor habet tempora hypothecaria, decem an. vel viginti, quando extraneus poſsidet cum titulo bona fide inter præſentes vel abſentes: vt ſupra ſi aduer. credi. l. j. &. ij. & triginta, quando mala fide, vel ſine titulo, vt hic. at cum debitor, vel heres eius, vel alter creditor: tunc quadraginta, vt hic ſtatim dicet, &. ſ. proximo. §. Accurſius.

c *Lege.* ſcilicet illa, ſicut. ſ. eo. Accurſius.

d *Solam conuentionem.* hoc nomen, ſolam, non excludit executorem, ſed litis conteſtationẽ: ſicut cum dicitur, ſolus conſenſus facit matrimonium: quia & verba ſunt neceſſaria, ſed excludit concubitum. Item ſolus dolus in depoſito venit: quia & lata culpa, ſed leuem culpam excludit. Et nota diligenter: quia cum interrumpitur præſcriptio per executoris conuentionẽ, extenditur vſque ad triginta annos à tempore conuentionis. nam per ſolam litis conteſtationem extenditur ad quadraginta annos: vt. ſ. l. fina. &. ſ. titu. j. l. j. §. j. in fin. §. ſecundum Ioan. Sed alij dicunt, vt. H. etiam ſi certi hoc in. xl. an. quod non placet. Et dic per ſolam, id eſt ciendo eum, quia cõuentione facta ad iudicem, præteritum tempus pro non præterito habetur. Per minorem ætatem: quia, verbi gratia, ſi filius ſucceſsit mihi, non currit ei, & tamen præſcriptio non tollitur. Accurſius.

Matrimonium per ſolum conſenſum.

Interruptio præſcriptionis qua fit per executorem miſſionẽ, defert ab ea

Quæ fit per litis conteſtationem.

e *Excipiẽda.* quo caſu interim dormit: vt dixi. ſ. e. l. ſicut. circa ſi.

f *Cuiſibet.* repete, cũ notiſſimi iuris ſit noſtræ. &c.

g *Competere.* quandoquidem enim non ſtatim competit: cum forte ſub conditione fuit hypotheca contracta, vel ex die certo, & ſic adueniente die vel cõditione incipit currere: vt. ſ. ea. l. §. illud.

h *Prorogari.* ſed cum perſonalis tollatur. xxx. annis, quomodo durat plus acceſſoria? Reſpon. non tollitur. xxx. an. ipſo iure: vt. ff. de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. & ſic loquitur. ſ. de luitione pigno. l. ij. Sed argu. contra. ff. de reg. iur. l. cum principalis. &. ſ. de vſur. l. eos. &. ff. de admini. tu. l. ſi pupillus. in fi.

i *Numero.* item & in alio, quia aliter lis æſtimatur aduerſus extraneum: & aliter aduerſus debitorem, vel heredem: vt. ff. de pigno. l. ſi inter. §. fin.

k *Perſonali.* ſ. certi condictione ex mutuo.

l *Iuſtitia.* vt. ſ. eod. l. ſicut.

m *In forenſibus.* id eſt in cauſis quæ in foro aguntur.

n *Conſtituta.* an ergo poſsidet debitor pignus quod creditori etiam dicit? Reſpon. diſtingue prætorium pignus à conuẽtionali. primum non poſsidet creditor, licet ſit in poſſeſſione ſecundum omnes: vt. ff. vt in poſſeſſ. lega. l. is cui. in princ. &. §. ſi plures. &. §. miſſus. &. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. iij. in fine. &. ff. de bo. aucto. iudi poſſ. l. cum legati. Si autem eſt conuentionale: tunc eſt opinio. nam & tunc dicunt quidam, vt P. quòd poſsidet debitor, argu. huius literæ. vnde nec vſucapit creditor: vt ff. de vſucapio. l. pignori. ſed nec vti poſsidentis agit: vt. ff. vti poſſi. l. ſi duo. §. creditores. Item nec cuitat ſatisdationem iudicio iſti: vt. ff. qui ſatisda. cogan. l. ſciendum. §. creditor. ſed nos dicimus quod ciuiliter & naturaliter poſsidet creditor: vt. ff. de acquiren. rerum dom. l. per ſeruum. in princ. Item debitor per talem ſeruũ non acquirit poſſeſſionem quam quæreret ſi poſsideret: vt. ff. de acquiren. poſſ. l. j. §. per ſeruum corporaliter. ſicut ſit in fructuario qui quærit poſſeſsionem fructuario: vt. ff. de acquiren. poſſeſ. l. poſſeſsio quoque. Item pro hoc. ff. de acquiren. poſſeſ. l. qui pignoris. in fine. &. l. ſequen. Nec obſtat quod hic dicit. nam ideo dicit, quia debitor quandocunque vult, poteſt offerre debitum, & ita rem habere: & ſic erit apud eum. Item nec obſtat quòd vſucapit debitor: quia quandoque procedit vſucapio ſine poſſeſsione: vt. ff. de vſucapio. l. rerum. & l. nunquam in vſucapionib. §. vacuum. Item nec illa vti poſsidetis l. ſi duo. §. creditores. quia in prætorio pignore dicit. Præterea ſi eſſet apud debitorem poſſeſsio, & creditoris ſeruus ſurriperet: ergo dominum poſſeſsione priuaret, id eſt debitorem, quod non facit: vt. ff. de acquiren. poſſeſ. l. rem quæ. & de vſuca. l. non ſolum. §. fina.

Debitor an poſsideat pignus quod creditori tradidit.

Vſucapio quandoque procedit ſine poſſeſsione.

Deceſſerit.

a *Decesserit.* nullo herede relicto. nam si haberet heredem, A idem in herede quod in defuncto statueretur. Vel aliud in herede, quia heres non retinet per eum possessionem, nisi primo apprehenderit: vt. ff. de acquiren. pos. l. cum heredes in prin. &. l. qui vniuersas. §. quod per colonum.

b *Ex eo.* scilicet tempore.

c *Offerre debitum par.* aliter enim non potest confirmare sibi pignus: vt infra qui po. in pigno. habean. l. j. Sed quid contra si prior creditor offerat secundo? P. dicit, non memini me legisse priorem creditorem ius offerendi habere: sed certe ego legi qualemcunque possessorem posse offerre, secundum Ioan. vt. ff. qui. mo. pig. & hypothec. solui. l. Paulus. §. qui pignoris. Et nota aliud in seruo bona fide redempto ab hostibus. nam tunc tollitur ius offerendi triennio: vt. ff. de capti. & postli. reuer. l. in bello. §. si quis seruum. Accursius.

d. *Opponere conatur*, quid ergo si debitor triginta annis steterit quod neque soluit, neque obtulit, nunquid præscribetur iuri offerendi? Aiunt quidam quod non, sicut nec ius eundi ad ecclesiam, vel per viam publicam, vel ad sanctum Iacobum: vt. ff. de via publica. l. viam publicã. & quod dicitur supra eo. l. omnes. de iure agendi dicit, non excipiendi, vel offerendi. Sed Bul. dicit ius etiam offerendi tolli, argum. horum duorum responsorum, & maxime huius. Item alia ratione: quia cum possit facere vt possit, scilicet agere pignoratitia soluendo: iam ergo posse videtur: vt ff. de regu. iur. l. qui potest. Item pro hac sententia est. ff. de dam. infec. l. si finita. §. postea autem. Accursius.

Ius offerendi an per præscriptionem possit tolli.

ADDITIO. Dum quæritur, an iuri offerendi possit præscribi, dicas secundum communiter doctores, quòd est quoddam ius offerendi, quod competit per modum iuris, vt puta secundus creditor habet ius offerendi, & cõfirmandi sibi pignus: vt. l. j. infra qui po. in pigno. hab. hoc tollitur spacio triginta vel quadraginta annorum, vt hic. Quoddam est ius offerẽdi, quod competit per modum facultatis. verbi gratia: debitor potest quandocunque vult offerre debitum, & pignus reluere, ista facultas nunquam potest præscribi, sicut nec facultas eundi per viam publicam: quia licet per mille annos non iueris, semper poteris ire: vt. ff. de via pub. l. viam publicam.

e *Contractibus.* idem in vltima voluntate: vt supra communia de lega. l. fi. §. si in autem quartitæ.

f *Redhibitio.* id est redditio.

g *Repudij.* vel marito vergente ad inopiam: vt. ff. de iure dotium. l. vbi. vel deportato viro, vel muliere mutante affectionem: vt supra de repu. l. j. his enim quatuor casibus repetitio est.

h *Dissolutionem.* vt & supra de iure dot. l. in rebus. §. fina. & hoc intellige statim si fuerint immobilia: alioquin annua bima trima die olim, hodie post annum, argu. supra de rei vxo. act. §. exactio. & ideo extunc currit præscriptio: vt hic dicit, & infra titu. j. l. j. §. finali. &. ff. quando actio de peculio est annalis. l. j. §. annus.

i *Immo & illud.* refrenatur inchoatio præscriptionis: vt supra. similiter refrenatur inchoata: vt hic.

k *Suppositas.* id est, obligatas. Sed quid si non erant suppositæ? Aliud videtur. cum enim detur restitutio actionis amissæ, videtur esse præscriptio non interrupta: vt. ff. quibus ex causis maiores. l. ait prætor. §. finali. & l. sequen. secundum Io. & H. Contrarium tamen ex eadem. l. probari posset, secundum Azo.[a]

[a] Præcelle opinio Azo. quando creditor non obligatã debitori constituit aceptitiã: quia tunc debitor agnoscit aliũ fœnus, vt in prima opinio negl. Bald. Aug. Præscriptio interrumpitur in personali & hypothecaria, simul interdum.

l *Sine violentia.* quare dicit, sine violentia? nonne idem & si cum violentia: vt. ff. de vsucapio. l. naturaliter. quæ est contra? Respon. hic dicit sine violentia, id est, cum voluntate debitoris pignus accepit: quia debitor dedit ei: & tunc interrumpitur præscriptio in personali & in hypothecaria. in personali, quia debitum agnouit: in hypothecaria, quia creditor adeptus est possessionem. secus autem si cum violentia: quia tunc tantum in hypothecaria interrumpitur præscriptio: non in personali: sed econtra si debitum agnoscat debitor, tunc etiam in hypothecaria sit interruptio: vt infra proxi. §. & est ratio: quia cum in principali sibi præiudicauit: & in accessorio, per consequentiam. Alij dicunt ideo dici sine violentia, quia tunc sit interruptio tantum aduersus eum. sed si cum violentia: tunc aduersus omnes. Tertij subaudiunt hic, licitam commissam ex pacto: vt infra de pignorib. l. iij. aliàs ius crediti amitteret: vt. ff. quod met. causa. l. extat. Quarti dicunt, sine violentia adhibita in offerendo, secundum Ot. ac adhibita in retinendo interrumpit: vt. d. l. naturaliter. Prima placet.

m *Triginta vel quadraginta.* Sante detentationem. & no. hic loqui de personali & hypothecaria.

n *Multo magis.* immo multo minus, cum hæc in. xxx. annos sed conuentio in. xl. annos perpetuet, secundum quosdam: vt infra eo. l. fin. Sed secundum Io. hic respicit ad factum: quia de facto tenet: quod non facit qui litem contestatur, vel mittit executorem. Vel dic quòd hæc interruptio prodest omnibus: vt. ff. de vsucapionib. l. naturaliter. sed illa quæ fit per litis contestationem, vel per conuentionem, prodest tantum contestanti, & executorem mitenti: vt. ff. ne de statu defunctorum. l. ij. §. finali. &. ff. de diuer. & temporalib. præscription. l. intra. in princip.

o *Per conuentionem.* executores.

p *Imitetur* immo & plus operatur hæc detentio: vt modo dixi in fi. glo. immo. Accursius.

Exposuerit.

a *Exposuerit.* hoc enim quandoque fit: vt supra ad Velleia. l. si A mulier. ij. & supra de plus pe. l. j.

b *Interrupta.* non dicit perpetuari actionem primam per agnitionem: sed interruptionem præscriptionis fieri. si ergo præscribatur redhibitoriæ: licet debitum agnoscas, non perpetuatur redhibitoria vsque ad xxx. ann. sed post agnitionem sex mẽsibus præscribam. Sed certe immo nec interrumpi videtur per huiusmodi secundam cautionem: quia nec per acceptionem fideiussoris: vt. ff. de solu. l. cum quis. §. si quis pro reo. quæ est contra. Sol. ibi fuit acceptus pro eo quod deberi apparuerit: non autem confitebatur debitum: hic sic. vel ibi speciale in illo anno vsii: vt hodie in quadriennio, vt etiam contestatione non perpetuetur: vt supra de tempo. in integ. resti. l. superuacuam.

† Contrahunt. §. fi. c. illud per totum. interrupta. ff. extra ipsum. ‖ Obligatio fit. de fideiuss. Bald. Ang. et alios hic, quod ibi dicit fideiussio non interrumpit principalem nec principalis non interrumpit fideiussionem. secus si idem reus principalis & fideiussor. ‖ Cessum potest.

c *Innouata.* id est, non nouata, seu non extincta. Et not. hic quòd interruptio, alia civilis, alia naturalis. Naturalis est, quoties ipsa possessio amittitur: quod multis modis fit: vt. ff. de acquiren. pos. l. qui vniuersas. & hoc omnibus patere volentibus prodest: vt. ff. de vsuca l. naturaliter. Alia ciuilis, & hæc multiplex. Primo per contestationem: & hæc in xl. ann. vt infra eo. l. fina. Item per quasi contestationem: vt supra vbi in rem actio. l. ij.

Item per executorem: vt. ff. eo. l. sicut. Item per debiti agnitionem, vel solutionem partis, vel fœnoris: vt hic. Item per solam libelli oblationem, in casibus: vt. ff. quando libellus princip. da. l. j. & ij. & in illis quos habes. j. titulo primo, vt perfectius. Item per rei obligatæ apprehensionem: vt. ff. proximo. §. & hæc ciuilis prodest tantum interrumpenti, non alij. vt. ff. de diuersis & tempo. præscrip. l. intra. in princ. &. ff. ne de statu defunc. l. ij. §. fin. & hoc in præscriptione: sed vsucapio per huiusmodi ciuiles interruptiones non iuterrumpitur de rigore: sed quo ad effectum sic: vt. ff. de rei vindic. l. si post. Est etiam quædam alia mirabilis interruptio, si seruus fructuarius qui ab alio possidetur, qui præscribit vsufructui meo intra tempus, aliquid meo nomine faciat: vel si aqua mihi debita, per se fluat: vt. ff. de vsufru. l. arboribus. §. idem tractat. & quemadmodum ser. amit. l. qui fundum. Item & alia, scilicet æras: vt. ff. eo. l. sicut. circa fi.

ADDITIO. Addas pulchrum glo. in verbo, interruptio. in cap. illud. extra de præscrip. & aliam similem glo. in verbo, interruptam. in cap. placuit vt quicunque. xvj. q. iij.

d *Per singulos annos.* verbi gratia: Promisisti mihi decem singulis annis: & præstitisti per quatuor annos: postea cessasti. non curret mihi præscriptio ab exordio obligationis, sed ab eo tempore quo cessatum est, currit præscriptio omnium sequentium annorum, secundum B. Si quæras, quæ ergo erat dubitatio? Respõ. magna. nam quia semel agnouerat debitum, videbatur quòd si etiam cessaret soluere, tamen creditori præiudicari non posset. Sed quare non duplicatur tempus in huiusmodi annua præscriptione: vt. ff. quemadmo. serui. amit. l. si fic. hic enim innuit quod hic nõ duplicetur. commemorat enim præscriptiones prædictas, nec aliquid dicit de duplicatione. Sed respondeo illud habere locum in decennali & vicennali præscriptione. Item quid si debeo decem, & quinque solui per. xxx. an. alia non, nunquid præscribo? Videtur quòd sic: vt. ff. de aqua. cot. & æsti. l. j. §. Trebatius. Sed contra puto: vt. ff. de non nu. pecu. l. cum fidem.

e *Cumque anni.* Mar. sic exponit, vt ex quolibet anno sit vna præscriptio. vnde hodie est præscriptum tricesimo anno, & alijs præcedentibus, sed non sequentibus. & sic est contra. ff. de vsur. l. eos. in princip. sed soluit M. [b] illud odio vsurarum, vel illud in accessorijs. sed neutra placet. nam etiam forte soluta, & sic extincta principali actione, nihilo minus peti potest vsura debita per stipulationem: vt. ff. de eo quod certo loco. l. centum. Et bene apro simile ad prædictum: quia qui præscribit, similis est soluenti: vt. ff. de ad. rubi. l. si pupillus. in fi. Bul. vero & R. dicunt indistincte in legatis & stipulationibus currere omnium annorum etiam sequẽtium præscriptionem, à tẽpore quo est cessatũ. & pro eis. j. e. l proxi. in fi. & j. eit j. l. j. §. j. in fi. §. & §. de fide instru. l. plures. circa princi. Et hic exponit, ab initio cuiusque anni. f. ex quo cessatum est. & sic secundũ B. præscribitur annuæ prestationi. secundũ M. non. Tu dic tertio secundum Io. aliud in stipulationibus, & aliud in legatis seruatur, in stipulationibus enim tertio sententiã B. & R. quia licet plurium annorũ, tamẽ vna est stipulatio, hicq; vna præscriptio: vt. ff. de verb. ob. l. si Stichum. §. stipulatio. at legata annua tot sunt, quot anni: vt. d. l. si Stichum. & de don. cau. mor. l. senatus. § vlt. & de annuis leg. l. cum in annos. & sic quot anni, tot actiones, & tot præscriptiones. & sic in legatis seruo seruentiam

[b] *Et bene secundum communitatẽ scribens.*

Annui debiti obligatio an sit vna ea, & possit per vnicam præscriptionem tolli.

M. inde est etiam quòd huiusmodi annui legatum non amittitur non vtendo: vt. ff. qui. mo. vsufr. amittatur. l. si vsufructus alternis. & ar. ff. de operis noui nunci. l. de pupillo. §. fi. & l. seq. In vna ergo stipulatione, actio semel extincta, amodo frontem erigere non audet. Sed huic opinioni Io. videtur obstare hæc lex, quæ æquiparat legata stipulationibus. Sed dic æquiparari, vt ex quo cessatur, currat præscriptio, licet in stipulatione omnium annorum, in legatis tantum illius anni.

f *Nulla.* nota hic sequentia responsa.

g *Conductori.* repete, & nulla danda licẽtia cõductori, &c. & dic hæc vera nisi interuerterint huiusmodi personę domini possessionem, scilicet non admittendo dominum reuertentem: vel tradendo alij, vel etiam si fuerit expulsus: vt plene dixi supra eo. l. malè. &. ff. de acquir. poss. l. clam. §. qui ad nundinas.

SI quis.] CASVS. Si aliquis iusto titulo & bona fide possedit rem aliquam per. x. an. inter præsentes. xx. inter absentes: securus est si cadat à possessione illius rei quam præscripserat: & habet actionem contra dominum, & quemlibet, & contra creditores, quibus fuerat res primo obligata. Sed pone quòd sine titulo possedi aliquam rem. xxx. an. & à possessione cecidi: quid iuris sit, quæritur? Distinguitur: aut ab initio bona fide possedi: aut mala, si bona, habeo act. contra quemlibet possidentem, præterquam contra dominum, si mala, tunc act. non habeo aduersus possidentem: sed verus dominus potest agere contra possessorem, nisi secũdus possessor spacio. xxx. an. possederit, quod autem dictum est, quòd quando possideo mala fide, non datur mihi actio aduersus posti lentem: tunc habet locum, quando secundus possessor non abstulit mihi rẽ, nec turripuit: alioquin possum rem ab eo reuocare. Si vero rem aliquo modo præscripsi, & vocatus ad iudicium ratione illius rei præscripræ, non veni, & aduersarius meus fuit missus in possessionem eius rei quam præscripseram: possum iura annum recuperare possessionem, si fatisfecerit iudicio sisti. in illis autem contractibus, in quibus vsuræ debentur, ex illo tempore currit præscriptio, ex quo cessatum fuerit in solutione vsurarum.

VIII. Imp. IVSTINIA. A. Mennæ præfecto prætorio.

Contractus.

Donatio est contractus.

a *Contractus.* scilicet permutationis. Et not. quòd innuit donationem esse contractum, & sic continetur sub illa. l. ij. & authen. sacramenta puberum, &c. ſ. ſi aduersus vendi.

b *Rem,* scilicet immobilem.

c *Per decem.* inter præsentes, vel xx. inter absentes.

d *Exceptionem.* Nor. pro B contra M. quòd præscriptione nō queritur dominium: vt & ſ. de iur. do. l. in rebus. in fin. cum exceptio sit actionis exclusio: vt. ff. de excep. l. ij. sed M. dicit exceptionem intentionis dari. & hoc no. ſ. de bo. ma. l. j. & authen. nisi tricennalis.

e *Creditores.* vt. ſ. ſi aduersus credi. l. j.

f *Actionem.* non solum exceptionem. & hoc facit pro M. qui dicit ei dari in rem actionem: sed tu dic vtilem: & hanc intentat indubitanter contra alios. Sed an & contra dominum? Io. & B. quòd sic, vt sic vtilis præferatur directa: vt. ff. de procu. l. in causæ. in fin. & de Publici. l. eum qui. §. j. Item & quia lex dicit mutati dominium in præscriptione: vt. ff. de vſucap. l. eum qui. §. j. Item patet ex eo quia & ante impletam præscriptionem habebat Publicianam: aliquid ergo plus nunc debet habere. Alij dicunt contra, & dicuntquòd nunc habeat hoc plus, quia ciuilem contra alios, contra quos tantum Publicianam habuit vſque nunc: vt ff. de leg. j. l. ſi creditori. §. id quod. Item quòd dat actionem contra alium: intellige, nisi & ipse nouus possessor præscripſit: sed ſi post præscriptionem secundi, ipse secundus à possessione ceciderit, quis vindicat, prior præscriptor, vel secundus, vel dominus? Respond. secundus præscriptor: cum prior amiserit ſuum velle dominium, & dominus ſimiliter effectum ſui directi: res enim videtur esse in curriculo, siue in circulo.

g *Veteres leges.* quæ præscriptionem longi temporis non longiſſimi nouerant: vt. ff. de vſucap. l. vſucapio. &. l. eum qui. §. j.

h *Quòd ſi quis.* dixit de præscriptione longi temporis, nunc de longiſſimi: & ideo habes hic. §.

i *Suppoſitam.* id est, obligatam.

k *Auxilium.* scilicet vindicationis.

l *Tenuerit.* scilicet ſine titulo, aliàs haberet locum præscriptio x. vel. xx. an. vt. ſ. proxi. Accurſius.

Præscribens bona fide longiſſimo tempore, an cōtra dominum habeat rei vindicationem.

m *Vti.* ergo & hic quære vt. ſ. ſi nouus possessor præscripſit, & cecidit à possessione, cui præscriptori detur in rem: & ſolue vt ſ. Item quæro, an præscribenti longiſſimo tempore bona fide, datur contra dominum rei vindicatio? P. ita. Ioan. contra: vt hac. l. apertè dicit. J. ita tamen, &c. & sic non est per omnia ſimile: nam aliàs non aduersatur literæ ſuperiori hic versus, ita tamen, &c. nisi sic referretur ad bonæ fidei & malæ fidei possessorem: nam ſi ad malæ fidei possessorem tantum referatur, nullo modo aduersatur: quia ille contra nullum vindicat, nisi re ſibi ablata per vim, & nisi per iudicem: vt ſubijcit.

n *Indignus eo.* scilicet præsidio.

o *Ita tamen.* ad vtrunque casum refero, scilicet quando bona fide, & quando mala. Sed P. refert tantum ad malæ fidei: sicq; præscribenti bona fide. xxx. annis dat actionem, etiam contra dominum: vt modo diximus. quod non placet.

p *Acquirat.* hoc referunt quidam ad præscribentem tantū longo tēpore, quod nō placet: vt diximus circa princ. huius. l.

q *Tempore habuit.* nouus possessor. & loquitur in eodem casu cum mala fide præscripſit prior possessor etiam lōgiſſimo tempore, & sic nō agit vel contra dominum, vel contra alium. Sed alij dicunt eum etiam admitti contra alium. In bona fide præscribente constat quòd agit contra alium: vt. ſ. cad. l. ſ. quòd ſi quis.

r *Eum.* scilicet dominum, vel creditorem.

s *Munitus.* ſupple, & possessionē adeptus: nam hoc est necesse ad præscribendum. & quod dicit ex tunc cōputari præscriptionem, ex quo cecidit à possessione, dic verum, niſi nouus possessor causam ab eo præscribente habeat: tunc enim eadem defensione vtetur: vt. J. de euic. l. emptori. & tempora coniunget ad faciendam præscriptionem. xxx. annorum. nec obstat. ff. de acqui. poſ. l. Pomponius. §. ſi. quia lex illa loquitur in præscriptionibus longi temporis tantum. nōdum enim hæc præscriptio fuerat inducta. xxx. an. Et pro nobis est in ea. l. §. cum quis. Sed quæro, ſi vendidi rem quam xxx. annis bona fide præscripſeram, an emptor habeat vilem ſicut ego habebam, ſi à possessione cadat? Respon. ſic, quaſi omne ius meum videat vendere: & sic hic, vt. ff. de cōtrahen. emp. l. qui tabernas. ſic & Publiciana transit ad heredem: vt. ff. de Publicia. l. eum qui. §. hæc actio.

obligatus.

Præscriptum mala fide quandoque vindicat.

Deponenti vel commodati an poſſit referri quæſtio dominij.

t *Sed hæc.* scilicet præscribentem longiſsimo tempore mala fide, non posse vti ſimili præsidio, id est vindicare, sunt vera, niſi in duobus casibus: primus quando inuasor, &c.

u *Eam abſtulerit.* qui. xxx. an. præscripſit.

x *Diſtinctione.* id est, siue bona fide, siue mala præscripſit, siue cum titulo, siue ſine titulo. vel ſine diſtinctione, id est, non refert, ſit dominus, vel non, qui abſtulit. Sed quomodo vindicat hic præscriptor malæ fidei, cum non ſit dominus? Respon. vindicat quantum ad certam personam, ſicut & aliàs. ff. de Public. l. eum qui. §. ſi petenti. ſic &. ſ. de non nu. pec. l. j. Vel dic quòd amiſit dominium inuasor ſi erat dominus, ſuo delicto: vt. J. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & ex eo quod dicit, non referre ſit dominus, vel non, qui abſtulit: collige arg. ſecundum H. quòd ſi depoſui rem alienam, vel commodaui, & agam rei vindicatione, quòd non poteſt mihi referri quæstio dominij. & pro eo est. ſ. de non nu. pec. l. j. & de pigno. act. l. nec creditores. &. ff. de diſtractio. pigno. l. reſcriptum. §. j. &. ſ. lo. l. ſi quis conductionis. quod non placet: quia datur rei vindicatio tanquam contra quemlibet: vt. ff. ad exhi. l. de eodem. §. fin. &. ff. ſi quadrup. paupe. feciſſe dicatur. l. j. §. fin. & argu. ſ. loc. l. ad probationem. & hoc est ſpeciale in odium inuaſoris.

Sed &

a *Sed & ſi quis.* nouus possessor.

b *Poſſeſſor.* bonæ fidei, vel malæ fidei. Item per hoc quòd dicit, prior, facit pro M. & Ioan. & Azo. qui dicunt missum in possessionem in actione in rem, statim possidere ciuiliter & naturaliter: vt &. J. quomodo & quando iudex. l. conſentaneum. &. ff. de dam. infec. l. à quo. Secus ſi ex personali: quia tunc non possidet: vt. ff. de acqui. poſſ. l. ij. §. fin. & quib. ex cauſis in poſſ. ea. l. cum ex cauſa. ſed tunc cum ſecundum fuerit decretum vel præceptum iudicis impoſitum. Sed Bul. cōtradicit in actione reali: nam demum post annum possidere dicit: vt hic ſubijcere videtur, & loco ſecundi decreti ſit annus. in personali dicit idem quod Ioā. & M. Item quid in hypothecaria, an habeat naturam personalis? quod videtur.

Poſſidet ne miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in iudicio?

Sententia.

c *Intra annum.* huic est contra. ſ. de iudi. l. properandum. §. ſin autem reus. &. ſ. vbi in rem actio. l. ij. Sol. vt in qualibet earum dixi.

Caſus.

d *Exceptionem.* talis est caſus: Debes mihi aliquid annuum, ſoluiſti, postea steriliſti. xxx. annis continuis quòd non ſoluiſti, ſine interpellatione præſcripſiſti.

e *Capere.* pro omnibus ſolutionibus, non pro vna tantum, vt diximus. ſ. co. l. cum notiſſimi. §. fina. Item quæro, quando debent ſolui vſuræ, an in principio anni, an in fine? in annuis enim vel anno debitis, ſcimus quando debet fieri ſolutio: vt diximus. ſ. quando di. leg. ce. l. j. Et eadem quæſtio fieri poteſt in mercede, vel pēſione. & de hoc habes. ff. de vſufru. l. dēfuncta. Respon. in fine anni: vt. ſ. de vſur. l. eos. ſ. interdicta.

Vinc quòdis pauperibus.

Sub. creditores. Caſus.

Aepe.] CASVS. Olim ſi quis conteſtaretur litē aduerſus aduerſarij ſuum, & impeditus aliquo caſu litem proſequi nō poteratlapſo. xxx. an. ſpacio cadebat ab actione ſua, hodie autem per litis conteſtationem perpetuatur actio vſque ad. xl. an.

f *Humane.* vt &. ſ. de vſufru. l. antepe. & pē. & ſic iſtis casibus ceſſantibus dicebat Aldr. non perpetuari actionem litis conteſtatione vſque ad. xl. an. Alij omnes do. contrarium dixerunt.

In reali ille contra quem eſt facta miſſio ex primo decreto, eam tempserat intra annum: poſt annum non auditur, niſi de proprietate. Bart. Vel ſic: Etiam qui mala fide præſcripſit, ſi venit intra annum, recuperat poſſeſſionem ab eo qui intentans actionem in rem ex eius contumacia miſſus eſt in poſſeſſionem, ante litem conteſtatam. hoc dicit vſque ad §. exceptionem. Salycetus.

Sed & ſi quis a non per vim, ſed per ſententiam * iudicis eam obtinuerit, ea tantum occaſione quòd abſens prior poſſeſſor b ad litem vocatus minimè reſponderit: licebit ei & ad ſimilitudinem cæterorum qui rei dominium habent, intra annum c ſe offerenti, cautionemque ſuſcipiendæ litis danti, eandem rem recipere, ſuperq; ea cognitionalia ſubire certamina.

Præſcriptio in vſuris incipit currere à tempore quo inceperunt deberi, & non ſunt ſoluta. h. d. vſque ad finem. Saly.

Exceptionem d etiam triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus in quibus vſuræ promiſſæ ſunt, ex illo tempore initium capere e ſancimus, ex quo debitor vſuras minimè perſoluit. Dat. III. Id. Decemb. Conſtantinop. DN. Iuſt.

Actio etiam temporalis perpetuæ efficitur, & in annos quadraginta perpetuatur. hoc dicit, intellige per litis conteſtationem: nec alio modo, nec per interruptionem ciuilem, nec naturalem. Baldus. Vel ſic: Per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio: & per quadraginta annos à tempore ceſſationis à lite inchoandos perpetuatur actio: quæ perpetuata etiam ad hæredem extraneum eſt tranſitoria. Salycetus.

XX. Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

Saepe quidam † ſuos obnoxios in iudicium vocantes, & iudiciarijs certaminibus ventilatis, non ad certum finem lites perducebant: ſed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam fortè fugientium, vel ſuam imbecillitatem, vel alios quoſcunque caſus (cum ſortes humanæ f multæ ſint) qui nec dici nec numerari poſſunt, deinde iure ſuo lapſi eſſe videbantur, eo quòd poſt cognitionem nouiſſimam triginta annorum ſpacium effluxerit, & huiuſmodi exceptione oppoſita, ſuas fortunas ad alios tranſlatas videntes, merito quidem ſine remedio ante lugebant.

¶ Quod nos corrigentes, cancdem exceptionem quæ ex triginta annis oritur, in huiuſmodi caſu opponi minimè patimur. Sed licet perſonalis actio ab initio fuerit inſtituta, eam tamē in quadrageſimum annum extēdimus: g cum non ſimilis ſit qui penitus ab initio tacuit, ei qui & poſtulationem depoſuit, & in iudicium venit, & ſubijt certamina, h litem autem implere per quoſdam caſus præpeditus eſt. ¶ Sed licet ipſe actor defecerit, tamen ſuæ poſteritati i huius cauſæ curſum eum relinquere poſſe definimus, vt eius heredibus vel ſucceſſoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione ſublata. k* Quod tempus (id eſt, quadraginta annorum ſpacium) ex eo numerari decernimus, ex quo nouiſsima proceſsit cognitio, l poſtquam vtraque pars ceſſauit.

TITVLVS XL.

DE ANNALI EXCEPTIONE Italici contractus tollenda, & de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum.

Per hanc legem tollitur annalis exceptio quæ contra actiones natas ex Italico contractu erat intra lucta, & non valenti agere propter impedimentum iuris, non currit præſcriptio: et actionum perſonalium regulariter vita eſt triginta annorum. h. d. tota iſta. l. quæ eſt bona. & eſt nona conſtitutio ſecundum Bal. Vel ſic: Exceptione ſublata omnes perſonales actiones triginta annorum tolluntur: niſi ſuperhis ſic fuerit conteſtata: hypothecaria vero quadraginta annis. Et illi qui non poteſt agere, non currit præſcriptio. Bar. Primo exoritur. Secun lo ſtatuit. Tertio ampliat. Quarto dubium removet ſecunda ibi, Cum itaque. tertia ibi, Ad hæc quarta ibi, Ne autem. Prima duæ partes hoc volunt: Remota annali exceptione ex contractu Italico currunt, & locum habent cæteræ præſcriptiones legitimæ. Salycetus.

I. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.



Vper annali exceptione q̄ ex Italicis cōtractibus oritur, tātē moles altercationū in omnibus iudicijs exortæ ſunt, quātas & enumerari difficile, & explanari impoſsibile eſt. ¶ Primum etenim natura eius obſeruationis cum omni ſcrupuloſitate & difficultate cōpoſita eſt, cum multa cōcurrere debeant m vt ea naſcatur.

Cōtinuatio. Italicarum rerum: modo de vſucap. actionum perſonalium quæ oriuntur ex contractibus qui in Italia fiebant.

Vper annali.] CASVS. Olim ſi aliquis poſſidebat rem aliquam in Italia per annum, vel contraxit habebat exceptio. & hic annus extendebatur aliquando vſque ad. v. aliquando vſque ad decennium: quia putabantur nihil dies in quibus aliquis poterat agere. & hoc corrigit Imperator, dicens quòd hic annalis exceptio ceſſet: & habet locum. xx. vel. xxx. niſi in hypotheca, quæ extenditur vſque ad. xl. an. Omnes aliæ actiones perſonales mixtæ, vt actio famil. erciſcund. &c. tollantur vſque ad. xxx. an. & ita demū currat præſcriptio, ſi non præſumpatur per litis cōteſtatio. & hoc in ſecunda. Sed an ſilijs in aduentitijs currat præſcriptio, hic quæritur? Dicitur quòd non, cum patri non acquiratur: quia cum eſt in poteſtate, etſi agere vellet, non poſſet. & hoc in tertia. Vlpianus.

m *Debeant.* quæ ignoramus.

† *Tenor huius. §. poniturſub brevibus verbis in c. 2. in verſic. verū ex parte abbatis. cit gl. ſuper verbo, retentionis, extra de ord. cog.*

a *Ad decennium.* quia vtilis erat annus.
b *Decennio.* vt. ſ. de præ. long. temp.
c *Triginta.* vt. ſ. de præſcript. xxx. an. l. ſicut.
d *Minoribus ſpacijs.* ſcilicet triennio vel quadriennio, vel ſimilibus: vt. ſ. de vſucap. transfor. l. j. & de quadrien. præſcript. l. j. & per totum titulum.
e *Prohibet.* non ſolum noua conſtituit, ſed etiam conſtituta renouat.
f *Legitimus modus.* qui multi ſunt: vt no. ſ. tit. j. l. cum notiſſimi. §. ſed & ſi quis.
g *Hypothecaria.* contra debitorem competere.
h *Quadraginta annorum.* Sunt & alij caſus vbi præſcriptio xl. ann. locum habet: vt. ſ. tit. j. l. fina. &. l. competit. & j. de fun. patrimo. l. fin. lib. xj. &. ſ. de ſacroſan. ec. authē. quas actiones. Sunt & aliæ quæ nullo tempore tolluntur: vt præjudicialis quæ libero datur homini bona fide poſſeſſo: vt. ſ. de præſcript. long. temp. quæ pro lib. l. fin. Item populus Romanus viam non vtendo amittere non poteſt: vt ff. de via pub. l. viam publicam. Sed quid ſi cum eſſet bonę fidei poſſeſſor, & præſcribēdo rem, amiſit poſſeſſionem per inundationem: vt. ff. de bo. auctor. iudi. poſſeſſ. l. cum vnus. §. fin. an inundatione ceſſante ſuccurratur mihi per in integrum reſtitutionem? quod videtur: vt. ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. ſi quis propter inūdationem. Sed argu. contra. eſt. ff ex quib. cau. ma. l. ſciendum. ADDITIO. Iſtud eſt verum, vt dicit Barto. hic. Ratio eſt, quia non debet quis reſtitui ad lucrum faciendum cum aliena iactura: vt. d. l. ſciendum. in gloſſ. alle. &. ff. de furtis. l. ſi is qui. j.

Actiones aliquæ non tolluntur tempore.

¶ Deinde illud ſpacium annale alij quidem ita effuſe interpretabantur, vt poſit vſque ad decennium[a] extendi. ¶ Alij iudicantes, vſque ad quinquennium ſtandum eſſe putauerunt. ¶ Et in noſtris temporibus ſæpius ſuper huiuſmodi calculo à iudicibus variatum eſt: vnde nec facilè ſuum effectum in litigijs oſtendere huiuſmodi exceptio valuit. ¶ Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones vel præſcriptiones ſufficiant, huiuſmodi difficultatibus illigari noſtro ſubiectos imperio minimè patimur. ¶ Ideoque memorata annali exceptione penitus quieſcente, aliæ omnes legitimæ exceptiones & præſcriptiones, in iudicijs ſuum vigorem oſtendant: ſiue quæ ſuper decennio, [b] vel viginti vel triginta [c] vel quadraginta annis introductæ ſunt, ſiue quæ minoribus ſpacijs [d] concluduntur.

Familiæ erciſcundæ, & communi dividundo, vnde naſcatur, & quibus competant.

i *Communi dividundo.* in his prædictis duobus diuiſorijs duo dixit M. primū, quòd naſcantur ex voluntate, ſcilicet tunc quando volui diuidere. & pro hoc eſt. ff. fami. erciſcun. l. j. Secūdum quòd ei tantum qui non poſſidet, currit præſcriptio: nam & non poſſidenti dantur hæc iudicia: at ſi poſſideret, nulla currit præſcriptio: cum non currat aliqua contra poſſidentem. pro hoc eſt ſupra titu. j. l. male agitur. Sed in vtroq; male dixit, primo quia non ex voluntate, ſed ex quaſi contractu naſcuntur: vt inſtitu. de ob. quæ ex quaſi contractu. §. item ſi inter. &. §. idem iuris, licet dicatur eas competere, volentibus à communione diſcedere: vt d. l. fami. erciſc. l. j. ſed & ſi illud eſſet verum quòd ex voluntate naſceretur, poteſt velle: ergo velle videtur: vt. ff. de regu. iur. l. qui poteſt. Item & poſſidenti currit: nam non curric vt dominio præſcribatur, ſed diuiſioni, vt non poſſit imperare diuiſionem: nam & aliàs eſt res communis, nec tamen intrendi poteſt diuiſorium iudicium: vt. ff. de alie. iudi. l. fina. & de rebus eorum. l. ſi pupillorum.

Actio proſcin quando incipit competere.

k *Finium regundorum.* ſunt enim hæc tria mixta: vt inſtit. de act. §. quædam. Accurſius.
l *Proſocio.* ſed quando hęc incipit competere? Reſpon. dic eam non competere ſocietate durante: vt ſupra pro ſocio. l. tandiu. & dic vt ibi An autem imputetur ſi non renunciet, vt ſic faciat competere ipſo iure: quod videtur per. d. l. de reg. iur. qui poteſt. & ſic amittit ius renunciandi? Reſpon. non: quia ſi renunciaſſet alteri intempeſtiuè, teneretur: vnde non videtur poſſe, quod commodè non poteſt: vt. ff. de verb. ſign. l. nepos Proculo. Item & ſi potuit renunciare, & non fecit, hoc profuit ſocio.

Annalis exceptio ſuper Italico contractu tollitur, & aliæ præſcriptiones legitimæ confirmantur. hoc dicit. Vel ſic: Actiones perſonales & mixtæ tolluntur triginta annorum tempore, niſi præſcriptio ſit interrupta. hypothecaria quadraginta annis durante contra debitorem, vel eius heredem: & interruptio per litis conteſtationem in. xl. ann. perpetuat actionem, hoc dicit vſque ad §. ne autem. Salyceius.

A non obijcit ergo alij culpam is qui lucrum inde fecit, iuxta illud: Vt culpent alij, &c. vt. ff. de iur. do. l. cum in fundo. §. j. Item tertia ratione: quia renunciare eſt ex libero arbitrio: quod non eſt ſic in iure offerendi: quod ex pacti neceſſitate fit & recipitur. Item quæro de actione perſonali ex teſtamento, puta competente pro ſeruiture legata, ſi non vtatur. xxx. ann. ipſam enim ſeruitutem, vel confeſſoriam tolli cōſtat. x. an. vel. xx. vt. ff. quibus mod. vſusfruc. amit. l. j. Sed & actionem perſonalem dicam tolli. xxx. an. vt hic, vel ipſo iure, vel (quod verius eſt) ope exceptionis: cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis &c. vt. ff. de ac. & ob. l. obligationum fere. §. placet. & plenè diximus. ſ. de vſufru. l. cor ruptionem. Et contra de negatoria dubitatur, & conſtat quòd quandoque ipſo iure tollitur, & acquiritur ſeruitus: vt in aqua, & alijs quæ habent perpetuam cauſam. Sed quid de his quæ non habēt perpetuam cauſam, vel quaſi? Poteſt dici quòd licet nō acquirantur, tamen elapſis. xxx. an. obſtat exceptio: ſicut & dominium rei tanto tempore non acquiritur, tamen exceptio vindicāti obijcitur ab eo: & ſic non poteſt contradicere: vt. ff. de ſeruit. rutti. prę. l. per ſtudium. Vel aliter, dicunt quidam plures eſſe itiones, & plures actiones negatorias. & ideo non currit niſi in illis itionibus (aliàs actionibus) quæ fieri debuerunt, iam ſunt. xxx. ann. Sicut & in ſtipulationibus, & in legatis annis: vt. ſ. tit. j. l. cum notiſſimi. §. penul. Sed licet ſint plures actiones, tamen vna agi poteſt: vt & de pluribus hereditatibus datur vnum iudicium fami. erciſcund. vt. ff. fami. erciſcund. l. heredes. §. ſi inter me. & argum. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſi plures. Trē quæro de pignoratitia actione, quando naſcatur: & ex quo tempore currit præſcriptio? Et dicunt quidam naſci demum ſoluta pecunia, vel aliter ſatisfacto: vt. ff. de pigno. act. l. ſi rem. j. §. omnis. Hæ ſunt enim conditiones eius: vt ff. de pigno. l. grege. §. penul. & hoc ſecundum Bul. Alij vt P. quòd etiam prius naſcatur, ſed non intentatur: vt in actionibus quibuſdam dicitur &. ff. de tut. & ra. diſ. l. ſi tutor §. fin. &. l. ſeq. Ex quo ergo tempore currit ei præſcriptio? Reſpond. ex quo competit eum effectu, non prius: vt infra ea. l. § fina. & hoc de iure. de effectu etiam prius tollitur. nam cum tollitur ius offerendi: vt notaui. ſ. titu. j. l. cum notiſſimi. §. j. in fin. §. ergo & pignoratitia. Sed ſublata pignoratitia, an poſſit debitor agere rei vindicatione? Reſpond. vtique: nam cum debitor vſucapit poſſidente creditore, vt. ff. de vſucap. l. ſeruus. acquirit dominium: non amittit dominium, ſi habet vnde intenter rei vindicationem, vel pro vereti, vel pro nouo quæſito dominio. nec dicat quis verbis legem ſtatui, quia tollitur pignoratitia, & remanet rei vindicatio: quia grauius erit debitori probare dominium, quàm eſſet traditionem pignoris.

Actio perſonalis ex teſtamento quā to tempore tollitur.

Actio pignoratitia quādo naſcitur, & ex quo tempore currit præſcriptio.

m *Nata eſt.* hyſteron proreron, id eſt, conuerſus ordo: vt. ff. de rerum diui. l. riparum, & inſtitu. eo. titu. §. riparum.

Hyſteron proteron eſt ordo conuerſus.

n *Dicebatur.* quia dicebant eam renouari ex aſſidua contrectatione: & ſic præſcriptionem per nouam contrectationem interrumpi: ſed malè, quia non ideo plus fit furtum: vt. ff. de fur. l. ei qui.
o *Finiti.* vt. ſ. titu. j. l. ſicut. &. l. omnes. &. l. cum notiſſimi. & de conſti.

conſtit. pec. l. ij. &. j. vnde vi. l. fin. in fine.
a *Promulgauit.* vt. ſ. titu. j. l. fin.
b *Sanctio.* id eſt, ius de præſcriptionibus conſtitutum.
c *Minime.* vt alia aduentitia. de maternis enim erat diſpoſitum: vt hic, &. ſ. de bo. ma. l. j. in fin.
d *Temporalem.* perpetuam etiam hic temporalem appellat: quia tempore finitur, & hoc in acquiſitis. in acquirendis autem, ſibi & patri nocet filius: vt. ſ. qui admit. ad bo. poſ. l. j. & de acqui. poſſ. l. fin.
e *Quis enim.* quaſi dicat, nemo: vt hic, &. ff. de doli excep. l. pure. §. fin. &. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſi. &. ſ. de bo. quæ lib. l. fin. & de iure do. l. in rebus. in fi. &. ſ. eiu. j. l. cum notiſſimi. §. illud. &. ff. de ſerui. ruſti. præ. l. & Attilicinus &. ſ. de bo. ma. l. j. & in authen. niſi. &. ff. de vſur. l. cū quidam. §. ſi pupillo. & ad Sylla. l. ij §. elegauter. Accurſius.

Non poteſt impetrare rem hereditariam eſſe ſuam.

Adiudicatus non tenetur.

Adiudicatus ſibi.

VT perfectius] GAIVS Si aduerſarius abſens fuerit, vel furioſus, vel infans, vel meru habeat imperium, ita vt eum cōuenire nō poſſim: auctoritate mea rem de qua lis eſt, nō poſſum auferre: ſed debeo potrigere libellū præſidi, & interrumpere præſcriptionem. ſi præſes non eſt, porrigam epiſcopo. ſi epiſcopus præſens non eſt, mittam libellum ad ædes aduerſarij: & proteſtabor coram teſtibus, me velle eum conuenire ſi poſſem: & ſic ſua interrūpetur præſcriptio.

Vt perfectius. quàm olim eſſet conſultum.
g *Abſentia* vt. ff. ex quib. cau. ma. l. j. &. l. item ait.
h *Potentia.* Potens eſt, qui habet merum imperium, vnde non conuenitur: vt. ff. de in ius vocan. l. ij. & ad hoc. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. fin. in princ. ſecus ſi minor magiſtratus: vt. ff. de iniūr. l. nec magiſtratibus. in caſu etiam maiores: vt. ſ. ad leg. Iul. repe. l iubemus.
i *Vel infantia.* ſubaudi, vel furore. hic enim conuenīri non poteſt: vt. ff. de in ius voc. l. quique. &. l. neque. & ad hoc. ff. de mino. l. ait prætor. §. j.
k *Adire.* hodie prius eſt adeundus defenſor ciuitatis: quo deficiente, tunc præſes, & deinde imperator: vt in authen. de defen. ciui. §. & iudicare. & de man. prin. §. & non permittes. colla. iij.
l *Præſidem* ſcilicet per ſe.
m *Vel,* pro &. Vel dic vel, pro id eſt. Vel dic. ſ. per procuratorē.

A n *Domicilium.* No. ſufficere denunciari ad domum, etiā ſi non perueniat in notitiā eius cui nūciatur: vt. ff. de dam. infec. l. iij. §. prætor. & § tories. &. ff. quod vi aut clam. l. aut qui. §. j. Sed arg. cōtra. ff. quæ ſen. ſine appel. l. j. §. item cum ex. Sed dic vt ibi.
o *Tabulationum.* id eſt, tabularij. dic. ſ. de iure delib. l. ſi §. ij.

Vſucapio an impediatur per litis conteſtationem.

p *Triennij.* No. ergo vſucapionē interrumpi litis conteſtatione. & ſic eſt contra. ff. pro empt. l. ij. §. fin. &. ff. de rei vind. l. ſi poſt acceptum. Sol. ſecundum M. hic corrigit, vt idem ſit in vſucapione quod in præſcriptione, ſcilicet quòd interrumpatur: vt. ſ. de rei vindic. l. morę. Tu dic ſecundum Io. quòd hęc lex loquitur ſpecialiter in quatuor caſibus: ſcilicet quando aduerſarius eſt furioſus, vel infans, vel abſens, vel in poteſtate poſitus, aliàs ſerua quod in illis contrarijs legibus cōtinetur, quod enim ſpecialiter dicitur, non trahitur ad conſequentiā: vt. ff. de leg. & ſenatuſconſ. l. quod contra. Item quæro, an reſtitutio in integrum amodo denegetur, quę datur cōtra abſentes ex illo tit. ff. ex qui. cau. ma. l. j. & l. ait prætor. §. fin. &. l. ſed & ſi per prętorem. § ait? Reſp. non. cum enim hæc lex inducat hoc pro priuilegio, nō debet in eius læſionem retorqueri: vt &. ſ. de leg. & con. l. quod ſæuore.

† *Concor. c. 1. cum gl. ſuper ver. publicè. extra de poſtu. prela.*

q *Vel quadraginta annorum.* immo videtur quòd ſolæ prætoriæ & annales taliter interrumpantur: vt. ſ. quādo lib. princip. da. l. j. & ij. Sed hic ſpeciale, vt interrumpantur. Et concordat huic. l. ſ. de epi. audi. l. ſi præſens. &. l. fin. &. ſ. de non nu. pec. l. in cōtractibus. §. fina. Ac.

Data Cōſtantinopoli Kal. Octob. poſt cōſulatum Lampadij & Oreſt. VV. CC. Conſ. Cōtius ex. l. vlt. ſ. de epi. aud.

† *Data Cōſtantinopoli Kal. Octob. poſt cōſulatum Lampadij & Oreſt. VV. CC. Conſ.*

SIex multis.] GAIVS. Tenebatur mihi quisad. x. ex cauſa locationis: & ad alia. x. ex cauſa venditionis: & ad alia. x. ex cauſa mutui. ſi. x. petiero nō expreſſa cauſa: an interrumpatur præſcriptio in omnibus. x. quæritur? Reſpon. quòd ſic, in ſi. l. & hoc in prima. Item ſi tenearis mihi ad. x. ex cauſa mutui, & pignora obligatti: & peto. x. certi condic. ex mutuo: an hypoth. præſcriptio interrumpatur, quæritur? Dicitur quòd ſic. & hoc in ſecunda. Si vero tenearis mihi ex pluribus cauſis, & in libello meo certam quantitatem non expreſſi, nec cauſam, ſed dixi ſic, conuenio te, quia mihi es obligatus: quæritur, an ſint perpetuatæ omnes actiones quibus mihi tenebaris? Dicitur quòd ſic. & hoc in tertia. Viuianus.

Si poſſeſſor præſcribens conueniri non poteſt propter abſentiam, potentiam, infantiam, vel furorem: poteſt fieri interruptio præſcriptionis per denunciationem factam præſidi, vel epiſcopo, vel defenſori loci, & vltimo ad domicilium poſſeſſoris in forma hic tradita Baldus. Vel ſic: Si poſſeſſor præſcribens eſt abſens, vel furioſus, vel infans, tutore vel curatore carens, ſine in potentia eminens: poteſt ei fieri interruptio præſcriptionis, porrigendo libellum coram præſide, & ſucceſſiue coram epiſcopo vel defenſore: & vltimo per publicam & ſolennem proteſtationem factam ad eius domum. Salyceius.

11. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

VT perfectius f omnibus conſulamus, *& nemini abſentia g vel potentia h vel infantia penitus aduerſarij ſui * noceat, ſed ſit aliqua inter deſides & vigilantes differentia: ſancimus, ſiquando abfuerit is qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & deſiderat dominus rei vel creditor ſuam intentionem proponere, & non ei licentia ſit abſente ſuo aduerſario qui rem detinet, vel infantia i vel furore laborante, & neminem tutorem vel curatorem habente, vel in magna poteſtate conſtituto, ſua auctoritate eas res vſurpare: licentia ei detur adire k præſidem l prouinciæ, vel m libellum ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere intra conſtituta tempora, & interruptionem temporis facere, & ſufficere hoc ad pleniſſimam interruptionem.

¶ Sin autem nullo potuerit modo præſidem adire, ſaltem ad locorum epiſcopum eat, vel defenſorem ciuitatis, & ſuam manifeſtare voluntatem in ſcriptis deproperet. ¶ Sin autem abfuerit vel præſes, vel epiſcopus, vel defenſor ciuitatis: liceat ei proponere publicè † vbi domicilium n habet poſſeſſor, ſeu cum tabulariorum o ſubſcriptione, vel ſi ciuitas tabularios non habeat, cum trium teſtium ſubſcriptione: & hæc ſufficere ad omnem temporalem interruptionem, ſiue triennij, p ſiue longi temporis, ſiue triginta vel quadraginta annorum ſit. Omnibus alijs quæ de longi temporis præſcriptione, vel triginta vel quadraginta annorum q curiculis conſtituta ſunt, ſiue ab antiquis legum conditoribus, ſiue à noſtra maieſtate, in ſuo robore durauris. †

Citatio facta ſuper vna ſumma, cauſa non expreſſa, vel ſuper obligatione cauſa non expreſſa, nec vna ſumma: ſufficit ad interruptionem omnium quæ poſſunt ſub tali generalitate comprehendi. Et interruptio facta in perſonali, perpetuatur in hypothecaria, & econtra. hoc dicit ſecundum Bald. Vel ſic: Generalis petitio re, quantitate, vel cauſa, citatione ſecuta, ſufficit ad interrumpendum præſcriptionem in omnibus quæ ſub illa petitione poſſunt includi. hoc dicit: & eſt hæc lex ſingularis, ideo notanda ſecundum Salyceium.

FFF ij *Si ex*

a *Ex hac gloss. not. quòd defectus exceptionis propo nenda efficit validū quod alias esset in nullidū. text. est bonus in l. 3. de exeu. tuto.*

a *Si ex multis.* a Tres ponit quæstiones hæc lex. Prima, cum mihi deberentur similes quātitates ex pluribus causis, & vnam quantitatem sine causæ mentione expressi: quæritur, an omnes actiones pro simili quantitate perpetuasse videar, an nullam: an vetustissimam? Secunda, si fiat de personali actione libellus tantum, vel de hypothecaria tantum: an super vtraque videatur fieri interruptio? Tertia, an si nec causa, nec quantitas sit expressa, sed tantum dicatur obnoxius: an omnes sint perpetuatæ? Et omnibus respondet quòd sic. Sed quid si vnam causam & quātitatem expressit: an perpetuat cæteras? Respon. non: licet quidam dixerunt quòd sic, per legem istam, ibi, vel vnius quidem, &c. &. ff. de iudi. l. solemus. quod Io. non placet. nam nec qui contestatur in actione ad exhibendum viderur contestari in rei vindicatione: cum & post litis contestationem in actione ad exhibēdum completur vsucapio: & claudit viā vindicationi: vt. ff. ad exhiben. l. Iulianus. §. quātum. &. l. solemus. intellige vt ibi: & istam constitutionem similiter, vt ibi dices. Item quid si ex vna causa debeantur mihi tria, & ex alia. x. & ex alia xx. & petam. x. an videat omnia petere? Respond. non, sed solā. x. licet videatur debere esse in electione actoris, in quam causam eligat: vt. ff. de iudi. l. si quis intentione. Item quid si generaliter dicam eum mihi obnoxiū, sed postea per sacramentum calumniæ cōfitear me de vna summa sensisse? Respond. non perpetuantur omnes, sed illa sola: vt. ff. de execu. rei iudi. l. si ex testamento. Item quid si tenearis mihi hereditatis petitione propter res sitas hic, & etiam Mutinæ: & te conueniam hic: an etiam illic videar interrumpere? Respon. non: quia nec actor hic de illis agere potuit: nec reus valuit respondere. Quidam tamen contradixerūt tali ratione: quia & coram non ordinario interrumpitur præscriptio: vt. ff. eo. l. vt perfectius. Sed nos dicimus in illis casibus esse speciale. Item quæro, quomodo huiusmodi libellus fuerit receptus, cum non fuerint in eo ea quæ sunt necessaria, scilicet tria: vt. ff. de edendo. l. edita? Respon. sponte recepit reus de iustitia sua confisus, & propter timorem testium decedentium, vel alias moras. ADDITIO. Aduertas secundum Bar. hic pro intellectu istius. l. quòd ad hoc vt interrumpatur præscriptio per citationem, necesse est quòd de hoc saltem constet reo, vtrum agatur actione personali, vel in rem, vel vtrū agatur de quantitate, vel an de specie. Vnde si quis fecit citari quempiam generaliter, vt veniret ei responsurus de iure, hoc non sufficeret ad interrumpendam præscriptionem.

Litem cōtestās in actione ad exhibendum, non videtur contestari in rei vindicatione

Præscriptio interrūpitur etiam coram nō ordinario.

Libellus incertus non debet admitti.

III. Idē A. Ioanni præfecto prætorio.

SI ex multis a causis quidam obnoxium habens, & maximè ex similibus quantitatibus, in vnius quidem causæ summa libellum conuentionis composuerit, causam tamen non expresserit: apud veteres agitabatur, an videatur omnes causas in iudicium deduxisse, an vetustissimam earum, aut [omnino] nihil fecisse, cum eius sensus incertus esse apparebat. ¶ Sed & in iudicijs in multis casibus b tales altercationes ventilatas inuenimus, & maximè propter longi temporis interruptionem. Si enim personalis fortè fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem euanescere taciturnitate sopitam. ¶ Et si quis generaliter dixerat obnoxium sibi aliquem constitutum: aliæ dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones huiusmodi narratione contineri credantur, c an vero quasi silentio circa eas habito, tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei acquisito. ¶ Sancimus itaque nullam in iudicijs in posterum locum habere talem confusionem: sed qui obnoxium suum in iudicium clamauerit, & libellum conuentionis ei transmiserit, licet generaliter nullius causæ mentionem habentem, d vel vnius e quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones, vel hypothecarias continentem, f nihilo minus videri ius suum omne eum in iudicium deduxisse, & esse interrupta temporum curricula: cum contra desides g homines, † & sui iuris contemptores, odiosæ exceptiones opposítæ sunt.

A b *Multis casibus.* id est non solum in præcedenti: & ideo subijci alium qui incipit, si enim &c.

c *Credantur.* Ecce tertia quæstio.

d *Mentionem habentem.* vt fuit in vltimo casu, & hoc propter incertitudinem: quia incertum est quę magis videatur perpetuata. argu. ff. de iur. fisc. l. ita fidei. &. ff. de ap. l. scio. §. quid ergo. &. l. appellanti. & de ope. no. nun. l. de pupillo. §. si plurium. & de auro & argen. leg. l. Plantius. &. ff. de diuor. l. fina. Arg. contra. ff. ad legem Iuliam de adul. l. denunciasse §. j.

† *Contra. a. audiris. cum glo. super verbo, imponas. vers. sed nunquid de præsupp.*

e *Vel vnius.* scilicet causæ, id est quantitatis debitæ ex vna causa: non tamen expressit causam, vt fuit in primo casu. & sic nota quòd soluit primā quæstionem. Alij hoc intelligunt, quòd expressit summā & causam, & sic dicūt quòd si petij decem ex causa mutui, videar in omnibus alijs interruptionem facere, ex quibus mihi teneris. Dic ergo vnius causæ, id est quantitatis debitę ex vna causa, non tamē causam expressit. Accursius.

f *Continentem.* nunc soluit secundum, secundum Azo. & hoc propter incertitudinem: quia incertum est &c.

g *Desides.* Not. vt. §. de rei vindic. l. moræ. & de inofficioso testamen. l. contra maiores. &. §. de rei vxo. act. l. j. in fine.

1. Imp. GORDIANVS. A. Marco.



VAmuis fluminis naturalē cursum operę manu facto aliò non liceat auertere, tamen ripam suam aduersus rapidi amnis h impetum munire prohibitum non est. i ¶ Et cum fluuius priore alueo derelicto, k alium l sibi facit: ager quem circumit, prioris domini manet. m Quòd si paulatim † ita auferat, vt alteri parti applicet: id alluuionis iure ei quæritur, cuius fundo accrescit. n

Cui accrescit emolumentum per alluuionem, accrescit & onus. Bald. Vel sic: Propter decrementum per alluuionem prouenientes debent tributa minui pro rata decrescenti: & econtra propter crementum debent augeri. Salyceus

II. Impp. ARCADIVS, HONORIVS & THEOD. AAA. Cæsario præfecto prætorio.

HI quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores

De ALLVVIONIBVS, & paludibus, & pascuis ad alium statum transfiatis.

Naturalem cursum fluminis mutare non licet: nisi muniendo ripam quis prædio suo consulat sine magno incommodo vicinorum: & potentia incrementa illorum sunt quibus prius erant: latentia autem iure alluuionis accrescunt illis qui sunt domini fundi cui se applicant. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Flumen alio auertere est prohibitum: ripam autem præmunire est permissum. & mutato alueo non perditur dominium fundi circuits per ipsum: nisi paulatim accreuerit alteri. Salyceus

h *Amnis.* id est fluminis.

i *Non est.* sine magno incommodo accolarum: vt. ff. ne quid in flumine publico. l. j. §. sunt qui putant. &. ff. de ripa munienda. l. j. §. is autem.

k *Derelicto.* in totum, vel in partem.

l *Alium.* scilicet alueum.

m *Manet.* vt. ff. de acquirēdo rerū dominio. l. adeo. §. insula ibi, quòd si ex vno latere &c. & instit. de rerum diuisione. §. insula.

Accrescit. vt. ff. de acquir. rerum do. l. adeo. §. præterea. & instit. de rerum di. § præterea. Sed hoc fallit in agris limitatis: vt. ff. de acquiren. rerum do. l. in agris.

Hi quos.

HI quos.] CASVS. in Aegypto aliquando Nilus inundat: A ex cuius inundatione aliquid accrescit possidenti prædia tributoria, & alij detrahitur: an census vnius augeri, alius deminui debeat, quæritur? Dicitur quòd sic.

a *Liberentur.* num cui accrescit emolumētum, accrescit & onus & econtra: vt hic, &. §. sine cen. vel re. l. fi. &. §. no. vecti. instituti non poss. l. j. in fin. &. ff. de ser. rusti. præ. l. imperatores. Sed argu. contra supra de iure emphy. l. j. Item contra. j. l. proxi. in princ. Sol. vt ibi.

b *Defensi.* illi quibus alluuionis iure accreuit. & sic vsque in fin. vel verius illi quibus est imminutum. Item quod dicit, largitare, ideo dicit, quia damus ei immunitatem. Item quod subijcit, respondeant, &c. pro tanto quantum sibi remansit: vt. §. de anno. & rei. l. ij. lib. x. &. ff. de censi. l. forma. §. j. &. ij.

c *Deuotioni.* id est, deuote soluant.

† *Iure licet inter quod Aegyptus Nilum de limi aqui fi, circumeuehens ex Cedre Tibeo Autiogro.*

EAque. CASVS. Si in Aegypto per Nilum, siue in alijs prouincijs per flumen aliquid alicui accreuerit: illud nec à fisco vendatur, nec petatur: nec illi cui accreuit: separatim propter hoc census nouus imponatur: vetus tamen augebitur cum aliquid accreuit. & hoc in prima. qui vero pro paludę vel pascuis modicum præstant census: si per eorum diligentiam ad culturam redigātur, & ad frugum fertilitatem translata sunt: illa non petantur à fisco, nec vendantur nec census augeatur. & hoc in secunda. In tertia parte imponit pœnā temeratori huius. l. scilicet vt puniatur in. l. libris auri. & officialis præfecti prætorio eadem pœna punitur, si alicui suggesserit quòd possit venire contra statuta huius. l. vel si preces peritoris introduxerit vt liber sit ab huius. l. obseruatione. Vivianus.

† *Contra. c. non id. Ferrariēsis, cum glo. super verb. indubitata. extra de constitu.*

d *Ab arario vendi.* vt propria. vendit tamen ob cessationem tributorum. Azo. Vel non vendit separatim augmentum, sed totaliter: vt subijcit.

e *Peti.* à quolibet pro fisco.

f *Separatim censeri.* id est, censui adscribi.

g *Exigi.* huic est contrarium supra. l. proxi. cum ibi dicat eum grauari in plus cui accreuit. Sol. ibi separatim accreuit, ita quòd discerni potest vnum ab alio. hic nō, sed per alluuionem: quia alluuio discerni non potest. Vel hic non censetur, scilicet separatim: sed totalis precij facta computatione. Sed quæritur, quid prodest non fieri separatim? Respond. si fieret separatim, & non offerret chartam professionis: omne ius amitteret: vt. §. fine cen. vel re. l. fin. hic autem non amittet: vt. §. de vecti. & commis. l. iij. Accursius.

h *Vitia.* impropria, id est, priuilegia & potestates quæ sunt vt vni auferant, & alij donent: vt. ff. de acquir. rerum do. l. ergo. §. alluuio. Refertur ergo hæc ratio ad id quod dicit, neque ab ætatio vendi, neque à quoliber peti. Alij vt P. dicunt quòd respicit legem superiorem, scilicet quòd illi quorum patrimonium est minutum, releuari à tributis debent: non quasi per eorum vitium sit minuta possessio. argu. ff. de cen. l. vitia & ita pro terris quas possident, tributorum præstationem agnoscant. ¶ Et qui suum deplorant patrimonium deminutum, * alieno saltem functionis onere liberentur, a & nostræ serenitatis largitate defensi, b locorum etiam possessione contenti pro agitandi census examine respondeant deuotioni. c

Latentia incrementa ad fiscum non pertinent: nec separatim de his censetur, aut pro his sensus exigitur: nec est agendus census, licet possessio efficiatur fertilior sumptu & solicitudine possessoris, puna contradicentibus imminente. Bald. Vel sic: Incrementum alluuionis non debet per se censeri, sed vnum corpus cum eo cui accreuit, iudicari: & impugnatio terræ, vel melioramentum culturæ non facit tributa accrescere. Salyc.

III. Impp. THEODO. & VALENTINIANVS AA. Cyro præfec. prær.

EA † quæ per alluuionem, siue in Aegypto per Nilum, siue in alijs prouincijs per diuersa flumina possessoribus acquiruntur, neque ab ærario d vendi, neque à quolibet peti, e nec separatim censeri f vel functiones exigi, g hac perpetuò valitura lege sancimus: ne vel alluuionum ignorare vitia, h vel rem noxiam i possessoribus videamur inducere. ¶ Similiter † nec ea quidem quæ paludibus antea vel pascuis videbantur adscripta, k si sumptibus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, l vel functiones exigi concedimus: ne doleant m diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligentiam suam sibi damnosam iudicantes intelligant. n ¶ Cuius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coërceri decernimus: inter quos habendum est officium o quoque tuæ sedis excelsæ, si aliquid huiusmodi casus suggesserit disponendum, vel si preces introduxerit petitoris. Dat. XI. Kal. Octob.*

B

TITVLVS XLII.

DE SENTENTIIS præfectorum prætorio. †

Non appellatur à sententia præfecti prætorio, sed supplicatur principi: & si sententia lata sit protepublica, durat biennio hæc potentia supplicandi. Bald. Vel sic: A sententia præfectorum prætorio non appellatur, sed intra biennium principi supplicatur. Salyceus.

I. Impp. † DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. Thalassio præfect. præt. Illirici.



ITigantibus in amplissimo prætorianę præfecturæ iudicio, p si contra ius q se læsos affirment, non prouocandi, r sed supplicandi licentiam ministramus: licet pro † curia, vel qualibet publica vtilitate, seu alia causa dicatur prolata sententia. nec enim publicè s prodest singulis legum admiricula denegari: ita videlicet, vt intra biennium tantùm nostro numini t contra cognitionales sedis prætorianæ præfe-

D tis, & sic postquam præfecto iudici incepit posse succedi: hoc est à tempore latæ sententiæ à præfecto. Vel dic, post successionem, id est, post sententiam latam à præfecto qui alij iudici successit. & hoc in secunda.

p *Iudicio.* id est, coram præfecto prætorio.

q *Si contra ius.* b scilicet litigatoris, non legis, vel constitutionis: quia tunc ipso iure non valeret sententia: vt. ff. quæ sent. sine ap. l. j. in princ. Accursius.

r *Prouocandi.* vt §. de preci. impe. off. l. si quis. &. ff. de offi. præfect. præto. l. j. §. his cunabulis. & sic speciale est in eo, sicut & in episcopo: vt supra de episco audi. l. episcopale. Item secundo est speciale, quia dat in integrum restitutionem contra suam sententiam ipsemet, & non aliusː vt. ff. de mino. l. in causæ. ij. in fin. &. l. præfecti. Item facit supra de offic. præfecti prætorio Orientis l. normam.

s *Nec enim publicè.* immo nocet. expedit enim reipublicæ, &c. vt instit. de his qui sunt sui vel ali. iur. §. fin. &. facit. j. de eman. l. nec auus. &. §. de cadu. tol. § fin.

t *Nostro numini.* aliàs nomini, id est, nobis. sed hodie fieri potest ipsi præfecto, vel eius consiliarijs intra decem dies. & præstita fideiussione mandat sententiam executioni: vt. §. de pre. imper. offe. authen. quæ supplicatio. sed si non supplicetur prædicto modo, nihilo minus sit principi intra biennium. Accursius.

l *Censeri.* quid si non separatim? Respondetur, idem videtur.

m *Ne doleant.* a nam cum labor in damno est, mortalis crescit ex gestas: vt hic, &. j. de omni agro deser. l. fin. lib. xj. & in authen. de iudi. §. ne autem. col. vj.

n *Intelligant.* immo fructuosam: vt. §. de positi. l. fina. &. ff. ad leg. Falcid. l. iij. &. ff. de ap. l scio. §. quid ergo. &. ff. de rei vind. l. certum. &. ff. loca. l. cum colonus. Sed argu. cōtra. §. de iudi. l. properandum. §. sin autem ex gestis.

o *Officium.* id est, officiales tui.

DE SENTENtijs præfectorum. prætorio.

Qualiter per præscriptionem res quæruntur, dixit, nunc qualiter per sententias, audi. Et primo de ea quæ datur ab excellentiore post principem.

Litigantibus. CASVS. Si præfectus prætorio inter aliquos iudicauerit, & altera pars se læsam affirmet: an à sententia possit appellare, quæritur? Respō. quòd non: sed principi potest ipsi præfecto, vel eius consiliarijs intra decem dies. & præstita fideiussione mandat sententiam executioni: vt. §. de pre. imper. offe. authen. quæ supplicatio. sed si non supplicetur prædicto modo, nihilo minus sit principi intra biennium. Accursius.

a Concor. in c. cum clerici super verbo pēsiones. extra. si. extra de pac.

** Constantinopol. Valen. A. V. & Anath. V. C. Cōss. Cōtius.*

† *ad horum exemplum veteres reges Francorum suos maiores siue præfectos palatij habuerunt. prætorium enim appellatur hic taberna culum principis: vt ex Asconio scribere licet. Cōtius.*

† *In omnibus exēplaribus manuscripti, est inscri. Theodos. & Valentin. & c. Extat enim & hæc lex inter Nouellas Theodosij impressas cū breuiario Alarici. Cōtius.*

† *Tollit hic veterē legem quæ aduersus sententiā pro curia latā appellare prohibebat. Contius.*

b Ista glo. clarius loquendo vult quòd sententia extra expressum iuris errorē non valet: sta meu expressum talē errorem non contineret. valeret, lo. Fa. hic per l. præses prouinciæ. ff. de iud.

a *Post successionem iudicis.* id est, postquam præfecto prætorio iudici successit princeps per inuocationem supplicantis, dicentis, recurram ad principem: quod facere potuit quandocunque post sententiam. & sic passiue intellige. Et hoc casu executioni mandatur sine sideiussione. Vel dic postquam iudici præfecto cœpit posse succedi:

† *In Nouel. Theo. legitur cognit nõe. quod nõ probo. Contin. Supplicatio admittitur vbi appellatio reijcitur.*

hoc est à tenore latæ sententiæ à præfecto. Vel dic tertio quòd præfectus hic de appellatione cognoscebat, quod patet: quia dixerat, contra cognitionales, &c. Poterit ergo intra biennium à sententia primi iudicis supplicari à præfecto, non vltra. quod non placet: quia forte nec intra biennium iudicabit præfectus, cum multa impediant cognitionẽ causæ appellationis & supplicationis: vt vltra biennium extendãtur, nec interim tẽpus currat: vt in authent. vt spontan. §. hoc quoque sanc. imus. col. ix. Vel quarto, id est, post sententiam latam à præfecto qui alij iudici succedit. cum enim fiat per sententiam præfecti: ergo & postquam præfectus successit. De successione autẽ ideo dicit, quia post, sed non statim post, immo quandoq; multo post, & nunquam ante sit hæc supplicatio. Item contra. j. ne liceat in vna eademque causa. l. j. vbi non potest supplicari. Solu. ibi præfectus cognoscebat de secunda appellatione:

† *al. Titus, i. D. Pius. Contius.*

† *Gl. inc. cõstituit. super verbo, gratiam de esse delegi. induxit hãc. l. in aug. quòd iudex potest parẽre cõtumaci in præiudicij alterius. Appellatio intra quod tẽpus debet exerceri.*

postquam non est licitum supplicare vel appellare, scilicet tertio. Item si vsque ad biennium supplicatur, vsquequo durabit? Respon. forte intra idem biennium debet perfici: vel non est tempus statutum: vt. j. de tem. ap. auth. sed lis. Vel dic intra tempus quod appellationem exercentibus datur, scilicet anni vel biennij: vt. j. de temp. ap. authen. ei qui appellat. &. j. de temp. ap. l. fi §. illud. in fin.

QVOMODO[a] ET QVANDO[b] IVDEX *sententiam proferre debeat præsentibus partibus, vel vna parte absente.*

De sententijs omnium iudicum dictum, præmittit quomodo & quando detur. ADDITIO. Nota ex glo. quòd iudices ordinarij & delegati & adsessores eorum debent semper habere præ oculis hæc duo aduerbia, scilicet quomodo & quando: sic extra de accu. ca. qualiter & quando. secundum Bald. hic.

C *Non semper.* CASVS. Habebam controuersiam cum Titio, incepit abesse, instituit vt iudex ferret sententiam: an sit compellendus, quæritur? Respon. quòd non: licet rescripto cuiuslam principis cõtinearur, quòd contra absentes sententia ferri debeat.

b *Pronuncies.* quandoque enim compelleris, vt cum præsens iustam fouet litem, absens iniquam: vt. ff. de iudi. l. properandum. §. sin autem ex gestis. & §. sin autem reus. & ad hoc. ff. de iudic. l. de qua re. Vel secundo dic, non compelleris semper: quia prope finem triennij sit comminatio: ante non: sed potest reo absente, non econtra actore absente: quia tunc tantum prope finem triennij, c secundum Io. vt. ff. de iudi l. properandum. §. in huiusmodi. &. §. j. diximus. & ad hoc ff. de iud. l. non quicquid. Item hic in ciuilibus, sed in criminalibus non proceditur contra absentem definitiue, vllo modo: nisi sit pœna relegationis vel minor imponenda: d vt. ff. an per alium causæ ap. & de pœnis. l. absentem. in princip. &. §. j. & habes. ff. de procur. l. seruum. §. publicè.

e Cum ista glo. transeãt B. B. Ange. & Paul. hic. d Et bene secundum prædi. scribem. hic. e Idẽ Bart. & Paul.

c *Subscriptionem.* sed certe non creditur subscriptioni: vt. ff. de leg. & con. l. ij. Respon. c illud verum cum non contineatur in lege: hic autem continetur: vt. ff. quod met. cau. l. merum autem præsentem. §. sed quod prætor. in fin. ibi, ex qua interlocutione, aliàs, constitutione.

d *Sententiam.* ad idem. ff. de iudi. l. non quicquid.

e *Solere.* non ergo imponitur necessitas ex his verbis & similibus: vt. ff. de offic. præfi. l. sæpe. & l. seq. Accursius.

f *Posse.* de iure quandoque.

Effunde. CASVS. Iudices maiores, pura ordinarij, possunt aliquem vocare in ius per edictum propositum in albo prætoris, minores, vt delegati vel pedanei, non possunt, sed per se, vel per nuncium. Si ergo in causa quam habes cũ Titio, iudex minor Titium vocauerit, nec venire voluit: an ferre sententiam possit, cum non sit propositum edictum peremptorium, quæritur? Resp. quòd sic. Alijs modis potest poni casus: sed dic vt in glo.

Vbi est præsentia personarum, ibi non requiritur peremptorium. Bald. Vel sic: Valet sententia licet peremptorium non præcedat, si tamen præcedat alia monitio tantundem importans. Bart. Vel sic: Monitio iudicis habet vim peremptoriæ citationis. Paul. de Cast. Vel sic: Præter formam peremptorij citatus legitime potest definitiue damnari. Salye.

g *Cessante.* quia antiquitus mittebatur specialis nuncius peremptorij. pone casum in pedaneis, qui citare non possunt.

† *al. simi.*

h *Edicti.* i. non dato. & dic propter personam iudicis qui non potest citare per edicta in albo posita, vbi talia edicta ponuntur, sed requirere, vt si est pedaneus iudex vel delegatus: vt. ff. de iudi. l. sancimus. in fin. & in authen. de exhi. & intro. re. §. si vero etiam quidam. col. v. & de litig. §. omnem vero. colla. viij sed per nuncium potest: vt agu. ff. de arbi. l. fed interpellatur. §. j. Vel dic secundo, cessante, &c. quia non peremptorium fuit datum, sed tres denunciationes, quæ tantundem valent: vt. j. eo. l. tres. & ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax. Vel dicas, cessante, &c. id est, cessante forma huius edicti. Est enim eius forma, vt primo vnum, & postea aliud, & postea tertium: quarto hoc peremptorium: nam hic erat vnum pro omnibus: f vt hic, & ff. de iudi l. ad peremptorium. cum sequentibus legibus. Vel dic cessante, quia ipsemet iudex ei præcepit vt adesset g sententiæ: quo casu esset vere contumax: vt. ff. quibus ex cau. in posse. ea. l. Fulcinius. §. fina.

Citatio per edicta, non per quẽlibet iudicem fieri potest.

i *Admoniti.* ab ipso iudice delegato, vel semel pro omnibus: vt dictum est. Vel dic ter, vel dic à iudice præsente secundum quòd variasti casum. Accursius.

f *Hæc vera fecũdũ Ang. ista littera est verum & nobilior præ cæteris, & reddit hãc. singulariter, scilicet quòd simplex iudex non potest citare per edictum peremptorium: et cõstituit sufficiens in vera contumacia. Bar. P. & Angel.*

g *Et bene Cy. Bart. Bal. Angel. & P. hic.*

h *Idem Bar. Angel. & Odof.*

i *Vbi male, Salyc.*

k *Et male, Bart. B. Ange. & Salyc.*

l *Vide cl. glo.*

m *Et melius secundum prædi. scribem. Ilico.*

TITVLVS XLIII.

QVOMODO ET QVANDO iudex sententiam præferre debeat præsentibus partibus, vel vna parte absente.

Quicquid iudicis potestati committitur, necessitati non subijcitur. Vel aliter: Verbum, solere, in his quæ habent rationem differmem, non inducit necessitatem. Bald. Vel sic: Verba rescripti enunciatiua soliti, non necessitant. Salye. Vel sic: Verba potestatiua non inducunt necessitatem, taco. But. Vel sic: Iudex potest ferre sententiam contra absentem seruatis seruandis, non tamen semper compellitur. hoc dicit secundum Paul. de Castro.

1. Imp. † M. AELIVS ANTONINVS A. Publicio.

N On semper cõ pelleris vt aduersus absentem pronuncies, b propter subscriptionẽ c patris mei, qua significauit etiam contra absentes sententiam d dari solere. e Id enim eò pertinet, vt etiam absentem damnare possis, f † nõ vt omnimodo necesse habeas.

II. Imp. GORDIANVS A. Seuero.

C Essante g quoque causa peremptorij edicti, h audiuerſus eos qui admoniti i iudicio adesse noluerunt, sententiam à iudice posse proferri † certum est. IIII. Kalend. April. A. & Pontiano Conss.

18 Intereſſe affectionis eſt, quod ex ſpeciali affectu procedit: vt ſi ſeruum meum filium naturalem quis occiderit: ego ex affectione æſtimo multo. Hæc affectio non auget condemnationem: ſed quanti omnibus valet, inſpicitur. l. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquil. l. fi. de operis ſeruo.

19 Notandum eſt quòd duplex eſt affectio: vna, quæ eſt iuncta cum vtilitate: & hæc eſt æſtimabilis commodo pecuniario: & iſta bene conſideratur, & auget condemnationem, l. videamus. §. j. ff. de in lit. iuran. vt in libro cui multa ſcripſi: ſi aliquis eum retineat, nolens reſtituere: ex illa affectione iuncta cum vtilitate, iurabitur in litem: & duplum conſequi potero per hanc legem: vt dixi in gl. j. An in iuramento in litem procedat hæc lex? quòd ſic, licet collega contrà, cuius fundamentis ibidem reſpondi. Alia eſt affectio ſola, quæ pecunia non æſtimatur: & hæc non auget condemnationem. l. libertus qui ſoluendo. ff. de bonis liberto. l. cùm ſeruus, manda. Bal. in addit. ad Specu. in titu. de fructi. & intereſſe. col. pen. l. j. §. ſed ſi rem. ff. ſi quid in fraudem patro. alia vide in dicta glo. j. tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris.

20 Conuentum, eſt precium conuentum, ſecundum glo. hîc: quæ reprehenditur per doctores: vt plenè dico in repeti. in gl. j. ego igitur ſic definio: Intereſſe conuentum, eſt pecunia conuentione partium promiſſa in defectum primæ conuentionis non completæ. Vnde ſi vendas mihi domum centum aureis, & ſi non tradas, promittis decem: ſi tradas, non poteſt agi ad decem promiſſa: quia conuentio eſt completa: ſecus ſi non tradideris. l. i. ſumendo argu. à contrario. ff. de actio. emp. & hoc intereſſe debetur totum, etiam vltra duplum. §. alteri. Inſtitut. de inutili. ſtipula. Bart. & communiter doctores hic. quod fallit in octo caſibus, quos pono in repetitio. in gloſſ. dupli. vbi figo regulam cum ampliationibus & limitationibus. Item quando intereſſe conuentum ſeu pœna adijcitur ſpecici, debetur. l. Lucius. ff. de actio. emp. Idem ſi facto. l. ij. §. item ſi facto. ff. de verborum oblig. ſecus ſi adijciatur dationi quantitatis: quia tunc in fraudem vſurarum præſumitur appoſita. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum peta. ca. dilecti. de arbitr. quod ampliatur in nouem caſibus: & limitatur in ſeptem, traditis in repet. in glo. j. & an pœna conuentionalis poſſit excedere quadruplum: vide in gloſ. proferuntur. vbi trado regulam quòd ſic, cum limitationibus: ibi licet videre.

21 Diuiditur hoc conuentum: in certum, & incertum. Certum eſt, quando apparet, quid, quale, quantúmve ſit: vt quando promiſſum eſt, Si non tradideris rem venditam, promittis decem. l. fin. ff. de præto. ſtipula. l. certum. ſi certum peta.

22 Incertum eſt, quod per ſe non eſt liquidum, quid, quale, quantúmve ſit. l. vbi. ff. de verbo. obliga. l. iij. §. fin. de eo quod certo loco. & quomodo poſſit certum fieri? reſpondeo, officio iudicis taxantis in caſibus incertis. Iacobi. in. l. final. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. & in alijs caſibus quos pono in repetitione in glo. ſubtilitatem. vbi fuſius trado practicam probandi intereſſe, vltra doctores hactenus. vide ſi lubet.

23 Certum producit totale, & particulare. Totale intereſſe eſt, quod in totum debetur: vt ſi rem venditam non tradideris, ad totum id quod intereſt teneris. l. j. ff. de actio. emp. & ibi Saly. &. l. ij. §. fina. qui ſatiſda. cogan. vel totale debetur in caſibus incertis: nam iudex in eis ſine deminutione per ſuam ſubtilitatem reddi iubebit: vt hîc in verſi. in alijs.

24 Particulare intereſſe debetur, ſi quis tradiderit rem, & non cauerit de euictione, & emptor alteri velit vendere, & non poteſt tanti, quanti ſi fuiſſet cautum: emptor aget non ad totum: ſed ad particulare intereſſe quod patitur. l. ex empto. §. finali. ff. de actionibus empti. & ibi Bartolus & alij. l. ſi fundus. loca.

25 Intra rem, ſeu circa rem, vel intrinſecum intereſſe, oritur ex communi: extra rem, ſeu extrinſecum, ex ſingulari regulariter: & ſic ſignaui. Et intrinſecum eſt illud, quod ex ipſa re prouenit: vt fructus, partus, & ſimilia. Nouiter ego ſic definio: Intereſſe circa rem, eſt æſtimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem conſiſtentis. Sic ferè definit textus in. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. & in hoc comprehenditur valor aureorum, vel augmentum, ſiue deminutio. l. cum quid. &. l. vnum. ff. ſi certum peta. & hoc totum debetur etiam vltra duplum: vt ſi mutuaueris mihi vinum reddendum in feſto paſchatis: quod non reddis: valuit in menſe Iulio vel Auguſto decem libras: teneris quanti plurimi valuit à tempore moræ. dicta. l. vinum. &. d. §. cùm per venditorem. vide in glo. dupli. vbi formo regulam cum limitationibus, inſequens doctrinam Barto. & communem: reſpondensque fundamentis volentium ſingularem profequi opinionem, & præcipuè collegæ. d. Alciati. & iſtud producit generationem. Nam quoddam eſt.

26 Actionis amiſſæ, quod competit quando actio eſt amiſſa: nam tunc agam contra illum, ſi ſuo facto amiſſa ſit, ad id quod intereſt actionem non eſſe amiſſam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.

27 Aliud eſt circa damna & expenſas: vt ſi damna vel expenſas tua cauſa paſſus ſim: contra te ad id agam. l. ſancimus. C. de iudic. Cle. primæ de reſcrip. Alber. in. l. & ſi poſt tres. col. ij. ff. ſi quis cautio.

28 Intereſſe iuris interieus: vt ſi dum iniuriarum contra te agerem, quidam me detinuit, & impediuit ne actionem illam proſequerer: & ſic anno fuit amiſſa. l. ſi non conuitij. ff. de iniur. agam ad id quod intereſt ratione iuris interitus. l. j. & ibi Bal. col. j. ff. ſi ex noxali cauſa agatur.

29 Mutationis perſonæ eſt: vt ſi alienaſti in potentiorem rem quam à te petere volebam: potero contra te experiri actione in factum, quanti mea intereſt ob perſonæ mutationem. l. j. ff. de aliena. iudic. mutan. cauſa. plenius dico in repet. in gloſſ. j.

30 Mutationis fori intereſſe petitur, quando alienatur in clericum vel ſcholarem res quam petere volebam: & ſic mutatur forus, agam ad id quod intereſt ratione mutationis fori. l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſda. cog. & an ceſſiones ſcholaribus vel clericis factæ valeant: dico in repetitione in gloſ. j. tam per regis ordinationes, quàm per iura. & plenilimè in ſcholaſticorum priuileg. 177.

31 Ex delicto aliud intereſſe prouenit, ſi furto inſtrumenta mea, per quæ debitum poteram probare, ſubtraxeris: propter quod debitum probare non poſſum: teneris ad intereſſe ex tuo delicto prouenions. l. Iulia. ff. de actio. em. ca. ſi quis. xj. quæſt. iij. & in delictis intereſſe etiam non excedit duplum: vt hoc text. in verſicul. in omnibus. & dixi ibi in gloſſ. licet collega teneat contra, cui reſpondeo in gloſſ. caſibus. communem ſuſtinendo.

31 Ex quaſi delicto intereſſe, dicitur damnum ex quaſi delicto alterius culpa prouenions: vt ſi officialis ſeu alius ſine cauſa me excommunicauerit: ideo durante excommunicatione non potui agere: iure prohibente. capi. intelleximus. de iudi. quamobrem perdidi actionem: agam contra excommunicantem ad id quod intereſt, ex ſuo prouenions quaſi delicto. l. ex maleficijs. ff. de actioni. & obligatio. Cardi. in capi. ſacro. col. ix. verſi. quæro an alio modo. de ſenten. excommuni.

32 Ex contractu, dicitur damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans, ratione contractus prouenions. patet in. l. j. ff. de actio. emp. dico plenius in repe.

32 Ex quaſi contractu: vt ſi quidam ſit electus prælatus, tenebitur ſoluere expenſas in profecutione electionis factas: ex quodam quaſi contractu. c. vt præteritæ. de electi. Spec. in titu. de fructi. & intereſſe. §. fin. verſi. in ſumma. & verſi. ex prædictis. &

ctis. & fuſius dico in repe. hic tantum declaro terminos obſcuros, propter iuuenes.

33 Extrinſecum, ſiue extra rem, eſt, quod rei occaſione prouenit: ſecundum Bart. hic. Vel eſt æſtimatio damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis, extra rem prouenientis: vt quia non tradideris fœnum tempore præſtituto, quamobrem equi mei fame perempti ſunt: extra rem eſt: & ſic non debetur regulariter. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. Fallit in caſibus traditis in repetit. in gloſ. dupli. & hoc gignit.

34 Honoris intereſſe, quod competit quando de honore agitur: qui eſt lucro pecuniario præferendus. l. Iulia. ff. ſi quis. omiſ. cauſa teſta. & poteſt agi non ſolum iniuriarum pro honore. Bald. in. l. obſeruare. §. antequam. ff. de officio proconſ. ſed & officium iudicis implorari. Ioan. Fabr. in. §. aliam. inſtit. de bono. poſſeſſ. cum diſtinctione tamen quam feci in repeti. vbi licet plenius videre in gloſ. j. & intellectum nouum ad l. iniuriarum. §. ſi quis de honoribus. ff. de iniur.

35 Intereſſe commodi eſt, quando de commodo agitur: vt hic. & hoc quandoque intra rem eſt: aliquando extra: vt potes cogitare.

Commodi intereſſe, aut conſiſtit in lucro, aut in damno. In lucro, quando debitor non ſoluit mercatori in nundinis Lugduni: ob id mercator ceſſauit lucrari. aget ad intereſſe, quod in lucro conſiſtit. Et regulariter hoc lucrum ceſſans petitur. Fallit in multis caſibus traditis in repetit. ad hanc l. gloſ. vlti. & Petrus de Ferra. in forma libel. in actioni. real. in gloſ. & in florenis in damno conſiſtit: quando aliquis paſſus eſt damnum. nor. in. l. cum venditorem. C. de actio. emp.

36 Æſtimabile non petibile, eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis, non petibilis: habita, vel non habita: ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatione iniuſta. Bartol. hic. Primò dicitur iuſta, quia iniuſta non attenditur. l. itaque. ff. de furt. Item dicitur æſtimabilis, ad differentiam ineſtimabilis: non petibilis, ad differentiam petibilis: poſtea dicitur habita: vt omnes caſus comprehendat, in quibus quis habet quod ſua habere intereſt, & tamen non agit: vt ſi rem meam poſſideam, intereſt mea habere: tamen illud intereſſe non poſſum petere: licet poſſit æſtimari valor rei. l. nemo rem ſuam. ff. de verbo. obliga. l. ſuæ rei. de contrahen. emptio. Non habita, vt ſi ſartor vel alius artifex veniat ad habitandum in proxima officina ſimilis artificis, illius intereſt: quia non tantum lucrabitur: tamen illud intereſſe non peter. l. libertus negociatoris. ff. de ope. liberto. vel ſic poteſt breuius definiri: Eſt vtilitas, quæ æſtimari, ſed peti non poteſt. Plenius dico in repe. in glo. j.

37 Hoc non petibile diuiditur: quia quoddam eſt, quo mediante nil petimus aliud, quo mediante petimus. Primum eſt, quia mea intereſt non habere domum delectabilem, vel pulchram hoſpitam, omnibus propitiam, propter magnum numerum eam viſitantium, & amicorum concurſum. Id tamen intereſſe non peto, licet poſſet æſtimari. gloſſ. in. l. j. ff. de ſeruit. vrba. prædi. Alia exempla licet videre per text. in. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad. leg. Aquil. vide alia in d. glo. j.

38 Et iſtud aliquando eſt ex cauſa probabili, ſed non honeſta: vt in fure, à quo ſubtrahitur res furtiua: nam licet ſua interſit, quia ad reſtitutionem tenetur, tamen non agit: quia cauſſa eſt inhoneſta & iniuſta: quia ex improbitate ſua actionem conſequi non debet. l. itaque. ff. de furt. l. cum qui. §. is autem. illo titu. Limita vt in repe.

39 Ex cauſa honeſta, ſed non probabili, eſt: vt ſi emi librum, & antequam ſit mihi traditus, fur eum accipit: licet mea interſit, & ex cauſſa honeſta: tamen furti non agam, quia cauſſa non eſt probabilis: id eſt à iure approbata, vt ante traditionem dominium habeam. l. traditionibus. C. de pact. gl. in. l. manifeſtiſſimi. de fur. per. d. l. cum qui. in princ.

40 Quo mediante petimus, eſt: vt ſi quis agat actione populari, quia ſua intereſt: illud tamen non petit, ſed eo mediante ad pœnam ſeu vindictam agit. glo. in rubric. ff. de popu. actionib. per totum. l. ſi verò. §. hæc autem. ff. de his qui deiec. Iaſ. in. l. eum qui. §. in popularibus. de iureiuran. Idem ſi appello, quia mea intereſt: id tamen non peto, ſed eo mediante ſententiam reſcindi, & male iudicatum pronunciari. l. eos. C. de appella. l. in ratione. in. j. §. Imperator. ff. ad legem Falcid. & iſtud eſt ex cauſſa honeſta, & probabili: vt ſi res mea ſit à me furata, mea intereſt, & cauſſa eſt tum honeſta, tum probabilis. Ideo furti agam. l. j. &. l. ſi is cui. ff. de furt. cuius intellectum in repe. trado nouum: vide ibi.

41 Item eſt intereſſe mœroris: quia non tradidiſti fœnum tempore præſtituto, equi mei mortui ſunt: magnum habui mœrorem. Illud tamen non peto, ſed quantum tunc valuit. Baldus in. l. cùm venditorem. C. de actio. empt.

42 Pudoris intereſſe eſt, ſi ruſticus vel alius vendiderit mihi vinum optimum Montiſpeſſulani, vel perdices tradendas tempore conuiuij, & non tradidit: magno affectus ſum pudore, cùm parum valeat conuiuium ſine bono vino: tamen non petam illum pudorem, ſed quantum valuit vinum id tempore, videlicet conuiuij. doct. in. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt.

43 Valoris eſt: vt ſi non tradas rem venditam, teneris ad id quod intereſt, id eſt quantum valet: & quandoque in plus. l. j. ff. de actio. emp. Alia multa tetigi in repeti. quæ hic non tranſcribo: ſed volens plenè hanc materiam attingere, perlegat eam, bonique conſulat, ac Deum orer, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in ſecula. Amen.

Spes mea CHRISTVS

DE SENTENTIIS QVAE PRO EO quod intereſt proferuntur.

Quia incertè ſæpe fertur ſententia circa intereſſe, cum non ſit iudici certum in quantum poſſit vel debeat extendi intereſſe, vtpote cum etiam hodie multi dubitent, ideo competenter poſt titulum præcedentem de hoc dicit.

TITVLVS XLVII.

DE SENTENTIIS

quæ pro eo quod intereſt, proferuntur.

Iſta lex eſt de difficilioribus totius Codicis, & hoc dicit: Prolixitates antiquæ circa intereſſe, ceſſant per hanc legem: & in caſibus certis venit totum quod intereſt, & habetur ratio lucri & damni. h. d. ſecundum Bart. Vel ſic: Intereſſe ſingulare æſtimandum tam in lucro, quàm in damno, in caſibus certis non excedit duplum precij conuenti, vel communis. In caſibus autem incertis non excedit quantitatem ex legitimis probationibus per iudicem declarandam, cum pœnæ legales & arbitrariæ ſunt limitandæ, ne vitientur infinitate. hoc dicit.

1. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm pro eo.] CAVS. Si Titius teneatur mihi ex aliquo contractu, aut ille conſiſtit in dando, aut in tradendo, puta ex venditione ad tradendam rem, vel ex locatione: aut faciendo. Primo caſu ſi non fecit quod conuenit, id eſt, ſi non dedit vel tradidit, tenebitur mihi ad intereſſe, verbi gratia puta intereſſe ſeu precium conuentum fuit. xx. rei commune precium fuit. xxx. intereſſe meum ſingulare non excedet duplum communis intereſſe: & ita non excedet. xl. Secundo caſu, cum conſiſtit in faciendo, puta quia debebat mihi facere domum: iſte contractus dicitur incertus, vbi factum quod eſt in obligatione, incertum eſt: vt. ff. de verb. obli. l. vt non. §. id quod. An hoc caſu ſi Titius non fecit quod conuenit, poſſum petere totum ſingulare intereſſe, etiam ſi excedat duplum communis intereſſe? Reſpon. quòd totum damnum quod in re habuiſſem, reſarciet: & lucrum quod percipere potuiſſem ſi domus facta fuiſſet: dum tamen probem. nec enim ſimplici dicto meo credetur. & ſi dicerem, ſi domus facta fuiſſet rex Franciæ hoſpitatus fuiſſet in ea, vel comitatum vel dimidiam regni ſui mihi dediſſet, non ſum audiendus: ſed debet iudex moderari intereſſe, non æſtimando in infinitum: quia idem dicitur in pœna, vbi pœna conuentionalis præſtetur. ſicut partibus contrahentibus placuit: puta promiſiſti pœnam mihi. c. ſi non tradieres Digeſtum. Si vero pœna legalis petatur, puta conuenio de actione furti: in hoc caſu conueniam te ad pœnam quadrupli, ſecundum quod lege ſtatuitur. Et no. quòd triplex dicitur intereſſe conuentionale commune, & ſingulare. de ſingulari loquitur hæc lex conuenit & præſtatur conuen. ſimiliter & ſingulare, ſicut hac. l. comprehenſum eſt. & eſt intereſſe ſingulare rei ad precium: vel eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans, eo quòd non ſit quod fieri conuenit. vel ſic dic caſum: Cum agitur ad intereſſe ſingulare, refert an agatur ex certo contractu, an incerto. Primo caſu non debet id intereſſe excedere duplum intereſſe communis. In ſecundo caſu debet præſtari quantum id ſit, ita vt non extendatur in infinitum. ſicut enim pœna conuentionalis certo fine concluditur, ſimiliter & legalis, nec vltra eas aliquid peti poteſt: ſic & intereſſe ſingulare certo termino debet concludi. & hæc ſunt obſeruanda tam in lucro quam in damno: quia in lucro quod petitur, verſatur intereſſe.

a *Falsum est secundum Bal. hic. potest tamē sal nari capiēdo interesse lar gepro eo quod ad nostrā uti litatē pertinet. Bart. & Rebuf. hic in sua repet. ad hanc le. glo. pen.*

a *Cum pro eo.* ad euidentiam not. quòd triplex est precium rerum, siue interesse, quod idem est dicere: [a] scilicet conuentionale, de quo conuenit inter contrahentes: vt si tibi vendidi pro.x. Stichum. Item precium commune: vt si forte idem Stichus communi æstimatione valeat.xv. Item singulare: vt si tua intereſt propter affectionem.xx quia quādoque fuerat tuus. & habes hoc. ff. de act. emp. l. j. in prin. Dicit ergo hic quòd singulare intereſſe non excedit duplum interesse communis: & sic in prædicto casu vsque ad. xxx. poteſt ascendere, non vltra. minus vero sic. & hoc est verum in omnibus casibus qui certam quantitatem vel naturam habent. Si autem incerti sunt, tunc totum singulare petitur: etiam si duplum communis excedat: dummodo plene probetur: non autem simplici dicto petentis creditur quantum sit. Et competenter prædicta statuuntur, cum & pœnæ legales & conuentionales certis metis finiantur. prædicta autem considerantur non solum in damno, verumetiam in lucro.

b *Quod intereſt.* id est, super intereſſe.

c *Producte sint.* sed quæ? Respon. an circa rem, vel etiam extra rem, vel in damno tantum, vel etiam in lucro, quas tamen non habemus.

d *Melius.* id est, bonum.

e *Possibile est.* quia plene defuiri non potest. vt. ff. de reg. iur. l. omnis definitio. nec meta ei dari: vt. ff. de regu. iur. l. quatenus. Dicere tamen potes: [b] intereſſe est singulare rei precium, secundum quosdam. Vel dic, intereſſe [c] est damnum emergens, & lucrum cessans ex eo quòd aliquid fieri cessatur.

f *Coartare.* vt antiqua prolixitas cesset: vt infra ea. l. in fi. quem fi. hic iunge.

g *In omnibus casibus.* sed nónne melius dixisset in omnibus cōtractibus, vt postea dicit in emptione & locatione? Respon. non: [d] quia & in maleficijs & quasi locum habet. Sed nec obligationibus bene dixisset: quia etiam officio iudicis præstatur: vt in arbitrarijs actionibus.

h *Quantitatem.* vt si debes mihi ex venditione. x. cados olei.

ADDITIO. Tu dic etiam idem in alijs rebus certis secundum Bal. & est de mente Bar. & Saly.

i *Vel naturam.* vt si certam speciem: vt Stichum mihi debes ex venditione. Est ergo sensus, id est, quoties quod debetur, certum est quantitate vel specie: vt. ff si cert. pet. l. certum. [e] Vel dic quantitatem comprehendere vtrunque: vt. ff. de leg. iij. quisquis. &. ff de verb. obli. l. cum stipulamur. Et naturam certam: vt si debes hominem vel equum in genere.

k *Venditionibus.* vt. ff. de act. empt. l. j.

l *Locationibus.* vt. ff. lo. l. si fundus. in fine.

m *Contractibus.* similibus. alioqui contra est quod sequitur, in alijs autem, &c. Sed qui sunt hi? Respon. illi, in quibus dicit lex singulare intereſſe venire, & certitudinem continent secundum quosdam. Sed certe imo & si lex non dicat venire singulare intereſſe: si modo incertitudinem continent illi casus: vt hæc. l. dicit aperte: vt sunt omnes bonæ fidei, & quidam etiam stricti iuris: vt in arbitrarijs, in quibus iuratur in litem: vt. ff. de in lit iur. l. in actionibus; nam in his singulare intereſſe venit: [f] vt. ff. de in lit. iur. l. j. in fi. & l. ij. & ff. man. l. cum seruus. Item in maleficijs quibuſdam, & interdictis. vt &. ff de vi & vi ar. l. hoc interdicto. j. &. ff. vti poſ. l. si duo in fin. & alias vbicunque. l. diceret certam rem debere tradi ex contractu, vel delicto. seeus si diceret dari: quia tunc aliquod intereſſe non petitur: sed res omninò debet fieri stipulantis: vt. ff de verb. obli. l. vbi autem non apparet. §. fi. nisi in contractibus innominatis, vbi debet res dari: vt. ff. de re. permu. l. j. §. fi. & tamen intereſſe venit: vt. ff. de re. permu. l. §. fi. & rebus.

n *Quod intereſt.* scilicet singulariter.

o *Dupli.* scilicet intereſſe, seu precij conuenti, secundum P. sed secundum B. i. communis. Tu dic, [g] nec vnum, nec aliud: quod plus est, excedit vltra duplum: cum quandoque commune sit plusquam conuentum, quandoque contra: quandoque etiam conuētum nullum, &c. quia ex pacto vel contractu non venit. Et no. triplex intereſſe. vt. ff. dixi. f. conuentum, commune, & singulare. Primum semper venit, cum dicit prætor: pacta conuenta seruabo. Item secundum semper venit in maleficijs, [h] vt consideretur etiam extra rem: vt. ff. ad. l. Aquil. l. si seruum. &. l. inde Neratius, &. l. seq. &. ff. de fur. l. inficiando. §. j. & de condic. fur. l. iij. & in contractibus, & quasi: vt. ff. ad. l. Fal. l. precia. In quo communi venit damnum, non lucrum: vt. ff. de dam. infe. l. Proculus. & de ac emp. l. si sterilis. § cum per venditorem. & de peri. & com. rei ven. l. fi. nisi in casibus, quos iam notabis. Vel dic hodie semper venire lucrum in communi intereſſe, cum &. in singulari veniat: vt infra §. &. hoc. Singulare autem intereſſe venit in his casibus qui dicuntur hac. l. Item in eo quòd dicit singulare non excedere commune vel conuētum vltra duplum: est contra. ff. de ac. emp l. ratio (aliàs datio) §. si per venditorem. Respon. B. ibi agit quanti plurimi fuit, dummodo infra duplum. Item eidem est contra. ff. de ac. emp. l. Iulianus. §. si verò sciens. &. §. item qui furem. Cui respondebant B. & M. quòd illa dicit de intereſſe extra rem: hic circa rem. quod non placet, cum magis intereſſe quod est circa rem, deberet excedere duplum, quàm illud quod est extra rem. Tu dic quòd nullo modo sunt contra: quia duæ dictæ. ll. dicunt de communi intereſſe, quòd quantumcunque est, totum petitur: hic de singulari: & dictum commune si petatur, quia res non traditur, non consideratur extra rem: vt. ff. de act. emp. l. si sterilis. §. cum per vēditorem. Si autem quia male traditur, vel quia ipse venditor postea eam euincat, vel alius: vel quia postea in ea deliquit, totum petitur, & extra rem: vt. d. l. ff. de act. em. l. fulcl. & l. teneatur. §. sed si vas. &. ff. loc. l. sed addes. §. j. &. l. si fundus. §. fi. &. §. j. &. §. de rei vin. l quoties. &. ff. de euic. l. venditor. Nec obstat in c. tit. l. cum fundus vti optimus. quia secundum P. loquitur cum emptoris minus intererat, quàm esset duplum precij conuenti. Vel verius aliud cum agitur de euictione actione ex stipulatu: quia tunc habetur respectus ad precium conuentum, vt id debeat duplari. an actione ex empto: vt tunc consideretur quod intereſt tempore euictionis. Item nec obstat. ff. de acti. em. l. Titius. in fi. &. l. seq. quia lex sequēs corrigit illas. Alij distinguunt, [i] an singulare intereſſe promittatur ex certa scientia: & tunc quantumcunque sit, petitur: vt in contrarijs. §. Iu. gla. si per venditorem. &. §. fi vero an non: & tunc non vltra duplum: vt hic. argu. si quis cau. l. sed & si quis. §. fi. quod nihil ad rem: cum hic agamus quando sine speciali pacto debetur. Alij dicunt quòd non excedit duplum, nisi post contractum res cœperit esse pluris: vt dicta l. ratio (aliàs datio). §. fi.

p *In alijs autem casibus, qui incerti.* vt si ibi contineatur factum, vel non factum, qui incerti sunt: vt. ff. de verb. obli. l. vbi autem non. §. id quod. & de regu. iur. l. qui non facit. in quibus agitur ad factum. vel intereſſe: vt. ff. de re iudi. l. si quis ab. §. fin. &. ff. de verbo obli. l. quoties quis alium. & est actoris electio agat præcisè ad factum, vel ad intereſſe: vt. ff. de ope. no. nun. l. stipulatio. §. j. & §. siue autem. in fi. §. &. ff. de procur. l. sed & hæ. in fi. Sed fallit in casu procuratoris rei: vt in c. tit. l. non cogendum. & hoc vbi factum est in obligatione. si autem tradi, non est electio actoris, sed rei: cum rem præstando liberetur ab intereſſe singulari, vel communi. Hoc tamen casu, cum tradi est in obligatione, dicunt quidam, si agitur principaliter ad intereſſe, totum veniat etiam vltra duplum. Si autem ad rem, tunc non vltra duplum. quod non placet. Item vbi est dandum in obligatione: tunc præcisè ad dationem agitur, nisi in contractibus innominatis: vt. §. dixi mus.

q *Suscipiunt.* per delegationem, vel ordinarie.

r *Subtilitatem.* & bene. nam aliud consideratur in seruo, & aliud in libero.

s *Subtilitatem.* per probationes testium, vel instrumentorum: & hoc in contractibus, & etiam in delictis: vt. ff. de in lit iur. l. ij. &. ff. de eden. l. argentarius. & de re. iur. l. quatenus. & inst. de offi. iud. §. fi. & ff. ad. l. Aquil. l. proinde. j. &. l. si seruum. Sed hoc fallit quandoque ratione delicti aduersarij mei: vt. j. vnde vi. l. si quando. &. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto. Item ratione contumaciæ aduersarij mei. f. in casibus illis vbi iuratur in litem. Sed qualiter etiam de facto probabitur singulare intereſſe per testes? Respon. deponent duo testes, quòd tantum cuiuslibet regulariter intereſſet, si quis haberet rem notam. non autem dicit quòd tantum sua intereſſet. Item nec est commune intereſſe, sed singulare omnium, qui haberent sic rem notam: non simpliciter omnium: quia tunc esset commune intereſſe.

t *Damnum.* & ita sine omni deminutione hoc præstatur etiam si duplum cōmunis dicatur excedere: sed statim dicit. j. cōtra.

Sed dic

b *Diſſſlicet Bart. Bal. Sal. & Rebuf.*

c *ista etiam non pla et Bart. & vide de hoc per eundem in 3. col hic.*

d *Idē Bart. B. & Saly.*

e *Hoc non placet Bar. hic.*

f *placet Bart. B. & Rebuf. etsi Alcia. cōtra.*

g *Idem B. Bald. & Saly.*

h *Nisi in casu. l. Titius. ff. eo. secundum Bar.*

i *Plures Bar. Sal. & alij de mente Bal.*

k *Diſſſlicet Bar. & Sal.*

l *Bona legata vel conuentionalia vsque ad quā summā petiti peti. d. limo vltra quadruplum potest petere. d. §. alteri. quod fallit in quinque casibus hic notatis per Rebuf. vbi super hoc ci tat. 12. opinantes.*

m *Omitte scedulam Sa. quòd ibi plus interest pro pter factum emptoris, qui tem meliorē fecerat sum pto suo vsi dero vsus lex quòd cōmune interesse duplum non egreditur, ne alioquin fa cto nimis vexetur gra uaretur. vide de tamē Rebuf. in 4. nota. huius. l. vbi opti mē explicat. interesse sin gulare quæ liter probatur.*

Sed dic quòd allegabat vana pro intereſſe habendo. f. si habuisset equum, vicisset hostes. & si habuisset librum, fuisset factus sapiens, & rexisset, & multa lucratus fuisset, &c. quæ attendenda non sunt. Sed quare in incertis petitur totum, in certis non? Resp. [a] quia in certis facilius potest apparere commune intereſſe, & sic facilius quod est eius duplum: ar. in istis nō sic facile. Vel ideo, [b] quia facilius est alicui facere quod conuenit, quàm dare: cum difficulter quis de patrimonio det: vt. ff. de probatio. l. cum de indebito. & ideo miti[c] punitur in certis, scilicet vt vltra duplum non excedat.

a *Nō ex quibuſdam.* hoc referunt quidā ad primum casum: tu refer as ad secundum, [c] & dic quòd vana dicebat, vt modo diximus.

b *Impoſſibilitate.* quæ enim immensa sunt, cadunt: vt in authē. vt deter. sit nu. cle. §. j. colla. j. & sic nota de infinitate vitanda: vt §. de sacrosan. eccle. l. fi. Vel dic, cadat: quia cum transiter ad infinitum, esset incertum: & sic sententia dari non poſſet, quæ debet certa dari: vt. §. titu. j. lib. ij.

c *Cum sciamus.* poterit hoc referri ad primū casum, sanciimus, &c. hoc modo, meritò non permittimus vltra duplū: quia eas pœnas. i. intereſſe, &c. Vel sic: merito non vltra duplū permittimus: quia aliæ pœnæ legales & conuentionales mitigantur. d *Naturæ.* id est, naturali rationi.

e *Proſemuntur.* ex conuentione promittentium. Sed vſq; ad quā summam poterunt peti pœnæ conuentionales vel legales? Respon. quidam, vſq; ad duplum: arg. huius. l. &. ff. de ac. emp. l. Iulianus. §. Idem Iulia. Alij vſque ad quadruplum: [d] arg. sūmā. l. omnes. Tertij distinguunt, an scienter promiſſa sit pœna vltra duplum, an ignoranter: vt. ff. si quis cau. l sed & si quis. §. fi. Quarta est sententia nostra: vt distinguamus legalem pœnam (vt furti, quæ quadruplum non excedit) à conuentionali: quæ si opponatur per hæc verba quadruplum & quintuplum, & tunc idem: vt insti. de act. §. omnes. Aliàs si certa summa valet in infinitum: vt insti. de inuti. stipu. §. alteri. &. ff. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. alteri: in quibus dicitur inspici quæ sit quantitas. Nam hæc dictio, quæ, non quantitatis vel qualitatis, sed substantiæ est designatiua: & sic est competens moderamen quantum placet contrahentibus.

f *A legibus.* vt furti, & similes: quarum legalium nulla excedit quadruplum: vt modo dixi.

g *Et hoc.* constitutio hæc scilicet.

h *Ex eo.* scilicet lucro.

i *Veteres.* scilicet in specialibus casibus: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. fi. &. ff. lo. l. si in lege. §. colonus. &. ff. rem ra. ha. l. si cōmissa. &. ff. ne quid in lo. pub. l. ij. §. merito. & supra arbi tur l. quicquid. sed regulariter contra erat, quia lucrum non veniebat: vt &. ff. de dam. infec. l. Proculus. &. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. penul. &. ff. de act. emp. l. si sterilis. §. cum per venditorem. Sed etiam hæc lex vult quòd hodie sit generale: vt in intereſſe veniat [e] etiam lucrum. Accurſius.

e *Nisi in de cē casibus hic per Rebuf. plene descri ptis. Cōtinuatio.*

SI A NON COMPETENTE IVDICE iudicatum ſolui dicatur.

Non ſolum prædictis modis eſt ſententia nulla, ſed & ſi à non competente, &c. Et continua. ſic ſecundum Azo. Quibus modis ineſſicax vel nulla dicatur ſententia à competente iudice lata, ſupra dictum eſt: ſequitur vt videamus de ea quæ nulla eſt ideo quia à nō competēte iudice eſt prolata.

Videx.] CASVS. Delegatus iudex in causa qua petebatur fundus Sempronianus, si pronūciauit de Seiano, an valeat, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

k *Datus.* verbi gratia, datus ad decē, & pronunciat super viginti.

l *Nihil egit.* nisi post litem contestatam aliquid in ea re contingat: vt. ff. de æd. edicto. l. ædiles. j. §. item sciendum. vel nisi incidens fuerit quæstio: vt supra de ordi. iudi. l. j. & supra vbi & apud quem. l. fina. in fin. Vel nisi ex consequentia, vt de expensis, vel fructibus: vt supra de re iudica. l. Paulus. nam ea videntur delegata, sine quibus cōmissum exequi non poſſet: vt. ff. de procurato. l. ad rem. &. l. ad legatum. Vel nisi conuentus reconueniat conuenientem: vt supra de sentent. & interlocu. l. cum Papinianus. & auth. & consequenter. Vel nisi vtriusque partis cōsensu prorogetur iurisdictio de re ad rem: vt ff. de iudicijs. l. de qua re. § j. Vel de quantitate ad quantitatem: vt ti. infra de appel. l. fina. §. fina. In prædictis autem videtur cognitio ad delegatum pertinere, nam de delegato loquitur hæc lex. Accurſius.

† *Concor. cū hac. l. c. ad nostram. de consue. & c. at si clerici. de iudic.*

[*militaris*] CASVS. Magister militum cognouit de causa de qua debuit cognoscere iudex ciuilis: puta iudicauit inter priuatos: & delegatus fuit ab eo qui non potuit eum delegare: nunquid valet sententia? Dicitur quòd non: nec necesse est ab ea appellare.

m *Si militaris.* magister militum cognouit de causa de qua debebat cognoscere iudex ciuilis: & fuit delegatus ab eo, à quo non potuit. non valet sententia: & non est necesse appellari. ad hoc. §. de peda. iudi. l. j. sed inter milites poteſt. vt. §. de iudi. l. certi. Accur.

n *Ciuilibus.* id est, ciuilis iudex recognoscere debuit.

[*de.*] CASVS. Si iudex datus vt cognosceret de proprietate, pronunciauit super poſſeſſione: non valet sententia.

o *Si de proprietate datus.* à præside.

p *Rector.* delegatus.

q *Nocerat.* vt. §. de sen. l. post sententiam. Sed an lata in poſſeſſione valeat sententia? Respon. sic, cum Bassianum P. & Io. sic. §. de iudi. l. nulli. Alij contra. Tu dic, si ita erat incidens, quòd de proprietate non poterat pronunciare, nisi de poſſeſſione dicereturi: dicam eam tenere: vt in vti poſſidetis interdicto: vt instit. de interdi. § commodum. alioquin non: puta si cum agebatur de recuperanda vel adipiscenda poſſeſſione, ipse fuit delegatus super quæstione proprietatis tantum: vt hic fuit.

† *Ex C. Theodo. li. A. ti. 14. l. I. Contius. infra de appel. l. fina. §. fina. † Concor. c. ad nostram. extra de rescript. & c. at si clerici. de iudic.*

r *Et in priuatorum.* non solum in fiscalibus.

Codex.

& nō ex quibuſdam [a] machinationibus, & immodicis peruersionibus in circuitus inextricabiles redigatur: nedum in infinitum computatio reducitur, pro sua impoſsibilitate [b] cadat: cùm sciamus [c] esse naturæ [d] congruum, eas tātummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, [e] vel à legibus [f] certo fine concluſæ statuuntur. ¶ Et hoc [g] non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio: quia & ex eo [h] veteres [i] id quod intereſt, statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis huius constitutionis recitatio. Dat. Kal. Sept. Constant. post Conſulat. Lampad. & Oreſt. Conss.

TITVLVS XLVIII. SI A NON COMPEtente † iudice iudicatum eſſe dicatur.

Sententia à non ſuo iudice lata, eſt ipſo iure nulla. Bartolus. Vel ſic: Delegatus ad certam rem, de alia non pronunciat, quæ illi non accedat, & pronunciando nil agit. Salycetus.

I. Imp. ALEXANDER A. Sabiniano.

Videx ad certam rem datus, [k] ſi de alijs pronūciauit quàm quod ad eam rem pertinet, nihil egit. [l] IIII. No. * Maxi. II. & Aeliano. Coss.

SI A NON COMPETENTE IVDICE iudicatum ſolui dicatur.

Et in publicis & priuatis cauſis ſententia à non ſuo iudice lata non valet. Saly.

IIII. † Impp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Potitum Vicarium poſt alia.

ET in priuatorum [r] † cauſis huiuſmodi forma ſeruetur,

Excommunicatio an suspendatur per appellationem sequentem.

a *Constringat.* vt. ff. de in.om. iud.l.fi.& de iudi.l.ij.&.§.quia da.ru.pos.l.neque.&.§.de in.om.iu.l.j.&.§.de excep.l. fi. Ergo si quis excommunicetur, & postea appellet:cum ipsa pronocatione desinat esse suus iudex ille qui iudicauit : extinguitur iudicatum, & ille non est excommunicatus: vt. ff.ad Turp.l.j. in fi. Nec obstat quod dicunt quidam decretistæ, quòd sententia excommunicationis trahit secum executionem, quasi non possit iam appellari: quia & sententia vltimi supplicij trahit secum executionem: & statim serui fiunt, & ciuitatem perdunt: vt. ff. de pœnis. l. quod ad statum. &.l. in seruorum. §. qui ex causa. &.l.qui vltimo vbi de hoc: & tamen potest appellari: vt. ff.de pœnis. l. ij. §. fi. ADDITIO. Aduertas quòd ista glossa loquẽs de excommunicato, dicit contra casum canonistarum, pastoralis.§.j. extra de appella. Nec obstat secundum Bar. hic quod glossa dicit de sententia vltimi supplicij, quæ trahit secum executionem, sicut sententia excommunicationis : quia natura earum est diuersa, nam sententia excommunicationis non est perfecta : sed dicitur conditionalis, seu medicinalis, donec quis purget contumaciam suam, vel emendet offensam : vt in ca. cum medicinalis. de sènten. excom. lib.vj. Sed sententia vltimi supplicij est perpetua & mortalis, ideo facilius permittitur appellatio . Videas latius de isto per Abba. in. d. c. pastoralis, §.j.

† *Videtur legend. Cassium, ex l. 1. ff. de calumniatorib. Contius.*

ne quẽquam litigatorum sententia non à suo iudice dicta constringat. a Dat. X. Kalend. Octob. Romæ, Auxonio & Olybrio Conss.

TITVLVS XLIX.

DE POENA IVDICIS qui malè iudicauit, vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.

Qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit: siue priuata sit lis, siue publica, siue fiscalis. Bald. Vel sic: Qui diffidentia iuris sui in corruptelam prorumpit, litem perdit. Sal. Vel sic: Actor qui per pecuniam corrumpit iudicem, vel procuratorem seu aduocatum rei, perdit actionem, & sic causam : unde reus debet absolui, etiam si actionem vel ius habeat. Pau. de Cast.

1. Imp. ANTONINVS. A. ad Gaudium.†



CONstitit.] CASVS. Qui iudicem, vel aduersarium. i. procuratorem vel aduocatum aduersarij per pecuniam corrumpit, cadat ab actione : quia talis videtur de suo iure diffidere.

b *Publica.* alicuius ciuitatis: vt. ff. de sacrosan.ec.l.fi. Vel dic.i. criminali. Accur. Floren.

c *Aduersario.* i. procuratori vel aduocato aduersarij, secundum antiquos, nam principali aduersario licet dare: vt. ff. de transa.l. fractis. nisi in casu, quando per calumniam ageret actor: vt. ff. de condic.inde.l.in summa. Item in criminali distinguitur: vt ff. de transactio.l. transigere. si accusatus det accusatori, siue econtra, quod raro accidit, tunc condemnaretur reus, si in confessione persistat: vt. ff. de quæst.l. j.§. diuus.&.§. si quis vltro. Posset etiam intelligi lex ista cum in pecuniaria causa do pecuniam aduersario principali, vt non desistat à lite, sed vt patiatur contra se ferri sententiam.

d *Amittat.* factor. Sed quid in reo? Dicunt quidam nõ habere locum legem istam. Tu dic idem in reo, cum eadem sit ratio æquitatis, vt. ff. amittat ius defendendi : & sic causam amittat. Dic secundum B. ipso iure, quando est iudici data: vt. ff. quando prouo. non est necess. l. venales. sed per authenticam meretur veniam: vt in auth. nouo iure. ff. eo. Si autem procurator, tunc valet nihilo minus sententia: sed reus cuius procurator est corruptus, habet doli exceptionem: vt. ff. de doli excep. l. si procurator. & de iur. fisci l. eius. Actor vero agit antiqua actione, & si excipiatur ex sententia, replicabitur de de dolo: vt. ff. de dolo. l. cum à te. & sic verbum amittat, semel positum, diuersimodè accipitur. Datur etiam contra corrumpentem actio de dolo ad impensas, nisi reus paratus sit subire iudicium sub hac exceptione, si est collusum: vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. pe. Posset etiam dici quòd quãdo precium interuenit super ipso iure, nõ teneat. aliud si preces: vt. ar. ff. ad Treb. l. seruo iuuito. §. cum prætor. Punitur etiam aliter hodie corrumpẽs: vt in authen. nouo iure, hic posita, quam hic lege.

e *Diffidentia.* sic &. §. de postu. l. prouidendum.

NOuo iure.] CASVS. Hæc auth. statuit alias pœnas in iudicem qui accepit pecuniam: quia si sponte confessus fuero me dedisse pecuniam, non punior : sed iudex in triplum eius quod accepit. si aliquid ergo promissum fuerit, in duplum reddet : & primabitur potestate iudicandi, si causa erit pecuniaria. Si criminalis, omnia bona iudicis confiscantur, & relegabitur. Si vero probarum non fuerit se accepisse, & iurauerit : liberatur. Si non iurat, punitur ac si accepisset, & ego punior : quia soluo tantum comiti priuatarum rerum, quantum erat in lite. Si vero causa est criminalis, bona mea confiscabuntur, si iurauime non dedisse : sed non solum ego, sed & iudex punitur, sicut supra dictum est.

NEque nouo iure, qui dicit se dedisse alicui, vel promisisse, & personam declarauerit, & hoc probauerit: veniam meretur. f ¶ Sed qui accepit g, vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit: dati triplum, promissi duplum à comite priuatarum rerum exigatur, dignitate seu cingulo amisso. ¶ Si verò criminalis causa fuerit : confiscatis h omnibus bonis, in exilium mittatur. ¶ Sed si datum vel promissum probare litigator nequiuerit : persona quæ dicitur suscepisse, iuret quòd neque per se, neque per aliam personam accepit, aut promissionem habuit: & sic libera sit. ¶ Sed litigator qui ostendere non potuit, i in causa pecuniaria æstimationem litis à comite rerum priuatarum exigatur, lite sustinente proprium euentum : in criminali bonis omnibus confiscatis : causis apud competentem iudicem legitimè terminandis. ¶ Sed si persona à litigatore manifestata prædictũ iusiurandum refutauerit, k memoratis subiaceat pœnis. ¶ Sed si quis litigantium iurauerit se non dedisse, vel promisisse: si intra decem menses post sententiam memoratam ostendatur dedisse l, vel promisisse, memoratis pœnis dantes & accipientes subiacebunt.

Iudex corruptus famam perdit, & damna reficit. h. d. secundum Bal. & Sal. Vel sic: Iudex qui corruptus prece vel precio dedit sententiam, efficitur infamis, & tenetur parti quam læsit, in æstimationem litis. h. d. secundum Pau. de Cast.

11. Imp. CONSTANTINVS A. ad Felicem.

f *Mentur.* Nor. pareitur sponte confitenti. sic infra de his qui se de.l.j.lib.x. &. ff. de iure fisc.l.edicto.&. ff. de ali. iu. mu. causa facta.l.iij.§. finali.

g *Acceperit.* re ipsa.

h *Confiscatis.* contra in auth. vt nulli iudi. §. fin. col. ix. Sol. hoc speciale: vt in crimine læsæ majestatis: idem dicitur & in incestu: vt supra de ince. nup. authen. incestas.

i *Non potuit.* Nota quem calumniari hoc ipso quòd non probat contrarium. ar. supra de aduo. diuer. iudi. l.j. Sed argu. contra. ff. ad Turpil. l. j. §. j. Sed ibi erat persona quæ ex sola suspicione poterat accusare, vt maritus: vt infra ad leg. Iul. de adul. l. quanuis. ij.

i *Non potuit.* etiam si est iuratum.

k *Refutauerit.* sic supra de fide instru. l. finali.

l *Dedisse.* ergo hic permittit arguiperiurium, contra regulam supra de re cred. l. j. sed hoc, quia delatum fuit à iudice. & speciale est hic, vt & aliàs: vt. ff. de iureiu. l. admonendi. & hæc authen. est in authen. vt liti. iu. §. si quis autem. colla. ix.

Deco.

Iudex qui nequit sententiam ferre, quæ alium tenet.

a DE eo qui precio. Superior lex de corrumpente, hæc de iudice corrupto dicit.

b *Aut grauat.* primo non valet ipso iure: vt. ff. quando prouoc. non est necess. l. venales. secundo valet, sed rescinditur: vt. ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. cum prætor. Accur.

c *Aestimationis.* id est, non solùm debet ei condemnari in æstimationem sumptuũ, vel dispendij quòd ipse fecit in litem; sed & in æstimationem litis. Vel dic quòd patitur dispendum æstimationis, id est, quia efficitur infamis, sequens non mutatur.

d *Discriminis.* id est, periculi. & hoc per actionem in factum: vt instit. de oblig. quæ ex quasi male. nat. in prin. tenetur etiam lege Iulia. repecundarũ: vt. ff. ad. l. Iul. repe. l. ij. & inj. quę extraordinariè punit : vt in cod. titu. l. lex Iulia. §. hodie. Item crimine concussionis: vt. ff. de concuss. l. fin. Item & crimine falsi quod pœnam deportationis, vel vltimi supplicij continet: vt. ff. ad legẽ Corne. de falsis. l. j. §. & qui iudicem. Item & edicto de calumnia: vt ff. de calum. l. j. & ij. §. illud. An autem ille qui dedit, repetere possit: habes. ff. de condic. ob tur. cau. l. ij. in fin. & hoc cum dolo. si autem sine dolo, hoc est per imprudentiam: tunc tenetur actione in factum, in quantum bono iudici videtur: vt. ff. de var. cogn. l. si iudex, siue paterfamilias, siue filius familias erat iudex : vt. ff. de iudi. l. si filius familias, &c.

SENTENTIAM *rescindi non posse.*

Non seruatis his quæ sunt necessaria in sententia, non valet : vt. §. eis seruatis, valet: adeo vt retractari non possit, nisi solutis mollis.

† *Alexandre.*

NEque.] CASVS. An iudex sententiam suam retractare possit, quæritur? Dicitur quòd non, nec eius successor. quòd si secundo feratur, sententia non tenebit : nec ab ea necesse est appellare.

Sententia in quibus casibus rescindi possit.

e *Quenquam.* ordinarium etiam, neque delegatum : sed hoc fallit per in integrum restitutionem. ff. de mi. l. in causæ. ij. §. fi. Item per supplicationem: vt. §. de prec. imper. offe. l. si quis aduersus. & in authen. quæ supplicatio. Item quando prima ipso iure est nulla: vt. §. quomodo & quando iudex. l. si præses. Item per appellationem: vt. ff. ad Tut. l. j. §. fi. Item propter falsa instrumenta: vt. ff. si ex falsis instrumentis. l. j. Item propter falsos testes: secundum nos etiam si non sint corrupti pecunia, sed precibus. P. contra. Item propter corruptos pecunia: vt ff. de re iudi. l. diuus Hadrianus. Item & in aliis casibus, in quibus licet opponere peremptorias post sententiam : vt no. ff. l. proxi. Item propter prænaricationem aduocati: vt. §. de aduo. diuer. iudic. l. j. Item hoc in definitiuis. Interlocutoria potest indistinctè mutari & rescindi: a vt. ff. de arbi. l. diem. §. fin. &. ff. de re iud. l. quod iussit. & ibi notaui. & facit. §. de senten. l. post sententiam.

a *Dic illam regulam vitiis multis.*

Codex.

f *Decreto.* scilicet reuocationis.

PEremptorias.] CASVS. Tenebar tibi in decem. feci tibi pactum de non petendo, conuenisti me, nec exceptio. pacti opposui, & succubui: an post sententiam possum eam opponere? Dicitur quòd non, nisi fuerim minor : quo casu restituar. si fuissem maior, vel absens, appello : aliter enim sub prætextu exceptio. non oppo. non retractatur sententia.

g *In initio.* id est, ante litem contestatam.

h *Feratur.* quãdo peremptoriæ, & quando dilatoriæ opponantur, dixi. §. de proba. l. exceptionem. vt scias tamen hic, quòd postquam sunt dilecta testificata, id est publicata dicta testium, opponi non potest, nisi debeat per confessionem, vel instrumenta probari. Alij dicunt nullo modo. & pro eis ff. de iudi. l. sed & si suscepcerit. in princip. &. j. ad leg. Iul. de adul. l. quanuis indubitati.

i *Edictum.* quod non habemus.

k *Permittitur.* minoribus, non maioribus. & hoc subijcit. nam &c. sed in casibus opponitur peremptoria etiã post sententiam, quos no. supra de iur. & fac. ignoto. l. j.

casibus vt per Alex. de imo. in l. quod mentit. hic allega.

† *Concor. ca. cum toũnes. eii glo. super ver. exceptio. extra de fide instru.*

† *Cõcor. glo. super verbo, literas. in versi. item nõ valet, extra de rescrip.*

IMperata.] CASVS. Sententia lata inter actorem & reum, si alter impetrare voluerit vt sententia rescindatur: an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non : quia nec rescripeum pura priuilegium concederetur: nec concessum haberet effectum.

l *Impetrata rescripta.* vt sententia retractetur, nisi diceret non obstante sententia: vt & ar. §. de testa. authen. hoc inter liberos. & facit. §. de transac. l. causas. &. §. de erro. aduo. l. sententijs.

DE FRVCTIBVS & litium expensis.

Quia in sententia faciendа est mentio fructuum & sumptuum, ideo de his dicit.

† *Alexandre vel.*

HOc fructuum nomine cõtinetur, quod iustis[n] sumptibus deductis supererit. III. Non. April. CC. Conss.

HOc fructuum.] CASVS. Rem meam mala fide possedisti, & fructus percepisti, & sumptus in ea fecisti : si conueniam te rei vindic. pro parte. quid nomine fructuum conueniatur lite contesta, quæritur? Respon. quòd id quod supererit deductis expensis. Viuianus.

m *Hoc fructuum.* respondet tacitæ obiectioni, quasi dicat malæ fidei possessor tenetur de fructibus : sed intellige deductis expensis: quia nullus casus &c. vt hic, &. ff. fami. erciſc. l. fundus qui. &. so. ma. l. fructus.

n *Quod iustis.* qui sunt quærendorum &c. [b] vt. ff de pe. her. l. si à patre. §. fi. & arg. §. de pe. here. l. in restituenda. Et distingue hic: vt. §. de rei vind. l. certum. melius in. l. ex diuerso. ff. de rei vind.

b Concor. gl. super verb. fructus. in c. grauis, extra de restit. spol.

LItigator.] CASVS. Egi contra te rei vind. & est sententia lata: nõ vis rem restituere: ad quid mihi teneatis, quæritur? Respon. quod non solum ad rem, & ad fructus existantes, sed ad eos quos percipere potui ex rẽpore quo res fuit deducta in iudicium per litem contesta. quę dicta sunt vera etiam in herede

mala fid e possidente.

Litigator victus qui rem non restituit, qualiter conuincitur, & ad quod tenetur

a *Litigator.* qui iam victus post conuentionem iudicialem rei incumbit alienæ, non solum tenetur ad restitutionem rei, pro qua sunt quatuor auxilia: vt. §. de rei vind.l.à possidentibus. & ad fructus perceptos extantes, aut etiam non extantes: sed etiã ad eos quos actor percipere potuisset ex tempore quo res fuit deducta in iudicium per contestationem: vt hic. Vnde queritur, si lis triennio mortua fuerit, & postea ad hoc actor anno vel biennio tacuerit, an illius anni vel biennij debeant fructus restitui? Et poterit dici probabiliter illos fructus lite iam mortua perceptos nequaquam restituendos.

** Ex. Co. Theo. li. 4. ti. 16. l. 1.*

† In Co. T. P. V.

b *Conuentionem.* id est, libellum iudicialem: non dicit quòd extunc teneatur ad fructus, sed ex lite contestata: vt. §. subijcit, & ex eo, &c.

† In Co. Theo. addebatur duplos fructus restituere, quod detractum est hic, sicut & quadrupli fundus qui in causa appellationis solucbantur, vt indicat P. li. §. fin. duplicabantur enim fructus in causa appellationis. Contius.

c *Redhibitione.* id est, redditione rei.

d *Fructuum.* extãtium.

e *Potuisset.* actor: vt ff. de rei vind. l. si nabuis. §. fin.

f *Constat.* l. tantum.

g *Accepit.* No. quòd post litem cõtestatam efficiur aliquis malæ fidei possessor quo ad hoc, vt teneatur de fructibus perceptis, & percipiendis: vt hic, & supra de rei vindicatione. l. certum, excepto tamen tempore quadrimestri quo non veniunt percipiendi, nisi ante litem incepta fuerit in mora: vt. ff. de vsur. l. in fideicommissi. bonæ fidei tamen quo ad implẽdam vsucapionem permanet: vt. ff. pro empt. l. ij. §. fin. Item quo ad hoc, vt non teneatur de fatalitate, aliàs facilitate: vt. ff. de peti. hered. l. illud. &. ff. de rei vind. l. itẽ si verberatum. §. fi. & l. seq. Item quoad hoc, vt faciat fructus suos: & vt acquirat ex operis serui: vt. ff. de vsur. l. qui scit. §. fi. nullo vero modo videtur possidere quo ad effectum vsucapionis: vt. ff. de rei vind. l. si post acceptum. Item quantum ad præscriptionem longi temporis complendam: vt. §. de rei vind. l. moræ ADDITIO. Aduertas quòd hoc quod ista gl. dicit de tempore quadrimestri, non habet locum in casu præsentis. l. quæ loquitur in reali actione. tunc enim habet tempus iudicis officio: vt insti. de offi. iudic. §. j. & no. §. tit. ij. l. fi. Et ideo intelligas gl. ibi, excepto tamen tempore. id est, eo tempore quod ei datur officio iudicis post sententiam, ita declarat Bart. hic.

Dinisio.

h *Succedentiæ.* interpretatiue: licet bonam fidem habeat eo ipso quo defunctus habuit malam: vt hic, &. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. cum heres. &. §. communia de vsucapio. l. fin. Et no. ff. de Publici. in rem actio. l. si ego. §. partus. Sed quidam dicunt succedere, cum ipse similiter malam fidem habet. & facit. §. de acquirenda poss. l. vitia. &. l. nemo. &. §. de peti. here. l. j. & de condic. ex leg. l. mala. & de rei vind. l. si fundum.

Terminato. Primo dictum ponit. secundo excipit. tertio dictum probat. secunda ibi, Nisi iudex. tertia ibi, Post absolutum. Sal. CASVS, Petij à te. x. & obtinui: quia iudex te condemnauit, nihil ex primendo de expensis in sententia: an

Post litem contestatam possessor tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis: & idem in herede eius. Bart. Vel sic: tactus malæ fidei possessor per litem contestatam, tenetur de perceptis, & de percipiendis: & vitium eius transit in heredem. Vel sic: Possessor conuentus reali, tenetur post litem contestatam de perceptis & percipiendis: quod obtinet etiam in eius herede. b. d. secundum Saly.

II. *Impp. VALENS & VALENTIN. AA. Olybrio præfecto prætorio.†

LItigator a victus qui post conuentionem b rei incumbit alienæ, non in sola rei redhibitione c teneatur, nec tantum fructuum d præstationem eorum quos ipse percepit, agnoscat: sed † etiam eos quos percipere potuisset, e non quos eum redegisse constat, f exoluat ex eo tempore ex quo re in iudicium deducta, scientiam malæ fidei possessionis * accepit. g ¶ Heredis quoque succedentis h in vitium, par habenda fortuna est. Dat. III. Kal. Mart.†

Contra actorem non prosequentem, vel defendentem litem, vel perdentem, profertur sententia calumniæ, damnorum, & expensarum. Bart. Vel sic: Calumnia actoris in criminali, punitur pœna simili: in ciuili vero in expensis litis, & aliis dispendijs condemnatur. Salycetus.

IIII. Imppp. VALENTINIANI [THEODOSII & ARCADII] AAA. edictum ad populum.

NOn ignoret is i cuius ex interpellatione aliquis q secundum datam formam r in longinqua protractus fuerit † examina, quòd si culpa s sua * fuerit dilata cognitio, t vel minimè actioni v suæ adfuerit, vel delata x [non] † probauerit: pro calumnia y quidem pœnã z luat † legibus constitutam: pro pecuniaria vero causa, post sumptus, † cõsiderata quantitate postulatorum, a vel medij itineris interuallo, condemnationem pro

eas petere possim, quæritur? Respon. quòd non, etiam per principem: iudex tamen hic incontinenti quando sententiam dixit, scilicet toto eo die potuit te mihi in expensis condemnasse.

i *Transactoque.* scilicet per definitiuam sententiam.

III. † Impp. HONORIVS & THEOD. AA. Asclepiodoto præfecto prætorio.

TErminato transactoque i negocio, posthac nulli actio, neque ex rescripto super sumptuum petitione * præstetur: k nisi iudex † qui de principali negocio sententiam promulgauit, comminus l partibus constitutis, iuridica pronunciatione m significauerit victori causæ restitui debere expensas, aut super his queremonia iure competere. n Post absolutum enim dimissumque iudicium, nefas est litem alteram consurgere o ex litis primæ materia. †

Contra actorem non prosequentem, vel defendentem litem, vel perdentem, profertur sententia calumniæ, damnorum, & expensarum. Bart. Vel sic: Calumnia actoris in criminali, punitur pœna simili: in ciuili vero in expensis litis, & aliis dispendijs condemnatur. Salycetus.

Post definitiuam sententiam non est de expensis tractandum, nisi iudex hoc in sententia reseruauit. Bart. Vel sic: Lata sententia, expirat officium: & ideo fructus vel sumptus venire non possunt, nisi in sententia sit expressum: nec potest à principe contrarium impetrari. Bald. Vel sic: Post sententiam definitiuam de sumptibus litis non debet tractari, nisi iudex sibi sententiam reseruauerit. b. d. Vel sic: Finita causa per sententiam definitiuam, vel per transactionem, si non est facta mentio de expensis, non possunt pets: quia veniunt officio iudicis mercenario, quod non durat lite finita, nec possunt in iudicium principaliter deduci. sed si esset facta mentio, quia fuisset facta condemnatio: vel fuisset reseruatum ius agendi victori, bene possunt peti expensæ, licet non fuerint taxatæ in sententia: quia taxabuntur in executione. b. d. text. cum glo. secundum Pau. de Cast.

quòd secundum quantitatem petitam fiunt sumptus: vt insti. de actio. §. tripli. Vel dic, postulatorum, id est aduocatorum.

a *Sustinebit.* in prædictis scilicet, vt hic. &. §. de iudi. l. properandum. § & si quidem. &. ff. de iudi. l. eum quem. sed hodie vbi viderit iudex neutrum debere subdi oneri expensarum, hoc ipsum sua sententia declarer: vt in authen. de iudi. §. cum oportet. colla. vj.

CVm quidam. primo statuit. secundo rationem reddit. tertio statutum latius declarat. secunda ibi, Quoniam non est. tertia ibi, Ita scilicet. CASVS. Impetrauit priuilegiũ, vt nihil, vel minus darem sportularum vel sumptuum nomine, scilicet iudici, vel executori: tantundem dabat aduersarius meus, & non plus. Vel sic: Ne aliquid obsterit, cõtra te, impetrauit priuilegium, vt nihil vel minus nomine sportularum vel sumptus darẽ; si obtinuero, & velim petere ab aduersario omnia quæ expẽdissem, ac si priuilegium non impetrassem: nõ possem, sed id solum quod expendi. Viuia.

Priuilegium non sportularium solarium, quæ est.

b *Cum quidam.* priuilegium meruit, vt vel nihil, vel minus darẽ nomine sportularum iudici, vel executori, aduersarius quidem meus dabit tantundẽ, & nõ plus: & hoc propter æqualitatem seruandam in iudicijs: ar. ff. de arbi. l. si de meis. in fin. j. respon. &. l. si cum dies. §. pen. &. l. Pedius. §. in seruum. & §. de prox. sacro. scri. l. in sacris. iij. in fin. & ar. §. de restitu. ven. l. ratas. Sed secundum hoc labor iudicis non remuneratur: sicque occurrit iniquitas, Sed respon. eõtra est maior æquitas, vt in iudicijs seruetur æqualitas. In secunda opponitur de eo quod est insti. de iure naturali. §. sed & quod principi. vbi dicit non egredi personam. & idem ff. quod quisque iur. l. iij. vbi dicit aliud, quando sine postulatione indulgetur: quia tunc personam non egreditur. & hic dicit: siue per speciales largitates &c. Sol. hic fuit postulatum, nihilo minus tamen fuit largitas specialis. Vel dic, non egreditur personam, nisi eius contrariam: vel nõ egreditur persona contra illum qui habet priuilegium, sed contra iudicem vel executorem sic. Vel a vt tollas omnia prædicta, dic aliter casum: Merui priuilegium, vt vel nihil, vel minus præstarem nomine sportularum, vel expensarum: si postea vincam, & velim ab aduersario omnia repetere quæ expendissem, ac si priuilegium non habuissem, non possum: sed id solum quod expendi: vt. §. de iudi. l. properandum. §. siue autem.

c *Constitutiones.* vt clerici: vt. §. de epi. & cleri. l. omnes qui. §. executoribus. &. l. cum clericis. §. fi. & auth. sed hodie.

d *Largitates.* petitum tamen fuit.

e *Sportulis.* huiusmodi autem sportulæ iudicibus dabantur ab vtraque parte: vt in authen. de iudi. §. ne autem. col. vj. nam (vt dixi) æqualitas seruanda est hinc inde. sportulæ autẽ quæ execu-

† Dans. V. Monterub. Constitutiones. Valentiniano. A. VII. & Antonio Cost. Contius.

** aut, repetitione. † In Co. T. pro verbo iudex ea augmitur.*

** Imò id est præsentibus. Contius.*

† Dat. III. Kal. April. Cõstantino, Asclepiodoto & Maximiano. Cõss. sic restituo ex C.T. Contius. † Legendum Valentiniani & Martiani. A. A. est enim lex Nouella Martiani, li. Nouel. Martii. tit. I. l. I. qui liber est ipsis excussus, sic etiam tecum gitur in vetter. lib. manu scripto. Contius.

† fuerit protractus. cum. Contius.

** al. fol. in manuscript. & Nouel.*

† In vet. deest non, & rectius subauditur. Cõtia per Nouell. Institutia. III. quæ vult ne mine sumptuum & damnorum decimâ partem quantitatis in bello compensandi solui actori. Contius.

† Secundum formam edicti. Quod quibus iuris. Contius.

a Dic ex mente Bart. præterea vrat. in primi legis vbi petit te litis ordinationem: quod executi ad aduer sarium seruari æqualitas, sicut in priuilegijs re ficientibus dicitur: vt in contrarijs.

† Hæc l. videtur contexta per Nouell. Institutia. III. quæ vult ne mine sumptuum & damnorum decimâ partem quantitatis in bello compensandi solui actori. Contius.

præbendis: siue hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus, vel affatibus insertum, k siue prætermissum sit, vel fuerit.

TITVLVS LII.

DE RE IVDICATA.

Aequitas noui casus nouum inducit remedium. b. d. secundum Bald. Vel sic: Contra sententiam potest opponi exceptio, Quod petis intus habes. Bar. Vel sic exceptio superueniens post sententiam, potest opponi post sententiam in executione. b. d. secundum Bar. Vel sic: Rebus iudicatis paretur, nisi petatur quod iam habetur. Saly.

I. Imp. ANTONINVS A. Stellatori.†

REbus quidẽ iudicatis standum l est. Sed si probare m poteris, eum cui n condemnatus es, † id quod furto amissile videbatur, recepisse: aduersus iudicati agentem, doli exceptione opposita, tueri te poteris. XII. Kal. Mart. Ant. A. IV. & Balbino Conss.

† al. Stellatio.

† Additione sutrina festiuet. Contius.

Error calculi sententiam non vitiat. b. d. secundum Bal. & Saly. Vel sic: Propter calculum male summatum nõ debet sententia rescindi quæ transiit in rem iudicatam. b. d. secundum Pau. de Cast.

II. Idem A. Pacatiano.

REs iudicatæ o si sub prætextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis. p PP. Prid. Non. * Romæ. Læto & Cereale Conss.

Etiam si sententia continet pœnam, standum est ei, nisi appelletur. Bart. Vel sic: Potest quis ad rem & pœnam eolem libello conuenire, & valet sententia. b. d. Bald. Vel sic: Sententia condemnatoria rei & pœnæ est petendum, si non est appellatum. Salyc.

III. Idem A. Demetrio & alijs.

SI pecuniam quam mala ratione q intercepisse vos apparuerit, iussi sitis r inferre cum pœna, & comperto præcepto

b Idẽ Bart. & Saly. nã tũc nõ dicitur res indicata, quando est appellatum.

dem. Bald. & Salycetus. vel hic post sententiam, ibi vero ante. Salycetus.

n *Eum qui.* ad idem. ff. de arbi. l. Celsus. §. j.

o *Res iudicatæ.* Pone, petebam decem ex causa mutui, decem ex causa legati, & decẽ ex alia. iudex tulit sententiam de viginti quinque, & omisit quinque: non debet retractari. hoc verum est, nisi singulas partes expressit in sententia.

p *Litis finis.* quod esset iniquum: vt hic, &. §. de transactio l. fratris. & accipe hic, nisi fuerit error expressus in sententia: vt. ff. quæ senten. sine appel. l. j. §. j. & §. dixi de errore calculi. l. j. c An autẽ & tunc valeat in ea quantitate vsq; ad quã non est erratũ, quæritur? quod videtur: vt argu. §. de dona. l. sancimus. in prin. SI pecuniam.] CASVS. Pecuniam meam surripuisti: eã petij. Sin ea, & in pœna mihi condemnatus es. si à sententia non appellasti, habes necesse stare iudicatis.

c Dic quòd ibi fuit error expressus: hic vetonon. Bart. & Saly.

q *Male ratione.* puta vi.

r *Iussi sitis.* per definitiuam sententiam.

Pronuncietitis.

a *Pronocaueritis*, illico: vt & supra quomodo & quando iud. l. A ab eo. & ad hoc supra e. l. j in princ.

b *Inferre*. tam pœnæ, quàm rei furtiuæ. Accursius.

Vbi specie.] CASVS. Debeo.x. tibi, feci ti mihi pactum de non petendo, & inde factum fuit instrumẽtum, si post rem iudicatam ipsum proferam: an rescindatur sententia, quæritur? Dicitur quòd non,

c *Sub specie nouorum*. id est allegatorum nouiter, vel inuentorum vbicunq; vel apud eundem, vel alium.

d *Repertorum*. arg. supra de transactio. l. sub præcextu. j.

e *Restaurari*. contra speciale est in causa fisci. ff. de re iudica. l. imperatores.

f *Graue est*. & ideo nõ conceditur: vt hic, & supra de transact. l. sub præcextu. j. Hoc tamen fallit in causa publica[a], quæ reuocatur vsque ad trienniũ, & etiam postea si præuaricatio arguatur: vt ff. e. l. imperatores. & infra de sen. aduersus fiscum. l. j. lib. x. Idem potest dici in ecclesia: vt in authenti. de non ali. aut permu. rebus ecclesiasticis. §. finimus. coll. ij. & in pupillari causa: vt infra de iure reipu. l. rem publicam. lib. xj. sed videtur etiam priuata causa retractari: vt ff. de iureiur. l. admonẽdi. quæ est cõtra. Sol[b] ibi sub cõditione fuit iudicatum, si iurauerit antequam impletam conditionem retractaret, vtrubi hic autem pure. Vel dic vt ibi. Accursius.

a *Idẽ Bart. B. & Saly.*

† *Esse te. reputatur sing. secundum Ludo. de Ro. in cõsiliis suis. const. 9.*

b *Ista sol. nõ est vera. Bart. nam diuinat secundã Saly.*

* P. P.

† *Sic depositiones testiũ redactæ in publicum instrumẽtũ, habent perpetuam firmitatem: vt hic in c. significauit. cum gl. 2. extra de testib.*

AD *solutionem.*] CASVS. Iudex condemnauit aliquem in certa summa, nec appellauit sed ad satisfaciendum iudici dilationem petijt: an lis suscitari possit, quæritur? Dicitur quòd nõ, quia videtur sententiæ acquieuisse.

g *Acquieuisse*. etiam si appellauerit, vel appellare potuerit.

h *Acquieuerit*. expressim vel taciturnitate decem dierum. & sic no. ex hac l. mirabilem præsumptionem. sic &. ff. de pac. l. tale. §. qui prouocauit. & ad Macedo. l. sed Iulianus. §. fin. & infra de iure do imp. l. ij. &. ẽ. quod met cau. l. ij.

GESTA.] CASVS. Coram iudice dato ad causam, factę sunt confessiones: attestationes receptæ, in publicã scripturam sunt redactæ. illo iudice mortuo an possint illa gesta valere, quæritur? Dicitur quòd sic.

Gesta quæ dicuntur.

i *Gesta*. id est acta apud delegatum: vel, id est, confessiones partium, & dicta testium, translata &c. scilicet cum sunt in actis redacta à tabellione coram iudice, vt faciunt cotidie. Vel gesta, id est acta illa in scriptis translata: facta scilicet publicatione coram eo apud quem sit publicandi facultas. arg. supra de testamẽtis. l. publicari. Et fit ita, si vna partium altera præsente vel non, cum tabellione, qui attestationes scripsit, iudicem ordinarium adeat, qui tabellionẽ interrogabit si ita est vt scripsit:

nientem. dabuntur ergo mihi in solutum, vt tamen habeam necesse pro toto debito esse contentus, licet minus valeant: vt hic, &. ff. de re iudi. l. à diuo. §. fi pignora. secus in conuentionali: vt infra de iure do. impe. l. fi. §. sed si quidem. Potest tamen & aliter intelligi dictus. §. si pignora.

a *Constamus*. quàm sit per pignorum retentionem, vel vindicationem.

b *Subhastatas*, id est, præconizatas: sic & supra si aduer. fiscum. l. edicto.

c *Ex compacto*. id est, ex contractu malitiose habito.

d *Earum*, rerum: vt habes de hoc titulum specialem, si in causa iudicati pignora capta sunt.

e *Mitter*. vt sint loco secundi decreti.

STipendia.] CASVS. Miles mihi debet decem. ea petij, & condemnatus est, nec soluit iudicatum. an stipendia sua pignori sint capienda, quæritur? Dicitur quòd non, si aliàs habeat res in quibus possit fieri [illegible] icati executio.

f *Stipendia*. scilicet militum. idem in præbendis clericorum videtur.

g *Prouincię*. similiter nec priuata pactione possunt obligari talia stipendia: vt infra quæ res pign. ob. possiũt. l. spem.

h *Cum*. id est quando.

i *Exequi*. si ergo aliter non potest, & hæc capientur: [a] vt hic, & ff. de re iudi. l. commodis. quæ ponitur vt contraria.

ETiam.] CASVS. Hoc ordine sententia mandanda est executioni, vt primo capiantur mobilia: his non inuentis, perueniatur ad immobilia: deinde ad nomina: vt ffide re iudi. l. à diuo. Si ergo decem à re petuntur, & condemnatus fueris, nec sit in quod iudicati possit fieri executio, debitore excepto: in debitorem suum. faciẽda est executio.

k *Nomen debitoris*. cõfessi demum: vt. ff. de re iud. l. à diuo. §. sic quoque iudices. vt tamen primo ad mobilia, secundo ad immobilia, postea ad nomina accedatur: vt. ff. de re iudi. l. à diuo. §. in venditione. & infra de prætorio pi. l. j. & facit supra quando fisc. vel priua. debi. sui de. exi. pos. l. j. ij. &. iij.

STu proponis.] CASVS. Sententia lata inter actorẽ & reum, & reo condemnato, misit iudex executorem, qui exequeretur sententiam: an executor cognoscendo possit minuere quantitatem in sententia comprehensam, quæritur? Dicitur quòd non: nec valet eius sententia.

l *Executor*. loquitur de executore, id est nuncio, qui cognoscere non potest, nisi in causis vilibus, ex necessitate sibi facta cõmissione: vt. ff. de iudi. l. fin. Vel dic quòd loquitur in delegato ad exequendum: & tunc excipe, nisi sit præses, vel procurator Cæ-

constantius [a] desiderat remedium. Si itaque præsidem prouinciæ, qui rem iudicatam exequi debet, adieris, & allegaueris res soli quæ pignori datæ sunt, diu subhastatas, [b] ex compacto [c] siue ambitione diuersæ partis emptorem non inuenire [potuisse], † in possessionem earum [d] te mittet, [e] vt vel hoc remedio res tamdiu protracta ad effectum perducatur. Dat. XI. Kal. Iul. Messala & Sabino Conss.

Publica stipendia non venduntur, nec in solutum adiudicantur, nisi in subsidium. h. d. cum glo. Bald. & Salyc.

IIII. Idem AA. Marcello militi. †

STipendia fretineri propterea, quòd condemnatus es, non patietur præses prouinciæ: g cum [h] rem iudicatam possit alijs rationibus exequi. [i] PP. III. Non.*

Nomen debitoris poterit capi pignori in causam iudicati, secundum Baldum. Vel sic: Ad nomen debitoris peruenitur in subsidium ex causa indicati. h. d. eum gloss. Salyc.

V. Imp. GORDIAN. A. Amando.

ETiam nomen debitoris [k] in causa iudicati capi posse ignotum non † est. PP. III. Idus Octo. Attico & Pretexto Coss.

Pronunciatio executoris non infirmat sententiam. h. d. secundum Bartolum. Vel sic: Mens executor de omnibus causæ non cognouit, nec pronunciat, nec pronunciatum valet. h. d. & habet plures lecturas. Salycetus. Vel sic: Mens executor non potest assumere partes iudicis, & de iustitia sententiæ cognoscere vel pronunciare. h. d. secundum Paulum de Castro.

VI. Imperator PHILIPPVS A. & C. Tiriano.

SI (vt proponis) rerum iudicatarum executor [l] datus partes sibi iudicis vindicauit, † & contra ea quæ pridem pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronunciandum putauit: sententia ab eo dicta vim rei iudicatæ obtinere nequaquam [m] potest.†

Interitus & naturalis accessiones veniunt in mora iudicij. h. d. secundum Baldum. Vel sic: Mortua specie debita, sit executio in æstimatione. Bar. Vel sic: Condemnatus si moram cõmittat, tenetur de interitu vel accessionibus. Sa. Vel sic: Condemnatus qui in soluendo moram commisit, tenetur de interitu rei, & etiam de accessionibus, id est fructibus & reditibus, rei in qua est facta condemnatio. h. d. secundum Paul. de Cast.

VII. Imperatores DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Theodoto.

SI longis apertisque frustrationibus partis aduersæ, restitutio [n] remorata est, etiam seruis rebus humanis exemptis: à frustratore æstimatio corũ restituenda [o] est. Animalia quoque cum fœtibus tibi intercessu præsidis repræsentabuntur.

Executor est, qui rem dispositam mandat effectui. Bald. Vel sic: Mens executor est, qui nullo dissensu solum habet exequi: vt sunt apparitores, & nuncij communes. h. d. secundum Salycetum. Vel sic: Executor est ille, qui sententiam rite latam ad effectum perducit. Paulus de Castro.

VIII. Iidem AA. & CC. Nichomacho. †

EXecutorem † eum solũ esse manifestũ est, qui post sententiã inter partes audita omni & discussa lite prolatam, rei iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere. p Sine die & Consule.

Committo debitore & condemnato, pignora capiuntur & distrahuntur. dele tamen tempore. Bal. Vel sic: Post lapsum tempora quod datur indicatis, debent capi pignora & distrahi. Bar. Vel sic: Contra debitorem committũ & condemnatum fit executio, capitis & distractis pignoribus intra tempora à iure statuta. Salyc. Vel sic: Tunc est petenda executio, quando reus confessus est: vel si negauit cum est conuictus & condemnatus: & quando transactum est tempus à iure præfixum ad soluendum iudicatum. h. d. secundum Paulum de Cast.

IX. Idem AA. & CC. Glyconi.

EOs quos debitores tuos esse contendis, apud rectorem conueni prouinciæ: qui siue debitum confessi, siue negãtes & conuicti fuerint condemnati, [q] nec intra statutũ spacium [r] solueant vel neget se mihi teneri: & conuictus condemneretur: si intra quatuor menses non soluat quod iudicatum est, pignora capientur & distrahentur.

q *Condemnati*. hoc determinat vtrumque præcedentiũ secundum nos scilicet confessi, & negantes conuicti. nam etiã in confessum dicimus dari sententiam: vt ff. de custo. re. l. si confessus. Alij referunt tantum ad negantes. nam in confessum dicunt non dari sententiam: vt dies infra de confess. l. & facit supra de act. & oblig. l. negantes. & de prohi. sequest. pecu. l. j.

r *Statutum spacium*. quod est quatuor mensiũ regulariter: vt. ĩ. tit. j. l. iij. quandoque tamen arctat iudex prædictum spacium, quandoq; prorogat pro causæ qualitate, vel quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia. sed perrato intra statutum tẽpus sententiã exequuntur: veluti si alimẽta cõstituuntur, vel minori

† *Præside provincię.*

Contin.

† *Hoc verbis in ma. nuscr. vetust. Cuiac.*

† *Quod pertinet concedi fort. l. vlt. ff. de iudi. Cuiac.*

† *Cuiac. gl. in ea. super quæstionum, super verbo, quæ executorem, circa prin. de off. delegati. ea. de sententia & reiudi.*

† *Illeg. & Antonius diuersi ffic. l. de. tutio. §. sic quoque. ff. de tutil. Cuiac.*

Similis in c. cum gl. sin per totũ, ver. debitus, extra de fideiuss.

† *Cuiac. gl. in ea. super quæstionum, super verbo, quæ executorem, circa prin. de off. delegati. ea. de sententia & reiudi.*

† *dl. idẽ A.*

minori. xxv. annorum subueniatur: vt. ff. de re iud. l. ij. & si aliàs A fieret abbreuiatio: quia non instá causa abbreuiaret iudex: supple lex vsque ad quadrimestre tempus: vt. ff. de re iud. l. iiij. §. si quis. Sed & de soluendo plerumque præcipit vt soluat: vt ex tempore præcepti currant vsuræ centesimæ. captio ergo fit post quatuor menses. Sed venditio quando fiet? Respon. & hæc sit tũc statim, sicut & olim post duos mẽses: vt. ff. de re iudi. l. debitoribus. §. fi. quod satis dici potest, cum pignus vẽdicur ex definitiua sententia. nam si venditur ex interlocutoria, forte expectatur per annũ: vt. ſ. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. § fin. vel per biennũ. [a] vt in cõuentionali pignore: vt ſ. de iure do. impe. l. fin. Vel forte definitũ est tẽpus in Græca cõstitutione: vt innuitur ſ. debo. auctо. iud. pos. l. fi. Vel forte iudex definiet: ar. ff. de iure delib. l. j. §. fi. & hoc in simplici actione personali. nam in reali statim fit executio, si statim restituere possit res. alioquin datur tẽpus ad restitutionẽ: & satisdatur tamen de præstanda æstimatione, si res non restituatur: vt inſt. de offi. iudi. §. & si in rem actũ sit. Nec obstat. ff. de vſu. l. in fideicommiſſi. quia ibi agebatur actione ex testamento, & sic personali, nõ rei vindicatione. Itẽ nec quod est. ff. quod met. cau. l. si cum ex. §. quòd si homo. quia ibi agebatur actione quod met cau. quæ personalis est: vt. inſti. de act. §. præterea quasdam.

a Nota: conuẽtionale pignus post biennium ex ipsi pore morę debitoris per executorẽ vẽdi posse refert Alex. in d. l. debitoribus. § fi.

† in meo manuscripto est, procuratorib. creditarium fisci. recte. Contius.

† persequitur.

† eadem inscriptio quæ in l. eos. ſ. de vſu. Cõtius.

† Glo. 2. in c. præterea. de ætа. & qualı. alleg. hanc. l. quòd quatuor mẽses dicuntur breue tẽpus, et. c. quærẽti. de offi. deleg.

† cum essent interpellati, hoc. n. differentis verbis exigit lex Gratiani Augustı in Codice Theodoſiano. Cõtius † Gratiani, &c. quas hodiè habemus, quæ nunquã in manus Accursii inciderunt. sunt autem in Codice Theodoſ. li 4. ti. 17 l. 1. Antonio Contio.

lutioni satisfecerint: cum latæ sententiæ, pignoribus etiam captis ac distractis, secundum ea quæ sæpe cõstituta sunt, meruerint executionem, iuris formam tibi custodiet. S. Non. Nouemb. CC. Coss.

TITVLVS LIIII.
DE VSVRIS REI iudicatæ.

Mora solutionis post sententiam & quadrimestre tempus parit effectum vſuræ centesimæ. Bal. Vel sic: Non obtemperans sententiæ post tempus quadrimestre, tenetur ad vſuras centesimas. Sal. Vel sic: Pignora capta per executorem sententiæ, vendi debent non solum pro sorte, sed etiam pro vſuris centesimis quæ cucurrerunt lapso tempore dato iudicatis. h. d. secundum Paul. de Cast.

1. Imp. ANTONINVS A. procuratoribus hereditatum.



SI qui bona [a] secũdum dictam [b] sententiam prosequitur †: eas quoq; rationes habiturus est, vt qui post legitimum tempus placitis non obtemperauerit, vſuram [c] centesimam [d] temporis quod postea fluxerit, [e] soluat.

Non appellanti, à die sententiæ currit tempus quadrimestre: appellanti verò, à die confirmationis sententiæ: & postea currunt vſuræ centesimæ, omni alia vſura cessante. Salyc.

11. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.†

EOS qui condemnati solutionem pecuniarium quas depẽdere iusſi sunt, vltra quatuor menses † à die condemnationis, vel si prouocatio fuerit porrecta, ſ à die cõfirmationis sententiæ connumerãdos [g] distulerint: † centesimas vſuras exigi præcipimus: nec priscis legibus †, [h] quæ duas centesimas eis inferebant, nec nostra sanctione, [i] quæ dimidiam cẽtesimæ statuit, locum in eorum personam habentibus. Dat. VII. Id. April. Constantinop. Decio Cos.

Centesima vſura currit pro sorte, non pro vſura primi contractus: etiam si fuerit in condemnatione deducta. Bald. Vel sic: Quadrimestri tempore elapso currunt vſuræ legitimæ sortis tantum, & non vſurarum. Et dilatio quæ datur reo, prodest fideiussori. Bald. Vel sic: Vſura centesima debetur ex sorte tantum, & nõ ex priore vſura, licet in condemnatione cum sorte sit deducta, h. d. vſque ad. §. & cum antiquitas.

111. Idem. A. Ioanni. P. P.

SAncimus, si quis condemnatus fuerit post datas à nobis [k] quadrimestres inducias †, centesimas quidem vſuras secũdum naturam iudicati eum compelli soluere, sed tantummodo sortis, & non vſurarum quæ ex pristino contractu in condemnationem deductæ [l] sunt. Cùm enim [m] iam constituimus [n] vſurarum vſuras penitus esse delendas: nullum casum relinquimus, ex quo huiusmodi machinatio posſit induci. Si enim [o] sine emendatione [p] relinquatur: aliquid absurdum atque inelegans necesse est euenire: cùm q [vſuræ†] vtiliter ex contractibus descendentes, plerumque minores centesimæ [r] † ex nostra lege factæ sunt: & necesse est† minoribus vſuris graviores supponi [s]. Si enim [t] ex iudicati actione centesimæ omnimodo currunt vſurę, ex contractibus autem hoc rarò contingit: in capitulis [v] lege nostra rantummodo exceptis, huiusmodi iniquitatem [x] ipsa rerum necessitas [a] introducebat. †

¶ Et ideo pio remedio causam corrigentes, sancimus sortis tãtummodo [b] vſuras vsque ad centesimam currentes, ex iudicati actione profligari, nõ autem vſurarum quantascunque vſuras. Si enim nouatur [c] iudicati actione prior contractus: necesse est vſurarum quidem quæ anterioris cõtractus sunt, cursum post sententiam inhiberi: [d] alias autem vſuras ex iudicati actione tantummodo sortis [e] procedere: & nõ ideo, quòd forsitá consummata [f] est quantitas sortis & vſurarum, † totius summæ vſuras postea colligi, sed sortis tantummodo.

Tempus quadrimestre quod datur reis principalibus, datur & eorum fideiussoribus. h. d. vſque ad finem. Salyc. Vel sic: Quadrimestre tempus non solum datur condemnato: sed etiam fideiussori de iudicato soluendo, contra quem potest fieri executio: aliàs sequeretur quod nec cõdemnato daretur, si posset fieri executio contra fideiussorẽ ante lapsum quadrimestrij temporis, nam & ipse posset quod soluit recuperare à condemnato: & sic sibi nihil proficeret legalis dilatio. Paul. de Cast.

C

1. Imp. ALEXAND. A. Victori.



SI non singuli in solidũ, sed generaliter tu & collega tu [n] vna & certa quantitate cõdemnati estis, nec additum est, vt quod ab altero seruari non posſet, id alter suppleret: effectus sententiæ pro virilibus [n] portionibus discretus est. Ideoque parens [o] pro tua portione sententiæ, ob cessationem alterius ex causa iudicati cõueniri non potes.

Summata est cum præcedenti. Vel sic; Sententia contra plures tutores lata, in viriles intelligitur diuisa. Salyceius.

11. Imp. GORDIANVS. A. Annianoٹ.

QVoties à tutoribus singulis procuratoribus datis, sequitur in omniũ [p] persona cõ

D

† Autẽ. Cõtinuo notat: in obligationibus quæ in rem non dantur quatuor menses, sed statim faciendo satisfactionis eadem iuniana. ma. posse tradi, tuſſi. de ſſſ. iudicis.

† Dist. solo esse literæ quod sola vsura exigat, quando sortem vsura equarcit. Cuiac. Penultimo de vſuris rei iudicatæ. Cõtius.

† Lex 12. tabularum duodecim dies ſuſſes dabat. Gell. lib. 17. cap. 1. media autem inſipientia menſes dabat. Gell. lib. 17. cap. 1. & dare iudicatum. Contius.

† Dist. Inde iudicia nunquam in Francorum regno vſitata fuerunt, quod etiam prudenter à Carolo Molineo adnotatum legiſſe aliquãdo memi. Aut. Contius.

† deest in manuscrip.

† centesimæ.

† al. esset.

Sententia posteſt mandari executioni cõtra fideiussores eo condemnato.

† vt singuli pro virilibus teneantur. Hæc est. n. si ex duobus. &. ff. si vtine in uli quis cautionibus. l. si is qui. Summa. Cõtius.

SI PLVRES VNA sententia condemnati sunt.

Qualiter fiat executio Cõtinuatio. cõtra vnum damnatum dixit, nunc qualiter fiat si sint plures.

SI non. Primo ponit dictum. Secundo eius effectum, vel infert ad quæsitum. Secunda ibi, Ideoque. CASVS. Duo tenebãtur mihi in decem: & in solidum conueni eos, & cõdemnati sint simpliciter, qui primo tenebatur in solidum, extunc tenetur virilitter, vt quia iudex sic dixit, condemno vos in decem: nec dixit, vt quod ab altero seruari non posſit, alter suppleret. Viuianus.

Diuiſio.

n *Virilibus*. siue virilibus, siue æqualibus, siue inæqualibus partibus tenebatur: vt hic, &. ſ. l. proxi. &. ff. mandat. l. si mandato Titij. §. Paulus respõdit. &. ff. de appel. l. si quis separatim. §. quoties. &. ff. de re iudica. l. Paulus respondit. ij. & arg. ff. de lega j. l si pluribus. † al. Hannano. in princi. & de duobus reis. l. reos. §. cum in tabulis. Et sic videtur quòd cum ille qui in solidum vel in parte maiori tenebatur, nunc in virili teneatur, quòd sententia condẽnatoria proficiat damnato. & sic est contra. ff. de excepr. rei iudic. l. euidenter. Sol. hic in residuo videtur absolutus: & sic absolutoria ei sententia proficit, non condemnatoria. Vel dic quòd actio iudicati pro partibus datur, sed prima actio adhuc in solidum durat, vt prius: nec obijcitur exceptio rei iudicatæ: vt not. supra tit. j. l. fina. in verſic. si enim nouatur, &c.

o *Parens*. id est obediens.

QVoties.] CASVS. Tres administrauerunt tutelã alicuius pupilli, & ex mala administratione facti sunt debitores pupilli in. ccc. & in solidũ. finita tutela pupilli, adeunte pupillo iudicium tutelæ, & illis per procuratorẽ se defendentibus, condemnatus fuit procurator. licet ante sententiam tenerentur in solidum, post sententiam tenebuntur pro parte. & quod ab vno seruari non poterit, ab alio consequi non debet. Viuianus.

p *In omnium*. scilicet procuratorum, qui præsentes sunt: vt supra de sentent. l. j.

a *Diuisum.* inter tutores, in quos fit executio, non in procuratores, nisi se obtulissent: vt. ff. de procu. l. Plautius. &. ff. de re iudic. l. iiij. in princ.

b *Ab vno.* scilicet dictorum condemnatorum.

c *Iuris est.* non nocebit alteri, si alter non est soluendo: vt hic. sed prodest alteri, si alter appellet, quamuis ipse non appellet: vt. j. si vnus ex pluribus appel. l. j.

QVIBVS RES *iudicata, &c.*

Dixit quibus nocet: nunc quibus non nocet: licet videatur nocere.

† *Iunge. l. Sæpe ff. de re iudicata. Cõtinu.*

SI neque.] CASVS. Habebam rem cõmunẽ cũ fratre meo: pro illa re egit Titius aduersus fratrẽ meum me absente, & obtinuit: an præiudicet mihi sententia, cum ei non mandauí quòd me defenderet? Dicitur quòd nõ. & sic ponitur agere quasi improprie, scilicet pro defendere. Vel dic quod frater meus egit & succubuit, non præiudicat mihi sentẽtia. Viuianus.

d *Defensionem.* id est, actionem.

e *Præscriptio.* id est, exceptio.

f *Non obest.* immo videtur debere obesse: quia talis est persona quæ admittebatur sine mandato: vt. ff. de procu. l. sed & hæ. Sed non sequitur quòd ideo obsit: vt. §. de rebus credi. l. nec filius. &. ff. ind. sol. l iij §. j. Agit ergo sine mandato quo ad cõmodum: & facit ad. l. iſtam, j. de excep. l. pro portione. &. j. res inter alios ac. l ij. &. ff de iureiurand. l. si duo. in priuc. &. l. si itaque. Accursius.

RES *inter alios*] CASVS. Primo ponit regulam: deinde exemplum ad regulam, quæ talis est: Res inter alios acta, aliis non nocet, nec prodest. Si ergo neptis tua habeat cohæredem, & cohæres conuentus & condemnatus est, neptẽ tua absente: ei non præiudicat sententia.

g *Irrogare.* hæc regula fallit vbicunque fit ius ex sententia: vt in causa inoffi. testa. vt. ff. de inofficio testa. l. Papinianus. §. fi. &. ff. de sta. ho. l. ingenuum. Item fallit in quatuor casibus qui sunt ff. de re iudica l. fæpe. §. fin. Item in populari actione: vt. ff. de iureiuran. l. eum qui. §. in popularibus. Item in publicis accusationibus: subaudi, reo absoluto: vt. ff de accu. l. si cui §. hisdem. hoc ita, nisi collusio detegatur: vt. ff de præua. l iij. & de app. l si prolusorio. & de libe. ho. exhi. l. quod & lex. §. pe. & ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. Itẽ in quibusdam fallit vt prosit, non vt noceat: vt. ff. ad. l. Iul. de adulter. l. denunciasse. §. si absolutus. &. ff. si seruitus vin. l. loci corpus. §. si fundus. & ff. de inoff. test l. posthumus. §. si quis ex his. &. §. de natu. li authent. si quis liberos.

h *Præiudicare non potest.* ad plenum, sed qualequale præiudicium fit: vt. ff de iureiuran. l. si duo. in prin. &. ff. de appella l à sententia. &. j. l. proxi, & facit. §. de fide instru. l. si vteris. &. §. de transact. l. j. & de inoffi. testa. l. cum duobus.

i *Iudicatum est.* scilicet contra te pro parte tua.

Non exemplis, sed legibus est iudicandum. Salyceius. Vel sic: Sententia lata cum vno, non præiudicat alteri, nec eidem in simili negocio: & sic non exemplis vel similitudinibus iudicandum est, sed legibus. hoc dicit Iacob. But.

Vtis] CASVS. Non solum in ciuili causa res inter alios &c. sed & in causa criminali. Si ergo aliquis in publ co iudicio aliquem accusauerit, & cum eo colluserit: præiudicabitur aliis accusare volentibus, si non doceant de præuaricatione. Viuianus.

k *Accusationibus.* non tãtũ in ciuilibus quæstionibus, sed etiam in accusationibus.

l *Officere.* si secundus accusator sit probatus de præuaricotione primi: vt. ff. de præua. l. præuaricationis. & dixi. §. l. proxi. Accursius.

m *Si.* id est quanuis.

n *Videatur.* vt si duo rei sint adulterij, & aduersus matrem pronunciatum sit: vt. ff. de adul. l. denunciasse. §. fin.

Ne sim] CASVS. Nedum in eadem causa, sed nec in simili, res inter alios acta, aliis præiudicare non debet. Viuianus.

o *Actus.* vel per sententiam: vt per totum hunc titulum. &. §. de sentẽ. l. nemo, vel quocunque modo: vt. j. res inter alios acta. l. j.

Non exemplis, sed legibus est iudicandum. Salyceius. Vel sic: Sententia lata cum vno, non præiudicat alteri, nec eidem in simili negocio: & sic non exemplis vel similitudinibus iudicandum est, sed legibus. hoc dicit Iacob. But.

1111. Iidem AA. & CC. Sorteriano.

NEc in simili negocio, res inter alios actas, o absenti præiudicare, sæpe constitutum est.

TITVLVS LVI.
QVIBVS RES IVDICATA NON NOCET. †

Sententia lata contra communẽtam personam, non præiudicat communẽtæ personæ: nisi habeat mandatum, vel ratificet. Bald. Vel sic: Licet sententia sit lata contra communẽtam personam, non propterea præiudicat non mandanti, neque ratum habenti. Salyceius.

I. Imp. ALEXANDER. A. Mateulino.



I neque mandasti fratri tuo defensionem d rei tuæ, neque quod gestum est, ratum habuisti: præscriptio e rei iudicatæ tibi non oberit. f Et ideo non prohiberis causam tuam agere sine præiudicio rerum iudicatarum. PP. Non. Maij. Alexand. AA. Coss.

Sententia super interesse ex lata non patrocinatur neque nocet alteri. Bal. & Salyc.

II. Imp. GORDIANVS. A. Athemio. *

RES inter alios † iudicatæ, neque emolumẽtum afferre his qui iudicio non interfuerunt, neque præiudicium solent irrogare: g ideoq; neptis tuæ præiudicare non potest h quod aduersus cohæredes eius iudicatum est, i si nihil aduersus ipsam statutum est.

Sententia in criminali cum vno lata, non præiudicat alij. Bald. & Salyc.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS. AA. & CC. Honorato.

IVris manifestissimi est, & in accusationibus k, his qui cõgressi in iudicio non sunt, officere l non posse, si m quid forte præiudicij videatur n oblatum.

**Athenio.*
† De hac materia videm c pen. cum gl 2. ex via sc feminẽ. & re iudi. a Tacit gl. 1 in c. cum pridem. extra de transact.

Res inter alios acta, aliis quando ne præiudicat.

a *Ea quæ causa cognita.* per definitiuam sententiam.

b *Subscriptionibus.* in eadem sententia, vel alibi: quæ subscriptiones sint contrariæ sententiæ definitiuæ: secus in interlocutoria: vt hic. &. ff. de re iudi. l. quod iussit. & de arbi. l. diem. §. j. sed Grammaticam & verba mutare, tenore sententiæ perseuerante, bene potest: vt ff. de re iudic. l. actor. Sed an interpretari verbum dubium sententiæ possit idem iudex? Respon. quòd sic, secundum H. vt ff. de app. l. ab executore. in princip.

Interlocutio.] CASVS. Præcepit iudex alicui soluere pecuniam, & si non intra certum tẽpus solueret, quòd daret duplum: an tale præceptum habeat vim rei iudicatæ, quæritur? Dicitur quòd non.

c *Voluntas.* condemnatur aliquis in pecunia, sed summam, vel cuius monetæ sit, non interpretatus est.

d *Potius.* sic &, §. de sentẽn. l. ex stipulatione. &. §. eod. l. j. Accurs.

Vdex.] CASVS. Si iudex delegatus ad causam, eam examinare, nec audire voluerit, sed diem partibus quo iure se præsentent, assignauit, & libellum alteri parti misit, & ei subscripsit, significans quòd aduersarius in possess. rei petitæ mittere tur: an huiusmodi scriptura vim rei iudicatæ habet, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

e *Locum dederat.* id est cessauerat: aliàs id est cessauerat. Accu. sic enim dicimus in vulgari, vel verius, i. statuerat.

f *Debuit.* vt. j. si per vim vel alio modo. l. fi.

g *Datam.* ante diem forte quo debebant conuenire.

h *Non ambigitur.* vt. ff. de re. iur. l. omnia quę. Sed videtur contra. ff. de acqui. possess. l. iuste. Sed illud intellige si rite data est, etsi non iuste: quia bene fuit seruatus ordo iudiciorum.

Programma.] CASVS. Pone quòd iudex proposuit scripturam qua continebatur, quòd qui ita faceret, ita puniretur: nũquid vim rei iudicata obtinet? dicitur quòd non, & hoc in prima. Idem est si alicui minatus fuerit nisi solueret: quia talis est comminatio. Viuia.

i *Programma.* cum idem in diuersis traditur libellus, tunc dictũ est programma: quasi procedens gramma, id est litera quæ per diuersa dirigitur loca præcepto iudicis, secundũ Azo. Sic enim plerunque in cor. authen. ponitur. Vel dic secundum Io. vt differat ab epistola, cum de ea hic in. l. ij. dicatur quòd programma sit scriptura publice proposita in albo. Accursius.

QVod magno.] CASVS. Iudex delegatus ad causam, sæpius debet interrogare an ita sit sicut dicit actor: & an velint partes plura dicere, & allegationes examinare. Cæterum si hoc non obseruauerit, sed literas miserit in quibus condemnet vel absoluat, partibus non præsentibus: tale rescriptum non obtinet vim rei iudicatæ.

k *Quod magno constitit.* id est præhabita partium examinatione, nam causæ &c. vt. j. si per vim vel alio modo. l. fi.

Sententia definitiua non reuocatur iudicis subscriptione. Bal. & Saly.

III. Idem A. Zotico.

EA quæ † causa cognita a statuuntur, subscriptionibus b reuocari non posse, sæpe rescriptum est. PP. VI. Id. Septembr. Albino & Maximo Coss.

Verbum iudicii indistincte prolatum, necessitatem non importat, etiam scriptum in actis. Bald. vel sic: Verba comminatoria non habent auctoritatem rei iudicatæ. Saly.

1111. Imp. GORDIANVS. A. Aselepiodoto.

INterlocutio præsidis apud acta signata, vt nisi solutioni debiti is qui conuenitur, obsequium præstitisset, duplum seu quadruplum inferat: voluntas c potius d comminatis, quàm sententia iudicantis est: cum placitum huiusmodi, ne rei iudicatæ auctoritatem obtineat, iuris ratio declaret.

Iudex debet audire & examinare, non fulminare. Bald. vel sic: Fulminatio iudicis statim libellum exequentis, non habet auctoritatem rei iudicatæ. Saly.

V. Idem A. Iucundo.

IVdex qui disceptationi locum dederat, e partium allegationes audire & examinare debuit. f nam subscriptionem ad libellum datam, g talem quæ diuersam partem in possessionem fundi mitteret, vicem rei iudicatæ non obtinere, non ambigitur. h

Literæ præsidis in præsidali palatio positæ, vel in prouinciam missæ, tertium continentes, vel ipsius meram auctoritatem respicientes, non habent vim rei iudicatæ. b. d. secundum vtramque expositionem glossæ. Saly.

VI. Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPP. C. Cassiano.

PRogramma i si quod à præside prouinciæ propositum est, vim rei iudicatæ nequaquam obtinere potest: nec comminationem vim rei iudicatæ obtinere manifestum est.

Per sententiam altera partium consligitur: & alteri victoria datur: ideo cum paucis literis, & sine magna deliberatione ad illam non procedit ur. Salyc.

VII. Imp. CONSTANTIN. A. ad Bassum præfectum prætorio. †

QVod magno conflictu k sententia l decerni solet, id paucis literis † temere m describitis, definiri fas non est. Dat. XV. Kal. April. Constant. A. VI. & Maxi. Coss.

TITVLVS LVIII.
SI EX FALSIS INstrumentis vel testimonijs iudicatum sit.

Sententia lata ex falsis testibus vel instrumentis, renocatur falso probato, & quòd index tulit sententiam ex eo, nisi de crimine falsi ante fuerit cognitum. Bald. vel sic: Sententia prætextu falsorum instrumentorum lata, rescinditur tribus concurrentibus seu conuenientibus: si falso sint producta, & de falso non fit cognitum, & propter illa falsa fit iudicatum. quod prodest ad tria, scilicet ad sententiam rescindendam, ad executionem impediendam, & ad solutum repetendum. b. d. totus iste titu. secundum Bar. vel sic: Sententia lata ex falsis instrumentis vel testimonijs, renocatur falso probato, & quòd index motus fuerit ex illis, etiam præter appellationem: nisi de falso primo fuisset cognitum. hoc dicunt primæ tres leges huius tit. Vel si vis summare quamlibet per se. Sententia lata ex falsis testibus vel instrumentis, renocatur falso probato, & quòd index motus fuerit ex illis: nisi prius de falso cognitum fuerit. Sal.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. ad Bassianum. *

I tabulas testamenti quas secutus proconsul vir clarissimus, sententiam n dixit, falsas dicere vis: o præbebit notionem suam non obstante præscriptione p rei iudicatæ: q quia nondum de falso quæsitum est, r

Appellatione non interposita subuenitur victo ex falsis instrumentis, per restitutionem in integrum. Baldus, & Salyc.

II. Imp. ALEXAND. A. Optato.

ET qui non prouocauerunt, s si instrumentis falsis se victos esse probare possunt: cum de crimine docuerint, t ex integro de causa audiuntur. u PP. XVI. Kalend. Octob. Iuliano. II. & Crispino Coss.

l *Sententia.* scilicet definitiua.

m *Temere.* id est, non causa cognita: nec partibus præsentibus: vt diximus in rubri.

SI EX FALsis, &c.

Deficit sententia propter omissum solemnitatem: vt lex Cõstantini. sed & propter adiumentum falsitatem: vt hic.

† *Ostensa mihi est vetus quædam lex Cõstantini quæ iubet eum ad plenissimam.*

[*tabulas.*] CASVS. Mota controuersia inter me & Titium de hereditate Seiana, in qua dixit se heredem scriptum: & ad probationem intentionis suæ produxit testamentum: iudex eum absoluit. volo postea arguere testa. de falso: an possim, quæritur? Dicitur quòd sic: nec obstabit exceptio rei iudicatæ. Viuia.

n *Sententiam.* qua pronunciauit heredem ex testamẽto esse præferendum.

o *Vis.* ciuiliter vel criminaliter: vt. j. de falsis. l. damnus.

p *Præscriptione.* contra §. de fide instrumentorum. l. vlti. non est contra: quia de falso hic nõ fuit quæsitum, sed ibi fuit.

q *Rei iudicatæ.* vt. ff. de excep. l. qui agnitis. &. §. de translãtio. l. si ex falsis.

r *Quæsitum est.* secus si fuisset in primo iudicio quæsitum, licet nõ pronunciatum: a vt §. de fide instru. l. fin. quæ est contra. aug. ff. de excep. rei iudi. duobus. Item infra. qui. ex cau. ma. non li. §. semel. contra. Solu. ibi dicit falsa, id est non iusta. & est simile ad principiũ glo. quòd sufficit in iudicio hereditatis quæri de libertate, licet non pronuncietur: vt. §. de ordi. iudi. l j. Accur.

a Concor. cũ hac gl. fuper verbo, post sententiam in c. licet. circa prin. extra de proba.

ET *qui non prouocauerunt.*] CASVS. Perebas à me decem, & ad probationem intentionis tuæ induxisti falsum instrumentum. iudex illud secutus, me condemnauit: si postea velim arguere instrumentum de falso: an possim, quæritur? Dicitur quòd sic: & probata falsitate ex integro causa ventilabitur. Viuianus.

s *Et qui non prouocauerunt.* Sed si prouocauerint, an videantur confirmare? non puto: sed solo eo casu confirmatur quo falsus procurator egit. nam dominus appellando, rarum habere videtur: vt. ff de iudi. l. licet. &. ff. rem. ra. ha. l. cum minor. §. si.

t *Docuerint.* scilicet probata falsitate.

v *Audiuntur.* vt &. ff. de iudi. l. si prætor. §. Marcellus, &. §. de fide instru. l. si vteris. Sed qualiter sententia rescinditur probato falso? Respõ. per in integrũ restitutionẽ: vt. ff. de re iudi. l. diuus. nisi in casu

** Bissane. al. Vipsania. Contin.*

in casu,vbi ipso iure nō valet fauore minoris:vt supra si ex fal. alle.l.j.&.ij. ADDITIO. Hoc quod gloſ.ista dicit de reſtitutione, verum eſt quando ſententia propter falſa inſtrumenta eſt lata contra præſentem: ſed ſi eſſet lata contra abſentem, eſſet ipſo iure nulla:vt.l.ſi prætor.§.Marcellus. ff. de iudi.& ibi not. Et iſtam materiam plene examinat Bar. in. d. l. diuus. ff. de re iudi.

Sententia lata prætextu falſarum atteſtationum reſcinditur, dum probabitur iudex vſus fuiſſe illis. Baldus. Vel ſic: Sententia lata ex falſis teſtimoniis à iudice ſecutis, reſcinditur. Salyc.

F*Alſum.*] CASVS. Periſti decem à me: produxiſti teſtes: iudex dicta eorum ſecutus, ſententiam tulit, & me condemnauit: an poſtea arguere poſſim dicta teſtium de falſo, quæritur? Reſpon. quòd ſic. ſed ſi non probem eos falſum dixiſſe, & iudicem dixiſſe, & iudicem dixiſſe eorum ſecutum me condemnaſſe; non recedam à iudicato. Viuianus.

a *Teſtationem.* id eſt atteſtationem, ſcilicet ſcripturam in qua dicta teſtium continebantur, quę falſa erāt: vel quia falſum dixerunt: vel quia corrupti tabellio aliter ſcripſit quàm dixerint. Et nota quòd dicit P. quòd non retractatur ſententia per falſas atteſtationes: niſi pecuniæ corruptela interuenerit. ar. ff. de re iudic. l. diuus. Tu dic idem in teſtibus,

Sententia falſo prolata ſemper retractari poteſt.

quod in inſtrumentis, vt ſiue interueniat pecunia, ſiue non, retractetur ſententia, ſi falſo eſt prolata. Eſt enim eadem vis inſtrumentorum & teſtium: vt ſupra *de fide inſtru.* l. in exercendis. & teſtes inſtrumenta dicuntur: vt. ff. de fide inſtrumen. l j. Item hæc rubrica eſt generalis in teſtimoniis & inſtrumentis, & in prædicta. l. diuus. ſubaudi, maxime.

b *Eidem.* ſcilicet teſtis, vel teſtium: nam & ipſi inſtrumenta dicuntur: vt dixi. Vel dic quòd mutat caſum. Et nota oportere probari duo, & falſum, & quòd iudex ex eo iudicauit. inde eſt quòd ſi plura erant inſtrumenta, vel plures teſtes, vel inſtrumenta & teſtes: licet quædam ex his ſint falſa: ſi tamen alia vera ſufficiant vt ex his poſſit dari ſententia, non retractabitur: vt hic, & patet per omnes. ll. huius tituli: Item & hic ſignare potes contra. & quaſi ad omnes leges huius tituli, quod eſt ſupra de fide inſtru. l. ſi. in fi. ſed ibi ſoluitur ſuper. l j. huius tituli.

I*Vdicati.*] CASVS. Petis à me. x. falſi inſtrumenti prætextu: ſuccubui, ſi poſtea velim arguere inſtrumentum de falſo: an poſſim, quæritur? Reſpon. quod ſic: nec mandabitur ſententia executioni, ſi nondum ſolui quod iudicatum eſt: & ſi probem quod ſolui, repetam. Viuianus.

c *Repetitio.* impetrata in integrum reſtitutione: niſi in caſu: vt dixi ſupra eodem. l. ij. & ad hoc infra de fal. l. ſatis.

DE CONFESSIS.

Cōtinuatio. *Dixit de verè condemnatis: ſequitur de quaſi condemnatis, id eſt confeſſis: & differt hic titulus ab illo de interroga. actio. quia hic poſt litem conteſtatam, ille ante litem conteſtatam locum habet. Acurſius.*

C*Onfeſſos.*] CASVS. Petij à te decem, tu interrogatus an deberes, confeſſus es: an de cætero ſit ligitandum? Dicitur quòd non.

d *Confeſſos in iure.* lite conteſtata, & in loco vbi redditur ius, & apud præſidem.

e *Pro iudicatis.* ſub. quantum ad hoc, vt amplius contra ipſos non quæratur.

f *Placet.* vt & ſupra de repu. here. l. ſicut. &. ff. de inſtru. l. ſi aduerſarius. &. ff. eodem. l. j.

g *Soluere.* ſcilicet accepta, puta mutuo. Et quia hæc regula cōfeſſos &c. multas habet oppoſitiones: ideo dicit Ioan. ſic eam formandam: Confeſſus in iure contra ſe certum quid, quod ius & natura non reſpuit, vel factum cuius nomine cum alio poſſit eſſe actio in cauſa pecuniaria, pro iudicato habetur. In iure ideo dicit: quia extra ius non valet: vt. ff. de interrog. ac. l. j. in

Cōfeſſus habetur pro confeſſo, an ſit verum indiſtincte.

d *Venales*, quia precio obtentæ sunt, secus si per gratiam: vt. ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. cum prætor. nam ibi tenet, sed datur restitutio: vt. ff. de re iudi. l. diuus. nisi in casu vbi non valet, ambitione vel gratia lata: vt. C. si ex fal. allega. l. fi. nam inimicitiarum etiam causa retractatur sententia: vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cum quidam.

Sententia lata per gratiã valet.

Tal. Nicamori.

e *Iniustas.* secus in sententia arbitraria, quando potest agi ad pœnam: sed tamẽ obstat doli exceptio: vt ff. de arbi. l. ita demũ. & C. de arbi. l. ij. Ipso ergo iure non valet sententia iudicis, vt hic. Index etiam accusari potest lege Iulia repetundarum, vt. J. ad leg. Iuliam repe. l. iubemus. & litem facit suam: vt. ff. de iudi. l. si filiusfamilias. & qui corrupit, causam amittat: vt. C. de pœn. iudi. l. j. & ij. Accur.

SI pater.] CASVS. Aliquis filiusfam. & minor. xv. an. creatus est decurio. vtrum opus fuerit appellatione in hac creatione, si nolebat esse decurio? Respond. quòd non, lex sequens plana est.

f *Inhabilem.* vt quia non habuit aliàs honorem. & nunc vocatur ad maiorem. Vel quia innenitur continuare honorem: quod fieri non potest: vt. ff. de mun. & ho. l. honor. §. gerendorum. nam & hæc est inhabilitas: quia est minor: vt. ff. de mu. & ho. l. ad rempublicam. & J. qui æta. l. ij. li. x. & ff. de decu. l. non tantum. nisi filij suppleant: vt. ff. de mino l. ij. jj. responso. ergo subauditur hic, maxime. Vel dic, si, id est quia. & sic nil subaudiasi

g *Quando.* pro quia.

h *Ætati.* scilicet in xv. anno: vt. C. dixit.

tempus, sequitur non ens. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Sententia delegati lata vltra tempora sue delegationis, non valet: & appellatione submota vt fruſtratoria, delegans ex integro cognoscit. h. d. secundum Salycetum. Vel sic: Sententia delegati lata extra tempus, vel vltra tempus appositum in sua delegatione, non valet, tanquam lata à non habente iurisdictionem, & appellatio non est necessaria. h. d. secundum vnum intellectum. Secundum alium dicit quòd sententia lata non in termino peremptorij ad quem fuit citatus, non valet. Paul. de Cast.

VI. Iidem AA. Germano.

CVm non eo die quo præses prouinciæ præcepit, iudex ab eodem datus pronunciauerit, sed ductis[a] diebus alieniore[b] tempore sententiam dedisse proponatur: ne ambages fruſtra interpositæ prouocationis vlterius negociũ protrahant: præses prouinciæ superstitiosa appellatione submota, ex integro inter vos cognoscet.[c]

Sententiæ latæ precio sunt ipso iure nullæ: secus si essent latæ gratia. Bart. Vel sic: Sententia lata à corrupto per pecuniam, est ipso iure nulla, nec appellatio est necessaria. Paul. de Cast.

VII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. Nicagoræ.†

VEnales[d] sententias quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpositæ prouocationis auxilium, iampridem à diuis principibus infirmas[e] esse decretum est.

Minor ætate vocatus ad decemonatum, est sine appellatione suus mero iure, maximè si pater non consentit. Bal. Vel sic: Defectus ætatis reddit nominationem ad munera publica ipso iure nullam. & etiam priuilegium immunitatis: ideo appellatio non est necessaria. hoc dicit cum. l sequen. Paul. de Castro.

VIII. Iidem AA. Constantino.

SI pater tuus cùm decurio D creareris, non consensit, & decimum quintum annum ætatis agis: aditus præses prouinciæ, si inhabilẽ[f] te ad eundem decurionatus honorem esse perspexerit: quando g huiusmodi ætati[h] etiam prætermissa appellatione subueniatur, iniquam nominationem remouebit.[i]

i *Remouebit.* nec pater pro eo tenebitur: vt. C. ne pater pro filio. l. si filius.

k VEteranis. *Honestam.* vt quia, xx. annis militauerat. vt. C. de excusa. vete. l. j. Vel si intra certum tempus fuit assumptus, & illud finitum est.

Veteranus habens immunitatem vacationis, non tenetur si contra immunitatem vocatur ad munus. h. d. & est speciale in militibus. Bal. Vel sic: Si veteranus habens immunitatem, vocetur ad munera personalia, non tenetur appellare: quia vocatio vel electio est nulla. h. d. secundum Saly.

IX. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

VEteranis qui in legione vel vexillatione militãtes, post vicesima stipendia honestam[k] vel causariam[l] missionem cõsecuti sunt, onerum & munerum personalium[m] vacationẽ concessimus. ¶Huiusmodi autem indulgentiæ nostræ tenore remunerantes, fidam deuotionem militum nostrorum, etiam prouocandi[n] necessitatem remisimus.

Appellationibus superuacuis non vtimur, vt non iniuria, sed honor iudicibus inferatur: ideo vbi victus appellauit super sorte, non appellat victor ab absolutoria expensarum: sine victus prosequatur appellationem, sine non. quia iudici appellationis est data licentia, appellantem in sumptibus non condemnatum condemnandi. Sal. Vel sic: ista lex est singularis. & h. d. Superuacuis appellationibus non vtimur, propter honorem iudicum, secundum Lac. But. Vel sic: Vbi victus appellauit super sorte, non appellat victor super expensis, sine victus prosequatur causam, sine non: quia hoc totum supplet iudex officio suo. But. Vel sic. Si victus appellat & prosequitur, victor non potest appellare propter condemnationem expensarum omissam, idem si non prosequitur. h. d. ista lex not. secundum Bart. & Paul. de Cast.

X. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

OMnem[o] honorem salvum iudicibus reseruantes, † si quando vna pars quasi læsa per definitiuam eorum sententiam, prouocatione vsa fuerit, interdicimus alteri parti quæ vicit, pro hoc tantummodo quòd nihil capere pro sumptibus litis, vel detrimentis, vel minus quàm oportuerat, iussa est, prouocationem offerre: cum & ipsa decisionem litis rectè factam esse confiteatur: [p] iudicibus scilicet, siue florentissimis proceribus sacri nostri palatij, siue his quibus pro minore[q] litium æstimatione consultationes[r] delegantur,

1 *Vel causariam*, quæ propter valetudinem soluit à laboribus militiæ: vt. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominiæ. sed qui ignominiosè remittitur, est infamis: & ideo priuilegia nõ habet, vt ibidem dicitur.

m *Personalium.* Personale munus est, quod cum animi prouisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo detrimento perpetratur: vt tutela, & cura, & similia: vt. ff. de mun. & ho. l. munerum. §. j. A patrimonialibus autẽ, nec milites, nec veterani excusantur: vt. C. de vetãgal. l. iij. & ff. de priuile. veterano. l. ij. in fi. & l. pen. §. j. *Munus personale quid sonat.*

n *Prouocandi.* si fuerũt nominati ad munera, est eis. l. remissa. quod non est in alijs qui vacationem habent: vt. C. de appel. l. cines. & l. ei qui. excusare tamen se debent: vt. C. de excu. veterano. l. ij. aliter agnoscere videntur, & subire tenentur: vt. ff. de priuile. veterano. l. fina. in fin. habent & alia priuilegia veterani: vt. J. de pœnis. l. honor. & ff. de priuile. veter. per totum. & de his qui non imple. stipen. l. fi. lib. x.

OMnem.] CASVS. Perebam fundũ à Titio, condemnauit eum iudex tantum in fundo, & non in fructibus & litis expẽsis. Dicitur quòd non datur mihi facultas appellandi nomine fructuum & expẽsarum: cum confiteor recte latam sententiam, & prim. cons. hoc in prima. Ideo dicit quòd si Titius qui condemnatus fuit, appellauit: quòd si iudex appellationis perspexit me actorem iuuandum in expẽsis & fructibus, quòd me iuuabit. Tertio dicit quòd si victus Titius appellauit, & causam appellationis nõ fuerit prosecutus, dicit quòd ego actor per eandem appellationem victi Titij potero cõsequi fructus, & litis expensas

† *Similiter. c. vt debitus honor. in gl. super verbo, si dicat. post latam sententiam, & de appel.*

in primo iudicio non deductas, & hoc dicit.

o *Omnem.* sic extra de appel. c. vt debitus honor.

p *Confiteatur* in sorte, sed iudex tenetur qui nihil de sumptibus dixit: vt. C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra.

q *Pro minore.* quia & appellatur pedanei iudices quo ad sumptus: quia humiliora disceptant negocia: vt. C. de pedã. iud. l. fi. Accur.

r *Consultationes.* id est appellationes.

Index quid debet condemnare expensarum omissis, vel non petitis.

a *Eius.* & alterius partis quo ad sumptus. Azo. Sed contra. C. de fructi. & liti. expen. l. terminato. Solu. vt ibi, quia ibi non fuit appellatum.

b *Definientibus.* scilicet ampliorem in sumptibus. supra de appel. l. ampliorem.

c *Sed nec.* duo dicit hæc. l. Primo appellat reus victus, & prosequitur in forte: certe non appellat actor pro sumptibus, licet iudex suppler sententiam primam. Secũdo appellat reus victus: sed non prosequitur. nam actor prosequitur: vt. C. titu. j. auten. ei qui. ibi, appellatore, &c. sed H. dicit victum non appellasse. & si intelligas in sorte: qualiter de sumptibus actoris habetur ratio. C. de fructi. & lit. expen. l. terminato. si vero dicas in sumptibus rei, stultum videtur quòd appellet: cũ de eis non sit damnatus reuisnisi dicas quòd sit damnatus in minus.

d *Introducendæ.* id est, quòd victus non appellat quo ad sumptus, sed quo ad principale, & sic consultationem non introducit. Vel si appellat, non prosequitur.

e *Differente.* & sa. C. de tempo. appel. authen. ei qui. Accur.

e *Differente.* appellare, vel prosequi super sumptibus: sed super sorte appellabat & prosequebatur. Vel verius dic, scilicet prosequi appellationem interpositam super sententia sortis & facit. C. de temp. appel. authẽ. ei qui.

f *Initiriam.* non talem vt agatur actione iniuriarum: vt. C. de ap. l. & in maioribus. quæ est contra. vel fit iniuria quando superuacua: vt hic.

QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIVNTVR.

Cessat appellatio quandoque, ideo quia necessaria non est: vt. C. titu. x. quandoque ideo quia non meretur appellator audiri, de quibus hic dicit.

EIus.] CASVS. Petij à te decem, lite contestata per contumaciam cœpisti abesse: iudex te condemnauit: nunquid reuertus audieris appellans, quæritur? Dicitur quòd non.

g *Eius qui per contumaciam.* scilicet veram: vt quia inuentus non venit: vt hic, & C. de iudi. l. properandum. §. cum autẽ. & in authen. de iudi. §. appellationibus. col. vj. &. ff. de re iudic. l. cõtumacia. & ff. de appel. l. ex cõsensu. § eum qui. Non fictam, quia tunc appellat: vt. ff. de iudi. l. & post. §. fi. Item fuit cõtumax in non veniendo: secus si in non exhibẽdo, vel in non restituẽdo: quia tunc appellat: vt. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. quæ est contra. Quid autem si quis est cõtumax in non iurando de calumnia? Videtur quòd possit appellare: argu. dictæ. l. creditor.

h *Summatim.* sed quomodo potuit iudicari, cum non fit liquidum: vt. C. de iudic. l. properandum. §. j. ? Respon. quo ad absentem fuit semiplene cognitum: vt hic. sed quo ad præsentem debuit plene cognosci: vt ibi, vel dic quòd hic erat causa de qua semiplene debuit tractari: vt in actione ad exhibendum, & similibus: vt. ff. ad exhiben. l. iij. §. ibidem. Vel tertio dic quòd hæc dictio, summatim, refertur ad id quod subijcitur. quod nõ

Codex.

placet. sed debet plene cognosci si sit recipienda appellatio, vel non. Accursius.

i *Non potest.* nisi veniat iudice sedente pro tribunali: vt. ff. de in integ. resti. l. diuus. Item fic. ff. de le. ij. l. pero. §. libertis.

Cõtumax an possit appellare.

OBseruare] CASVS. An conuictus & confessus de crimine per testes &c. audiatur appellãs, quæritur? Dicitur quòd nõ. Si vero probato crimine con- † *Ex Co. demnatus fuerit non Th. lib. 11.* confessus: an sit au- *tit. 36. l. 7.* diendus appellãs, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in secunda.

k *Veneficorum.* id est, qui veneno occidunt aliquos.

l *Maleficorum.* id est, magicorum & incantatorum.

m *Violentiam.* vt. J. ad l. Iul. de vi pub. l. quoniam. Accursius.

n *Propria.* id est, spontanea, & non territus tormentis: vt in hac. l. Et nota duo necessaria vt non appellet, scilicet quòd conuictus & cõfessus: & alterum non sufficit, nisi in casibus vbi sufficit conuictũ propter immanitatem criminis: vt. J. † *Not. text. et vide Hyp.* de fal. mone. l. j. &. J. *po. in. l. in* de rapto. virgi l. j. §. *crimin. in* sin autem post. &. ff. de *prin. 2. col.* ap. l constitutiones. &. *ff. de quæst.* ff. de iniuf. tup. testa. l. si quis filio exheredato. §. hi autem. Item no. quòd in quinque criminibus loquitur hæc. l. sed idẽ videtur in cæteris, & idem in pecuniarijs causis. Sed videtur etiam in his delictis conuictum & confessum appellare, & alium pro eo: vt. ff. de ap. l. non tantum. quæ est contra. &. C. de epis. audiẽ. l. addictos. quæ est contra. &. C. de ap. l. addictos. Solu. hic ante sententiam fuit confessus: ibi post, secundum Ioan. vel ibi non fuit cõuictus, sed tantum confessus.

Appellare nõ potest qui est conuictus & confessus.

o *Ita.* scilicet ecõtra.

p *Condemnatus est.* legitime occasione susceptæ officij.

q *Aliquid dixerit.* confessio ergo in tormentis, veluti timore tormentorum facta, non nocet: vt hic, & ff. de quæstio. l. j. §. dinus Seuerus, nisi perseuerauerit, scilicet extra tormenta confessus. vt in eadem. l. §. fi quis vero. Vel non nocet confessio, scilicet sola, nisi probationibus aliquibus adiuuetur: vt hic. prima seruatur.

Confessio facta in tormentis, an noceat.

r *Denegari.* si vero ob aliquod delictum pœna imponatur, appellare non licet: vt. ff. de verbo. signifi. l. si qua. & dic vt ibi.

NVlli.] CASVS. Si iudex officialem sibi deputatum condemnauit, quia male se habuisset circa officium suum: an audiatur appellans, quæritur? Respon. quod non. secus est si super patrimonio officialis litigat, & condemnatus fuerit: quia appellare potest. Viuianus.

s *Nulli.* C. accusato criminaliter, eo forte quòd se male habuisset circa officium suum. nam si de adulterio, vel simili, tunc stabo. l. superiori proxime ADDITIO. Item limita hãc. l. quando officialis, puta nuncius vel notarius, &c. condemnatur ab illo iudice cuius erat officialis. Non enim est verisimile quòd index ferat contra eum sententiam, nisi clare reperisset delictum. ita intelligit hanc. l. gl. in. c. si quis appellat. in. §. nulli quoque. ij. q. vj. vbi hæc. l. cum duabus præcedentibus & item duabus sequen. sunt canonizatæ.

II. Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS ad Hieroclem Conf. Syriæ Cœles.†

OBseruare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, [k] maleficorum, [l] adulterorum, itemque eorum qui manifestam violẽtiam [m] commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria [n] vitium scelusq; confessus, audiatur appellans. Sicut enim hoc obseruari dispositum: ita [o] æquum est testibus productis, instrumentisq; prolatis, alijsque argumentis præstitis, si sententia contra eum lata sit, & ipse qui condemnatus est, [p] aut minimè voce sua confessus sit, aut formidine tormentorum † territus, contra se aliquid dixerit: [q] prouocandi licentiam ei non denegari. [r] Dat. V. Id. Decemb. Leontio & Sallustio Coss.

Qui male gessit officium, conuictus & condemnatus non appellat. Bald. Vel sic: Officialis condemnatus à proprio iudice de male gestis in officio, non appellat Saly. Vel sic: Officialis alicuius iudicis, si condemnatur ab illo iudice de delicto commisso in officio, non potest appellare: quia præsumitur non iniuste condemnasse: secus si lata sit super alio quod concernit patrimonium. Paul. de Cast.

III. Impp. VALENTINIA. & VALENS AA. ad Modestum præfec. præt.†

NVlli[s] officialium à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur, nisi in eo tantum negocio quod ratione ciuili super patrimonio forte apud propriũ iudicem inchoauerit: scilicet vt in eo tantùm

a *Procuratorem.* procurator ergo appellat & prosequitur vt dominus si vult: vt hic, &. §. de appel. l. dominus litis. Itē facit. j. de pœ. l. ne diu. & fac. §. de episco. audi. l. j.

A *Bstinendum.*] CASVS. Tenebaris fisco in decem ex contractu, vel nomine tributorum, an conuentus & condemnatus possis appellare, quæritur? Dicitur quòd non.

b *Calculi.* id est rationis.

c *Postulatur.* vt quia ad ministrauit quis publica negocia: & sic est ff. de appel. rec. l. fi. Sed cōtra. §. de appel. l. quoniam nonnulli. Solu. vt ibi.

d *Priuati.* scilicet patrimonii imperatoris:

†EX Co. Theod. ibid. l. 19. vt. j. cod. l. fin. &. §. de episc. audien. l. j. secus in bonis vacantibus lata sententia: vt. §. de appella. l. data. Alij intelligunt hoc etiā de priuato debito, quod defendi potest: vt statim dices.

c *Conuicti.* vt quia cōdemnatus dicit, vtiq; debeo id in quo sum condemnatus: sed appello, & sic negocium differam.

A *B executione.*] CASVS. Petij à Titio. x. fuit mihi condēnatus: executor modū excessit exequendo: quia fecit me mitti in possessionem maioris quātitatis quā erat deducta in sentētia: an à tali executione possit appellari, quæritur? Dicitur quòd sic: licet aliàs ab ea appellare non possit: ita vt si res de qua est controuersia, sit mobilis, possessio tradatur: vel apud Titium collocetur, tradenda cui iudex appel. eam adiudicabit. Si vero est res immobilis, puta fundus: fructus percepti & percipiendi apud sequestrum deponantur, possessione fundi remanēte penes eum qui appellauit. Si vero appellator inueniatur frustratorie appellasse, in quinquaginta libris argenti multatur. Viuianus.

f *Ab executione.* id est ab ipsa executione facti. executio enim est &c. vt. §. de execu. rei iudi. l. executorem, sed si pronunciat exequendam, vel non exequendam, potest appellari: vt. §. de appel. l. & in maioribus.

g *Et ime.* vt. ff de ap. l. ab executore. in prin. &. ff. de ver. sig. l. si qua pœna. vbi dicit, de pœna prouocationis &c. id est de executione pœnæ, secundum vnum intellectum.

h *Et constitutionibus.* vt. §. de ap. l. quoniam iudices.

i *Forte.* hoc abundat? vt. ff. de arb. l. si duo. vnde illud: Sub dubio sæpe respondeo forte periti.

Executor mulcta modo potest excedere: & tūc ab eo licet appellare.

k *Excedat.* vt si satis erat in possessionem rei modicæ mitti, præcipit fieri in magnam. Idem si pro maiori quātitate quàm in sententia continetur. Idem dicas si excedat modum ante tēpus exequendo, scilicet ante quadrimestre tempus: vt. §. de ap. l. si quis pronocatione. in fin. vbi de hoc dixi. Item idem est si executor prætermissa cognitione exceptionis (quę datur alicui in quibusdam casibus etiam post sententiam, & post quadrimestre tempus: vt. §. de iur. & fac. igno. l. j. & not. §. senten. rescin. non post. l. peremptorias) velit sententiam executioni mādare. Item appellatur ab eo qui male interpretatur sententiam: vt. ff. de ap. l. ab executore. in prin. Item à pronunciatione exe- A cutionis faciendæ, vel non: vt in princ. huius. l. dixit.

l *Detrahatur.* id est auferatur.

m *Cognitor.* appellationis.

n *Iudicauerit.* futuri temporis est.

o *Prouocationis capti.* ita quòd supersint, aliter non possent sequestrari. *Appellatione pendente nō debet res sequestrari.*

p *In deposito collocetur.* scilicet apud sequestrum. & sic est contra. §. de prohibi. sequestra. pe. l. j. Sol. hoc speciale. Item contra. §. de appella. l. appellationem. Solu. ibi appellatum erat à sententia principalis negotij, hic ab executione iniusta. Item nonne est ergo idem quandoquidē quis appellet? Respond. non: nisi depositeur fructus appellator: vt. ff. de appel. l. imperatores. §. fi.

†In Co. Th. prouinciæ. legitur ceciss. in emi. Cunctis.

q *Appellantes.* iniuste: vt in princ. huius. l.

r *Articulo.* id est definitiua sententia: nam ab interlocutoria non potest appellari: vt. j. cod. l. ante. vel vocat articulum certum capitulum à quo potest appellari quandoque ante sententiam: vt. ff. de appel. re. l. j. Vel post sententiam forte, vt in casibus, in quibus etiam post sententiam licet exceptionē opponere: sed si pronunciet eam iudex nō posse opponi, puto quòd potest appellari: vt. §. si fuerint in integ. resti. postu. l. j. Et si in causa appellationis succumbat, punitur: vt hic. Videtur tamen non posse appellari, quia sententia non adstringit eum ad dandum vel faciendum, immo ex prima ad hoc teneretur, si pronunciatur hoc solum eum accipere non posse. sed certe iudex appellationis idem facit, & tamen ab eo appellatur: vt. §. de appel. l. eos. circa princ.

† Ex Co. Theod. ibid. l. 26.

In Co. Th. dem sanctis. †pro inclusi. in Co. Th. legitur, electi Hadriani beneficii consequitur. quod eodem recidit. Cōtra.

Dānatus in pluribus criminibus, si in vno appellat, quid iuris?

Potest etiam dici capitulo, scilicet vno causæ: cum multa capitula in ea contineantur: & tunc in cæteris manet firma: vt. ff. de mino. l. etiam. §. ex causa. Item quid si in pluribus criminibus damnatus appellet in vno? Respond. si in maiori, differtur pœna in minori, non ita econtra: vt. ff. nihil no. appel. pen. l. j. §. fin.

s *Peperam.* id est per calumniam, & sine causa.

t *Multandos.* adhibita distinctione, an quis calumnioſe appellauerit. Si enim per calumniā: si quidem criminaliter cōuenitur: pœnam mediocrē iustinebit, & erit infamis: vt. §. de appel. l. eos. §. ne temere. & litem amittet officio iudicis: vt in eo. tit. à proconsulibus. vel in illa. l. à proconsulibus. est speciale. Si autem ciuiliter conuenitur, huius. l. pœnam patietur: vt hic, &. §. de episco. audi. l. ij. in fin. Si vero bona fide appellat, nullo modo punitur, secūdum Io. & Azo. nec in criminali, nec in ciuili.

Appellantes malè, pœnā minuntur.

Q *Visquis.*] CASVS. Testamentum fecisti: herem instituisti: heres adito iudice volebat quòd illud aperiretur. Scius ex aduerso dicebat quòd illud non erat aperiendum: iudex pronunciauit illud esse aperiendum. Scius appellauit: an admittenda sit appellatio quæritur? Dicitur quòd non: sed appellans, & index qui appellationem admisit, in viginti libris argenti punientur.

a Cancer. l. q. c. fun. quorum. cōm. de postul.

v *Mittantur.* idem in quolibet possessorio: a vt infra si de momen. poss. l. j. Accursius.

V. Imppp. VALENS GRATIA. & VALENTIA. AAA. ad Thalassium proconsulem Africæ. †

A B executione f* appellari non posse, satis & iure g & constitutionibus h cautum est, nisi fortè i executor sententiæ, modum iudicationis excedat. k A quo si fuerit appellatum, executione suspēsa decernendum putamus, vt si res mobilis est, ad quam restituendam executoris opera fuerit indulta: appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur, l & sequestro idoneo collocetur, reddenda ei parti pro qua facer cognitor m iudicauerit, n

¶ Quòd si de possessione, vel de fundis executio [cessauerit.] † & eam suspenderit prouocatio: fructus omnes qui tempore interpositæ prouocationis capti, o vel postea nati erunt, in deposito collocentur, p iure fundi penes eum qui appellauerit, constituto. ¶ Sciant autem prouocatores, se vel ab executione appellantes, q vel ab articulo, r si eos perperam s intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animaduersione multandos. t Dat. III. Kalend. Feb. Treu. Valente. VI. & Valentiniano. II. AA. Coss.

Ne testamentum aperiatur, vel ne scriptus heres in possessionem mittatur, non appellatur: & punitur tam appellans quàm appellationi deferens l. h. d. secundum Bart. Bald. Saly. & Pan. de Cast.

VI. Imppp. GRAT. VALENTIN' & THEOD. AAA. ad Hypatium. P. V. †

Q Visquis ne voluntas defuncti* testamento scripta referetur, vel ne hi quos scriptos patuerit heredes, [in possessionem mittātur,] v† ausus fuerit prouocare, interpositāmq; ap-

† Ex Co. Theod. ibid. l. 26.

In Co. Th. dem sanctis. †pro inclusi. in Co. Th. legitur, electi Hadriani beneficii consequitur. quod eodem recidit. Cōtra.

Dānatus in pluribus criminibus, si in vno appellat, quid iuris?

pellationem is a cuius de ea re notio erit, recipiēdam esse crediderit, b viginti librarū argenti †multa, & litigatorē, qui tam importune appellauerit, & iudicem, qui tam ignauam cōniuētiam adhibuerit, inuoluat c. Dat. Non. April. Treu. Ausonio. X. & Olybrio Conss.

Ante definitiuam non appellatur. Baldus & Salyceius. Vel sic: Ab interlocutoria non appellatur. h. d. secundum Bartolum & Paulum de Castro.

VII. Iidem AA. & ARCAD. ad Pelagium comitem rerum priuatarum.

A Nte † sententiæ d tempus, & ordinem e euentus, nec à discussore f, nec à rationali appellare liceat. Dat. XV. Kal. Mart. Med. Arcad. A. I. & Bautone Coss.

Publicus debitor manifestè conuictus non appellat h. d. Bart. & Paulus de Castro.

VIII. † Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Apollodoro comiti rerum priuatarum.

ET publicarum necessitatum, & priuati ærarij deposcit vtilitas, ne commoda quæ domui nostræ debentur, callidis debitorum artibus differantur. Quamobrem appellatione eorum reiecta g, qui apertè manifesteque conuicti sunt: hoc obseruari præcepti huius auctoritate censemus, vt ei quem constiterit esse publicum debitorem, appellationis beneficiū denegetur. Dat. III. Id. Aug. Med. Arcadio. IIII. & Honorio. IIII. AA. Coss.

a Is. scilicet superior iudex.

b *Crediderit.* isti duo & alij sunt. ff. de ap. re. l. fi.

c *Inuoluat.* scilicet superior iudex.

d *Ante sententiæ.* definitiuæ.

e *Et ordinem.* & pro id est. Et dic, id est, ordinarium euētum: vel id est sententiam ordine iuris prolatam.

f *Discussore.* genera iudicum sunt & idem in quolibet alio. Et sic nor. ab interlocutoria non appellari: sed demum lata definitiua sententia: vt hic, & supra de sen. l. fin. &. ff. de libe. cau. l. liberis. in fi. & supra de iudi. l. apertissimi, & supra de appel. l. eos. §. super. sed fallit in casu, cum iudex in criminali seu ciuili negotio quęstionem interlocutus est habendam contra leges: vt. ff. de ap. re. l. ij. quod intellige de quęstione quæ fit per tormenta, non de quæstione principali, qua iudex interlocutoria sententia definiat: licet quidam hoc intellexerunt. Item in alio quādo fideiussores approbantur à delegato: vt. ff. qui satisd. cog. l. arbitro. ff. à qui. app. non licet. l. fi. licet quidam illas intelligant quòd citra appellationem corrigat delegans sententiam talem delegati. Item fallit in alio quem habes supra de ap. l. si quis prouocatione. Vel illam exponе vt ibi: sed videtur semper ab interlocutoria appellari: vt. ff. de mino. l. intra vtile. quæ est contra. Solu. ibi speciale. Vel ibi trahit secum executionem, & causam ferre totam determinat. Item iure canonum videtur semper posse appellari. ij. q. vj. c. non ira. Alij verò dicunt etiam secundum leges semper posse ab interlocutoria appellari: & quod dicta. l. de ap. re. dicitur, gratia exempli est dictum. Idem ergo vbicunque per prædictas. ll. & per. l. ff. de præuari. l. præuaricationis. vbi dicit super incidenti sententiandum, & per consequens appellandum: & speciale dicunt de his iudicibus in quibus hic dicitur. vel dicunt sententiæ, scilicet definit

tatus: aut expresse, vt relegatus. primo casu non superest quæ- A
stio, secundo sic. Viuianus.

a *Si is.* pone casum per. l. infra si re. vel accu. mor. l. fin.

b *Adempt⁹.* scilicet specialiter.

c *Adimat.* tacitè: vt cum est deportatus.

d *Superesse potest.* nam si in expresso non valet, nec in tacito: vt. ff. de seruitu. rustico. prædio. l. item. §. qui haber.

e *Ex damnatione.* scilicet tacitè: sed expressè ex speciali sententia: & hoc est quod sequitur.

f *Auferantur.* vt in relegato ad tempus: vt infra de pœnis. l. deportatorum. & facit ad. l. istam. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. §. ad tempus. &. ff. de iure fisc. l. Lucius. &. ff. de bo. dam. l. fina. §. inter. &. ff. ad legem Falcidiam. l. in ratione. j. §. cum quidam. &. ff. ad Sylla. l. Caius.

† *Glo. in c. quod à te. super verbo, reddere. extra de cleri. coniug. inducit hanc. l. quod si tempore ingressus alicuius in ecclesiã, bona ingressi expresse donãtur ecclesiæ, non renouantur ipso ingresso recedente. secus si tacitè dicendo, offero me huic monasterio.*

SIis a † qui ademptis b bonis in exilium datus est, appellauerit, ac pendente prouocatione defunctus est, quanuis crimen in persona eius euanuerit, tamen causam bonorum agi oportet. Nam multum interest, vtrum capitalis pœna irrogata bona reo quoq; adimat c (quo casu morte eius extincto crimine, nulla quæstio superesse potest d) an verò B
non ex damnatione e capitis, sed speciali præsidis sententia bona auferãtur f. tunc etenim subducto reo, sola capitis causa perimitur, bonorum remanente quæstione. PP. Id. Mar. Modesto & Probo Cos.

Causa honoris, vel officij, morte soluitur. h. d, secundum Baldum. Vel sic: Causa appellationis super muneribus personalibus morte finitur. h. d. secundum Bart. Vel sic: Causa appellationis interposita à muneris nominatione, morte appellantis expirat. Pau. de Castro.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Dorophani.*

SI contra te iure pronunciatũ est, nec appellationis auxilium imploratum est, intelligis acquiescere te statutis oportere. In sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti. m XV. Kalen. Iun.

Vana formido non prodest. h. d. primo. Sed instãs metus facit vt protestatio facta intra tempus appellandi, habeat vim appellationis. h. d. secundum Bald. Vel sic: Qui propter timorem vanum omittit appellare, videtur sententiæ acquiescere. si verò timor sit iustus, tunc potest omittere, tamen debet protestari intra tempus appellandi quòd per eum non stat: & quòd libenter appellasset, nisi timuisset, & allegare causam timoris. quo casu talis protestatio habetur pro legitima appellatione Pau. de Cast.

II. † Imp. IVLIANVS A. Geminiano*.

HIs qui tempore cõpetenti non appellant, redintegrandæ audientiæ facultas denegetur. ¶ Omnes igitur qui contra præfectos vrbis, † magistros officiorum, vel magistros militum, seu proconsules, seu comites, seu præfectos n Orientis,* [seu vicarios Augustales,] vel alium iudicem sub specie formidinis prouocationem non arbitrantur interponendam: à renouanda lite † repellantur o.*¶Qui verò vim sustinuerunt P, contestatione q pu- D

lationis sic. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. A
& facit. ff. de reg. iur. l. in omnibus causis pro facto. &. ff. de ap. l. cum quidam. &. ff. de app. re. 1. si cuius. &. l. sciendum. ADDITIO. Addas quòd iste metus probatur probando quòd consueuit appellantes à gestis per eum incarcerare, & eis violentias & iniurias inferre: & sic ex qualitate personæ hoc præsumitur: vt. l. si à bonæ fidei. ff. de rei vin. &. l. argentum. ff. commoda. Vel quia minatus erat sic facere: vt. l. metum. cum sua glo. supra de his quæ vi &c. Ita dicit Bart. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de nouo. pe. nuncia. versi. quinto quæro &c.

a *Legitimos.* scilicet à sententia numerãdos: vt supra de appel. authenti. hodie.

SI VNVS EX plurib⁹ appellantib⁹ : Dixit. S. quando etiam appellanti non prodest appellatio : nunc quando etiam alij non appellanti per appellantem prodest appellatio.

SI iudici.] CASVS. Tres erant tutores diuisam habentes administrationem. duo condemnati prouocauerunt : & pronunciata est prouocatio iusta: an tertio qui non appellauit, profitilla prouocatio, quę ritur ? Dicitur quòd sic. Idem dicitur in principio. l. hoc addito, quòd si duo maior & minor, habẽtes causam communem, condemnati fuerint, & minor restituatur aduersus sententiam, non propter hoc restituetur maior. Vel dic casum aliter vt in glos.

b *Si iudici.* CASVS. Tres erant tutores indiuisam administrationem habentes, cõueniebantur omnes: aut quia male gessissent, aut quia nemo eorum gessisset officium. duo condemnati prouocauerunt. pronunciata est iusta prouocatio eorum. hoc etiam tertio prodest, qui non prouocauit, cum vna erat omnium condemnatio: secus autem si diuisas administrationes haberent. ad hoc supra de diuer. re. l j.

c *Nec diuersitate.* puta omnes conueniebantur, quia malè gessissent: vel omnes conueniebantur, quia nemo gesserat. si autẽ ideo quòd vnus malè, alter nullo modo gessisset: non proficeret appellatio vnius alteri: vt. ff. de appel. l. si quis separatim. §. fi. & facit. j. eo. l. j. in prin. Sed contra videtur. ff. in eodem tit. l. scio. in ver. certe. Sol. vt ibi. & facit. ff. de crimi. expi. here. l. res hereditarias.

d *Si in vna. Appellauerit.* sic &. j. l. proxi. &. ff. de adulte. l. denunciasse. §. fi. Sed contra. ff. de ap. l. scio. sed ibi patet solutio.

e *Non prodest.* nisi sit causa indiuidua: vt seruitus. secus si diuidua: vt. ff. quemad. serui. amit. l. si communem. in prin. ff. de negotio gest. l. qui alienam. §. fi. est autem quælibet seruitus indiuidua, præter vsumfructum: vt. ff. ad l. Fal. l. j. §. fi vsusfructus. & facit supra si in communi eadémque causa. l. j.

SI DE MOMENTANEA POSSES. &c.

Dixit supra quando propter iudicis auctoritatem non admittitur appellatio: nunc quando propter ipsius rei de qua lis est, vtilitatem.

CVm de possessione.] CASVS. Duplex est iudicium, petitorium & possessorium. in petitorio victus appellat, in pos- A
sessorio non. vnde si intentem contra te interdictum vti possidetis, quod est possessionis retinendæ: vel interdictum vnde vi, quod est recuperandæ: vel quorum legatorum, quod est adipiscendæ, & succumbas, non audieris appellans: salua tamen tibi quæstione super proprietate. non enim præiudicabitur quęstioni de proprietate. Viuianus.

f Et. & ponitur pro id est.

g *Momento.* id est possessione momentanea: tale est & illud Virgilij: Pateris libabat & auro. id est, pateris aureis. Et dicitur momẽtanea possessio, quia apta est durare per momentum: & sic aptitudine, vt hic, & institu. de lege Aquilia. §. his autẽ verbis. Vel ideo, quia in ea tractatur de possessorio momento: vt quoto tempore anni possederit olim. hodie de tempore litis cõtestationis, vt in interdicto vti possidetis: vt institu. de interdictis. §. retinendæ. Vel tertio, vt dixi supra qui legiti. perso. l. fi. Item hæc lex secundum omnes loquitur in possessorio retinendæ. Sed an idem in possessorio recuperandæ, vel adipiscendæ? Quidam dicunt quòd non. Tu dic idem in adipiscendæ: vt supra quorum appel. nõ recipi. l. quisquis. Item recuperandæ. sed hoc hodie est correctum secundum quosdam per. l. illam infra. vnde vi. l. si quis in tantam. Item huic. l. videtur contra supra de appel. l. j. Solu. ibi non ratione iniquitatis sententiæ appellatur, sed ratione ordinis omissi. Vel pone casum vt ibi nota. Sed si agatur possessorio, vt per condictionem ex dicta lege, si quis in tantam, puto posse appellari: quia per eãm non est momentanea. & non solum in possessione, sed etiam in proprietate darur ibi sententia: sed alibi vbi est momẽtanea eius vilitas, semper dicas non posse appellati per generalia verba huius legis. Item oppo. ex eo quod est supra de appella. l. & in maioribus. Sol. hoc speciale. Sed quare? Respon. quia est interlocutoria secundum quosdam: à qua nõ appellatur: vt §. quorum appel. non recipi. l. penult. Alij dicunt propter vilitatem, sicut & in sententia arbitri: vt supra de arbi. l. j. Sed tu dic esse definituam, & non vilem: sed ideo non appellari quia plenius poterunt singula tractari in quæstione proprietatis: quia eadem causa plenius examinabitur in causa proprietatis, licet alia via.

Possessio quare dicitur momentanea: & an possit appellari à sententia super eã lata.

† *vet. momentaria. in Co. autem Pho. legitur: Si de momẽto fuerit appellatum. li. 11. ti. 37. Contius.*

h *Fuerit.* scilicet de facto.

i *Effectum.* sic est contra supra de appel. l. appellatione. sed i bi tenet appellatio, hic non.

k *Reformationem.* id est restitutionem, vel traditionem, vbi de recuperanda vel adipiscenda agitur: vel confirmationem, vbi de retinenda agitur. Et nota hic diligenter quòd qua ratione non potest appellari, vel quibus: eadem vel eisdem non potest minor contra talem sententiam petere restitutionẽ in integrum, secundum quosdam: quasi paribus passibus ambulent: vt. ff. de mino. l. præles prouinciæ. Item quia nõ videtur damnum pati, cum saluum sit tibi omne ius in quæstione proprietatis, vel quasi modicum vel minimum damnum patiatur: & sic denegari debet restitutio: vt. ff. de in integ. restit. l. scio. Item tertio, quia in tali causa habet legitimam personam standi in iudicio, & admittitur vt maior: vt supra qui leg. per. l. fi. Alioquin

pertinere non ignorabit. PP. XIIII. Kalend. Septemb. II.*

Summata est supra in. l. præcedenti.

II. Idem A. Sereno.

SI in vna eadémque causa vnus appellauerit d, eiúsque iusta appellatio pronunciata est: ei quoque prodest, qui non appellauerit. ¶ Quòd si ætatis auxilio vnus contra sententiam restitutionem impetrauerit: maiori, qui suo iure nõ appellauerit, hoc rescriptum non prodest e.

TITVLVS LXIX.

SI DE MOMENTANEA † possessione fuerit appellatum.

Sententia lata in possessorio etiam appellatione interposita, statim fortitur effectum: ita tamen possessio reformatur, vt quæstio proprietatis integra seruetur. h. d. secundum Baldum. Vel sic: A sententia lata super possessorio, non potest appellari: quia non affert perpetuum præiudicium. quia non præiudicat causæ proprietatis: & granamen quod affert, potest reparari per iudicium proprietatis: ideo mutatur executioni, salua causa proprietatis. h. d. secundum communem intellectum. Alij dicunt quòd bene potest appellari: tamen appellatio non suspendit executionem sententiæ: sed præcedens est communior. Paulus de Castro.

I. Impp. VALEN. THEOD. & ARC. AAA. ad Eusignium. P. P.



VM de possessione, † & f eius mo méto g causa dicitur: etsi appellatio interposita fuerit h, tamen lata sententia fortitur *effectum i. Ita tamen possessionis reformationem k

† *Citat hãc constitutionem Symmachus in epistola qua dicit permittit vt si casus inciderit etiam de iure cognoscat iudex Cõtius.*

* *fortiatur. vet. et Cod. Theod. Contius.*

Sententia lata super possessorio est definitiua.

Appellatio vbi est interdicta, aut etiam restituto in integrum ibi denegatur

quin non videtur legitimus defensor si debet posse restitui. & sic decideretur per legem aduersarius. & sic dicitur. ff. de procu. l. minor. j. respon. Itē quarto, quia facilius deberalicui adimi priuilegium siue beneficium in integrum restitutionis, quàm ius commune, quod est scilicet ius appellandi: vt nota, supra ad Velleia. l. antiquæ. in prin. & supra si min. se ma. dixe. l. si alterius circunueniendi causa. in fi. ff. de mili. rest. l. eius militis. §. j. Sed his spretis dic secundum H. eum posse perere restitutionem: quia nec paribus passibus ambulant restitutio & appellatio. arg. ff. de mino. l. præfecti. §. de sen. præfec. prætor. l. vnica. Item & damnum videtur pati magnum si amittat possessionem: quia si obscura fuerint vtriusque iura, in proprietatis quæstione pronunciabitur pro possessore: vt insti. de interdic. §. commodum. Nec ob. quòd admittitur in hac causa vt maior. nam idem est vbi litigat in quæstione proprietatis auctore tutore, & tamen contra sententiam restituitur: vt supra si aduerrem iud. l. fin. & cum contrahit: vt sudpra si tu. vel cura. inter. l. etiam. & l. fi. Itē adultus nō habens curatorem, admittitur ad contrahendum vt maior: & tamen potest restitui, quia obligatur ciuiliter & naturaliter vt maior: vt. §. de in integr. resti. mi. l. si curatorem. Itē quicquid gestum fuerit cum minore, si appareat eum læsum, restituitur: vt. ff. de mino. l. ait prætor. in prin. ergo & hic eadem ratione. Item simpliciter lex dicit. §. si aduer. rem iudi. l. fi. posse minorem petere restitutionem contra sententiam, si appareat eum læsum. nec hic casus excipitur: ergo & contra illam sententiam poterit restitui, si appareat eum læsum: quia forte non plene probauit vt debuit: vel quia contra ius litigatoris lata est, licet probauerit.

† De materia huius ti. vide in ca. directæ nobis. cū gl. 2. extra de appel. *ter.

† Quod olim licebat, sed eo casu possessio ab eo ad peti tionē transferebatur. Codice Th. lib. II. ti. de poss sessione ab eo qui iteū pro uocauit trāsferenda. Contius.

NE LICEAT † IN VNA EADEMQVE CAVSA TERTIO * prouocare, vel post duas sententias iudicum, quas definitio præfectorum roborauerit, eas retractare.

Qui succubuit in duplici appellatione, non B *potest tertio appellare super eisdem articulis, & etiam supplicare. Et recusatio iudicis non numeratur in numero appellationum. hoc dicit. Bar. Bald. Saly. & Paul. de Castro.*

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ præfecto prætorio.

SIquis in quacunque lite iterum † [a] prouocauerit, nō liceat ei tertio in eadem lite super ijsdem capitulis prouocatione [b] vti, vel sententias excellentissimorum præfectorum prætorio retractare: c

a No. gl. singulariter quòd lex dubia est intelligēda secundū rubricā sub qua ponitur: & ad hoc al legat Inf. gl. istam insti. de act. col. 7 2.

Contius.

fieri oportet, vt integra omnis proprietatis causa seruetur. Dat. XIIII. Kalend. Decembr. Med. Honor. N. P. & Eudoxio Conss.

TITVLVS LXX.

TITVLVS LXXI.

QVI BONIS CEDERE POSSVNT. †

Cessio bonorum non liberat debitorem, sed facit ne possit detrudi in carcerem. hoc dicit secundum Bart. Vel sic: Qui cessit bonis, non liberatur à creditoribus ipso iure, nisi quod eis debetur in solidum fuerint confecuti, sed liberatur ope exceptionis: ideo non potest in carcerem detrudi. Paul. de Castro.

I. Imp. ALEXANDER A. Irenæo.

VI bonis † cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati. [g] In eo h enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne iudicati [i] detrahantur in carcerem a. X. De. Maxi. II. & Aeliano Coss.

Verbum tenere dictum non præiudicat. Vel sic: Debitum soluenti non præiudicat cessio bonorum, Bal. Vel sic: Qui potest soluere creditoribus, potest bonorum cessionem renocare. Bar. Vel sic: Qui cessit bonis, potest pœnitere, & ea re: uparare se integra, quando non erant vendita, si offert se solutum quod debetur creditoribus. Paul. de Cast.

II. Impp. PHILIPPVS. A. & PHILIP. Cæs. Abascanto.

SIquantitatem [b], quam licet reipublicæ condemnatus, [c] debebas, inferre paratus es: frustra vereris, ne verbum bonorum cessionis [d] temere [e] à te prolatum, priuare te, necdum distractis [f] facultatibus, iuris rationibus posit. PP. XIII. Kalen. Febru. Philippo A. & Retiano Coss.

Propter debitum contractum in ciuili officio, admittitur cessio, quæ in bonis filij cedentis non præiudicat. b. d. secundum Bart. Vel sic: Filius emancipatus, pro patrem damnato non debet. hoc dicit, Iac. But. Vel sic: Debitor publicus potest cedere bonis. Et si pater cedit bonis, non debent inquietari bona filij Salyc. Vel sic: Si pater cessit bonis, non nocet filijs, vt possint eius bona capi, vel molestari. Paul. de Castr.

III. Imperatores VALERIANVS & GALLIENVS AA. Iuliano.

SI pater tuus bonis cessit propter onera ciuilia [g], ipsius facultates oportet inquiri: non patrimonium quod tibi emancipato quæsitum dicis, inquietari. [h] Quod vt fiat, implorare æquitatem præsidis debes.

Facta cessione bonorum, non possunt creditores bona propria auctoritate tenere iure dominij: secus si data fuerint in solutum. Bart. Vel sic. Si debitor cessit bonis, non debent creditores interim distribuere bona eius: sed debent ea vendere in licis auctoritate, & precium pro rata inter eos diuidere. & si contra faciunt, possunt bona ab eis auocari, non obstante præscriptione longi temporis: secus si fuissent eis data in solutum. Paul. de Cast.

III. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. & CC. Chiloni.

LEgis.] CASVS. An prouinciales bonis cedere possint, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in prima. An autem creditor iure dominij bona cessa detinere possit quæritur? Dicitur quòd non, sed distrahere debet: nec contra petitorem præscriptione se tueri poterit. & hoc in secunda. Si vero debitor res suas creditori in solutum dederit, dominium earum acquisiuit. & hoc in tertia.

i *Ad prouincias.* vt non solum Italici, sed etiam prouinciales bonis cedere possint.

k *Detinere.* vt. §. ti. j. l. pro debito. & l. in possessionem.

tum ante sententiam sit facienda cessio: vt. ff. eo. l. penult. Sed dici potest, quòd post sententiam fieri potest cessio: vt hic dicit Azo in summa & hoc videtur contra. l. ff. eo. l. penul.

a *In carcerem.* si ergo non cedit bonis, videtur in carcerem pro debito poni: & sic videtur contra. §. de ac. & oblig. l. ob æs. in fi. Sed hoc fit auctoritate iudis: vel non fit hic seruus, sed nec seruit: sed loco carceris hodie ponitur in banno: & facit. §. de pigno. l. j.

SI quantitatem.] CASVS. Tenebaris reipub. in c. confessus es debitum, sed cum soluere nō posses, cessisti bonis. si antequā bona distrahantur, paratus sis soluere, an possis reuocare cessionem, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.

b *Si quantitatem.* quidam cum esset reipublicæ condemnatus in c. dixit se bonis cessurum: non ei præiudicat linguæ lubricum, dummodo paratus sit soluere, & facultates eius nondum distractæ sint.

c *Condemnatus.* ex administratione bonorum.

d *Cessionis.* quia inultorum de cōtraxit. Accursius.

e *Temere.* No. verbum temere dictum non præiudicare: vt. ff. de regu. iur. l. quod calore. & ff. de dinor. l. iij. & ff. de publi. licitatio. in princip. & ad legem Iuliam maie. l. famosi.

f *Distractis.* vt infra de distrac. pign. l. fi principium. Item no. licere pœnitere: vt ff. e. l. quē pœniter. & l. is qui bonis. j. & supra de ap. l. si quis libellos.

SI pater.] CASVS. Filium habens quidam emancipauit. ad munera ciuilia vocatus, bonis cessit: an bona quæsita à filio in quietari debeant, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

g *Ciuilia.* quia male administrauit rempublicam.

h *Inquietari.* vt. §. ne fil. pro pa. l. ne contra.

LEgis.] CASVS. An prouinciales bonis cedere possint, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in prima. An autem creditor iure dominij bona cessa detinere possit quæritur? Dicitur quòd non, sed distrahere debet: nec contra petitorem præscriptione se tueri poterit. & hoc in secunda. Si vero debitor res suas creditori in solutum dederit, dominium earum acquisiuit. & hoc in tertia.

i *Ad prouincias.* vt non solum Italici, sed etiam prouinciales bonis cedere possint.

k *Detinere.* vt. §. ti. j. l. pro debito. & l. in possessionem.

PRopter.] CASVS. Vocatur aliquis ad munus publicum, & propter hoc bonis cessit: an teneat cessio, quæritur? Dicitur quòd non: quia ex tali cessione blasmum vel inuidiam assequetur fiscus. Vel sic: Titius in fraudem bonis cessit, vt inhabilis fieret: an teneat talis cessio, quæritur? Dicitur quòd non: quia cedēti blasmum & inuidia esset. Vi. l *Cedentium.* vt sic vocetur quis inhabilis ad munus publicum, & cū non possit subire, ideo bonis cedere fisco cogatur: ex hac enim cessione inuidiam & blasmū consequitur fiscus: & sic nō est contra. §. eo. l. si pater. quia ibi idoneus administrauerat malè: hic nō idoneus administrare non potest. Posset etiā intelligi hæc lex, quod aliquis in fraudē muneram cedebat bonis, vt inhabilis fieret. hæc quidem cessio non admittitur: & blasmū esset cedenti: & pro hac positione est. §. de rescin. vendi. l. hi qui. & §. de episco. & cleri. l. si quis curialis. & j. de ex cu mu. l. illud. lib. x. & ff. de mune. & hono. l. æstimationē. in prin. m *Obnoxios.* i. habiles & idoneos secundum vtramque expositionem.

Fiscus ex bonorum cessio ne quandoque consequitur blasmum.

INomni.] CASVS. An fine verborū solennitate, quæ olim exigebatur, possit fieri bonorum cessio, quæritur? Dicitur quòd sic: quia sola voluntas cedētis sufficit. Vivia. n *Scrupulositate:* quæ erat in solennitate verborum. o *Exposa.* i. amota. p *Professio.* i. quòd solū dicat, cedo bonis. q *Voluntatis.* sine scriptura. & ad hoc. ff. e. l. pe. & fin. & quod dixi §. e. l. j.

† Ex. Cod. The li. 4. ti. 18. l. 2.

CVm & filiusfam.] CASVS. An filiusfamilias bonis cedere possit, quæritur? Dicitur quòd sic in castrensibus vel quasi: & si postea aliqua acquisierit, ad exemplū patris familias creditori satis facere debet. Viuian. r *Patre volente.* vt castrēse, quod domi filio donatur: vt habes. §. fami. ei. ci. l. fi filius. Castrēse vero, de quo subjicit, appellat quod in castris quæritur. & sic non peculij, sed rerum peculiarium sit differentia. Vel dicit de profectitio, vel aduētitio. cum enim admittatur cessio, cum nihil haber, vt subijcit: multo magis cum haberpeculium profectitium, vel aduentitium. Non tamen intelligas quòd profectitiū possit dari creditoribus. sed & video profectitium quandoq; separari à bonis patris, cū eius bona pro debito à fisco occupantur: & ita pater tale peculium ad filium spectare: vt. ff. de mino. l. denique. §. sed vtrum. in fine.

† Dat. Kalend. Maij. Honor. N. P. & Eudoxio Cōss. Cōtius.

Peculium profectitium filij non cedenti bona patris.

s *Etsi nihil.* corporale. habet tamen incorporalia. vel secundum P. cessi

Cessio bonorum non liberat debitorem, sed facit ne possit detrudi in carcerem. hoc dicit secundum Barto. Vel sic: Qui cessit bonis, non liberatur à creditoribus ipso iure, nisi quod eis debetur in solidum fuerint confecuti, sed liberatur ope exceptionis: ideo non potest in carcerem detrudi. Paul. de Castro.

P. etsi nihil corporale vel incorporale habeat. Sed videtur nugatio, vt cedat bonis, qui nulla bona habet: sed propter quærenda dicit: sic & Petrus omne dimisit, qui nihil præter nauiculam habebat. & actione de peculio tenetur, etsi nihil sit in peculio: vt. ff. de pecu. l. quæsitum.

Petrus propter Christū omnia dimisit.

a *Iniuriarum.* scilicet carceris.

b *Pinguius.* vt instit. de act. § penultimo &. ff. eodem. l. is qui. &. l. bonis. ij. &. l. si debitoris. & j. titulo. j. l. ex contractu.

CVm solito.] CASVS. Tenebaris mihi & Titio & Seio in decem. vis cedere bonis: ego & Titius volumus expectare in quinquennium, noluit Seius. qui sint audiendi, quæritur? Respon. distinguēdo: aut in maiori quantitate est obligatus Seio, aut Caio, aut in æquali. primo casu audiendi sunt: secundo casu nō. Si vero tres consentiant in dilatione danda, quartus dissentiat: maior numerus præferatur. Si vero ex omni parte æqualitas sit tam creditorum, quàm debitorum: illi admittūtur, qui inducias & cætera, nulla habita differentia inter creditores habētes hypothecam, & non habentes in rebus pertinentibus inter creditores, æqualitate iudicis officio seruata. nulla temporis præscriptione creditoribus inducias quinquennales concedentibus opponenda. Viuia.

c *Maiestate.* vel ab aliquo iudice.

d *Detur.* à debitore.

e *Existimatione.* quia non efficitur infamis. & ad hoc supra ex quibus cau. infa. l. debitores.

f *Inducias.* & sic est in creditorum electione. nec est contra. ff. solu. matrimo. l. si constante. §. quoties. in fin. §. quia speciale ibi.

g *Electionem.* sed quātum ad alia refert. argu. ff. de pac. l. rescriptum &. j. titu. j. l. pro debito.

h *Habentibus.* vt priuilegiati prius debitum consequātur: vt. ff. e. l. j. &. ff. de reli. & sump. funer. l. pe. Item vt hypothecarij chirographarijs præferantur. vt j. tit. j. l. pro debito. & vt prior tempore sit potior: vt. j. qui pot. in pi. l. si fundum.

i *Generando.* vt. ff. de iudi. l. ij. §. in omnibus. &. §. de iure deli. l. fin. § donec. & in authen. vt cum de apparentum sunt, habeant: tamen ne patiātur iniuriam, debet bonorum cessio admitti. Si enim & paterfamilias admittendus est propter iniuriam a timorem ad cessionis flebile veniens adiutorium: quare filiisfamilias vtriusq; sexus hoc ius denegamus? cum apertissimi iuris est, & inter patresfamilias, & inter alieno iuri subiectos, si quid postea eis pinguius b accesserit, hoc iterum vsque ad modum debiti posse à creditoribus legitimo modo auelli. Dat. X. Kalen. Mar. Constantinop. post consul. Lampad. & Oreſt. VV. CC.

An detur dilatio vel admittatur cessio, statur maioris partis creditorum inspecto cumulo debiti, vel numero personarum. quòd si vtriusque est partis, sententia benignior admittitur. Bartol. Vel sic: Si debitor vult cedere bonis nisi sibi detur dilatio ad soluendum, est in electione creditorum dare dilationem: & tunc non potest cedere vel pati quòd cedat. & si sunt discordes, præfertur maior pars, quæ consideratur primo respectu cumuli debiti. vel si par sit cumulus respectu numeri personarum: & si ambo sunt paria, benignior sententia eligatur, vt habeat dilationem quinquennalem: & non cedat. qua dilatione pendente non currit contra eos præscriptio: nec vnus de creditoribus præfertur alteri ratione priuilegij vel hypothecæ quam habeat. Pau. de Cast.

VIII. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVM solito more à nostra maiestate c petitur, vt ad miserabile cessionis bonorum homines veniant auxilium, & electio detur d creditoribus, vel quinquennale spacium eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, salua eorum videlicet existimatione e, & omni corporali cruciatu semoto cotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias f, alij autem iam nūc cessionem accipere velint, qui audiendi sint. In tali itaque dubitatione nemini putamus esse ambiguum quod sentimus, & quòd humaniorem sententiam pro duriore eligimus, & sancimus, vt vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorū causa iudicetur. Et si quidē vnus creditor aliis omnibus grauior in summa debiti inueniatur, vt omnibus in vnū coadunatis, & debitis eorum compu- B tatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, siue indulgere tēpus, siue cessionē accipere desiderat. ¶ Si vero plures quidem sint creditores, ex diuersis autem quantitatibus: etiam nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, siue par, siue discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinetur. ¶ Pari autem quantitate debiti inuenta, dispari vero creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtineat: ita vt quod pluribus placeat, hoc statuatur. ¶ Sin vero vndique æqualitas emergat tam debiti quàm numeri creditorum: tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinant sententiam, nō cessionem exigentes, sed inducias: nulla quidem differentia inter hypothecarios & alios creditores, quātum ad hanc electionem g obseruanda. In reb⁹ autem officio iudicis partiendis, suā vim singulis creditoribus habentibus h, quam eis legū præstabit regula: nullo præiudicio creditorum cuiquam ex quinquennij dilatione, circa temporalem præscriptionem generando i.

C

D

TITVLVS LXXII.

DE BONIS AVCTORITate iudicis possidendis, seu venundandis, & de separationibus bonorum.

Defuncti heredes legatariis præferuntur. Bal. Vel sic: Qui debent habere legata à defuncto herede, præferuntur legatarijs ab eodem. Bart. Vel sic: Legatarij defuncti præferuntur legatariis heredis. Saly. Vel sic: Qui debent habere legata à defuncto herede, præferuntur illis quibus ipse heres legauit: quia illa legata censentur tanquam ea alienum, quantum ad bona eius à quo relicta sunt, non quantum ad eum qui reliquit. Pau. de Cast.

I. Imp. ANTONI. A. Atticæ.



IN bonis k mortui, potiorē esse causam legatariorum, qui eum (vt pote heredem l) conuenire m potuerunt: quàm eorum quibus ipse heres legauit, manifestum est: cum prius legatum quasi æs alienum n exigatur o: legatum autē à mortuo p relictum, post debiti detractionem inducatur q.

Continuatio.

DE BONIS *auctoritate iudicis possidendis &c.*

Facta cessione, bonorum à debitore, vel etiam debitore vocato & non veniente ad iudicium, postulant creditores se mitti in possessionem bonorum eius, & postmodum vt vendantur &c. ideo de his dicit. Et quia creditores hereditarij quandoque postulant separari bona defuncti à bonis heredis: ideo & de hac subiicit: vt infra. l. ii.

IN bonis.] CASVS. Decessit Titius, Scio herede instituto, & legauit mihi decē: decessit Seius Sempronio herede instituto, & legauit Caio decē: quis nostrum potior sit, an ego primus legatarius, an Caius? Respon. quòd ego, cum prius legatum debeatur quasi æs alienum. Viuianus.

k *In bonis.* possidendis & vendendis.

l *Heredem.* instituit te Titius, & multa legata dedit. non soluēs scilicet legatis decessisti: institutisti tibi hæredem, & similiter legata reliquisti. quæritur, qui potiores sunt, primi, vel secundi? & dicitur quòd primi.

m *Conuenire.* ab initio.

n *Aes alienum.* respectu secundi testamenti.

o *Exigatur.* vt &. ff. ad legem Falcid. l. in ratione. j. §. quod vulgo. & supra ad legem Falcidiam. l. irritum.

p *A mortuo.* herede.

q *Inducatur.* vt &. ff. de separa. l. quoties. & §. qui manu. non pos. l. j. &. §. de lega. l. si vniuersæ. & de iure deliberan. l. fi. §. sed si legatarij. etiam si ex testamento militis debeantur legata: vt. ff. ad Trebel. l. j. §. pe. nisi in casu quando non fecerit inuentarium: quia tunc in solidū omnibus satisfacit: vt in authen. de here-

here. & Falci. §. si vero absint. colla. j.

EST *iurisdictionis.*] CASVS. Si contraxi cum Titio, & factus sit debitor meus in. x. & decessit Seio herede instituto, possum conuenire Seium. sed si ex persona sua habeat aliquos creditores: an possim petere vt fiat separatio bonorum heredis, & bonorum defuncti, quæritur? Dicitur quòd sic. si vero animo nouandi stipulatus fui abheredē quod Titius debuit, nō possum petere fieri separationem. Vi.

a *Edicto.* quod induxit titulum de separationibus.

b *Hereditarijs.* creditoribus ergo defuncti datur postuladi separationem facultas, cum timeant heredem non soluendo: sed econtra scilicet creditoribus heredis, non datur: vt hic, & arg. ff. de sepa. l. j. in princ. & §. j. &. §. de here. actio. l. si adulta. nisi in casu: vt. e. l. j. §. sed si quis suspectam.

Separatio bonorum qui non conuenit nisi.

c *Cognita.* multa vertuntur in causę cognitione. Primum, quòd ab herede non nouauerint. Item quòd bona mixta non sint. Itē quòd fidem eius secuti nō sint. Item quòd vsuras non acceperūt. Item quòd quinquennium decursum non est. Item quòd creditores castrensis peculij non sint: vt. ff. de separa. l. j. §. si filius. &. §. illud. &. §. sequē. Item quòd heres bona non vendiderit: vt. ff. eo. l. ab herede.

Separatio bonorum qui non possit, nisi legati nomine.

d *Secutum.* fideiussorem, vel pignus ab eo recipiendo, vel stipulando animo nouādi.

e *Ex necessitate.* quia forte dies actionis proximo exitura erat, & ita lis tempore peritura. No. ergo quòd non debet ei nocere ista notatio, cum sit necessaria. ad quod est. ff. de separa. l. fi. &. ff. de nouati. l. aliā. Et dic ex necessitate, scilicet perueniendi ad suum: vt. ff. de separa. l. fi.

EX *contractu.*] CASVS. Debitor à creditore vno conuētus, existens nō soluēdo: si cedat bonis, an ab alijs creditoribus conueniri possit, quæritur? Dicitur quòd nō, nisi postea aliquid ceperit. Viuianus.

f *Maniat.* ipso autem iure tenetur: vt. §. ti. j. l. j.

g *Promouere.* & tunc in quantum facere potest: vt habes. §. ti. j. l. cum & filij. & ff. de cessio. bono. l. iiij. & de cura. bo. dan. l. ij.

Creditores defuncti habent beneficium separationis contra creditores heredis, vt facta separatione bonorum, præferantur in bonis defuncti creditoribus heredis. But. nisi spreta legis prouidentia, fidem heredis secuti sint. Bal. Vel sic: Creditores defuncti impetrant separationem à bonis, si fidem heredis non sunt secuti. Pau. de Cast.

II. Imp. GORDIA. A. Atistoni.

ESt iuris dictiōis tenor prōptissimus, indemnitatisque remedium edicto a prætoris creditoribus hereditariis b demonstratum, vt quoties separationem bonorum postulant, causa cognita, c impetrēt. Reportabis igitur conuenientem desiderij tui fructum, si te non heredum fidem secutum, d sed ex necessitate e ad iudicium eos prouocare demonstraueris.

Qui cedit bonis, ex ante gesto non potest conueniri, nisi de eo quod postea superueneratus est, deductione egeat. Bar. Vel sic: Qui cessit bonis, ex præcedenti contractu non potest conueniri, quia habet exceptionem, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, quia tunc potest conueniri in quantum facere potest, deducto ne egeat. h. d. in effectu. Pau. de Cast.

III. Idem. A. Claudianæ.

EX contractu qui cessionem rerum antecessit, debitorem contra iuris rationem conuenies, cum eum æquitas auxilio exceptionis muniat f. At tunc demum iterato postis desiderare conuentionem, cum tantum postea quæsiuit quod præsidem ad eius rei licentiam debeat promouere g.

Non est cogendus vnus ex pluribus creditoribus debitoris bona suscipere, & cæteris creditoribus respondere. Bal. Bar. & Sal.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. &. CC. Clarianæ.

INciuile est quod postulas, vt vnus ex chirographariis h creditoribus, debitoris bona compellatur suscipere, satis cæteris eius crediroribus facturus.

Si bona vacantia non deseruntur, creditores in possessionem mittuntur. Bal. Vel sic: Si mortuus non habet heredem, creditores in possessionem mittuntur. Bar. Vel sic: Si debitor moritur sine herede, & bona non agnoscantur à fisco: creditores in possessionem eorum mittuntur. Saly.

V. Idem. AA. & CC. Acindyno.

SI bona debitoris tui vacare i constet, & hæc à fisco non agnoscantur: k in possessionem eorum mitti te à competenti iudice rectè postulabis. XVII. Kal. Ian. * Conss.

A

B

C

D

Vacare. morte debitoris.

Creditores hypothecarij chirographarijs præferuntur: pone chirographarii simul concurrunt, vt pro rata debiti omnibus satisfiat. Bal. Vel sic: Si debitor cessit bonis, creditores non debent ipsius bona inter se dividere tanquam domini ipsorum: sed debent ea vendere, & pretium inter se distribuere: & creditores hypothecarij præferuntur chirographarijs. Pau. de Cast.

VI. Idem AA. & CC. Agathomaro.

PRO debito creditores addici sibi bona sui debitoris non iure postulant m. ¶ Vnde si quidem debitoris tui cæteri creditores n pignori res acceperunt: potiores eos, quàm te chirographarium creditorem haberi non ambigitur.

¶ Quòd si specialiter vel generaliter nemini probentur obligatæ, ac sine successore communis debitor vel eius heres decessit: non dominij rerum vindicatione, sed possessione o bonorum, itémque venditione, æquali portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

Vbi creditor succedit debitori pro parte, pro ea parte debitum confunditur, & non vltra: nisi esset relictum animo compensandi. Bal. Vel sic: Pro rata qua creditor succedit debitori, confunditur actio: pro residuo vero potest conuenire coheredes, nisi fuerit institutus vna compensandi: & si coheredes non sunt soluendo, potest petere separationem bonorum. Pau. de Cast.

VII. Idem AA. & CC. Domino.

SI vxor tua pro triente patruo suo heres extitit, nec ab eo quicquam exigere prohibita p est: debitum à coheredibus pro besse q petere non prohibetur: cum vltra eam portionem qua successit, actio non confundatur. r

¶ Sin autem coheredes soluēdo non sint, separatione postulata, s nullum ei damnum fieri patiatur.

Missus in possessionem ex primo decreto, non acquirit dominium. Pau. de Cast. Etiam ex causa dotis.

VIII. Idem AA. & CC. Aelidæ.

IN possessionem rei seruādæ causa, vxor defuncti, vel alij creditores missi dominiū ex ea

k *Agnoscantur.* quia tunc tenetur fiscus vt heres: vt habes. j. ad leg. Iuliam de vi. l. ij. &. ff. de iure fisci. l. dicitur. Acc.

PRO debito.] CASVS. Si petam vt addicantur mihi bona debitoris ratione dominij: an sim audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. Si vero sim chirographarius creditor, alios autem habet creditores, quibus res sitæ obligatæ sunt: illi sunt potiores. & hoc in secunda. Si vero nulli obligatæ sunt, & debitor cōmunis decedat sine herede, vel cum herede, & ille cessit: bona non iure dominij creditoribus addicātur, sed vēdantur, & pro portione debiti cuilibet creditori satisfiat. Viuia.

l *Bona.* vt sua sine statū.

m *Postulant.* vt. j. de iure do. impe. l. j. &. §. de pac. l. si pacto quo. &. §. sit. j. l. legis. Alio ergo remedio opus est. f. vēditione. & hic subijcit, vnde &c. hoc pro uiso, vt hypothecam habentes in ea præferantur: vt subijcit, in quo est argumen. contra supra titu. j. l. fi. Solu. vt ibi.

n *Creditores.* scilicet hypothecarii.

o *Possessione.* omnium secundum iura ista: sed hoc hodie corrigitur per aut. & qui iurat. & per hoc apparet eius continuatio ad. l.

SI *vxor.*] CASVS. Patruus vxoris meę decessit. vxorē meam pro tertia parte heredem instituit. tenebatur eidem vxori in triginta. an pro viginti coheredes suos cōuenire possit. quæritur? Dicitur quòd sic: nisi testator prohibuisset eā exigere à cohered. Si vero coheredes sint non soluendo, habentes proprios creditores, poterit mulier petere vt fiat separatio bonorum defuncti & coheredum. Viuia.

p *Prohibita est.* quia tūc nō posset petere: vt. §. de heredi. institu. l. fi compensandi.

Bessis.

q *Pro besse.* Bessis dicitur duæ partes cuiuslibet rei.

r *Non confundatur.* vt &. §. de hered. act. l. fi adulta. & de negg. gest. l. fi ab eo. & de pact. l. fi debitori, &. §. ad leg. Falci. l. licet.

s *Postulata.* vt supra de here. act. l. fi adulta.

IN *possessionem.*] CASVS. In possessionē creditor missus bonorum debitoris, an per talem missionem nanciscatur dominium,

minium,quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

a *Minime possiunt.* vt supra tit.j.l.legis.& supra eodem.l.pro debito. Accursius.

Diuisio. CVm proponas.] Diuiditur in duas partes: quia in prima debitor citatus comparet, vsque ibi, nam si. In secunda non comparet, vsque in finem. CASVS. Aliquis cum mãdato, vel sine mãdato gessit negotia mea: & ex mala administratione factus est debitor meus in.c.volebam eum cõuenire,latitabat: quid iuris sit,quæritur? Respon. quòd si latitat, nec defendatur, eum probabo mihi debere: & mittar in pos.bonorum suorum. Eo autem in eadem contumacia perseuerante,vendentur bona, & satisfiet mihi. Viuianus.

b *Ex administratione.* facta à se tibi, vel à te sibi. Et dic cum mandato,vel sine.

c *Rationem.* dato etiam libello in scriptis hodie: vt supra de lit. contesta.auctenti. offeratur. ADDITIO. Aduertas quòd istud potest practicari duobus modis, secundum Bartolum hic. Vno modo quòd detur libellus super actione principali: & rens citetur vt veniat responsurus: & eo existente contumace detur possessio ex secundo decreto. Secundo modo practicatur, quòd reus citatur quòd veniat responsurus de iure tali: & eo existente contumace, tunc detur libellus in quo narretur,quòd cum reus fępius fuerit citatus,& extitit contumax: petatur interponi decretum, quam practicam, vt dicit hic Bartolus, ponit Specu. consulit tamen seruare fori consuetudinem.

d *Conuenire.* actione mandati directa, vel contraria, vel negotiorum gestorum directa vel contraria, prout casum diuersificas.

e *Ad circunscriptionem.* vt actio tua pereat,vel saltem vt te retardet.& sic fit ex animo: aliàs fieret missio,non venditio: vt. ff. ex quib. cau. maio. l. item ait prætor. §. j. &. ff. qui. ex cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. j. Et nota quòd sufficit aduersus vnum latitare, vt ille solus vẽdat: vt d. l. Fulcinius. §. quòd si aduersus. & etiam præsens quandoque latitat: vt in eadem. l. §. illud.

f *Defenditur.* defendi dicitur &c. vt. ff. quibus ex cau. in possess. eatur. l. hoc autem. §. recte defendi.

g *Constat.* summatim habita cognitione. loquitur enim hæc lex ante litem contestatam: & videtur satis innuere venditionem posse fieri etiam ante litem contestatam. arg. contra supra de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. sed si hoc. &. ff. de priuile. credi. l. paterfami. &. l. si creditores. &. ff. de bonis auct. iud. possiden. l. si minor. & ex quib. cau. in pos. eatur. l. apud.

h *Edicti.* quod est. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. l. Fulcinius. §. j. quod olim cum solẽnitate, hodie sine ea proponitur: vt insti. de interdict. §. j. &. §. fin. & hoc hic dicit ad exemplum edicti, scilicet solennis.

Bonorũ possessio, & possessio bonorum, differunt. Decretum primum & secundũ quanto tempore distare debeant.

i *Bonorum.* omnium olim: vt. ff. quib. ex cau. in pos. eatur. l. j. hodie contra: vt in authenti. quam hic leges. Item hoc, quando non est hypotheca: vt supra eodem. l. pro debito. Sed nunquid missus possidet? Respon. non: vt. ff. quibus ex cau. in poss. eatur. l. cum ex legati. Item nota differentiam esse inter possessionem bonorum, vt hic; & bonorum possessionem: vt. ff. de bonorum poss. l. ij. §. bonorum.

k *Tempore autem transacto.* forte duorum mensium. argu. ff. de re iudi. l. debitoribus. Vel dic, hodie quatuor: vt supra de vsur. rei iudi. l. fi. Vel vnius anni: vt arg. supra de præscrip. xxx. an. l. fi

A quis emptionis. §. pe. Vel biennij: vt infra de iure dom. impe. l. ij. Vel quod statutum est in Græco: vt probatur. j. l. fi. vbi dicit, definitum à nobis tempus. Quæ opiniones non placent. immo totum iudicis arbitrio committo. argu. ff. de iure delibe. l. j. §. fi. & possũt habere locum prædicta,

possessionem solum pro mensura debiti declarat: quam non recuperat reuersus: nec auditur nisi satisfiet, & expensas refundat. Sally. Vel sic: Per istam authen. adduntur tria, quæ non erant de iure veteri, vel saltem non omnia. Primum est, quòd debitor qui prius comparuerat, & cum iuramento promiserat de iudicio sisti: & tamen postea citatus non stetit, possit realiter capi, & ad iudicem duci, vt respondeat libello, & se defendat. Secundum est, quòd si hoc fieri non potest: quia aliàs non comparuit nec promisit, vel eius persona non reperitur: missio ex primo decreto non fiet in omnia bona, licet olim fieret: sed fiet pro mensura debiti declarati: vt si petantur centum, fiet missio in bonis valentibus centum tantum, & non vltra secundum quosdam: vel dic vltra etiam pro expensis & damnis secundum gl. Tertium, quòd debitor postea comparens ante venditionem, vel dationem in solutum, si reficit expensas, & satisfiat de iudicio sisti, recuperat tenutam. hoc dicit in effectu ista authen. secundum Paul. de Castro.

ET qui iurat m se venturum ad iudicem, si se subtraxerit, iudex ipse si administrator sit n, vel is qui iudicem dedit o, iubeat eum exhiberi p. ¶ Si vero omnino absit, examinet q iudex vbi sit, inducijs datis: intra quas si non occurrat, secundum vnam partem examinato r negotio, mittet s actorem in possessionem rerũ eius iuxta mensuram t declarati v

ET qui iurat.] CASVS. Lex. C. dicit quòd si debitor latitet, nec defendatur: petere possum me mitti in possessionem bonorum eius: sed non determinat modum declarati debiti. Authen. declarat aliter, dicens quòd si subtrahat se debitor: si sit iudex ordinarius, citabit eum accipiendo personam suã, & verbo mittendo nuncium. si non veniat, sententiabit examinato negotio. & datis sibi inducijs ad repræsentandum se, si non veniat, mittat in bonorum possessionem ipsius pro mensura declarati debiti. & si veniat postea, non audietur nisi restituat mihi omnes impensas, & omne damnum refarciat, dato fideiussore iudicio sisti. Viuianus.

m *Et qui iurat.* idem est & si solummodo ad iudicium vocatus est. Accursius.

n *Administrator sit.* id est ordinarius.

o *Dedit.* quando iudex erat delegatus. & sic delegatus non citat: vt hic, &. ff. de iurisdi. om. iudi. l. iubere. & sic est contra supra quomodo & quando index. authenti. qui semel. Solu. speciale est ibi in delegato principis. *Delegatus an possit dare.*

p *Exhiberi.* re & verbo, quod non facit delegatus: vt dixi, & habes in authenti. de exhib. & introd. reis. §. si vero semel. colla. v.

q *Examinet.* summatim.

r *Examinato.* summatim: vt &. ff. vt in posses. lega. l. si is à quo. nam demum vtraque parte præsente plene examinatur: vt infra si per vim vel alio modo. l. fi. Est ergo quod hic dicit, contra regulam quæ est supra de iudi. l. iudices.

s *Mittet.* ordinarius nõ delegatus, sed delegans: vt. d. l. iubere.

t *Mensuram.* olim in omnia bona: vt. ff. quib. ex cau. in poss. eatur. l. j. Et quòd dicit, pro mensura, dicunt vt si est debitum decem, in rem valentem decem fiat missio. Sed tu dic secundum Ioan. quòd etiam plus debeat valere. nec enim hic dicit quòd in tanto, sed pro mensura: quod est cautè notandum. & sic se habet consuetudo. inspicitur etiam an exigat expensas vel non res pignorata, vt equus, vel argentum: vt primo casu longe plus debeant valere.

v *Declarati.* id est petiti. Vel id est præsumpti, vel probati summatim.

a *Prosequatur.* id est antequam admittatur ad causæ prosecutionem, & hoc cum agitur personaliter. Si autem in rem, dic vt modo not. in. l. cum proponas. Si autem omnia bona petet quis, vel vt debita, vel hypothecariam, in omnibus puto mittendum: nam & tantum est debitum.

Cessante in omnibus.

b *Damnum.* quod ex vitio absentiæ illius passus est: vt supra de iudi. l. sancimus.

Contra. c. præsentium. in fi. quæ. ff. de re iudi. ex. ff. de pœnis. ex. ff. de minorib.

c *Fideiussorem.* iudicio sisti. Sed vsque ad quod tempus admittetur ad recuperandum possessionẽ? Respon. secundum P. vsque ad. xxx. an. vt arg. supra de præscrip. xxx. an. l. sicut. Alij dicunt vsque ad annum: vt supra de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. fi. & in authenti. de litig. §. omnem autem. colla. viij. Sed his respon. Placen. & Py. quod prima loquatur in actione in rem, secunda in actore absente, quo casu possimus expectare triginta annos. & est ad. l. supra de procu. l. eum. &. ff. de in ius voc. l. satis. ADDITIO. Videas pulchram glos. in. c. quoniam frequenter. in fin. extra vt lite non contestata. &c.

Vsucapi. CVm apud.] CASVS. Si Titius habeat plures creditores, & timore creditorum se absentet, & quidam ex creditoribus petant se mitti in bon. poss. an absentes vel præsentes si non finita soliciti, consequantur commoditatem aliquam ob id quòd alij missi sunt in bonorum pos. quæritur? Dicitur quòd sic, si præsentes (hoc est, qui sunt in eadẽ provincia) intra duorum annorum spacium se repræsentent: absentes autem, intra quadriennium, restitutis pro modo debiti impensis quas missi in possessionem fecerũt, iuramento eorum declarandis. Si vero intra præfinitum tempus non venerint: eo lapso auctoritate iudicis poterunt vendere bona: & illud quod supererit, deponetur in æde sacra, tabellione & venditore præsentibus: & de eo cæteris creditoribus pro portione debiti satisfiet. & fic deponatur, ne in expensis damnificetur. prædicta autem venditio fiat præsente non solum tabellione, sed sacrista ecclesiæ, penes quem quod superierit de precio deponatur, præstito iuramento à creditore, quòd non per gratiam emptoris ad rerum venit venditionem: nec quòd debiti. ¶ Quòd si redeat antequam prosequatur causam, refarciat actori omne damnũ d†: præstabitque fideiussorem e de lite prosequenda, & res suas suscipiet.

Misso vno ex creditoribus in possessionem ex primo decreto, cæteri venientes debito modo, & congruo tempore, videntur in possessionem missi. & si procedatur ad venditionem bonorũ auctoritate iudicis fiendam per ipsum missum, & plus ex precio percipiatur, quam misso debeatur: illud debet in eadem sacram deponi: & ne qua fraus in venditione committatur, debet seruari solennitas huius legis. Bal. Vel sic: Si vnus ex creditoribus in possessionem mittatur ex primo decreto, eius missio prodest omnibus aliis creditoribus præsentibus, & intra biennium venientibus, & debitum ostendentibus, & expensas pro rata restituentibus. Item absentibus, si veniãt intra quadriennium, & idem faciant. hoc dicit vsque ad. §. sin autem. Paul. de Castro.

X. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm apud veteres quæstionẽ ortam inuenimus super pecunijs debitis, pro quibus hypothecæ non sunt constitutæ, propter res ad debitorẽ pertinentes, dũ is d seueriores * creditores formidans sese celauerit, & illi e de rebus ad eum pertinẽtibus cõpetentia ingrediantur iudicia f, postulentque in possessionẽ rerum sese trãsmitti g: si etiam alij creditores quibus obnoxius esse videtur, possint quandã habere cõmunionem in rerũ possessione: huiusmodi dubitationẽ amputãtes, censemus per præsentẽ diuinã generalem cõstitutionem, vt si nõ omnes huiusmodi debita prætendẽtes, sed ex his certi ab iudiciali sententia in possessionem rerũ mittantur: nõ solũ hi, sed etiã alij omnes talia debita prætendentes, eadem commoditate potiantur h, vt possint cum prioribus rerum detentatoribus communionem habere in rebus de quibus (sicut superius declaratur) prolata fuerit sententia i. Quid enim iustius est, quàm omnes qui ad res debitoris mitti debent, esse participes huiusmodi commoditatis k? ¶ Vt autem non in perpetuum aliorum negligentia l illi qui pro suis debitis alacriores m creditoribus alijs ostendunt fuisse, prægrauentur: rectius nobis esse videtur, tunc communionem habere in possessione rerum alios creditores, qui non hoc peregisse noscũtur, cum præsentes quidem in vna eademq; degentes prouincia, in qua & possessores rerum commorantur, intra duorum annorum spacia, absentes autem intra quadriennium n creditoribus possessionem antelato modo detinentibus suũ debitum certum faciant, & expensas secundum quãtitatem debitorum persoluanto eis qui sententias consecuti sunt, per sacramentum eorum manifestandas p, qui eas adipiscendæ gratia possessionis rerum sustinuerunt: quia & secundum debita q satis eis fieri explorati iuris est. ¶ Post completum autem memoratum tempus nullam eis esse licentiam, eos qui possessionem adepti sunt, molestare, vel aliquibus damnis afficere: actiones autem quas ex legibus sibi competere putauerint, contra suos exercere debitores.

Iste. §. prosequitur eandem materiam. Dicit enim quòd si missus ex primo decreto veniat ad venditionem, debet primo ex precio sibi satisfieri: & residuum (si quod est) debet deponi in æde sacra, vt ordinauimus in nouellis. & debitum ostendentibus postea satisfiat: & de prædictis omnibus debet fieri publicum instrumentum cum solennitate hic statuta in. §. fi. h. titulo. ista lex. & §. quæ est satis verbosa, tamen utilis: quia isti creditores qui habentur pro immissis, non tenentur facere nouam processum, immo virtute primi facta fide de debito, debet satisfieri eis: requiritur tamen plena probatio per testes vel instrumenta secundum Bar. & Paul. de Castro.

Sin autem hi qui detinent possessiones, vel ex sententia iudicis res vendiderunt, vel alio[r] quocumq; legitimo modo omne ius quod[s] in his rebus habere noscũtur, in alias personas post definitum † à nobis tẽpus [t] transtulerint, & certas pecunias acceperint: quicquid superfluum inuẽrum fuerit, & amplius quàm eis debetur, hoc modis omnibus necesse est eos præsentibus tabularijs signare [v], & in cimeliarchio [x] hoc idem tempus seruandum videtur, secundum Ir.

Pignus prætorium quãdo dicitur contrahi.

h *Potiantur.* vt. ff. de bo. auct. iud. possiden. l. cum vnus.

i *Sententia.* interlocutoria.

k *Commoditatis.* Sed nonne quando missi sunt primi, fuit contractum prætorii pignus: ergo qui prior &c? Respon. Dicunt quidam hoc, quando missio facta est in omnibus bonis generaliter. aliud si specialiter. Vel dic in prætorio pignore non seruari regulam, sed in conuentionali sic: vt. ff. vt in possess. leg. l. is cui. §. qui prior. & de damno infec. l. fi finita. §. si plures. Item hoc quãdo sunt eiusdem tituli. aliàs contra: vt infra qui po. in pigno. habe. l. ij. &. ff. qui potio. in pig. habe. l. fi & iure. quæ sunt contra.

l *Negligentia.* ablatiui casus.

m *Alacriores.* id est solertiores.

n *Quadriennium.* Nor. hic venditionem non fieri intra quadriennium.

o *Persoluant.* vt arg. ff. depositi. l. quod priuilegium. §. fi.

p *Manifestandas.* sic supra de iudi. l. properãdum. §. &. si quidem. Et not. quòd aliud est in expensis in causa damni infectꝰ: quia potest dominium recuperari: vt. ff. de dam. infec. l. finitra §. cum autem. in fin. §.

q *Secundum debita.* id est pro rata eorum quæ debentur: quia plus expensarum nomine præstabit, cui plus debetur quàm alijs.

r *Vel alio.* puta locando.

s *Omne ius quod* id est retinendi & vendendi. Ir.

t *A nobis tempus.* fortasse tan in Græco: vel forte de eo tempore dicit quod statuit pignori vendendo: vt infra de iure do. impet. l. fi. Vel de eo quod est supra de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. De rebus vero per iudicem possessis, & per iudicem distrahendis, tempus expressium determinarum nunquã inuenitur: sed etiam

† *Alc. li. disputãti. t. c. t 9. dicit hac verba, & nobis, in veteribus exemplaribus non esse, sed omittẽdi debere.*

Cimeliarchium.

a *Transtulerit.* locando.
b *Per eam.* scilicet personam venditoris.
c *Præsentibus.* repete, iubemus scilicet venditorē: quod est infra.

DE PRIVILEGIO FISCI.

Cōmunicatio. *Quia inter cæteros crediteres fiscus priuilegijs gaudet, ideo de his dicit. Accursius.*

BOna.] CASVS. Marius ex mala administratione primipilari tenebatur fisco in c. fiscus occupauit res suas, inter quas erant res vxoris: an mulier petere possit vt separentur res suæ à rebus mariti, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

d *Occupata sunt.* quæ tacite sunt fisco obligata: vt hic, &. j. in qui. cau. pig. ta. contra. l. j. &. ij.

e *Tuas.* fecus in his quas dederas in dotē: vt infra in quib. cau. pig. ta. contra. l. satis. Alij dicūt de dote hic dici, & dicunt quòd prius occupauit fiscus bona, quàm dos viro daretur.

f *Restituantur.* vt &. s. ne vxor pro mari. l. ij. &. j. ad legem Iul. de vi. l. j. &. s. de dona. inter virum & vxo. l. res. Et no. quòd vbi fit executio in bonis alicuius, & aliusvult dicere aliquid suum: quòd probandi onus dicenti imminet: vt hic, & dicta. l. s. ne vxor pro mari. l. ij.

ADDITIO. Istud est verum quando ipse res possidebantur ab eo in cuius bona facta est missio. fecus si possiderentur ab eo qui dicit illa sua: vt no. in d. l. ij. C. ne vxor. pro ma. &ꝯ l. à diuo. §. si super rebus. & ibi de hoc per Bart. ff. de re iudi.

QVamuis.] CASVS. Contraxit aliquis cum fisco & cum muliere, accipiendo ab ea dotem: quis præferri debeat, quæritur? Distinguitur: aut contraxit primo cum muliere, & præfertur mulier aut cum fisco, & præfertur fiscus. Viuianus.

g *Ius fisci.* quod est vt bona fecum contrahentis tacite sint ei obligata: vt. j. in quib. cau. pig. ta. contra. l. j. &. ij.

h *Præuenit.* immo videtur mulier præferri: vt infra qui po. in pig. ha. l fin. Sed dic quòd sanctæ ecclesiæ illius ciuitatis in qua huiusmodi contractus celebratur, deponere: attestatione videlicet prius per memoratos tabularios conscribenda: præsente etiam eo qui res eas vēdiderit, vel in alias personas transtulerit[a], vt per eam[b] manifestetur tam quantitas pecuniarum quæ pro vēditione rerum, vel translatione præstitæ sunt: quàm earum quæ superfluæ post dissolutum debitum inueniantur: vt si quis postea creditor apparuerit, & debiti cautionem ostenderit, possit ex his satis sibi facere: prius scilicet rectore prouinciæ sine aliquo dāno causæ faciente examinationem, & non cōcedente nec viros reuerēdissimos œconomos, vel cimeliarchas sanctę ecclesiæ in qua pecuniæ deponuntur, aliquod detrimentum vel dispendium sustinere: per suam autem interlocutionem creditorem præcipiente secundum modum debiti ex depositis pecunijs suum accipere debitum. ¶ Vt autem non liceat creditoribus in venditione vel translatione rerum, dolum vel aliquam machinationem vel circūscriptionem facere: iubemus attestationem super hoc celebrādam apud defensorem locorum, gestis interuenientibus, insinuari, siue tantum ex precio quantum debetur, siue plus, siue eminus colligitur: & præsentibus[c] non tantum (sicut dictum est) tabularijs, sed etiam viro reuerendissimo cimeliarcha. ¶ Apud quem (si ita contigerit) superfluæ pecuniæ signatæ deponendę sunt: iusiurandum sacrosanctis euangelijs propositis venditore vel translatore rerum præstante, quòd neque per gratiam emptoris, vel eius ad quem res iure cessionis transferuntur, nec aliquo dolo interueniente minorem iusto precio rerū quantitatem acceperit, sed eā quam reuera cum omni studio potuerit inuenire. Dat. XV. Kal. Non. Constantinop. post consulat. Lampad. & Oreſt. VV. CC. anno secundo.

TITVLVS LXXIII.
DE PRIVILEGIO FISCI.

Propter debita mariti, res quas vxor probat esse paraphernales, non capiuntur pignori: sed separatæ restituuntur mulieri. h. d. secundum Bald.

A *Vel sic: Mulier in rebus propijs est potior fisco creditore, etiā ex causa primipili. hoc dicit secundum Bar. Vel sic: Res paraphernales vxoris non obligantur fisco ex mariti primipilari officio. Sa.*

I. Imperator ANTONINVS A. Eutropiæ.

BOna mariti tui si ob reliqua administratio nis primipilariæ à fisco occupata sunt: d res quas tuas[e] esse liquidò probaueris, ab alijs separatæ tibi restituantur. f

Ratione dotis priuilegij priuilegiati rediguntur ad ius commune. Bal. Vel sic: Mulier & fiscus in tacita hypotheca paribus passibus ambulant. ad hoc allegatur: & ideo qui prior est tempore, potior est iure. Bar. & Pau. de Cast.

B II. Idem. A. Valerianæ.

QVamuis ex causa dotis vir quondam tuus tibi sit condēnatus: tamen si priusquam res eius tibi obligarētur, cum fisco contraxit: ius fisci g causam tuam præuenit. h Quòd si post bonorū eius obligationē rationibus meis cœpit esse obligatus: in eius bona cessat i priuilegiū fisci. PP. XIIII. Kal. Nouemb. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

C *Vxor soluens fisco pro marito, non succedit in hypotheca fisci, nisi cessa sit actio. & ideo si matrius denuo conduxit vectigalia fisci, potior est causa fisci quàm mulieris. Bal. & Sal. Vel sic: Fiscus præfertur omnibus creditoribus hypothecam non habentibus. Bart. Vel sic: Si ille qui soluit fisco pro debitore fiscali, non facit sibi cedi ius: fisco non succedit in iure fiscali, nec in eius priuilegium. & ideo si postea fiscus cum eodem debito re contrahat: ille qui soluit sibi, non præfertur ratione prioris iuris. Pau. de Cast.*

III. Idem. A. Iulianæ.

SI cum pecuniam pro marito soluerես, neq; ius fisci in te transferri impetrasti, neque pignoris causa domum vel aliud quid ab eo l accepisti: habes personalem m actionem: nec potest præferri fisci rationibus à quo dicis ei vectigal n denuo locatum esse: cum eo pacto vniuersa quæ habet, habuitve eo tempore quo ad conductionem accessit, pignoris iure fisco teneantur. ¶ Salua igitur indemnitate fisci, debitorem tuū pro pecunia quam pro eo fisco soluisti, more solito conuenire non prohiberis[o]. PP. III. Kal. Ianua. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Priuilegium fisci non extenditur ad bona debitorum vendita antequam contraherent cum fisco. Bald. & Saly. Vel sic: Obligatio & priuilegium fisci non extenditur ad bona debitoris ante vendita: quod intellige nisi essent ante vendita in fraudem: vt. l. j. ff. de iure fisci. lib. x. Bart. Vel sic: In generali obligatione bonorum non veniunt bona quæ prius exuerant patrimonium debitoris. Pau. de Cast.

IIII. Idem. A. Quinto.

Si debitor

a *Distrahit.* tibi.
b *Si postea.* Distraxit ignorans.

PEcunia.] CASVS. Teneris mihi in x. fisco in c. soluisti mihi x. re postea non existente soluendo, an fiscus possit à me auocare pecuniam, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

c *Debitore suo.* qui & fisci debitor erat.
d *Ex iusta causa.* quia vt cætera bona, ita & hæc pecunia obligata erat fisco. Et dic quòd prius cōtraxerat cum fisco, postea cum priuato. & est idē in alio priuilegiato, quod reuocet vt. ff. quod cum eo. l. sed an hic. & de pecu. leg. l. ex facto. §. fin. Accursius.
e *Extraordinario iure.* per hypothecariam si extat, aliàs condictione ex lege: quæ est extraordinaria, vt hic, & supra de condic. ex lege. l. j. Si autem ordinario iure teneretur, semisses deberet vsuras: vt. ff. de vsuris. l. cum quidā. §. fiscus.
f *Aufertur.* salua eiactione cōtra suum debitorem: vt. ff. de iure fisci. l. deferre. §. fin. & l. seq.

CVm patrem.] CASVS. Debitor fisci copulauit cuidam filiam suam in matrimonio: & dedit prædium in dotem an fiscus iure pignoris illud auocare possit, quęritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

g *Tibi.* f. marito.
h *Alleges.* iam fisco obligatam.
i *Intelligis.* vt. j. ti. ij. l. si successione.
k *Soluere.* f. fisco.
l *Ab eo.* scilicet marito.
m *Personalem actionem.* mandati, vel negotiorum gestorum: non autem hypothecariam quam fiscus habebat: vt hic, & infra de his qui in prio. cred. lo. suc. l. j. &. ij. & de iure reipubli. l. ij. lib. xj. hoc autem actō præfereris: vt infra eo. l. fi.
n *Vectigal.* à vehendo dictum: quia octaua ex rebus quæ vehuntur, accipitur: vt supra de vectiga. l. allegatis. &. l. ex præstatione.
o *Non prohiberis.* mandati vel negociorum gestorum.

SI debitor.] CASVS. Vēdidisti mihi fundum, postea contraxisti cum fisco: an inuento te non soluendo, possit fiscus auocare fundū, quæritur? Dicitur quòd non.

A lud priuilegium transmittat ad heredes, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

m *Scire debes priuilegium.* quo præfertur alijs in actione personali: vt infra qui po. in pigno. l. fi. §. ad hæc.
n *Ad heredem.* scilicet extraneum: vt. ff. de reg. iur. l. priuilegia.

Sed ad filios sic: licet non iure hereditario, sed filiationis: vt supra qui potio. in pig. l. adfiduis. §. exceptis. & argu. ff. solu. matri. l. etiam. in princi. Et nota hic, Priuilegia alia realia, & illa ex tempore æstimātur: vt supra titu. j. l. quamuis. Alia personalia, & illa ex causa: vt. ff. de priuileg. credi. l. priuilegia. Et multę sunt personæ quæ habent in personalibus actionibus priuilegia: vt patet. ff. de priuileg. credi. per totum. Vbi ergo concurrit priuilegiatus cum non priuilegiato, priuilegiatus præfertur: vt. ff. quod cum eo. l. ij. & de pecul. l. ex facto. §. fina. Si autē ambo sunt priuilegiati: si quidem eiusdem tituli, æqualiter admittūtur vt duo deponentes. & idem si diuersi tituli sunt, vt deponens, & qui agit tutelæ. quod exēplum nō placet, scilicet cum in tutela sit tacita hypotheca. Sed dic deponens & pupillus, qui agit negotiorum gestorum cōtra amicum suum negotia sua gerentem: vt. ff. de priuileg. credi. l. si negotiū. & alia multa exempla inuenies in illo titulo. Caue tamē, quia inter personalia priuilegia sunt quędam quę alijs præferuntur: vt cere. fiscus: vt. ff. de priuileg. cred. l. quod quis. Idē dico de muliere. nam si præfertur in hypothecaria anteriori tacite: vt. j. qui po. in pigno. ha. l. fi. ergo & in personali præfertur alij priuilegiato. Item dico de eo qui in rem reficiendam credidit: vt. ff. qui potio. in pigno. hab. l. interdum. Idem forte & in funeraria: vt. ff. de relig. l. penul. Si autem est contentio inter istos adeo priuilegiatos, puto quòd concurrant: nisi caueatur lege aliquem alij præferendum: vt dicitur. ff. eo. l. quod quis. Inter non priuilegiatos melior est conditio occupantis: nisi alij iam sint missi in possessionem, vel nisi omnes instabant, & gratificauerint vni: vt. ff. de bonis auctō. iudi. poss. l. si non expedierit. §. j. & quæ in frau. cre. l. qui autem. §. sciendum. &. l. pupillus.

Priuilegiatus si concurrat cum non priuilegiato, vel etiam priuilegiato, quis præferatur.

VII. Impp. VALERIAN. & GALLIE. AA. & Valerian. Cæs. Diodoro.

SI in te ius fisci, cum reliqua k solueres, debitoris l pro quo satisfaciebas, tibi competentes iudex adscripsit, & trāstulit ab his creditoribus quibus fiscus potior habetur: res quas eo nomine tenes, non possunt inquietari. PP. XV. Kalend. Iun. Aemiliano & Basso Conss.

TITVLVS LXXIIII.
DE PRIVILEGIO dotis.

Priuilegium quod datur ratione personæ, ad heredes non transit. Bar. Et ad hoc allegatur. Vel sic: Priuilegium dotis non transit ad heredem extraneum mulieris. Saly. Bal. autem dicit super hac lege, quòd dos est datum vel promissum pro oneribus matrimonij, quod in dubio præsumitur inter virum & vxorem: vt no. ff. de iure dot. quod autem. & l. mulier bona. l. t. xxiij. vel. xxv. priuilegia dotis ponit Speu. in tit. de do. inter vi. & vxo. §. sommaris. circa finem. B.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Firmo.

C 

CIre debes priuilegiū m dotis quo mulieres vtuntur in actione de dote, ad heredem n non transire. PP. Kalend. Maijs, Pompeiano & Auito Conss.

TITVLVS LXXV.

DE REVOCANDIS
his quæ in fraudem creditorum alienata sunt.

Alienatis bonis à debitore in fraudem creditorum, superest postea creditori actio personalis contra debitorem, & reuocatoria contra eum in quem facta est alienatio. Baldus. Vel sic: Ad eum in quem res in fraudem sunt alienatæ, peruenitur demum bonis principalis excussis. Bar. Vel sic: Non potest agi reuocatoria contra emptores, vel illos quibus facta est alienatio, nisi primo excussis bonis principalis debitoris: & reperto quòd non sit soluendo. Pau. de Cast.

D Cōmunicatio. *Nō enim fiscus solum, sed etiam mulier pro dote priuilegium habet, ideo de hac dicit. Et not. quòd dicit hic tit. de priuilegio quòd habet inter personales actiones: sed de eo quod habet circa hypothecam, dicitur infra qui pot. in pigno. l. fi. vbi de hoc satis dicemus. sed & hac lex de eo similiter posset intelligi in casu quem ponit.*

SCire.] CASVS. Mulier tacite habet obligata omnia bona viri pro dote sua: & habet priuilegium quòd præferatur creditoribus alijs mariti in actionibus personalibus: an il-

HEres.] CASVS. Debitor meus in decem, decessit herede instituto Titio, qui habebat creditorem: dedit ei in

solutum quasdam res hereditarias: an si in fraudem meam eas in solutum dedit, possum eas revocare quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

a *Ad eum* creditorem suum proprium.
b *Cessit.* dando ei in solutum.
c *Transtulit.* de facto.
d *Creditoribus.* scilicet hereditarijs: vt supra de here. ven. l. ij. sic ergo debitor cuiusdam successit meo debitori: & hæc bona hereditaria in solutum dedit suo primo creditori.
e *Eius.* scilicet heredis. & hoc ex voluntate. nam & contra bona tenentem posset primo agi: sed & quandoque ex necessitate, cum creditores dicuntur fraudari re ipsa, secundum Azo. Sed hodie semper ex necessitate: vt infra de pigno. authen. hoc si debitor. licet illa de hypothecaria dicat, hæc vero de reuocatoria. Accursius.
f *Actionibus.* scilicet Pauliana, Caluisiana, & in factum: de quibus dic vt diximus supra si in frau. patro. l. ij.
g *Si tibi.* i. ad tuam lesionem. sic. S. de testi. l. nimis.
h *In fraudem.* interueniente fraude vel vtriusque, vel vnius, secùdum distinctionem infra eo. l. penult. Vel nullius, si omnia donasset: vt. ff. quæ in frau. cred. l. Lucius. §. omnes.

Si successione.] CASVS. Paterfamilias creditores habens, filiæ suæ centum dedit in dotem, & decessit filia herede instituta, quæ ab hereditate paterna se abstinuit: an ratione dotis à creditoribus paternis conueniri debeat, quæritur? Dicitur quòd non, nisi probentur fuisse oblata pignora: vel nisi in fraudem creditorum filiæ fuisset dos constituta à defuncto: & hoc doceatur. Viuianus.
i *Abstenta fuisti.* id est, te abstinuisti.
k *Data sunt.* à patre.
l *Nequeunt.* vt & supra de dona. ante nup. l. de rebus. & infra l. proxi. & supra arb. tu. l eum qui. & ff. quib. mo. pig. vel hypo. solui. l. Lucius.
m *Non docentur.* vt & S. tit. ij. l. cum patrem. sed hoc fallit in causa primipili: vt. S. de primipi. l. fin. lib. xij.
n *Non sufficientibus.* in tribus ergo casibus poterit hæc filia conueniri, scilicet cum successit patri. Item cum non successit, sed res dorales fuerunt specialiter obligatæ. Vel cum in fraudem creditorum dos constituta fuit. secus si in fraudem patroni: vt ff. si quid in fraudem pa. l. j. §. sed si rem.

Dos filiæ data, an possit per creditores revocari.

I. Imp. Antoninus Augustus Cassiæ.

HEres qui post aditam hereditatem ad eum a cui res cessit, b corpora hereditaria transtulit: c creditoribus d permansit obligatus. ¶ Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis eius e excussis, vsitatis actionibus f (si tibi g negotium gestum fuerit) ea quæ in fraudem h alienata probabuntur, reuocabis. PP. II. Id. Octo. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Pater non potest dotare filiam in præiudicium creditorum: non tamen actio personalis sequitur fundum, sed reuocatoria sic. Baldus. Vel sic: Bona in dotem data, quæ creditoribus non erant obligata, non reuocantur nisi probentur in fraudem data. Bar. & Pau. de Cast.

II. Imp. ALEXAN. A. Simphorianæ.

SI successione patris abstenta fuisti, i ob ea quæ in dotem data sunt k, conuenire te creditores nequeunt, l quibus pignora in dotem data non docentur: m nisi bonis defuncti non sufficientibus, n in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur. o PP. X. Kalen. Iulij, Probo & Maximo Conss.

Filius qui nihil possidet de bonis paternis, nec titulo donationis, nec alio, non potest à creditoribus paternis conueniri. Bal. Vel sic: Filius qui abstinuit ab hereditate paterna, non potest conueniri pro debito patris, nisi possideat aliqua paterna bona, quæ sibi fuerunt alienata in fraudem creditoris. Pau. de Cast.

III. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. &. CC. Acindyno.

SI paterna hereditate abstinuisti, nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis iure trãscriptum est: a priuatis p creditoribus præses prouinciæ conueniri te non patietur. PP. X. Kalend. Iul. ipsis. IIII. &. III. AA. Conss.

Non licet filio allegare turpitudinem patris cuius est heres. Bald. Vel sic: Heres non auditur allegans turpitudinem defuncti: sicut nec allegans turpitudinem suam. Pau. de Cast. Vel sic: Heres non reuocat alienata in fraudem à defuncto. Saly.

IIII. Idem. AA. &. CC. Epagatho.

ELlios debitoris ei succedentes, veluti in creditorum fraudem alienatorum q facultatem reuocandi non habere, notissimi iuris est. Subscripta. X. Kal. Maij. AA. Conss.

In titulo oneroso requiritur fraus dantis & accipientis: sed in lucrativo solius dantis sufficit consilium cum fraudis euentu. Bal. Vel sic: Cum agitur actione revocatoria contra habentem titulum oneroſum, necesse est probare quòd participauerit fraudem, id est, quòd scierit creditorem fraudari aliàs non obtinet actor. sed contra habentem causam lucrativam hoc non requiritur, sed sufficit quòd creditores sint fraudati. Pau. de Cast.

V. Idem AVGVSTI. & CC. Crescentio.

IGnoti iuris non est, aduersus eum qui sententia condemnatus, intra statutum r tẽpus satis non fecit, nec defenditur bonis s possessis itemque distractis t, per actionem in factum contra emptorem, qui sciens fraudem comparauit, & eum qui ex lucrativo titulo possidet, scientiæ mentione v detracta, x creditoribus suis esse consultum. S. X. Kalend. Nouemb. AA. Conss.

Fraudator re non consilio, tenetur in quantum facere posset, vel dolo fecit quo minus facere potest, intra annum vtilem. Si autem in principio fuisset in consilio fraudandi, tunc de eo quod ad eum peruenit, tenetur perpetuo: sed occasione doli tenetur intra annũ vtilem. b. d. secundũ glo. & Bal. Vel sic: Si debitor fraudis consilio libe-

o *Probabitur.* vt. ff. eo. l. ait prætor. §. si cum mulier. & l. finali. §. j.
p *A priuatis.* nam à fisco secus in casu, vt diximus supra. l. proxi. Accursius.
q *Ellios.*] CASVS. An filius patri succedens possit reuocare alienata in fraudem creditorum? Dicitur quòd non: quasi allegans turpitudinem eius cui successit, quod esse non debet.
r *Statutum tempus,* olim duorum mensium: vt. ff. de re iudi. l. debitoribus. hodie quatuor: vt supra de vsur. rei iudi. l. ij.
s *Bonis possessis.* paucis, quæ non alienauerat. & dic, possessis à creditoribus.
t *Distractis.* scilicet non ab eis, sed à debitore: vt statim innuit.
u *Mentione.* id est, non distinguendo sciuerit vel ignorauerit, quia vtroque casu tenetur.
x *Detracta.* q. d. in titulo non lucrativo exigitur scientia in eo cui alienatur: in titulo vero lucrativo non: vt hic, & ff. eo. l. qui autem. §. hoc edictum. &. §. simili modo. cum ergo dos non sit titulus lucrativus: vt. ff. de act. & obli. l. ex promissione. exigitur scientia accipientis: vt supra eo. l. ij. & eodem modo distinguitur in re alienata in fraudem patroni: vt. ff. si quid in frau. pa. l. j. §. dolum. &. §. si quis in fraudem.

Tutpitudinẽ filii actionis allegans non audituꝛ.

Dos non est titulus lucrativus.

Si actu.

Si actu.] CASVS. Tenetur mihi Titius in. x. & ego Sempronio in alijs decem, in fraudem Sempronij liberaui Titium per accep. poterit Sempronius intra annum conueniri, & in quantũ facere potest. liberatus enim per accep. tenetur in quantum facere potest. vel sic: Liberaui debitorem meum in fraudẽ creditorũ, postea cessi bonis: debeo conueniri in quantum facere possum.
a *Si actu solenni.* scilicet stipulatione & acceptilatione. & loquitur hæc lex de debitore, qui & creditor erat.
b *Præcedentem.* præcedentem dixit quantum ad eam qua postea idem fraudator liberatus, teneri cœpit creditoribus. i. creditoribus suis creditoris.
g *Interdicto.* de liberis exhibendis & deducendis: & hoc propter hereditatem quam ille dicit per te sibi quæsitam: vt ff. eodem l.pe. Aliàs si solum de patria potestate esset quæstio, notio prætoris locum habet: vt. ff.e.l. iij.§. hoc autem interdictum. Dic ergo secundum Ioan. cum agitur pro filio: aut filius detinetur ab aliquo, aut ipse controuersiam sui facit. si detinetur ab aliquo: si quidem inuitus locum habet hoc interdictum: vt. ff. e.l. j. in prin. sed & rei vin. vt puta, competit adiecta causa de iure Quiritum. vt. ff. de rei vind. l. j.§. per hanc. si autem volens: si is qui detinet, dicit se patrem: ad interdictum recurritur: sed non habet locum notio prætoris, sine officium iudicis: vt. ff. e. l.fi. & l. iij.§. hoc autem interdictum. & hoc casu puto habere locum in rem actionem. Sed quidam hanc solam dicunt competere, non officium iudicis. Si autem à nemine detinetur, sed ipse sui faciat controuersiam: si quidem occasione hæreditatis agitur, habet locum hoc interdictum: vt hic, &. ff. eod. l. penult. alioquin notio prætoris: vt infra eodem. l. iij.§. hoc autem. & prætudicialis in rem: vt. ff. de rei vindi. l. j.§. j. vbi de hac materia diximus. Accursius.

Filius quo remedio petit paret.

Di præsidem.] CASVS. Si filius tuus ab aliquo possideatur: vt tibi exhibeatur, adire debes competentem iudicem.

h *Exhiberi.* id est, extra secretum haberi: vt ff. de libe. ho. exhiben. l. iij.§. ait prætor. per aliud capitulum agitur vt ducere liceat: vt. ff. eodem. l. iij.§. j. Accursius.

Si ad instar [l] CASVS. Accepi filiam Philippi in vxorem, quam penes se detinet, nec eam vult exhibere: qualiter mihi succurratur, quæritur? Respon. quòd vtili interdicto de libero homine exhibendo.

i *Filia.* vxore tua.

k *Notionem.* proposito interdicto de vxore exhibenda, quod non habemus: sed ad instar eius quod habemus: vt. ff. e.l.j.in fi. &.l.ij. & supra de nup.l. si inuita. Accursius.

[l] *Tu quidem hic Spe. tit. de spõ. §.4. versic. si autem. & Bar. in l. 1. ff. e. qui Bar. hic vult in tex. loqui non in vxore sed sponsa. idem Bal. in l. 1. §. de ædific. in cœlestina. in manuscri.*

DE PRECARIO, ET SALuiano interdicto.

De exhibitorijs interdictis dictum est: nunc videamus de hoc restitutorio interdicto, quod naturalem in se habet æquitatem: vt ff. eodem. l. ij. §. i. Azo. Primum potest dici vel retinenda vel recuperanda possessionis, & sic simile est interdicto vnde vi, cui quandoque transeat possessio in rogantem precarium: vt ff. de acquiren. poss. l. Pomponius. §. si is. quandoque non: vt ff. de precar. l. cette. §. i. quandoque naturalis sola transit: vt ff. eodem titu. l. & habet. §. enim. Saluianum vero est adipiscendæ possessionis: vt insti. eodem. §. interdictum quoque.

Cessatio.

Sile.] CASVS. Debitor meus prædia mihi obligata fi distrahat, conueniam emptorem ac. quasi Seruiana. nec habet locũ in hoc casu interdictũ Saluianum, quod cõpetit domino super rebus coloni tacite obligatis.

a *Si te non remittente.* aliàs agere nõ posses: vt ff. qui. mo. pign. vel hypo. fol. l. fi debitor. §. j. & infra de remiss. pig. l. res. & de pig. l. debitorem.

† *Vide tamen interdictum aduersus mortẽ date Iulianum. l. penult.*

b *Debitor tuus.* idémque conductor.

c *Debitorémve.* pro eodem ponit. & subaudi, directum.

d *Competit.* immo videtur contra emptorẽ: vt ff. eo. l. j. in prin. & §. j. Solu. directum denegatur, vt hic. vtile concedit ur, vt ibi. & hæc est bona solutio. Alij dicunt, ibi in dicto.§. j. extraneum, id est colonum ad differentiam alterius locatoris: nam de duobus locatoribus ibi dicit. cum enim sit personale interdictum, non potest contra alium quàm contra contrahentem dari: vt ff. de interdi. l. j.§. fin. quod non placet: quia & contra alium locatorem datur: vt ibi dicit. Item principium illius. l. non potest loqui nisi de extraneo, scilicet emptore. Nec obstat quod sit personale: quia in rem scripta sunt: vt in ea. l. de interdictis. prima ergo solutio vera est. Sed quæ est differentia inter hoc interdictum & Seruianam actionem? Respon. in Seruiana oportet locatorem probare colonum fuisse dominum tempore locationis: vt ff. de pig. l. j.§. cum prædium. in fi. sed in interdicto sufficit si probet ipsum possedisse. & sic etiam pro aliena re datur actio. Item hoc possessorium, illud petitorium. Accur.

Interdictum Saluianum a cõtra Seruiana differunt.

e *Vel quæ ad exemplum.* id est, quasi Seruiana. Vel dic Seruiana solennis, vel quæ ad exemplum eius, id est, non solennis, quæ sola hodie frequentatur: vt supra de formul l.j. & ij. Accursius.

Habitantis.] CASVS. Concessi tibi domus meæ habitationem precario: an eam ab hærede tuo repetere possum, quæritur? Dicitur quòd sic.

f *Habitantis.* contra. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. cum hæres. vbi dicit hæredem rogantis non teneri. Sol. hic scienș: ibi ignorans. Vel hic peruenit ad hæredem, vel dolo malo fecit quo minus perueniret: ibi non: vt ff. e.l. quæsitum. in fi. Item differt à commodato: quia illud ad certum vsum, & ante revocari non potest: vt ff. commo. l. in commodato. §. sicut. hoc quandocunque: vt ff. eo. l. j. & l. cum precario. ADDITIO. Alias differentias inter precarium & commodatum videas per gl. in c. j. extra commodati. iunc̃ta glo. in verbo, similein. l. j. ff. de precario.

Precarium à commodato differt.

TITVLVS IX.
DE PRECARIO, ET Saluiano interdicto.

Saluianum interdictum competit pro rebus tacite obligatis contra ipsum colonum ei inquilinum: sed actio Seruiana cõpetit contra quemlibet possessorem rei obligatæ. Baldus. Vel sic: Pro pignore vendito contra emptorem non competit interdictum Saluianum directum: sed ad hypothecariam actionem est recurrendum. Bartolus.

1. Imperator GORDIANVS A. Aristoni.



Site non remittente [a] pignus, debitor tuus [b] ea quæ tibi obnoxia sunt, venũdedit: integrum tibi ius est ea persequi, non interdicto Saluiano (id enim tãtummodo † aduersus conductorẽ debitorémve [c] cõpetit [d]) sed Seruiana actione, vel quæ ad exemplum [e] eius instituitur, vtilis aduersus emptorem exercenda est. PP. VI. Id. Septemb. Pio & Põtiano Conss.

† *Vide tamen interdictum aduersus mortẽ date Iulianum. l. penult. C.eod.*

a *Si te non remittente.* aliàs agere nõ posses: vt ff. qui. mo. pign. vel hypo. fol. l. fi debitor. §. j. & infra de remiss. pig. l. res. & de pig. l. debitorem.

b *Debitor tuus.* idémque conductor.

c *Debitorémve.* pro eodem ponit. & subaudi, directum.

d *Competit.* immo videtur contra emptorẽ: vt ff. eo. l. j. in prin. & §. j. Solu. directum denegatur, vt hic. vtile concedit ur, vt ibi. & hæc est bona solutio. Alij dicunt, ibi in dicto.§. j. extraneum, id est colonum ad differentiam alterius locatoris: nam de duobus locatoribus ibi dicit. cum enim sit personale interdictum, non potest contra alium quàm contra contrahentem dari: vt ff. de interdi. l. j.§. fin. quod non placet: quia & contra alium locatorem datur: vt ibi dicit. Item principium illius. l. non potest loqui nisi de extraneo, scilicet emptore. Nec obstat quod sit personale: quia in rem scripta sunt: vt in ea. l. de interdictis. prima ergo solutio vera est. Sed quæ est differentia inter hoc interdictum & Seruianam actionem? Respon. in Seruiana oportet locatorem probare colonum fuisse dominum tempore locationis: vt ff. de pig. l. j.§. cum prædium. in fi. sed in interdicto sufficit si probet ipsum possedisse. & sic etiam pro aliena re datur actio. Item hoc possessorium, illud petitorium. Accur.

e *Vel quæ ad exemplum.* id est, quasi Seruiana. Vel dic Seruiana solennis, vel quæ ad exemplum eius, id est, non solennis, quæ sola hodie frequentatur: vt supra de formul l.j. & ij. Accursius.

II. Impp. DIOCLE. & MAXIMIAN. AA. & CC. Fabricio.

Habitanti [f] precario, hæredes ad restituẽdum habitaculum teneri, contra eos interdicto proposito, manifeste declaratur. S. Kalendis Decem. Sirmij AA. Conss.

TITVLVS X.
DE AEDIFICIIS privatis.

Constructio balneorum, & ædificiorum superimpositio est permissa: dummodo vsitatum modum non excedat. Salycetus.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Tauro.



Balneum (vt desideras) extruere, & ædificiũ ei superponere potes: obseruata tamẽ forma, qua cęteris super balneum ædificare permittitur: id est, vt concameratis superinstruas, & ipsum concameres, nec modum vsitatum g altitudinis excedas. PP. sine die & consule.

Ædificia non possunt demoliri gratia negotiandi, nec sic vt publicus deformetur aspectus: licet tamen quædam de vna domo tollere, & ad aliam transferre. Saly.

II. Imp. ALEXANDER A. Diogeni.

Negotiandi causa ædificia [h] demoliri, & marmora detrahere, edicto diui Vespasiani & senatusconsulto i † vetitum est. ¶ Cæterum de alia domo in aliam trãsferre quædam licere, exceptum est [k]: sed nec dominis ita transferre licet, vt integris ædificijs depositis, publicus deformetur aspectus [l]. PP. XI. Kalendas Ianuar. Alexandro A. Cons.

An si domus dicatur ruinosa, totalis domus debeat destrui, vel ea destructa facies debeat restitui: resident in iudicis arbitrio, qui debet inspicere consuetudinem loci. Sal.

III. Idem A. Euocato.

An in totum ex ruina [m] domus licuerit non eandem faciem in ciuitate restituere, sed in ortum conuertere, & an hoc in consensu tunc magistratuum non prohibentium, [n] item vicinorũ factum sit: præses probatis his quæ in oppido frequenter in eodem genere cõtrouersiarum seruata sunt [o] †, causa cognita statuet. PP. VII. Kalend. April. Iuliano. II. & Crispino Conss.

Si socius nomine communi domum refecerit: ad sumptus pro rata agere potest, vel per quatuor menses expectare: intra quos si sumptus sibi pro rata non fuerint redditi, dominium totius sibi vindicare poterit. h. d. & nota. secundum Salycetum.

IIII. Imperator PHILIPPVS A. & Philipp. Cæs. Victori.

Si (vt proponis) socius ædificij ad refectionem eius sumptus conferre detrectat: non necessario [p] extra ordinem [q] tibi subueniri desideras. ¶ Etenim si solus ædificaueris, nec intra quatuor mensium tempora cum cẽtesimis vsuris

f *Habitantis.* contra. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. cum hæres. vbi dicit hæredem rogantis non teneri. Sol. hic scienș: ibi ignorans. Vel hic peruenit ad hæredem, vel dolo malo fecit quo minus perueniret: ibi non: vt ff. e.l. quæsitum. in fi. Item differt à commodato: quia illud ad certum vsum, & ante revocari non potest: vt ff. commo. l. in commodato. §. sicut. hoc quandocunque: vt ff. eo. l. j. & l. cum precario. ADDITIO. Alias differentias inter. precarium & commodatum videas per gl. in c. j. extra commodati. iunc̃ta glo. in verbo, similein. l. j. ff. de precario.

Precarium à commodato differt.

DE AEDIFIciis priuatis.

Quia interditorum quædam ad publicam pertinent vtilitatem: ideo supponit de ædificijs priuatis, qui tractatus ad publicam pertinet vtilitatem vel ornatum. Vel supra de possessione tuenda: nunc de ædificijs tuendis. Vel sic: Diximus de interdictis: & quia per ea priuata ædificia construĉta defenduntur & tuentur, & construenda fieri & perantur & impetrantur: ideo de priuatis ædificijs supponit. Azo.

† *Facto anno quamo Iustiniani. l. 4. de lega. 1. Comm.*

Et balneum, &c. Vsitatum. forte statutus erat modus ad ædificandum: sicut fit Florentiæ in turribus. & ad hoc. ff. de seruit. l. j. & l. si quid. & l. præses.

h Negotiandi. Ædificia. scilicet sua vel aliena: vt ff. de contrahen. emp. l. fenatus.

† *Ab his quæ consuetudinẽ facere possunt: nam mulieres & infantes non faciunt, vt notat Sa. consilio. 7. in 1. parte. fo. 6. in prin. 4. col.*

i *Senatusconsulto.* Aniola & Pansa consulibus facto: vt ff. de leg. j. l. cętera. & facit infra. e. l. nemini. & institu. de re. diui. §. & ex diuerso. & ff. communia præ. l. fi precario.

k *Excepium est.* à generali prohibitione: vt hic, & infra. e. l fi quis post hanc. Item excipitur si ad opus publicum: vt ff. de dam. infec. l. si.

l *Aspectus.* vt ff. ne quid in loco pub. l. fi. & l. ij. §. si quis à nemine. & de dam. infec. l. prætor. §. hucinterdictum. Accur.

m An in totum ex ruina. id est ex rui nosa materia.

n *Non prohibentium.* nota eo ipso aliquem consentire, quòd scit, & non contradicit. sic & ff. locati. l. item quæritur. §. qui impleto. Accur.

o *Seruata sunt.* nota de auctoritate consuetudinis. sic supra locari. l. circa. & de seruit. l. j. & l. præses. & ff. de legi. & senatusconsul. l. nam vt ait Pedius. in princip. & l. non possunt. & ff. de aqua plu. arcen. l. si prius. & infra quæ sit lon. con. l. j. Sed arg. contra in l. ij. & supra de vsur. l. eos. § pe.

p Si vt proponis. Non necessario. id est, non ex necessitate.

q Extra ordinem. id est, iure speciali. nam superfluum est &c, vt infra de thesau. l. j. libro. x.

Nummus. id est, nũmi. sic. ff. de lib. causa. l. cum affirmes. & ff. de verb. signi. l. in vsu.

b *Per focium.* id est, per te, qui socius eius es.

c *Placitum*, in oratione diui Marci : vt ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem respõ. focius, ad hoc infra eo. l. singularum. & hoc cũ fecit nomine communi, secus si suo: vt infra. eo. l. proxi. Sed videtur non licere reficere: vt ff. de serui. vrba. prædio. l. parietem. quæ est contra. Solu. ibi iure seruituris facere volebat. Vel ibi ad alium vsum, quàm ad quem res erat inuẽta in communi: hic vero ad quem fuit inuenta in communi: vt ff. communi diui. l. si ædes.

d *Si is. Communis operis.* Si nihil distinctio (communi vel nõ cõmuni nomine faciat) est. ff. communi diui. l. si quis putans. §. siue autem.

e *Cedant.* vt instit. de re. di. §. & ex diuerso. & ff. communia præ. l. si precario.

f *Impensa.* voluptarias expensas amittit: vtiles autem abradit tantum sine læsione prioris status rei: necessarias vero sibi conseruabit : vt supra de rei vin. l. domum. Accur.

g *Placita.* scilicet prædicta : vt instit. de re. di. §. & ex diuerso.

h *Si quis. Primum.* facit supra. eo. l. negotiandi. l. in fine.

i *Faciat.* vt d. l. supra eodem. l. negotiandi.

k *Solummodo.* arg. prò mercibus aliunde delatis, vt possint exportari: licet aliæ, quæ similes sunt, non possint propter bannum vel edictum curiæ.

l *Nemini.* facit supra. e. l. ij.

m *Singularum. Semper munijs.* aliàs supermunijs.

n *Diruta.* non autem nouas ædificare cogitur. dic ergo quòd si socij sunt, & vnus velit reædificare, alij compelluntur: vt supra eodem. l. si vt proponis. si vero non sunt socij, idem, si tamen sint curiales. aliàs non constructio, sed restitutio præcipitur : vt hac. l. & ff. de dam. infec. l. ad curatoris. & ff. de offi. præsid. l. præses. v. & destructio inhibetur : vt supra eodẽ. l. ij. & infra de iur. reipub. l. fina. li. xj.

Sociorum si vnus velit reædificare, an alij compellantur.

Vitianum.

A NEmini [l] colũnas vel statuas cuiuscunq; materiæ ex alia, eademq; prouincia vel auferre liceat, vel mouere. Dat. VI. Kalendas Nouemb. Iuliano A. IIII. & Saluſtio Coss.

Curiales vrbium tenentur in eis domos proprias habere: & ideo vel antiquas reædificare, vel nouas construere tenentur: non curiales vero ſolli ad antiquarũ reædificationem astringuntur. Sal.

VIII. Imppp. VALENS, GRAT. & VALEN. AAA. Modesto præfecto prætorio.

SIngularum vrbium curiales etiam inuiti vel reparare intra ciuitates quas olim habuerunt domos, vel de nouo ædificare cogantur: illic semper munijs [m] inseruituri, & aucturi propriarum frequentiam ciuitatum. Possessores verò qui non erunt curiales, in vrbibus in quibus domos possident, easdẽ domos dirutas [n] neglectasque reparant: iudiciaria ad conseruãdum hoc præceptum auctoritate retinẽdi. Da. XIII. Kalendas Nouemb. Gratiano A. IIII. & Merobaude Coss.

Inter ædes sacras vel publicas, & ædificium priuatum, debet esse ſpacium quindecim pedum. Salycetus.

IX. † Imppp. ARCAD. HONOR. & THEODOS. AAA. Acmiliano præfecto vrbi.

SI cui loci proprietas ædificandi iuxta publicas ædes [o] animum dederit: is quindecim pedum spacio interiecto inter publica ac priuata ædificia, ita sibi nouerit fabricandum, vt tali interuallo & publicæ ædes à periculo vindicentur, & priuatus ædificator velut perperam fabricato loco, destructionis [p] quandoque futuræ non timeat detrimentum. Dat. X. Kalendas Nouembr. Arcadio. A. VI. & Probo Coss.

Quilibet poteſt locum proprium circundare muris. Salycetus.

X. Imperatores HONORIVS & THEODO. AA. Monaxio præfecto prætorio.

PEr prouincias Mesopotamiam, Osdroenam, Euphratensem, Siriam secundam, Pheniciam, Libanensem, Ciliciam secundam, vtranque Armeniam, vtranque Capadociam, Pontum Polemoniacum, atque Hellespontum, vbi magis hoc desideratur, cæterasque [q] prouincias cunctis volentibus permittatur, murali ambitu fundos proprios [r] seu loca sui dominij [s] constituta vallare [t]. Dat. III. Non. Maij Constantinop. Theodo. A. IX. & Constantio. III. Coss.

Inter menianum & menianum debet esse ſpacium. x. pedum, quando ambo ſunt priuatorum : ſed vbi alterum ſit publicum, circa propinquatur priuatum, debet esse ſpacium quindecim pedum. Salycetus.

XI. Iidem AA. Gen. præfecto prætorio.

MEniana [v] quæ Græco vocabulo [τειχισάς] † appellant, siue olim cõstructa, siue in posterũ in prouincijs

o Sicui. Publicas ædes. idem circa. horrea publica: vt infra eod. l. meniana. & facit. ff. finium regun. l. fi.

p Destructionis. vt infra. e. l. meniana.

q Per prouincias. Cæteras. repete, per.

r Proprios. aliud in publicis locis: vt ff. de ope. pu. l. opus. & l. de operibus. & ff. de rerũ di. l. antepe. sed quia muri ciuitatum sunt vniuersitatis, non publici: vt instit. de re. diui. §. nullius. ab vniuersitatibus possunt fieri, non à singulari homine: vt potest intelligi dicta. l. de rerum diui. & est pro hoc hæc. l. & infra de long. consue. l. fin. Accursius.

Ciuitatum muri nõ sunt publici.

s Sui dominij. vt ff. de fer. vrb. præd. l. imperatores. hoc autem fallit si ad æmulationem alterius ciuitatis fiat, vel materiam seditionis præbeat: vt. ff. de ope. pub. l. opus.

t Vallare. subaudiunt quidam, principis auctoritate, argu. l. de ope. publi. l. iij. & sic no. ibi.

v Meniana. id est, solaria : vt ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. cum quidam. & hoc satis innuit infra. Et nota quòd prima pars loquitur cum priuatum ædificium fit iuxta priuatum: & secunda quando priuatum iuxta publicum, tertia loquitur de vtroque. Item hæc lex loquitur quando iuxta ædificia fit opus : sed illa. ff. finium regundorum. l. fi. quando iuxta agrum vel sepem: & ideo aliud spacium ibi quàm hic ponitur. Accursius.

† *Ex Cod. Theo. li. 15. ti. 1. l. 46.*

† *pro inclusę, legitur in meis manu scriptis ostia sed mendose. legẽdũ enim est ianuæ. sic. ff. Harmenopulus vocat Meniana li. 2. Prochiri. c. 4. Contine.*

a Detruncentur. facit. ff. de serui. vrb. præd. l. imperatores. &. §. eo. l. si cui. si tamen sciente te, & non contradicente feci: non compellor me forte destruere: vt ff. de mortuo infe. l. si propius. &. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. si quis iuxta. & sic loquitur hic quando me ignorante vel inuito feci sti.

b Quindecim pedum. vt supra eodem. l. si cui.

c Id est decempedum. hoc quando iuxta priuatum : quindecim, quando iuxta publicum. & facit infra de aquæduc. l. j. lib. xj. hæc tamen lex non seruatur.

prouincijs cõstruenda: nisi spacium inter se per decem pedes liberi aëris habuerint, modis omnibus detruncentur [a]. ¶ In his vero locis, in quibus ædificia priuatorum horreis publicis videntur obiecta obstructione menianorum, quindecim pedum [b] interualla seruẽtur. Quem intercapedinis modum ædificaturis quoque proponimus: ita vt si quis intra definitum spacium, id est, decem pedum [c] mensuram, ædificare, vel intra quindecim pedum menianum posidere tentauerit : sciat non solum fabricata demolienda, sed etiam ipsam domum fisco nostro adscribendam. Dat. III. Kalendas Octobr. Asclepiodoto & Mariniano Coss.

Constitutio Graca Zenonis. A. ad Adamantium præfectum vrbi.

Lex Zenonis de seruitutibus loquens, est generalis : licet sit missa ad præfectum vrbis. Salycetus.

e Confirmans depositum. disrupt. qui soluere nõ valent fiat in ecclesiam nostræ metropoleos. Chilius.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ* ΖΗΝΩΝ
Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως.

ΚΑΤ᾽ δικῶν εἰρήνης ἀπολαύοντες, καὶ τῶν ἔξωθεν πολέμων ἀπαλλαττόμεθα τοὺς ὑπηκόους βουλόμενοι, νομοθετεῖν ἐκείσετε παρορμώμεθα, διὸ καὶ τὸν παρόντα φέρομεν νόμον, ἐκφανῶς ἀποδεικνύντα ὡς καὶ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια δικαίως ἐδίδαξεν, καὶ ἡμᾶς προνοητικῶς τὰ τῶν δυστυχούντων λύοντα διορίζομεν, καὶ μικρὸν ἀποσάντες τῶν πρεπωδεστέρων τῇ πολιτείᾳ ῥημάτων, τοῖς τῷ πλήθει γνωριμωτέροις χρησόμεθα, ὅπως ἂν ἔκφασις αὐτῶν σύντυχάνων τῶν νόμῳ, μὴ δέοιτο ἑτέρου βοηθοῦ. ἐγνωμεν τοίνυν ἐκ τῶν ἐνεχθέντων παρὰ τοῦ σοῦ μεγέθους, ὡς ὁ θεῖος νόμος τοῦ τῆς ἀθανάτου μνήμης πατρὸς ἡμετέρου Λέοντος, ὃν ἔθετο περὶ τῶν ἐν τῇδε τῇ ἐνδόξῳ πόλει κτίζειν βουλομένων, ἀμφίβολος. καὶ ἡμᾶς προσήκοπεν, τοὺς τὰς ἰδίας οἰκίας ἀναπεσοῦντας, τὸ ἀρχαῖον σχῆμα μηδαμῶς παρεξιέναι, ὥσε μὴ τοὺς οἰκοδομοῦντας ἀφαιρεῖσθαι φῶτα ἢ ἀποψιν τῶν γειτόνων, παρὰ τὸ πάλαι καθεσηκός. οὐ μὴν προσθήσω ὅτι δήποτε δέοι κρατεῖν δίον ὁ τῇ οἰκοδομίᾳ χρώμενος δίκαιον ἔχοι, ἰδίᾳ προσῆκον αὐτῷ ἐκ συμφώνου ἢ ἑτερωτήσεως, ὅπερ ἐπὶ ἀμείβειν, εἰ βουληθείη, τὸ παλαιὸν σχῆμα. τότε γὰρ θεσπίζομεν, εἰ σύμφωνον ἢ ἑτερώτησις βοηθοῖ τῷ κτίζοντι, ἐξεῖναι αὐτῷ, κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ συμφώνου ἢ τῆς ἑτερωτήσεως οἰκοδομεῖν, εἰ καὶ τοὺς γείτονας, οἷς ἐναντιοῦται τὸ σύμφωνον, ὀντεῦθεν βλάπειν δοκοίη. τῆς δὲ μοῦ τῆς διατάξεως ἐπούσης καὶ τῶ πρόσθεν χρῶναι καταλιπαίνειν μέσον τῆς τε ἰδίας καὶ τῆς τοῦ γείτονος οἰκίας τὸ οἰκοδομεῖν μέλλοντα, καὶ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον προσθείσης, δι᾽ μεγίστην ἀσφάλειαν εἰκότως ποιεῖ, (τὸ γὰρ ἐνδοιάζον ὄντι ὀλτηδείον εἰς ἀμφιβολίας ἀναίρεσιν) περιφανῶς κελεύομεν δυοκαίδεκα πόδας εἶναι μέσους ἑκατέρας οἰκίας, ἀρχομένους κατ᾽ ἀπὸ τοῦ ὀλτκειμένου τοῖς δεμελίοις οἰκοδομήματος, παραφυλαττομένους δὲ μέχρι πέρατος τοῦ ὕψους. καὶ τὸ τοῦτο τοῦ λοιποῦ παραφυλάττοντι ἐξεῖναι τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἐφ᾽ ὅσον δελήσειεν ὕψος, καὶ θυρίδας κατασκευάζειν τὰς κελουμένας παρακυπτικάς, καὶ φωταγωγούς, κατὰ τὴν δέσιν νομοθεσίαν. εἴτε γέαν οἰκίαν βούλοιτο κτίζειν, εἴτε παλαιὰν ἀναγεοῦν, εἴτε διαφθαρεῖσαν ὑπὸ πυρὸς οἰκοδομεῖν, μηδαμῶς ὀκ τούτου τοῦ διαστήματος συγχωρεῖσθαι τοῦ γείτονος ἀποψιν θαλάσσης εὐδίαν καὶ οὐ βεβιασμένην ἐξ οἰουδήποτε πλευροῦ τῆς οἰκίας, ἢν ὁ γείτων ἐς ὃς ἐνδον ὢν τοῖς ἰδίοις ἢ καὶ καθήμενος ἔχῃ, μηδὲ παραπρέπων ἑαυτὸν ὢν τῷ παρακύπτειν εἰς τὸ πλάγιον, καὶ βιαζόμενος ὥσπερ ἰδεῖν θάλασσαν. τὸ γὰρ τῶν κήπων τε καὶ τῶν δένδρων οὔτε παρείληπται τῇ παροτέρᾳ νομοθεσίᾳ, οὔτε τῇ παρούσῃ προσεδήσεται. οὐτε γὰρ παροσκῇ. Μηδενὶ δ᾽ ἐξέτω κτίζοντι οἰκίαν ὢν μέσῳ ὄντος γενωσσοῦ, ἢ πλατείας, ὑπὲρ τοὺς δεκαδύο πόδας διὰ τοῦτο παραιρεῖσθαι μέρος τ᾽ πλατείας ἢ τοῦ γενωσσοῦ, ᾧ τῷ οἰκείῳ προσνέμειν οἰκοδομήματι, οὐ γὰρ τὰ τῷ δημοσίῳ προσήκοντα βλάπτειν βουλόμενοι, ᾧ τοῖς κτίζουσιν ἀποτρέπειν, δεκαεξαδύο ποδῶν εἶναι διάσημα ὀν μεσῳ τῶν οἰκιῶν διαρίσαμεν, ἀλλ᾽ ὥσε μὴ γενόμενα εἶναι τὰ μεταξὺ τῶν οἰκιῶν διαστήματα, καὶ πλέον, εἴπερ πλέον ὄντος, ἔχειν ὡς ἔχῃ, καὶ τοῦτο μᾶλλον πὴ συγχωροῦντες, ἵνα τῇ πόλῃ τὰ οἰκεῖα περισώζηται δίκαια. εἰ δὲ τὸ παλαιὸν οἰκοδόμημα κατὰ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τοιοῦτον ἦν, ὥσε ἔλαττον εἶναι τῶν ιϑ ποδῶν μεταξὺ ἑκατέρας οἰκίας διάσημα. μὴ ἐξέτω παρὰ τὸ παλαιὸν σχῆμα ἢ ὕψους τὸ οἰκοδόμημα, ἢ θυρίδας ποιεῖν, εἰ μὴ ὑπόδες εἶεν ὀν μέσῳ. Τζωικαῦτα γὰρ παρακυπτικὰς κλῃ᾽ ὁ κτίζων οὐ δυνήσεται ποιεῖν, ὀκ οὐσας πάλαι, ὡς εἴρηται. φωταγωγοὺς δ᾽ ποιησά ἀπὸ ἓξ ποδῶν τοῦ πάτου εἰς ὕψος, μηδαμῶς τὸ κελούμενον ψευδόπατον ποιεῖν ὀν τῷ αὐτοῦ οἰκήματι τολμῶντος, φωταγωγοῦ θυρίδος κατασκευασθείσης, κατὰ τὸ εἰρημένον τῶν ἓξ ποδῶν τὸ ὕψος, καὶ ζημιοῦσθαι τὸν νόμον. εἰ γὰρ τοῦτό ἐξείη, πάλιν αἱ φωταγωγοὶ διὰ τοῦ ψευδοπάτου παρακυπτικὴν πληρώσουσι χρείαν, καὶ τὸν γείτονα βλάψουσιν. ὅπερ γίνεσθαι κωλύομεν, οὐδαμοῦ τὴν ὀκ τῶν συμφώνων ἢτοι ἐπερωτημάτων ἁρμόζουσαν τοῖς κτίζουσι βοήθειαν (ὅπερ ὅλως ὑπάρχῃ τοιαύτη τις) ἀναιροῦντες. Ετι δὲ τοῦ παροτέρου νόμου κελεύοντος ῥ πόδας ἐξεῖναι τὰς οἰκίας εἰς ὕψος αἴρειν τὰς ἀπὸ τοῦ πυρὸς παρώλου διαφθαρείσας, εἰ καὶ παρὰ θαλάσσης ἀποψιν ἕτερος βλάπτοιτο, καὶ ταύτην ἀναιροῦντες τὴν ἀμφιβολίαν, δεσπίζομεν, τοῦτο αὐτὸ κρατεῖν ὅπῃ τῶν ἐμπρησθέντων οἰκιῶν, εἴτε τῶν ἀναπεσομένων καὶ ὑπὲρ τῶν ὀκ οὐσῶν μὲν παρότερον, κτιζομένων δ᾽ νῦν. Μετὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν τυρὸς μὲν βλαβέντων μὴ δεξαμένων, διὰ ταλαιπωρίαν δὲ ἢ καί τινα οὐκ ἐκὼν αἰτίαν σαθρῶν γενομένων, καὶ ἐπὶ ταύτης οἰκίας οἰκοδομημένης, ῥ ποδῶν ἓν διάσημα ὀν μέσῳ τῶν ἀμφιβαλλομένων τόπων, κωλύματος χωρίς. γίνεσθέτε οἰκοδομήματα, εἰ καὶ τῆς ἄλλοις διαφερούσης οἰκίας τὴν ἐπὶ θαλάσσαν ἀποψιν λυμαίνεται. Τὰς δ᾽ ἀπὸ μόνων μαγφρίων, ἢ τῶν καλυμένων ἀποπάτων, ἢ ἀφεδρώνων, ἢ κλιμακος, ἢ διαβάσεων, παρὸς πάροδον μόνλυ χρησίμων, ἢ καὶ τούτων ὁ κελοῦσιν οἱ πολλοὶ βασέρνοια, ἀποψιν εἰς θαλάσσαν βλάπτῃν ἐξέσω, κἂν ὀντὸς ῥ ποδῶν βούλοιτό τις οἰκοδομεῖν, εἰ καὶ δυσκαΐδεκα πόδες ὀν μέσῳ τυγχάνοιεν. ταῦτα δὲ παραφιλαχθέντα θεσπίζομεν, ὅτε μὴ ὑπάρχῃ τινὶ σύμφωνον, ὅπερ τρέπον οἰκοδομεῖν· τοὺς δὲ κτίζοντας ἀπὸ συμφώνου τοῦ γείτονος ἐμμένῃν τοῖς σοιχηθεῖσι. Τζωικαῦτα γὰρ καὶ μὴ παραφυλαχθέντος διαστήματος, κατὰ τὸ σύμφωνον ὅπερ τρέπομεν ἐγείρεσθαι τὰς οἰκοδομὰς, εἰ καὶ βλάποιεν παρὰ θαλάσσης ἀποψιν τοὺς συμφωνήσαντας, ἢ τοὺς τὰς ἐκείνων οἰκίας διαδεξαμένους· ἐπεῖδὴ τὰ ἠδη τισὶν ὑπάρχοντα ἐκ συμφώνων δίκαια οὐ παροσκῇ διὰ τῶν γενικῶν ἀναιρεῖσθαι νόμων. Ετι δ᾽ δεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σκλήρια, μετὰ τὸν παρόντα νόμον, μὴ ὀκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῶν λεγομένων ῥωμανησίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι. δέκῃ δὲ τοσῶν ἔναι διάσημα μεταξὺ δύο σκλήρων ἀντικρουόντων ἀλλήλοις. εἰ δ᾽ τοῦτο μὴ δυνατὸν εἴη διὰ γενοχωρίαν τοῦ τόπου, ὀκ παραλλαγῆς γίνεσθαι τὰ σκλήρια. εἰ δὲ αὐτὸς ὁ γενεσὸς μὴ παρατέρω δέκῃ ποδῶν εἴη, μηδ᾽ ὁπτειρεῖν ὀκ μηδετέρῳ

μέρους Θλαΐρια ἢτοι ἐξώσας κατασκευάζειν. καὶ τὰ γινόμενα δὲ, ὃν τρόπον εἴρηται, κελεύομεν ἀφεσέναι τοῦ ἐδάφους εἰς ὕψος ποδῶν δεκαπέντε διάσημα, καὶ μηδαμῶς κατὰ κάθετον αὐτῶν κίονας λιθίνους ἢ ξυλίνους ἐπὶ τῷ ἐδάφει ἱστασθαι, ἢ τοίχους κατασκευάζεσθαι. ὥσε μήτε τὸν ἀέρα τὸν ὑπὸ τοῖς σὺν τῷ ὕψει γινομένοις, ὡς εἴρεται, Θλαΐροις ἀποφράττεσθαι, μήτε σὺν τοῦδε χειρότερον γίνεσθαι τὸν χειμῶνα, καὶ τὴν δημοσίαν πάροδον. Κωλύομεν δὲ καὶ κλίμακας ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀρχομένας τοῦ χειμῶνος γίνεσθαι, ἀναγούσας ἐπὶ τὰ Θλαΐρια. ὥστε οὐ τῆς ἀσφαλεστέρας κατασκευῆς, καὶ οὐ τοῦ μὴ σφόδρα πλησιάζειν ἀλλήλοις τὰ Θλαΐρια, κουφοτέρους καὶ σπανιωτέρους συμβαίνει ποτέ, καὶ εὐκολώτερον δὲ παύεσθαι, οὐ τοῦ πυρὸς κινδύνου τῇ πόλει, καὶ τοῖς ἔχουσι τὰς οἰκίας. Εἰ δὲ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον γένηται σολάριον, ἢ κλίμαξ, οὐ τὸ γεγονὸς ἐκκοπήσεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς οἰκίας κύριος δέκα χρυσίου λιτρῶν ζημίαν ὑποκείσθω. καὶ ὁ διατυπώσας ἀρχιτέκτων, ἢ ἐργολάβος, ἑτέρας δέκα χρυσίου λίτρας καταθήσει. καὶ ὁ ἐργασάμενος τεχνίτης, οὐκ οἷός τε ὢν διὰ πενίαν ζημιοῦσθαι, τὸ σῶμα αἰκισθεὶς, τῆς πόλεως ἐξελαθήσεται. Περὶ τούτοις παρακελευόμεθα, μηδενὶ ἐξεῖναι πολλοὺς ἐφεξῆς χίονας σὺν τοῖς δημοσίαις σοαῖς, ἀπὸ τοῦ κελουμένου μιλίου ἄχρι τοῦ κελουμένου καπετωλίου, ἢ φράττειν οἰκήμασιν οὐ σανίσι μόνοις, ἢ καὶ ἄλλοις σὺν μέσῳ τῶν κίονων κατασκευαζομένοις. ἀλλὰ μὴν τὰ τοιαῦτα οἰκήματα μὴ ὑπερβαίνειν πλάτος μὲν ποδῶν ἓξ σὺν τοῖς τοίχοις, ἐπὶ τὴν πλατείαν, ὕψος δὲ ποδῶν ζ. σὺν παντὸς δὲ τρόπου διὰ τεσσάρων κίονων τὰς παρόδους ἐλευθέρας καταλείπεσθαι, τὰς ἀπὸ τῶν σοῶν ἐπὶ τὰς πλατείας. κελλαπίζεσθαι δὲ τὰ τοιαῦτα οἰκήματα, ἤτοι ἐργαστήρια, μαρμάροις ἐζωθεν, ὥσε κάλλος μὲν διδόναι τῇ πόλει, ψυχαγωγὴν δὲ τοῖς βαδίζουσι. Τὰ δὲ σὺν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς πόλεως, σὺν τοῖς μέσοις τῶν κίονων τόποις κατασκευαζόμενα ἐργαστήρια, καθάπερ ἂν δοκιμάσῃ τῇ πόλῃ συμφέρειν ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, καὶ τοῦ μέτρου ἕνεκα καὶ τοῦ τρόπου κατασκευάζεσθαι δεσπίζομεν, τῆς ἰσότητος δηλαδὴ πάσης φυλαττομένης, ὥσε μὴ τοῦτο ἐπὶ τιμῶν ὀλιτραπῇ, ἢ ἕτερον κωλύεσθαι. Κἀκεῖνο δὲ νομοθετοῦμεν, ὥσε μὴ τὰς τῶν συκοφαντῶν κακοτεχνίας τοῖς ὀλιτεικέσι λυμαίνεσθαι. πολλοὶ γὰρ φθόνῳ δίκας, σὺν ἀδικήματός τινος, τοῖς οἰκοδομεῖν βουλομένοις ὑφήνοντες, ἀναβολῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται. ἔσε τὸν οἰκοδομεῖν ἀρξάμενον, εἶτα κωλυθέντα, καὶ τὸ ἔργον ἀτελὲς καταλιπεῖν ἀναγκασμένον, καὶ πρὸς τὸ δικαστήριον ἀφελκόμενον, τὸ χρήμα, ἐξ οὗ τῶν οἰκίαν ἐγείφν ἤλπισεν, ἀναλίσκειν περὶ τῶν δίκων. καὶ, τὸ πάντων ἀτοπώτατον, μετὰ τὸ ψῆφον νικῶσης ὀλιτυχεῖν, ἔτι καθάπερ ἀλύτοις τισὶ συμπεπλέχθαι δεσμοῖς, τοῦ κωλύσαντος τὸ ἔργον, παρασχήματι μὲν ἐφέσεως τὰς κυρίας ἀναμένοντος, τῷ δ' ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ οἰκοδομίᾳ ἐπὶ τάξις τοῦ γείτονος συμφορᾶς εὑρεμνομένου. Προσάπτομεν τοίνυν ἐπὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, εἰ ἔφεσις ὀφείλοιεν κατὰ τῶν τυπωθέντων παρὰ τοῦ διαγνώμονος, ἅμα τῷ δοθῆναι παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀναφορὰν, ἤτοι τύπον ἐγγράφον, καὶ μὴ παραφιλαχθείσης κυρίας, ἐξεῖναι τῷ γενικικότι καὶ τῷ ἡττηθέντι ἅμα ἢ κατὰ μόνας εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς εἰσιένας μεγαλοπρεπείας, καὶ τοῦ ἀντιδίκου κληθέντος, κατὰ τὸ σύνηθες, εἰ ἄπειεσι, τὸν ὅρον τοῦ διαστήματος φανερὸν ποιεῖν, ἵνα τάσης ἀναβολῆς ὀκκοπείσης, νόμιμον ὀλιτεδεῖν πέρας τῇ ὑποθέσῃ. ᾧ μὴ χρῶνος, εἰ τύχοι, παρόντος, ἢ πλησιάζοντος, ἕως περιμένοι τοὺς μακροὺς τῶν ἐμπροθέσμων χρόνους, τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα, ᾧ μὴ δικαίως κωλυθέντα, ζημίας ἀφορήτους ὑπομένειν. παραπλήσιον δὲ, εἴ τις ὑποθέσῃ τοιαύτη ἐφεῖναι βουληθείη, μεμφόμενος τοῖς παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας ἐψηφισμένοις, παρὰ χρῆμα τῶν κεκλουμένων consultationa γίνεσθαι, ᾧ δίδοσθαι, καὶ αὐτῷ ᾧ τῷ γενικικότι σκοπεῖσθαι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὴν ψῆφον, σὺν τῷ δείφ ἡμῶν παλαιῷ, μηδεμιᾶς ἀναβολῆς γινομένης. Γινωσκέτωσαν δὲ πάντες, ὅσοι κωλύειν ὀλιτχειροῦσι τοὺς οἰκοδομοῦντας, ὡς ἡττηθέντες τοῖς ζημίαις αὐτοῖς πάσας τὰς συμβάσας καταθήσουσι, καὶ τὴν τῶν ὕλῶν τιμὴν, ἃς εἰκὸς διαφθαρῆναι, ἢ χείρους γίνεσθαι σὺν τῷ τῆς δίκης χρόνῳ· ᾧ τῶν οὐ δικαίως ἐπιχρησάντων οἰκοδομεῖν, εἰ ἠττήθεισαν. ᾧ τὰς ζημίας τῷ κεκωλυκότι τὸ οἰκοδόμημα ᾧ δίκην ἐταξῆναι περὶ τούτου ἤνεγκασμένῳ, κατατιθέντων. πᾶσαν μέντοι τοιαύτην δίκην ἐξαφίσεως μόνῳ τοῦ δικαστηρίου τοῦ θεοῦ μεγέθους κρίνεσθαι κελεύομεν, ᾧ μήτε ἄλλον τινὰ τῶν σὺν δέξαν ἀρχόντων ἀκροάσασθαι τοιαύτης ὑποθέσεως, μήτε τινὰς τῶν ἀγωνιζομένων τοιαύτην ὑπόθεσιν, ἐγκλείας ἢ φόρῳ χρῆσθαι παραγραφῆ. ἕνεκα τοῦ μὴ δικάσασθαι, ἢ μὴ καταδίκην τὰς ζημίας, ὅσας δοῦναι τῇ ψήφῳ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῆς πόλεως, ἢ τοῦ παρ' αὐτοῦ δοθέντος διαστήματος προσχωρεῖν, ἀλλὰ τὴν ἀπαίτησιν ὑπομένειν τὸν ἡττηθέντα, διὰ τῆς τάξεως τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας, μηδενὸς ἐπὶ τούτῳ χρεμένου φόρου παραγραφῆ. Προσείτω δὲ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, τοῦ μὴ τινὰς τῶν ἐργολάβων ἢ τεχνιτῶν, ἀβασμένους ἔργου, τοῦτο καταλιμπάνειν ἀτελές· ἀλλ' αὐτὸν μὴν τὸν ἀρξάμενον λαμβάνοντα τὸν μισθὸν, ἀναγκάζετω πλήρουν τὸ ἔργον, ἢ διδόναι τὴν ὀτεδεῖν συμβαίνουσαν ζημίαν τῷ οἰκοδομοῦντι, καὶ πᾶσαν τὴν σὺν τοῦ μὴ τὸ ἔργον πληροῦσθαι γινομένην βλάβην. εἰ δὲ πένης τὲ εἴη τυχὼν ὁ τοῦτο ἁμαρτὼν, πληγάσι λαμβανέτω, καὶ σκεβαλλέσθω τῆς πόλεως. μὴ κωλυέσθω δὲ ἕτερος τῆς αὐτῆς τέχνης τὸ παρ' ἑτέρου ἀρξθὲν ἐκπληροῦν. ὅπερ ἐγνωμὼν τολμᾶσθαι κατὰ τῶν οἰκοδομούντων οἰκίας παρὰ τῶν ἐργολάβων τεχνιτῶν, οὔτε αὐτῶν τὸ τέλειον ὀπτιδέντων ὅις ἤρξαντο ἐργάζεσθαι, οὐδὲ ἑτέροις τὰ αὐτὰ ἔργα ἀναπληροῦν συγχωροῦντων, ἀλλὰ σκεγκεῖν ἀφόρητον ζημίαν σὺν τοῦδε τοῖς τὰς οἰκίας κατασκευάζουσι μηχανωμένων. ὁ δὲ παραπτούμενος τὸ παρ' ἑτέρῳ ἀρχθὲν σκπληρῶσαι δί' αὐτὸ τοῦτο ὅ, τι ἕτερος ἤξατο, ᾧ αὐτὸς παραπλησίαν τῷ καταλιπόντι τὸ ἔργον ὑπεχέτω δίκην.

C

ANTONIVS CONTIVS *iuris studiosis.*

QVid in hac lege restituenda, vel in Latinum sermonem transferenda præstiterimus, experiemini, si hanc nostram operam cum editione Portana & Scringeriana conferetis. nam in vtraque sequens constitutio erat acephala, & in altera ita corrupta & translata, vt magna ex parte aieret quæ hæc negat, negaret quæ hæc asserit. En quanta in legibus vel edendis vel transferendis cautio. vtraque etiam editio, prima ipsius constitutionis verba in inscriptionem ipsius transtulit. altera sic, A'δαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως, ᾧ δικῶν. Εἰρήνης ἀπολούοντες *&c. Altera verò sic,* A'δαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως καὶ δικῶν εἰρήνης ἀπολαύοντι. Τὸν παρόντα *&c. Qui error ei contrarius est qui ante Holoandrum obtinuerat in principio constitutionis de Iustinianeo codice confirmando: vt illa verba inscriptionis, Ex præfecto huius almæ vrbis, in textum ipsius constitutionis irreperent, hoc modo, Ex præcepto huius almæ vrbis, &c. Quis autem vnquam appellari audiit præfectum vrbis, præfectum iudiciorum, aut iudiciorum pacis? Itaque quamuis sola coniectura adiutus sim in huius legis principio restituendo, omnibus tamen vobis probatum iri iudicium meum spero. Est autem elegantissima lex, & ad multos iuris articulos controuersos, siqua alia, apprime vtilis. Sequitur superior lex in Latinum sermonem conuersa per Antonium Contium iuris antecessorem in metropoli Biturigum.*

Imp.

XII. Imp. ZENO Adamantio Præfecto vrbis.

Huius constitutionis meminerunt in Nouell. Iustiniani 63. & 165. quas & ampliorem huius legis cognitionem conferre non inutile fuerit.

ET litibus & extraneis bellis populos nobis subditos eximere pacis studio volentes, passim leges scribere optamus, & hanc subinde ferimus legem dilucidè admodum demonstrantem & quæ tua magnificentia suggessit, & prudentissime ambigua definientem: parumque recedentes à ciuilibus verbis, ijs quæ vulgo notiora sunt vtemur, vt quicunque in hanc legem fortè inciderit, alio minime indigeat auxilio.

Sanè ex relatione magnitudinis tuæ cognouimus, diuinam legem immortalis memoriæ patris nostri Leonis, quam super his posuit qui in hac gloriosa vrbe ædificare voluerint, ambiguam esse. Et nos itaque præcipimus, vt qui proprias domos renouare cupiunt, veterem formam nullatenus excedant: vt nec hi qui nouas ædificant, lumen aut prospectum vicinis auferant, secundum ea quæ olim constituta sunt. Non autem adiecerim etiam oportere illud obtinere, qualeque ius is qui ædificat habeat, cum facultatem habeat ex pacto vel stipulatione mutandæ si velit veteris formæ. Tunc enim sancimus, si pactum vel stipulatio ædificanti suffragetur, licere ipsi secundum pacti vel stipulationis robur ædificare, etiam si officere vicinis quibus pactum aduersatur, exinde videatur. Sed cum nostra constitutio dicat duodecim pedes oportere relinqui ab eo qui ædificaturus est, inter propriam & vicini domum, & plus vel minus adijcias, quod magnam profecto cautionem † facit (nihil enim dubium aptum est ad tollendam ambiguitatem) perspicue iubemus duodecim pedes esse intermedios inter vtramque domum, incipientes quidem à superposita fundamentis ædificij parte, eademque obseruatione perseuerante ad summum vsque altitudinis culmen. & ei qui hoc in posterum obseruauerit, licere domum in quantam voluerit altitudinem excitare & attollere, & feneſtras fabricare tam quæ prospectiuæ * dicuntur, quam quæ luciferæ," secundum diuinam constitutionem, siue nouam domum velit extruere, siue veterem instaurare, siue ex incendio collapsam exædificare: Nulla licentia ex hoc spacio concessa tollendi vicino directum & omni ex latere domus inuiolatum in mare prospectum, quem domi stans vel sedens habet, neque detorquendi hunc ipsum prospectum, ita vt cogatur ex obliquo mare aspicere. Quod autem ad hortos atque arbores attinet, nec aliquid in superioribus constitutionibus comprehensum est, * nec de his hic aliquid addetur: neque enim cõuenit. Nulli autem liceat ædificanti domum iuxta compitum forte aut angiportum vel plateam, duodecim pedibus latiorem auferre partem plateæ vel compiti, & proprio superaddere ædificio. Non enim quæ ad rempublicam pertinent, minuere, & ædificantibus diuidere volentes, duodecim pedum interuallum in medio domorum definiuimus, sed ne angustiora sint domorum interualla. si autem maius sit spacium maneat vetus distantia. non enim eam minui concedimus, sed seruari vrbi propria iura. Si autem vetus ædificium secundum veterem formam tale erat, vt minus esset domorum abs se inuicem spacio duodecim pedum interuallum, ne liceat præter veterem formam in altitudinem ædificium erigere, vel feneſtras facere, nisi decem pedes in medio intercedant. tunc enim prospectiuas is qui ædificabit, non poterit facere, nisi antea quoque fuerint, vt dictum est. Luciferas vero faciet vtique sex pedum ab imo in altum interuallo: eo tamen non audente vllo modo facere id quod vocatur pseudopatum (id est falsum aut fictitium tabulatum aut patimentum in ipso ædificio) & ita ab hoc pseudopato ad sex pedum altitudinem luciferas feneſtras excitare, & sophisticè legem interpretari & cauillari. Si enim hoc liceat, eueniet iterum vt luciferæ æquent prospectiuarũ vtilitatem, & vicino noceant. quod quidem fieri prohibemus, nullatenus competens ædificantibus vel ex pacto, vel ex stipulatione ius tollentes, si quod tale prorsus competat. Insuper cum prior lege cautum sit, centum pedes altas domos combustas instaurare licere, etiam si alteri prospectum in mare prohibeant: hanc etiam tollentes ambiguitatem, constituimus hoc obtinere tam in his quæ post conflagrationẽ renouatæ sunt, quàm quæ nunquam antea fuerunt, & nunc primùm extruuntur. Sed & in his quæ nullam ignis iniuriam senserunt, vetustate autem aut alia quacunque causa defecerunt, & in omnibus omnino domibus quæ ædificantur, si centum pedum spatium relinquatur inter circumiacentia loca, omni impedimento cessante fiant ædificia, etiam si alijs domibus prospectum in mare adimant. Prospectum autem hunc liceat auferre à solis culinis vel latrinis, vel secessibus, vel scalis, vel traiectibus ad sola diuerticula vicorum pertinentibus, vel balterniis, quamuis & intra centum pedes velit quis ædificare, si modò tamen duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autem obseruari volumus quando nullum adest pactum quod ædificare volentem adiuuet. Qui autem ex pacto vicini ædificant, intra definitum ab eis modum ædificent. tunc enim & eo non custodito spacio permittimus attollere ædificia, etiam si prospectum adimant iis qui consenserunt & pacti sunt, aut qui in eorum domos successerunt: quandoquidem competentia iam quibusdam ex conuentione iura, per generalem auferri legem non oportet. Item illud etiam statuimus, ne ea quæ vocantur solaria, post hanc legem ex solis lignis & tabulis construantur, sed ad eorum quæ Romanensia dicuntur modum & figuram ædificentur, & inter duo solaria ex aduerso sese spectantia, decem pedes relinquantur. sin hoc præ loci angustia fieri non possit, tunc solaria fiant οὐ παραλλαγῆς, hoc est vt se inuicem non ex aduerso vel οὐ παραλλήλου respiciant, sed alternis, & ex obliquo atque transuerso. Si verò spacium medium decem pedes non excedat, tunc nulla ex parte nec aduersa nec transuersa liceat solaria aut meniana" fabricare. Quæ verò secundum suprascriptam formam ædificabuntur, iubemus alta esse ab imo solo pedes quindecim, & eorum quidem columnas lapideas aut ligneas ita solo imponi iubemus, vt non ad cathetum siue perpendiculum stent, sicuti nec muros, vt nec aer qui est sub illis in superiore parte, vt dictum est, constitutis solariis, obturetur, nec ex hoc angustior fiat angiportus, & publicum iter. Prohibemus autem & scalas à solo angiportus inchoare, & ad solaria ducere, ita vt tam ex impensa

" ἐξώσας *verti meniana. sic enim appellari scribit Honorius imperator. l. Meniana. C. cod. tit. & ita hoc etiã docet Hamenopulus lib. 2. c. 4. Cõstit.*

& præparatione firmiore, quàm quòd non ita proxima sint inter se solaria, breuiora & rariora & extinctu faciliora exigne pericula ciuitati, & his qui domos habent, immineant. Si autem contra nostram hanc legem fiat solarium vel scala, non id solum quod factum fuerit, detruncabitur, sed etiam ædificij dominus decem auri librarum pœnam expectabit: & qui designauit architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras persoluet: & qui fabricauerit artifex, si per inopiam non potuerit pœniam soluere, corpore luens à ciuitate fiat extoris. Præterea iubemus nemini licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus & stationibus ab eo quod vocatur Milium, *vsque ad Capitolium obstruere ædificijs, vel solis etiam tabulis, vel alijs quibusuis rebus in medio columnarum extructis: sed ipsa quidem ædificia non excedant in latitudine pedes sex, comprehensis etiam parietibus plateam versus: in altitudine verò pedes septem. Omnimodo autem volumus per quatuor calumnarum ordines relinqui à porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque huiusmodi tabernacula siue officinas exterius saltem marmore, vt & ciuitati sint decori, & transeuntibus voluptati. In reliquis autem ciuitatis regionibus extructas in mediis columnis officinas, prout vrbi esse vtile, & quatenus & quomodo existimaueris, extrui sanciemus, omni æqualitate seruata, ne quod vni permittitur, cæteris prohibeatur. Et hoc quidem constituimus, vt ne calumniantium dolis & machinationibus, æquis & bonis viris periculum struatur. Multi enim ædificaturis, lites, non ex iniuria aliqua accepta, sed per inuidiam substruentes, intermissionum illis causam præbent: vt eum qui iam cœperat ædificare prohibitum, & opus imperfectum relinquere coactum, & in ius tractum, pecuniam ad ædificationem repositam, litigando consumere cogant: & (quod omnium incommodissimum est) postquam victricem sententiam retulit, adhuc quasi indissolubilibus vinculis obligari contingit, dum appellationis prætextu tales dies expectare cogitur, & ex hac frustratione, & ædificationis interruptione voluptatem capit eius aduersarius. Adijcimus itaque in eiusmodi casibus, vt si appellatio ab his quæ ab arbitro definita sunt, interceſſerit, simul atque missa fuerit ad iudicem relatio vel forma scriptis redacta, licere victori & victo, non obseruato legitimo appellationis introducendæ tempore, vnà cum aduersario vel soli ad tuæ magnificentiæ tribunal accedere, & aduersario ex more vocato, si absit, terminum rei controuersæ facere: vt omni mora absciſſa, legitimus liti finis imponatur: ne hyeme, si ita acciderit, præsente vel imminente, dum longos appellationum dies statos expectare cogitur is qui iniustè ab incepto ædificio prohibitus est, damna intolerabilia sustineat. Quod autem est proximum, si etiam quis in huiusmodi controuersijs appellare * voluerit, conquerens de magnitudinis tuæ sententia, illico eam quam dicunt consultationem fieri iubemus: & dari tam victo quàm victori, vt de more sententiam ipsam accuratius expendant in sacro nostro palatio, omni mora cessante. Nouerint autem quicunque ædificanteis impedire præsumpserint, quòd si victi fuerint, & omne quodcunque contigerit damnum refarcient, & materiæ precia quam probabile erit corruptam aut deterioratam esse inter litium moras, rependent. Quod autem ad eos qui iniuste ædificare tentauerint, attinet: & hi si victi fuerint, damna ei qui ædificium prohibuerit, & causæ ideo adesse coactus fuerit, refundent. Omnem autem huiusmodi controuersiam in solo magnitudinis tuæ iudicio decidi præcipimus: & neque vlli cuiquam illustrium magistratuum audire huiusmodi causas, neque ex hac causa litigantes, militiæ vel fori præscriptione ad detrectandum iudicium vel sumptuum & damnorum, quæ sententia gloriosissimi præfecti vrbis, aut ab ipso dati cognitoris contineburtur, solutionem detrectandam permittimus, sed exactioni eos subijci volumus, qui ex decreto magnificentiæ tuæ victi fuerint, nemine ad hoc fori præscriptione vtente.

Prouideat autem magnificentia tua, ne quis redemptorum aut fabrorum aut artificum, opus à se inchoatum relinquat imperfectum, sed vt accepta mercede opus quod incepit perficere cogatur: vel omne damnum quod inde ædificare volens acceperit, & quidquid omnino dispendij sensit, ex eo quòd opus perfectum non fuerit, sarciat. Si autem penuria laboret qui ita deliquerit, fustibus cæsus ciuitate eijciatur. Nullus autem id perficere prohibeatur quod ab altero cœptum opus fuerit: quod præsumi cognouimus à quibusdam artificibus vel redemptoribus, nec alios id perficere sinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus iis qui domos suas fabricari cupiunt. Qui itaque hoc solo recusat opus perficere, quòd ab alio antea inchoatum sit, is eandem pœnam excipiat, quam is excepit qui opus reliquit.

* Hinc clarè liquet licuisse à præfecto vrbi appellare, quod examen aliquando prohibitū fuit: sed postea iterum permissum: Co. Theo. de appellatio. l. 23 l. 2. C. de his qui propter metū iudicis ad appellare ita eo ego minor fuit præfecti vrbis auctoritas, quàm Præf. prætorio. Idem significat Symmachus, & ipse præf. vr. lib. 1 epist. 41. Cōtius.

* Videtur legendum esse miliarium, vt intelligatur hic illa columna aurata quæ in capite fori Romani ad ædem Saturni fixa erat, in qua incisæ omnes viæ Italiæ terminabantur, vt ex Plinio lib. 3 c. 5. Sueton. in Othone, Tacito lib. 15. constat. Cōtius.

C Vm dubitabatur Zenonis. sed vbi est? a
b Manentibus. nota sic
S. de testa. l. sancimus. & de ap. l. præcipimus. in fi. facit ad. l. istam. J. de aquæductu. l. hac lege. li. xj.

† quæ superius inserta est. Contius. † Legend. Adamantiū. Contius.

DE NOVI OPERIS nunciatione.

Quidam habent hic rubricam de noui operis nunciatione: sed non est necessaria, satis enim pertinet hæc lex ad superiorem materiam. Et nota quòd hac nunciatio sit tribus modis: vt. ff. de ope. noui nun. l. de pupillo. §. meminisse.

XIII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm dubitabatur vtrum constitutio Zenonis † a diuæ memoriæ ad Amantium† præfectum vrbi scripta, quæ de seruitutibus loquitur, localis esset, & huic florentissimæ vrbi dedicata, & deberet illius quidem iura in hac obseruari, antiqua vero, quę contraria sunt, locum habere in prouinciis: indignum esse nostro tempore putantes aliud ius in hac regia ciuitate de huiusmodi obseruari, aliud apud nostros esse prouinciales, sancimus eãdem constitutionẽ in omnibus vrbibus Romani imperij obtinere, & secundũ eius definitionẽ omnia procedere: & si quod ius ex ea lege innouatum est à vetere dispositione, hoc & in prouincijs à præfidibus earum obseruari: cæteris videlicet omnibus, quæ non per Zenonianam legẽ innouata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate in omni loco manẽtibus. b Dat. Kal. Septẽb. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

TITVLVS XI.
DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

Si nunciator noui operis sit paratus statim de iure suo docere, debet audiri, & de causa cognosci: & intra tres menses terminari: quibus peractis auditur ædificator, si offerat satisfationem de opere demoliendo. Salyc.

De ope-

a DE *operis noui. Prohibere.* per nouam denunciationem. Vel verius dic per veterem. Accursius.

b *Festinare.* si super hoc adeatur.

c *Causam dirimere.* nota speciale contra regulam generalem. S. de iudi. l. properandum, vel certe hic non dicit causam debere finiri intra tres mẽses: sed debere expectari vt probet si velit.

d *Impedimentum.* intra tres menses. sic ergo si ante tres menses, si etiam millies satisfaciat, non tamen permittitur ædificare: nam & hic deproperabat facere opus, & satisfare volebat: non tamen permittitur nisi post tres menses. & sic contradicunt plures leges. ff. de ope. noui nuncia. l. prætor. §. si quis paratus. &. §. hoc autem interdictum. & l. de pupillo. §. si is cui. quibus & alijs pluribus dicitur quòd si ille cui nunciatum est nouum opus, paratus est satisfare, pro satisfacto habetur si nunciator non recipit. Sol. dicunt hic quidam loqui, cum denunciatio facta est per prætorem: ibi per se. Secundi dicunt esse in arbitrio actoris siue nunciatoris, velit recipere satisfactionem vel non: vt si recipiat, statim sit facta remissio, & possit ille ædificare: vt in contrarijs. si vero nolit recipere satisfactionem, sed dicat se incontinenti paratum probare: est audiendus & expectandus per tres menses: & postea si non probauerit, poterit ille ædificare: oblata tamen satisfactione. & sic loquitur hic. & ad hoc est argu. ff. vt in pos. le. l. si is à quo. in princ. &. ff. ad Trebellia. l. ille à quo. §. j. &. ff. ad exhib. l. iij. §. ibidem. Tertij dicunt esse in arbitrio volentis ædificare, an velit statim satisfidare: & sic postea ædificare, an non. argu. ff. de iur. dot. l. plerumque. §. fina. & argu. contrariarum legum. Quarti distinguunt, possideat ædificator locum in quo ædificat, an non. primo casu admittitur statim cum satisfactione, vt in contrarijs. in secundo non, vt hic. Quinti distinguunt, aut ædificat in publico vel priuato. hic in publico, in contrarijs in priuato: vt statim satisfando possit ædificare: vt argu. dictæ. l. prætor. §. hoc autem interdictum. Mediam Ioan. & Hugo probant: secundam probat Azo. ADDITIO. Dynus (vt refert Bart. in. l. prætor ait. §. si quis paratus.) coniungit secundam solutionem istius glossæ. cum tertia, & bona est secundum eundem Barto. Aut ille qui nunciat dicit, ego sum paratus ostẽdere de iure meo, hodie constat, hodie agamus: tunc licet dicat paratus satisfidare, ebet ædificans expectare per tres menses: vt hac. l. & cap. vltimo extra eodem. Si vero dominus nunciat, & statim oblata satisfactione nil dicit: tunc statim fit remissio: & est in electione satisfacientis differre vel satisfidare: vt in contrarijs.

Opus noui si nunciatur dicit, an sit permittitus ædificare si sola satisfactione.

† Ex Cod. Theo. ibid. l. 8.

† Ex Cod. Theo. ibid. l. 5. tit. 11.

† Deest in C. Th. rectè Comin.

† Co. Th. ibid. l. 6.

DE OPERIbus publicis.

De primatis dixit operibus: licet & de publicis misserit: nunc principaliter de publicis.

c PLurimi immunes. Adepti sunt. quod est contra publicam vtilitatem. Accur.

f *Momenti.* illicita ergo concessa non valent. sic &. S. de preci. impe. offe. l. nec damnosa. &. J. de immu. ne. conce. l. j. lib. x. Et nota quòd leges huius tituli non leguntur: quia inutiles sunt.

† Ex Cod. Theo. ibid. l. 11.

g QVæ operibus. Cognoscas. scilicet commentarien. vt ex superscriptione huius l. apparet. & facit. S. de mo. mul. l. pen. Accursius.

h PRætoria. loca vbi residentiudices in cognoscendo: vt &. S. de epis. & cler. l. omnes qui. & ibi, Induxerunt Iesum in prætorium. & facit supra de offi. rect. proui. l. nulli.

Prætorium quid sit.

† Ex Cod. Theo. ibi. l. 22. vbi legitur Ituæ. Procule Kariss. nobis, erat autẽ is Proculus Præf. vrbis Cõstantinopolitanæ: vt Cod. Th. l. 5. x. 25. liquet. Cõtius. Affic ergo ratione publicæ vtilitatis cessat præscriptio: & vide bonã vl. in c. cũ nõ liceat. exta de præscrip.

† C. Th. ibi l. 13.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfecto prætorio.

k *Successisti*. non vt rem habeas obligatã, sed vt te tueri possis contra omnes, vt ipse poterat: vt hic, & ff. qui po. in pig. ha. l. qui à debitore. secus si emisset à creditore: quia tunc nulli esset ius offerẽdi: vt j. ti. j. l. j. & ff. de distrac. pign. l. cum prior. & facit ad. l. iftã. §. rem alie. ge. non interdi. l. j.

SI prior.] CASVS. Contraxisti cum fisco, & fundum ei obligasti. deinde eũdem mihi obligasti. si offeram fisco debitum, in ius eius succedam, & ero potior aliis creditoribus. Vitianus.

l *Si prior*. aliàs primo.

m *Respublica*. vt & §. de pig. l. secũdus. & §. vt. j. l. j. & l. prior. & §. de distra. pigno. l. fi priusquam.

SI ANTIQVIOR CREDITOR PIGNVS VENDIDERIT.

Lenis est, sed in aliquibus singularis. & h. d. Emens à priore creditore, à secundo inquietari non potest: sed si primus creditor emit à debitore, conuenire potest hypothecaria per creditorem secundum, oblato debito. Bal. Vel sic: Venditio facta per primum creditorem, non potest per sequentes retractari: secus si ipsi creditori primo pignora sunt vendita, vel in solutum data. Bart.

1. Imperator ALEXANDER. A. Athenioni.



SI vendidisset [n] qui ante pignus accepit: persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. ¶ Cum autem debitor ipsi priori creditori eadem pignora in solutum dederit, vel vendiderit: non magis tibi [o] persecutio adepta est quàm si aliis eisdem res debitor vendidisset. sed ita persequens res, obligatas audieris, si quod eidem possessori [p] propter præcedentis cõtractus auctoritatem debitum est, obtuleris. [q] PP. Id. Maij, Agricola & Clementino Coss.

qui inferiores illis fuerunt, iusta defensione te tueri potes. PP. Kalend. Feb. Iuliano. II. & Crispino Coss.

Potest secundus creditor offerre etiam fisco priori: & hoc ipso succedit in locum eius. Bald.

IIII. Impp. DIOCLETIA. & MAXIM. AA. Carpophoro.

SI prior [l] respublica [m] contraxit, fundúsque ei est obligatus: tibi secundo creditori offerenti pecuniam, potestas est vt succedas etiam in ius reipublicæ. PP. XV. Kaled. Iun. Maximo. II. & Aquilino Conss.

TITVLVS XX.

SI ANTIQVIOR creditor pignus vendiderit.

1. Imperator ALEXANDER. A. Valenti.

SI potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio quam emisse te dicis, [i] ita vt precium peruenirct ad eosdem priores creditores: in ius eorum successisti: [k] & contra eos

a) frustra putas tibi auxilio opus esse constitutionis nostræ ad eam rem pertinentis. PP. Idib. Iul. Pompeiano & Auito Coss.

Filius emancipatus soluens pro patre eo pacto, vt succedat in hypotheca prioris creditoris, idem ius consequitur, quod ille habebat, & posterioribus patris creditoribus anteferetur. Bald. Vel sic: Filius soluens fisco pro patre, vt in eius locum succedat: consequitur ius prælationis & hypothecæ quod habebat fiscus. Salyc.

II. Imperator ANTONINVS. A. Felici.

CVm pro patre in cuius potestate non eras, [b] pecuniam fisco intuleris: & iure priuilegio eius successisti: [d] & eius locum cui pecuniam numerasti, consecutus es: nec hi creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem, vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante distrahendo, iuri tuo aliquid derogauerunt. Vnde intelligis, si quid tuo nomine [e] te absente ab actoribus [f] tuis solutum [g] est: vt indebitum numeratum restitui, [h] pignoráque tibi nexa persequi te posse. PP. Kalẽ. Octobr. Romæ, Sabino. II. & Anulino. Coss.

Emens à debitore rem alteri obligatam cum pacto, vt ex precio soluatur creditori: precio illi soluto, succedit in locum illius. Salycetus.

III. Imperator ALEXANDER. A. Valenti.

SI potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio quam emisse te dicis, [i] ita vt precium peruenirct ad eosdem priores creditores: in ius eorum successisti: [k] & contra eos

a *Non accepisse*. id est non feciste pactum, vt idem pignus esset tibi obligatum: & sic post sententiam iste supplicabat, quod etiam aliud erat impedimentum: vt §. vt lit. pen. l. ij. in fin. & l. fin. Et distingue hic, quia aut secundus creditor offert priori, aut extraneus, aut ipse debitor. Primo autem casu succedit secundus creditor loco primi, etiam sine pacto: vt supra tit. j. l. j. & infra eod. l. fin. & ff. qui po. in pign. ha. l. potior. §. fi. Secundo casu quando extraneus offert priori creditori, duo sunt pacta necessaria ad hoc vt in locũ eius succedat. scilicet quòd agatur vt primi loco succedat, & quòd sit ei obligatum: vt hic, & supra de priuil. fisc. l. si cum. Tertio scilicet quando ipse debitor soluit, aut de suo, & tunc nulla est successio: aut de aliena pecunia quam mutuam ac ceperit, & tunc vt ille creditor succedat loco primi, tria sunt necessaria. Primũ quòd hic cõueniat vt in locũ primi succedat, & quòd illa pecunia perueniat ad ptimum. Itẽ vt ad hoc detur, vt ex ea pignus liberetur. quibus tribus interuenientibus, succedit loco primi, vt possit vẽdere: vt ff. quæ res pig. ob. pot. l. Aristo. Item vt in ordine temporis prefera tur his, quibus ille præferebatur: vt ff. qui po. in pign. ha. l. prior. §. à Titio. & §. fi Titius. Idem in priuilegio per sonalium actionũ: vt ff. de cess. bo. l. ij. vel etiam sine tanta solennitate in hoc priuilegio succedit, si solummodo pecunia peruenit: vt ff. de priui. cred. l. si ventri. §. fi. An autem eadem hypotheca in essentia sit, quæ datur secundo, quæ fuit & prima? Respon. nõ: sed per omnia est ei similis. prima enim solutione fuit sublata: & hoc etiam dixit. ff. quę res pign. ob. poss. l. Aristo.

CVm.] CASVS. Si filius emancipatus pro patre debito re soluit fisco, hoc pacto, vt in locum & priuilegium fisci succederet: an sit potior aliis creditoribus quibus præferebatur fiscus? Dicitur quòd non, sed si illius pignus distraxerunt: filio non potuerunt præiudicare. & hoc in secunda. Si vero procur. filij creditoribus aliis soluerit, vel si pecuniam pro recuperandis pignoribus distractis dederit, eam repetet per condic. indebi. & hoc in tertia.

b *Non eras*. aliàs quod tu solueres, ipse soluisse videtur: vt ff. de pig. act. l. debitor. §. j. Accursius.

c *Ime*. id est pacto hoc in pactum deducto.

d *Successisti*. per pactum: vt §. de priui. fisc. l. fi. & l. si cũ pecuniã.

e *Tuo nomine*. si enim nomine debitoris soluissent, non posset reperi à creditoribus, qui suum recepissent: vt ff. de cõdi. inde. l. si pœnæ. §. j. & l. repetitio.

f *Actoribus*. vel procuratoribus.

g *Solutum est*. vel creditoribus, vel aliis emptoribus pro pignoribus distractis recuperandis.

h *Restituì*. vt supra de condic. inde. l. si à patre.

Continuatio.

SI ANTIQVIOR creditor pignus vendiderit.

Qualiter in iure prioris creditoris, vel pro pactum, vel solutionem aliquis succedat, dictum est: nunc autem supponit qualiter succedatur per venditionem. Azo.

Si vendidisset.] CASVS. Si prior creditor pignus sibi & mihi posteriori loco obligarum, lege vel pacto vendiderit, ego secundus aduersus emptorem non habeo hypothecariam. Si vero debitor eam primo creditori in solutum dederit, remanet mihi ius pignoris. sic tamen rem obligatam persequi potero, si debitum primo creditori soluero.

n *Si vendidisset*. alicui extraneo. non secũdo creditori, vel fideiusso-

Creditor secundus quandoque contra primum audiatur.

ri: vt ff. de distract. pign. l. ij. & l. cum secundus, in principio. &. §. fin. & l. sequen. & §. de dolo. l. j. Vel nisi hoc agat creditor quando vendit, vt debitori liceat offerre: vt ff. de pign. acti. l. si cum venderet. in principio.

o *Tibi*. secundo creditori.

p *Possessori*. id est priori creditori.

q *Obtuleris*. immo non videtur necesse aliquid offerri: quia propter dationem in solutum desiit esse debitum. Sed certe non est ita: quia sic sua diligentia ei noceret, quod esse non debet: vt ff. de separa. l. debitor. & ad hoc. ff. qui po. in pign. l. vj. in princip. Vel dic quòd non videtur necessisse ab obligatione prima, si reuocabilis esset datio: vt ff. de solu. l. si quis aliam. Sed quomodo secundus audiur contra primum, vel offerendo, vel vllo modo: cum primus sibi in pignore præuiderit? Respond. quia licet debitori facere primi creditoris cõditionẽ deteriorẽ adiiciendo secũdo: vt ff. de separa. l. j. in principio. & facit. ff. de distract. pigno. l. si creditor. §. j. & supra de actio. & oblig. l. si à creditore. & supra de repud. hære. l. si parerna. & ff.

na:& ff.de except.rei iud.l.penul.& ſ.titu.j.l.j.& pe.& fina.

Obligata.] CASVS. Creditor ſi iure pignoris, hoc eſt pacto vel lege diſtraxerit: debitor poſt pecuniam emptori offerens, vel creditori debitum: pignus ab emptore non euincet.

a *Recte.* ex pacto, vel ex lege: vt inſti. qui alie.li.§.j. Quid autem ſi non recte, puta ante tempus? Reſpon. habet emptor exceptionem, niſi fibi ſatis faciat: vt ff.de rei vindi.l. emptor. etiam ſi ſciente debitore vendat, cum exceptio vēditoris ad emptorem tranſierit: vt ff. communi diuidunt. l. in hoc iudicio.§.pe.& de excep.rei iud. l.ſi à te.§.fin.

b *Non poteſt.* vt ff. de pign.l.ſi Tirio.&.l.creditor. & infra de diſtrac.pign. l.qui à creditore. & ſ. de repud. hære. l. iij. & ſ. de actio.& oblig.l.ſi in ſolutum, & ſ. qui po. in pig.ha.l. ſi generaliter. Sed fallit in caſibus in quibus auditur debitor etiam, vendito pignore: vt ff de pig.act. l.ſi cum venderet. in princ. & ff. de diſtra. pigno. l. ſi creditor. in princ.& §.illud.

Debitor auditur quandoque vendito pignore.

Quo minus.] CASVS. Secundus creditor non poteſt impedire quo minus prior creditor vendat pignus, ſi debitū priori non offerat.

c *Interpellare.* à ſecundo creditore.

d *Non poteſt.* ſic ſ. de li tig. l.j. niſi offerat, conſignet, & deponat: vt ar. infra debi. ven. pig. impe. l j.

SI COMMVNIS res pignori data ſit.

Frater.] CASVS. An frater habens rem communem cum fratre obligare eam poſſit: quæritur? Et reſpond. quòd non. niſi pro ſua parte.

e *Non potuit.* vt & ſ. communi diui. l. ſi probatum.

f *Dando.* ſcilicet pignus ante litem conteſtatā.

g *Quæſiuit.* vt & ſ. cōmuni à vtri. iu. l. ſi fratres.

h *Præiudicium.* nullū. fiſcus tamē alienat in ſolidum ratione partis: vt ſ. de communi. re. alie. l. ij. & ſ. de ven. rerum fiſ. cum priua. con. l. j. lib. x. ergo multo magis obligare poteſt.

DE PRAETORIO pignore: & vt in actionibus debitorum miſſio prætorij procedat.

Prater vnius non poteſt obligare alterius fratris portionem: ſed ſuam propriam ſic. Bal. Vel ſic: Communionem habens in re, ſuam partem poteſt obligare, non ſocij. Sal.

1. Imp. ANTONINA. A. Venuſto. Rater veſter ſicut vobis in uitis portionem vobis cō petentem ob ligare nō potuit e, ita ſuam dando f, obligationem creditori quæſiuit g. vnde intelligitis contractum eius nullum præiudicium h do minio veſtro facere potuiſſe. Accepta. III. Kal. Decem. Meſſala & Sabino Conss.

Continuatio.

Dicunt quidam quòd prætorium eſt quod datur à iudice quocunque ordinario. Iudex ale, quod à delegato. Vel dic vt diximus, ſ. qui po. in pig. ha. l. ii. & in pluribus differt à cōuentionali: vt diximus. ſ. l. proxi. & ff. de pig. act. l j. Acc. Et continua ſic ad præcedentia: Qualiter per conuentionem pignus conſtituatur, dictum eſt. Videamus qualiter conſtituatur per imperatorem vel per iudicem: & quo ordine, & quis ſit effectus. Azo.

TITVLVS XXII.
DE PRAETORIO PIGnore: & vt in actionibus debitorum miſſio prætorij procedat.

Pignus cadit non ſolum in rebus corporalibus, ſed etiam in nominibus debitorum, Bal. Vel ſic: Pignus prætorium poteſt à iudice conſtitui nedum in corporalibus, ſed etiam in iuribus & actionibus. Salye.

1. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ præfecto prætorio.

SI prætorium pignus quicunque iudices dādum i alicui per ſpexerint: non ſolum ſuper mobilibus rebus, & immobilibus, & ſe mouentibus k, ſed etiam ſuper actionibus quæ debitori competūt, præcipimus hoc eis l licere decernere m. Dat. Kal. April. Conſtantinopo. Decio. V. C. Coss.

Cadens à detentione pignoris prætorij, eam recuperat per hypothecariam actionem. Bal. Vel ſic: Sicut pignus conuentionale recuperatur per hypothecariam, ſi creditor cadat à poſſeſſione: ita & pignus prætorium: nec curatur, an culpa præceſſerit caſum. Salye.

II. Iidem. A. Iuliano præfecto. præt.

VEteris iuris dubitationē decidentes, ad duplū genus hypothecarū reſpeximus: vnum quidem quod ex conuentionibus & pactis hominū naſcitur: aliud quod à iudicibus datur, & prætorium n nuncupatur. ¶ Et cum inuenimus in conuentionalibus pignoribus vel hypothecis non ſolum tenentē creditorē adiuuari, ſed etiam ſi ab ea poſſeſſione cadat, ſiue ſua culpa, ſiue non, o ſiue fortuito caſu: humanius eſſe perſpeximus, & in prætorio pignore dare recuperationē creditori, quocumq; modo poſſeſſionem amittat, ſiue culpa ſua, ſine nō, ſiue fortuito caſu. Licet enim debuerat incū bere ſuo pignori, ne aliquā patiatur inde iacturā: tamen ne quid amarū in creditoribus cō ſequatur, benignius cauſam interpretamur, & ei recuperationem donamus. Dat. Kal. Aug. Conſtantinopo. Lampadio & Oreſte VV. CC. Coss.

TITVLVS XXIII.
SI IN CAVSA IVDIcati pignus captus ſit.

Idē operatum iudicis decretum & auctoritas, quod operatum cōtractus partiū. Bal. Vel ſic: Bona condēnati debent per iudicē capi, & diſtrahi alij quàm victori: niſi in ſubſidiū, ſi aliū nō repetit emptorē inſti: & tunc per iudicē vel impetratorem ei adiudicatur pro iuſto precio. Salye.

I. Imp. ANTONINA. Gabinio.

REs ob cauſam iudicati datas eius iuſſu cui ius iubēdi fuit, P pignoris iure teneri, ac diſtrahi poſſe, ſæpe reſcriptum eſt. q Nam in vicem inſtæ obligationis ſuccedit ex

Pignus prætorium indiciale dicitur teſt.

conuētione diſtrahi poteſt: ſic iudiciale auctoritate iudicis Vi. p *Cui ius inbendi ſunt.* eſt autem ius ordinariis iudicibus: vt ff. de re iudi. l à diuo.

q *Reſcriptum eſt.* olim poſt duos menſes: hodie poſt quatuor à tempore captionis computandos: vt ff. de re iu. l, debitoribus. & ſ. de vſuris rei iudi. l. fina.

Auctoritas,

a *Auctoritas.* adimpleta: vt. ff. de pig. act. l. non eſt mirum. & appellat hic iuſtam obligationem, ſcilicet ex conuentione. Acc.

Cvm.] CASVS. Auctoritate eius iudicis qui reum condemnauit, debet res in quam miſſus eſt actor, diſtrahi: & ſi emptor non inueniatur, vel inuentus neque iuſtum offerat preciū: dabitur actori, ſi plus offerat quàm alius in ſolutum.

b *Ita decreuit.* Nota per quem fieri debeat venditio: vt hic, & ſ. de execu. rei iudi. l. ij. &. ff. de cuic. l. ſi pignori. & ſupra. l. proxi.

c *Per eum.* ſ. petitorē.

d *Is.* victor.

e *Iudicatus.* id eſt cōdemnatus.

f *Emere debet.* ſed & addici ei poſſe dicitur: vt ff. de re iudic. l. à diuo. §. ſi poſt. &. ſ. l. proxi. & facit ad. l. iſtam. ff. de le. iij. l. non dubium. §. ſi. Accur.

In causa.] CASVS. Si debitorē tuum conueniſti, & cōdemnari feciſti, & in poſſeſſionem alicuius rei ſuæ miſſus fueris: an potius diſtrahi debeat, quàm iure dominij poſſidere debeas, quæritur? Et dicitur quòd ſic. & ſi calliditate rei emptor non inueniatur, dabitur creditori in ſolutum.

g *Addici ſolet.* facit. ſ. de iure do. impe. l. fin. &. ſ. de execu. rei iudi. l. ordo. &. ff. de re iudi. l. à diuo. §. ſi poſt. & no. ſupra de his qui bo. ce. poſ. l. legis.

SI PIGNVS pignori datum ſit.

Non ſolum à dominis, ſed etiam à non dominis res obligantur: puta ab his qui bus ſunt obligatæ: & ideo de his ponit. Azo.

Etiam.] CASVS. Si fundum tuum mihi obligaſtī an eundem alij obligare poſſum, quæritur? & dicitur quòd ſic. & quādiu mihi res hypothecata eſt, tandiu ſecūdo creditori obligata tenebitur, vt ſibi vtilis actio detur. & hoc in prima. Si vero tātum vſum fru. mihi obligaſti, & ego alij fundum obligaui, & ille vēdidit. an tibi præiudicauit ſi non interceſſit tua voluntas? & dicitur quòd nō. & hoc in ſecūda. Si vero poſ. fundi non vſum fru. mihi obligaſti, & eā iure pignoris vendidi, & de precio fuit mihi ſatisfactū: non retractabitur vēditio. Vel pone caſum aliter hoc modo: Si lege vel pacto creditor pignus vēdat: an ſi debitū offeras, poſſis recuperare? certū eſt quòd nō. Si ergo pater tuus fundū obligauit, neque creditor adhuc diſtraxit, licet alij obligauit, ſoluto à te debito poteris fundū recuperare.

Auctoritas a iubentis. PP. V. Kalend. Aug. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Pignus prætorium debet vendi cum iudicis auctoritate: non cum auctoritate creditoris in poſſeſſionem miſſi. Bald. Vel ſic: Per iudicis officium venundatur pignus in cauſam iudicati captum, & ad licitandum creditor qui pignus cepit, admittitur. Saly.

II. Imp. ALEXAND. A. Valeriano.

CVm in cauſa iudicati aliqua res pignori capitur: per officium eius qui ita decreuit b, venundari ſolet, non per eum c qui iudicatum fieri poſtulauit. Et ſi alio emptore nō exiſtente, vel exiſtente quidem, ſed non dignum precium offerente, is d cui iudicatus e ſatis non fecit, ad licitationē ſecundum conſtituta fuerit admiſſus, cuiuſlibet alterius vice ex officio emere f debet. PP. VI. Kalen. Maij, Maximo. II. & Aeliano Conss.

Cum reperitur emptor, debet res in cauſa iudicati accepta vendi. Et ſi non reperitur, poteſt ex ſecundo decreto adiudicari creditori. Bal.

III. Imp. GORDIAN. A. Antigono.

IN cauſa iudicati pignora ex auctoritate præſidis capta, potius diſtrahi, quam iure dominij poſſideri conſueuerunt. ſi tamen per calliditatem condemnati emptor inueniri non poteſt, tunc auctoritate principis dominium creditori addici ſolet g. PP. Idib. Auguſt. Gordiano. A. & Auiola Conss.

TITVLVS XXIIII.
SI PIGNVS PIGNOri datum ſit.

Hæc eſt. l. no. Pignus pignori dari poteſt; & ſic conſtat in ius vſusfructus, ſi tamdiu durat ſecundum pignus donec reſoluatur primū: quia reſoluto iure prioris, reſoluntur ius ſucceſſoris. Et ſi habens pignoris poſſeſſionē, vendit proprietatē: nō tenet venditio: quia nomine poſſeſſionis ipſa res poſſeſſa ſignificatur. Bal. Vel ſic: Pignus poteſt alteri per creditorē obligari: & habens vſumfructū tantū pignoris, nō poteſt proprietatē obligare neq; alienare: ſecus ſi proprietatē habeat. Saly.

I. Imp. GORDIANVS. A. Lamponi, & alijs.

FIdē id quod pignori obligatū eſt, à creditore pignori obſtringi poſſe, iamdudū placuit h: ſcilicet vt ſequenti creditori vtilis actio i detur, tandiuq; eū is qui ius repreſentat k, tueatur, quādiu in cauſa pignoris manet eius qui dedit. l ¶ Sed ſi vos vſumfructum poſſeſſionis tātummodo pignori dediſtis: iſque qui accepit, alij eam poſſeſſionem m cuius vſumfructum nexum habebat, ſine veſtra voluntate pignorauerit: creditor eius, id in quo pignoris vinculum n non contitit o, diſtrahens, dominio vos priuare nequiuit. ¶ Quòd ſi nō fuit veſtro creditori vſusfructus, ſed ipſa poſſeſſio pignorata, & ante exolutā à domino pecuniā creditor ſecundus pignus acceptū vēdidit: nō poſſe venditionē poſt ſolutam pecuniā reſcindi p, diuorū principū placitis cōtinetur. PP. Idib. Septembr. Pio & Pontiano Cōss.

Si pignus pignori datur, dominium nō amittitur. Bal. Vel ſic: Hæres debitoris vē recuperat à ſecūdo creditore, debito ſoluto vel oblato. Saly.

II. Imperatores DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Gemello.

SI creditor poſſeſſionē quæ à parentibus tuis pignoris iure fuerat obligata, nō vendidit, ſed alij creditori pignori dedit: examinata fide veri, poteris eam ſoluto eo quod ex hac cauſa creditori debetur, interceſſu præſidis prouinciæ recuperare. PP. XIII. *Kal. Ianuarijſis. IIII. & III. AA. Conss.

TITVLVS XXV.
DE PARTV PIGNOris, & omni cauſa.

Partus ancillæ pignoratæ, pignoratus intelligitur. Bal. Vel ſic: Partus ſequitur obligationem matris: & operæ mancipij pignorati percipiendæ cōputantur in vſuris & ſorte. Saly.

I. Imp. ALEXANDER. A. Meſtriano.

ARt° pignoratæ ancillæ in paricauſa eſſe, qua mater eſt, olim placuit r. PP. Idibus Maij, Agricola & Clementino Conss.

Opera ultra ſumptū excedens, extenuat debitū.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Annoſo & Antonino.

CVm pignoris titulo mancipia vos obligaſſe pro mutua quam accepiſtis pecunia proponatis: horum mancipiorum operis quas creditor accepit, vel quas percipere potuit, in vſuras compu-

i *Actio.* vtilis hypothecaria. directa autē datur primo creditori.

k *Repræſentat.* ſcilicet præſes.

l *Qui dedit.* ſi ergo primus debitor ſoluit vel ſuo creditori, vel ſecūdo, tollitur pignus: vt dicta. l. ff. de pig. l. grege. §. cum pignori.

m *Poſſeſſionem.* id eſt plenā proprietatem.

n *Vinculum.* ſed nunquid obligādo poſſeſſionem, vel vendēdo, videtur ius quod in ea habebat, obligaſſe vel vendidiſſe? quod videtur, ar. ff. de cōtrahen. empt. l. qui tabernas. Ecōtra videtur extinctus vſusfructus cum ab eo deceſſit qui erat primo obligatus: vt in ſtit. de vſufru. §. pe. ibi, nā extraneo &c. & ff. de iure do. l. ſi vſufructuarius ſundi. poteſt tamē dici creditorem vel emptorem habere exceptionem vt ei liceat vti frui.

o *Non conſtitit.* in proprietate.

p *Reſcindi.* vt. ſ. ſi antiquior cre. l. obligata.

Si creditor.] CASVS. In l. iſta dicitur, ſi res tibi pignori obligata ſit pro decem: & debitore nō ſoluente, non vendidiſti rem, ſed alij creditori ſecūdo obligaſti: indubitanter ſi debitor tibi ſatisfecit pro ſecundo creditore, ius pignoris liberatur. ad iſtā. l. facit ſupra. l. proxi. &. ff. de pigno. l. grege. §. cū pignori. &. ff. de pig. actio. l. ſi conuenerit. ij. Viuianus.

q *Dedit.* quod potuit: vt. ſ. l. proxi. & facit. ff. de pigno. act. l. peteti.

DE PARTV pignoris &c.

Arius.] CASVS. Si ancillam mihi obligaſti, & peperit, quæritur an partus ſit obligatus? Reſpon. quòd ſic.

r *Placuit.* ſic & fructus prædij obligati: vt ff. in qui. cau. pignus tac. contra. l. quāuis. & fœtus gregis: vt ff. de pig. l. grege. in princip. Sed in partu diſtingue, an cōcepit apud creditorem, vel debitorem: & tunc obtinet quod hic dicitur. &. ff. de pigno. act. l. ſi conuenerit. ij. §. ſi fundus. in fine. §.

** xvi*

an apud emptorem, ſiue aliquem extraneum à quo eius creditor emit ancillam, ſed apud eum partus remanſit. & tunc non: vt. ff. de pigno. l. Paulus. §. ſi mancipia.

Cum

Vm pignoris.] CASVS. Si mancipium mihi obligasti pro decem, & ex operibus suis lucratus fuero viginti: illa cõputabuntur in vsuras, & sortem minuent: & si aliquid residuũ fuerit de debito, illud solues, & mancipium recuperabis.

a *Computatis*, vt. ff. de pig. l. si dominium, & ff. in qui. cau. pign. ta. contra. l. cum debitor. & ff. titu. iiij. l. j. Accur.

b *In sortem*. scilicet computatis.

c *Deponentibus*: vt & ff. de pig. l. creditor. & ff. qui po. in pign. hab. l. j. & infra de lui. pi. l. fi. & de distrac. pign. l. si priusquam.

D. DE REMISSIONE pignoris.

Fauore libertatis, scientia absque contradictione habetur pro consensu. Baldus. Vel sic: Præsentia creditoris non contradicentis tempore manumissionis, inducit remissionem pignoris. Bartolus & Salycetus.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Proculo.

SI te manumissum, & in libertate moratum, sciẽte ea cui pignoris nomine obligatus diceris, præsidi probaueris: ex cõsensu d creditricis remissam pignoris obligationem apparebit: & per hoc iure te manumissum, nec ab hærede creditricis in seruitutẽ peti posse, certum est. PP. XII. Kalend. Maij. Antonino. A. II. & Geta. II. Conss.

Creditor qui consentit debitori alienanti, pignoris ius perdit. Bal. Vel sic: Præsentia tempore venditionis, pignoris remissionem inducit. secus si ignorauit. Bar. & Salyc.

11. Iidem AA. Materno.

SI probaueris te fundum mercatum, possessionemq; eius tibi traditam, sciente f & consentiente, ea quæ sibi eum à venditore obligatum dicit: exceptione g eam remouebis. Nam obligatio pignoris, consensu & contrahitur & dissoluitur h. PP. II. Id. Febr. Antonino. A. III. & Geta. III. Conss.

Prior creditor habens hypothecam etiam generalem, præfertur fisco posteæ contrahenti. b. d. secundum Butr.

111. Imperator ALEXANDER A. Tauro.

SI ignorante vel inuito te, debitor tuus qui vniuersa bona sua ob pecuniam debitã tibi obligauerat, cum republica postea contraxit, ius tuum non læsit i. PP. III. Id. April. Albino & Maximo Conss.

Sciens & consentiens alienationi rei pignoratæ, ius pignoris perdit, nisi denuo sit obligatum. Bal. Vel sic: Si creditor expresse consentiat venditioni pignoris factæ à debitore: intelligitur tunc pignus remisisse. Sal.

1111. Imp. GORDIANVS A. Aquilino.

CVm te à debitore mercatum proponas eam rem quæ alij pignorata erat: si sciẽte eo, ac pignus suũ remittẽte, eam mercatus es: cum eius cõsensu nexus pignoris euanuerit, si non noua voluntas intercesserit, quæ denuo obligationẽ pignoris constitueret, ea res velut obstricta nõ potest k vindicari l. PP. XI. Kalend. Maij, Gordiano. A. & Auiola Conss.

Si principale inutile, ergo & accessorium. Vel sic: Inutilis remissio pignoris, ius pignoris non extinguit. hoc dicit secundum But.

v. Idem A. Asclepiadi.

DEbitum cuius meminisse, quod per pacti conuentionem inutiliter m factam remisisti: etiã nunc petere non vetaris, & vsitato more pignora vindicare n. PP. VI. Id. Septemb. Gordiano. A. II. & Pompeiano Conss.

Qui non comparet in termino, re non integra post terminum nõ auditur. Baldus. Vel sic: Creditor negligens intra tempus statutum à iudice, videtur iuri hypothecarũ renunciasse. Salycetus.

VI. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. Argio.

SI eo tempore quo prædium distrahebatur o, prograẽmate p admoniti creditores, cum præsentes q essent, ius suũ exequi non sunt: possunt videri obligationẽ pignoris amisisse. PP. III. Id. Februarias, Maximo. II. & Aquilino Conss.

Qui reddit chirographum creditori, ius pignoris amittit. Baldus.

VII. Iidem AA. Paulino.

Et dicitur quòd sic. Viuianus.

o *Distrahebatur*. à quodam de creditoribus posteriorib⁹: & sic erat pignus conuentionale. Vel à iudice, eorum instantia. Acc.

p *Programmate*. id est scriptura publice proposita: vel per prouincias directa, cum essent absentes.

Programma quid notat.

q *Præsentes*. sic quòd edictum portenerit ad eos peruenire. Quidam tamen dicunt præsentes in diœcesi vel prouincia: vt extra qui ma. accu. non pos. ca, fi. & ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. fi. Vel dic hoc dimitti iudicis arbitrio. Et an liget non subditos, vide hic Io. Fabrum in suo breuiario.

r *Amisisse*. videretur ergo cogi agere: & sic est cõtra. ff. vt nemo inuitus agere. l. j. Sed dic, nõ cogitur: sed si non agat, amittit ius suũ: & prætor postea denegat ei ius. sic & ff. de inge. ma. l. diffamari. & ff. qui. ex cau. ma. l. sed & si per prætorẽ. & ait prætor. & ff. qui accu. nõ pos. l. si ea. & ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. si seruus.

Creditricem.

Creditricem.] CASVS. Debebas mihi decem sub pignore: & confectum est instrumentum super pignore: reddidi tibi cautionem: an videar debitum remisisse, quæritur? Et dicitur quòd sic.

a *Manifestum est*. vt. ff. de pac. l. Labeo. & ff. de solu. l. pecunię. & ff. de dona. cau. mor. l. mortis causa capimus §. Titia. & facit. ff. de dona. l. j. non sic econtra, vt reddito pignore videatur remitti debitũ: vt notat. in. l. postquam vero. ff. de pactis. Accursius. ADDITIO. Et est ratio diuersitatis inter chirographum siue instrumentũ, & pignus: quia in redditione chirographi, siue instrumẽti: nulla potest esse alia commoditas, nisi remissionis, & quòd liberet eum: sed in redditione pignoris secus. Ex quo dicit Bartolus in dicta l. Labeo. §. sed etiam tacito. quòd si redditio in strumenti contineret aliam vtilitatem, non inducereturremissio debiti. exemplũ: Cùm litigares de re empta, dedi tibi instrumentum venditionis factæ per me, in quo continebatur quòd mihi promiseras precium: certe non sequitur liberatio à debito. habuit enim aliam commoditatem redditio, scilicet vt illo instrumento vtereris in causa. & hoc innuit secundum quem text. cum glo. in. l. postquã. in fin. ff. de pac.

Mutuel-lum rei-mittitur tum. Cons. ca. cõgl. to verb. Et dere-to, & ca. sfacun-to Maria. cõsil. gl. cens. 10 quinto.

I hypothecas.] CASVS. Debebas mihi. x. & fisco. obligasti mihi & eidẽ fisco fundum: fiscus me sciente & non cõtradicente fundum distraxit: an videar actionem hypothe. remisisse, quæritur? Dicitur quòd sic.

b *Creditores*. qui erant priores fisco.

c *Silentio*. hoc silentium inducit consensum fauore fisci: vt in libertate: vt & supra eodem. l. j. alias contra videtur: vt. ff. qui. mo. pig. vel hypoth. sol. l. sicut. §. non videtur.

Silentio qui iuuat.

d *Fides*, scilicet ex quo est contractus factus, non debet retractari: vt supra de quadri. præscrip. l. bene à Zenone. & argu. habes. ff. communi diui. l. Sabinus. & ff. ad municip. l. ij. & ff. de mor. infer. l. fi prius. Accursius.

CVm.] CASVS. Mandasti mihi vt creditori tuo soluerem, & mancipia creditori obligata liberarem: soluineque hoc egi vt mihi essent pignorata, sed tibi traditi: an videar remisisse pignus, quæritur? Et dicitur quòd sic, & agam mandati tam pro sorte, quàm pro vsuris.

e *Mandati*. vel quia tibi mandauit tãtum vt solueres. Vel quia fideiussisti pro eo.

Cõtur. gl. 2 tacet me. in. tã. venis-si. extra de iust.

f *In vsuris*. vt & ff. mand. l. si vero. §. si mihi mandaueris.

g *Hac mente*. idem si quacunque mente: si tamen haberet, posset retinere: vt. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. j.

h *Non potest* a. nota regulam: vt. ff. de solu. l. qui res. §. aream. & de verb. obli. l. inter stipulantem. §. sacram. quæ fallit, supra de non nu. pecu. authenti, contra qui propriam, & supra si aduersus transac. l. j. & ij. & ff. ff. si ex noxa. cau. agat. l. ij. in fi.

i REs pignoris. *Obligationem*. vt & ff. de pig. l. qui debitorem. & j. titu. ij. l. fi debitor. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si quidem. & supra de preca. l. j. & ff. de ali. iudi. mu. causa fac. l. j.

x. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

REs pignoris hypothecę ve iure creditoribus obnoxias, citra consensum eorum debitores alienantes, præcedentem non dissoluunt obligationem i. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss.

Ista lex est singularis, & non est alibi secundum Baldum. & h. d. Res hypothecata à debitore alienata creditore consentiente, & postmodum re acquisita non recidit in generalem obligationem etiam futurorum. hoc dicit. Et multi hunc casum singularem ignorantes, contrarium responderunt. unde oblitioni non est tradenda. Salycetus.

XI. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

SOlita prouidentia vtimur etiam de pignoribus vel hypothecis rerum quę quibusdam creditoribus suppositæ, postea à debitoribus venduntur, vel alio modo transferuntur, creditore suum consensum contractui præbente: & quodam legitimo postea modo ad priorem dominum reuertuntur. In hoc etenim casu diuersæ sententiæ à legum prudentibus habitæ sunt, quibusdam dicentibus ius pignoris creditori renouari propter verbum *futurarum* k *rerum*, quod in generalibus hypothecis poni solitum est: alijs penitus extingui. ¶ Nobis autem visum est, eum qui semel consensit alienationi hypothecæ, & hoc modo sum ius respuit: indignum l esse eandem rem, vtpote ab initio ei suppositam, vindicare, vel tenentem inquietare. Dat. * Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo:

Solita.] CASVS. Si cõsentiente creditore pignus distrahatur, & postea idem legati causa vel simili peruenerit ad debitorem: an in pristinam recidet obligationem, quæritur? Dicunt quidam quòd sic: quia debitor obligauit mihi bona sua tam præsentia quàm futura: vnde cum hæc res erat futura &c. imperator dicit contra quòd non recidat, cum creditor videatur remisisse. Vlianus.

Pignus à debitore de cõsensu creditoris venditũ, & postea ab eodẽ recuperatũ, an reincidat in obligationem.

k *Futurarum*. quia obligauit omnia bona præsentia & futura: vt & supra quæ res pig. obli. pos. l. fi.

l *Indignum esse*. immo videtur dignum, vt in obligationem reincidat: vt. ff. qui. mo. pig. vel hypo. fol. l. sicut. §. supertuacuum: quæ est contra. Sol. hic de stricto iure: ibi de æquitate. Vel non est contra: quia tam hic quam ibi dicit debitori dari exceptionem. Sed ibi dicit plus, scilicet dari creditori replicationem: quod hic non negat. Vel ibi dubitabatur de consensu creditoris: hic certum erat debitorem vendidisse, & postea emisse: ibi vero non, immo præsumebatur non vendidisse: quia postidebat: vt in principio illius. §. & §. fi voluntate. Et est etiam ad hanc solutionem infra titu. ij. l. qui sub imagine. Vel refert an ex eadem vel simili causa redeat res ad debitorem, puta quia redemit, vel est ei redhibita: vel ex pacto addictionis in diem, vel legis commissoriæ: vt tunc videatur obligata: vt ibi. & in eo. tit. l. voluntate. in prine. &. §. si. an vero ex alia causa, vt legato, donatione, dote, & tunc non: vt hic. Vel ibi fuit actum quòd de precio satisfieret creditori, & satisfactum non fuit.

ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM pecuniam pignus teneri posse.

Id est, quæ sine pignore debetur per chirographum: vt supra qui po. in pig. ha. l. cum tibi. Sed quid si debetur sine chirographo? Respon. idem. cum enim hæc lex in. §. pe. loquatur generaliter, tota erit generaliter intelligenda, sicut & si principium: vt argu ff. de inr. & fac. ign. l. pauul. §. & licet.

Pignus inuendit.] CASVS. Soluto eo quod debetur, vel nouato, vel accepto lato, tollitur omnis obligatio: an autẽ pignorum obligatio per nouationẽ, vel actio personalis tollitur? dicit hæc lex quòd sic, dic ergo sic: Obligaui tibi rem meã pro decem, delegaui tibi Titium, qui erat debitor meus in decem, & tuus in alijs decẽ: sine pignore & animo nouãdi stipulatus es illa decẽ tibi reddi à Titio, qui rẽ illã obligatã à me cõparauit: an pignus sit liberatũ, neque tibi obligatũ, quæritur? Et dicitur quòd sic, nisi inter te & Titiũ & me hoc cõuenisset: quia tũc si tu possides-

tu possidebas, haberes retentionem tam pro pecunia pro qua A erat pignus obligatum, quàm pro qua non erat obligatum: puta quia in alia manu tenebatur mihi Titius in x. sed hoc non est in secundo creditore: quia secundus creditor non cogitur offerre pecu. primo, nisi eam pro qua pignora erant obligata. Vel dic casum aliter vt in glos.

a Placet Sal.in. l.no tabuli adde. l.nouatione. ff. de noua. not.per Bar. in.l. 3. in vl. nov.ff. qui po.in pig. habeãtur.

a *Intercidit.* id est extinguitur [a]. Et die quòd Titius debet mihi centum sub pignore: Seius quinquaginta sine pignore: cum Seius emeret pignus à Titio pro c. animo nouandi & liberandi Titium, illa. c. mihi promisit. si non est actum vt pignus remaneat, tollitur: aliter remanet, & habeo retentionem contra Seium etiam pro. l. quæ ipse mihi sine pignore debebat.

b *Si nouatione.* voluntaria: secus in necessaria: vt. ff. de noua. l. nouatione. & l. aliam. & ff. de pign. act. l. solutum. j. respõso. & §. j. & infra de fideiuss. l. nouatione.

c *Transtulisti.* stipulando ab alio, scilicet Seio animo nouandi, olim præsumpta nouatione interuentu nouæ personæ, hodie hoc expresso: vt institut. quib. mo. tol. ob. §. præterea. item vi detur quòd licet extinguatur principale, adhuc agi possit: vt ff. de pac. l. si vnus. §. si cum reo. Sed ibi non fuit prorsus extincta obligatio, sed ope exceptionis, & ad tempus elisa. hic sic. Item opponitur ex. l. §. tit. j. l. debitum. & ff. quod metus causa. l. illud. sed & ibi nõ sunt sublatæ ipso iure obligationes vt hic fuit. Item ibi per in integrum restitutionem data tam iure actionis vel replicationis, reponuntur singula in pristinum factum.

d *Eumque.* scilicet Seium emptorem & nouum expromissorem, qui & ipse quinquaginta debet.

e *Teneretur.* propter centum, quæ prior debebat debitor, quæ ipse Seius animo nouandi promisit.

f *Personali actione.* id est condictione certi ex stipulatu: vt. ff. si cer. pet. l. si quis certum. D

g *Feceris condemnationem.* id est feceris fieri. sic. ff. de his qui no. infa. l furti, §. mandati.

h *Persecutionem.* cum non sit soluta pecunia condemnationis, quæ erat centum. haber enim suas conditiones hypothecaria, quibus cessantibus tenet: vt & ff. de pign. l. grege. §. etiam. & §. seq. & §. de pign. l. quamuis. ij. Sed quid si ipsa est soluta, vel offeratur: an possit agi adhuc hypothecaria contra possidentem, vt sic habeat retentionem pro quinquaginta? Respon. non puto: nam nulla lex dicit quòd pignus teneatur, id est sit obligatum, pro tali pecunia: sed quòd retineatur. & sic intelligitur etiam in rubrica, teneri, id est retineri. & pro hoc est. ff. de verb. signi. l. non potest videri. vnum videtur facere pro creditore: quia sic habebat retentionem. sed hoc non remouet: quia & naturalis debiti nobis soluti habemus retentionem, nec tamẽ nõ soluti habemus petitionem.

i *Debitore.* nouo scilicet Seio, quæ erant quinquaginta.

Vsuræ sunt odiosæ, nec debentur sine stipulatione.

k *Eam.* scilicet possessionem.

l *Non cogeris.* immo videtur quòd sic: vt supra de vsuris. l. per retentionem. & ff. de pign. act. l. soluto m. §. si in sortẽ quæ sunt contra. Sed illud est odio vsurarum, vt pro eis non sit locus retentionis: sicut & aliud est speciale earum odio, vt circa vinculum stipulationis non debeantur vsuræ: vt supra de vsur. l. quamuis. j. Vel ibi naturaliter tantum debebantur vsuræ: hoc vtroque iure est debitũ, pro quo competit retentio. Vel in illa. l. solutum. in sortem tantum fuit obligatum pignus: hoc expresse acto, vt pro vsuris non teneatur.

TITVLVS XXVII.
ETIAM OB CHIROgrapharium pecuniam pignus teneri posse.

Pignus obligationis nouatæ, non transfertur in nouationè nisi ex pacto, quo casu non solum potest retineri pro ea pecunia, sed pro chirographaria quo ad excludendum debitorem à pignoratitia, sed non quo ad excludendum secundum creditorem offerentem. Bal. Vel sic: Per nouationem voluntariam debiti principalis, pignus extinguitur: nisi fuerit repetitum. per nouationem vero necessariam, quæ ex condemnatione principalis debiti induitur, pignus non extinguitur: & pignus datum ob vnum debitum, potest etiam pro alio chirographario tantum teneri, præterquam contra creditorem secundum agentem, vel se defendentem. h. d. no. Salyc.

B

1. Imperator GORDIANVS A. Festo.

PIgnus intercidit, [a] si nouatione [b] facta, in alium ius obligationis trãstulliti [c], nec vt ea res pignoris no mine teneretur, tibi cautũ est.

¶ Quòd si pactum inter te eúmque [d] qui postea dominus fundi constitutus nouam obligationem susceperat, intercesit, vt idem fundus tibi pignoris nomine teneretur [e]: quamuis personali actione [f] expertus feceris condemnationem, [g] pignoris tamen habes persecutionem [h].

C

¶ At si in possessione fueris constitutus, nisi ea quoque pecunia tibi à debitore [i] reddatur, vel offeratur, quæ sine pignore debetur: eam [k] restituere propter exceptionem doli mali non cogeris [l]. Iure enim contendis, debitores eam solam pecuniam cuius nomine ea pignora obligauerunt, offerentes, audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam [m] simpliciter [n] acceperunt: quod in secundo creditore [o] locum non habet, nec enim necesitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. PP. Idib. Martiis, Gordiano. A. & Auiola Conss.

TITVLVS XXVIII.
DE DISTRACTIONE pignorum.

Fructus rei pignoratæ extenuant sortem ipso iure. Bal. Vel sic: Si fructus pignoris à creditore percepti coæquentur vsuris & sorti, pignus non potest distrahi. Salycetus.

1. Imp. ALEXANDER A. Pacatæ.

VNdum † pignori obligatum, si creditor ex fructibus debitum consecutus est, cum ipso iure [p] pignus ab obligatione liberatum sit, distrahere minime potest. [q] PP. Idibus Ianuariis Maximo. II. & Aeliano Conss.

† *Contra, cum hac l. c. exclusis, cum glo. super verb. an plus, vsu de iuriscd.*

m *Mutuam.* sed quid si hæc quinquaginta ex alia causa quàm mutui debeantur? Respond. idem: & gratia exempli de mutuo dicit: vt hic subiicit. & supra in princi. huius legis. Item quid si alias res est quæ debetur, vel ex mutuo, vel aliter? Respõ. idem, cum omnes res appellatione pecuniæ contineantur: vt ff. de verb. sign. l. pecuniæ nomẽ. & l. pecuniæ verbum. & l. iiij.

n *Simpliciter.* id est sine pignore. Et sic no. quòd lex generaliter est quàm rubrica: vt supra modo dixi.

o *Quod in secundo creditore.* conueniente primum creditorem: vel conuento à primo, quando vult sibi confirmari pignus: nec ergo debitum chirographarium à se vel à debitore compellitur soluere. Sed quid in emptore pignoris, qui sine voluntate creditoris emit? Respõ. idem eadem æquitate. argu. supra de his qui in priorum creditor. lo. suc. l. fi. & ff. de rei vind. l. emptor. in prin. Item quid si extraneus sit rei dominus, non debitor, quia consensit obligationi? Videtur idem: vt hic, & ff. de condic. indeb. l. si non fortem. §. si centum. quod non puto secundum Pla. ff. loca. & cõduc. l. item quæritur.

Pignus possidens satisfacere debitori absoluitur.

p *Ipso iure.* opposita tamen compensatione ab homine: vel speciale, vt fiat ipso iure compensatio sicut vsurarum, quoad concurrunt quantitates: vt supra de compen. l. si constat.

q *Minime potest.* vt supra de pign. l. si dominium. & de pig. act. l. j. & ij. de partu pig. l. ij. nisi pactum intercesserit de lucrandis fructibus pro vsuris: vt supra de vsur. l. si ea lege. & l. ex prædiis.

CReditor.] CASVS. Obligasti mihi librum: concessi eum tibi in precariũ: te non soluente pecuniam sua die, librum distraxi: an eo ipso quòd precario possedisti, videar remisisse tibi eam vendidisse, quæritur? Et respon. quòd non. Vivianus.

Rem.

a *Rem.* apud debitorem constitutam.

b *Vendere.* vt arg. inf. eo. l. si in hoc. & infra de litig. l. j. & facit ad l. iftam infra tit. j. l. j. & l. ij.

c *Precario.* licet debitor, &c. & sic rem suam ratione possessionis habet precario debitor: vt ff. de preca l. certe. § fin.

HYpothecis.] CASVS. In l. ista dicitur: Si creditor vendit pignus, cum ex precio non satisfecit sibi integraliter: de residuo habet regressum contra debitorem vel eius fideiussorem. Vivianus.

d *Competit.* vt supra si cert. pet. l. si pro mutua. in fin. & de actio. & oblig. l. aduersus. sic & ff. eo. l. quæsitum. & l. & si is. & infra e. l. quæ specialiter. & ff. si cert. pet. a. l. creditor. & de pig. act. l. si necessarias. in princ.

CReditor.] CASVS. Si creditor velit pignus publicè venale proponere: debitori denũciare debet. & si fraudem committat, puta nõ subhastando, aut non denunciãdo debitori opportuno loco & tempore, neque dando plus offerenti: aget debitor aduersus eum directa pignoratitia ad suum interesse. Vivianus.

e *Proscribit.* id est venales proponit publice.

f *Debitori.* sic supra de pigno. l. debitores.

g *Bona fide.* quę est adhibenda, tam in subhastando, quàm congruo loco & tempore denunciando, & plus offerenti dando: vt infra de iure domi, impe. l. fin.

h *Testato.* id est coram testibus, quando habet, vt dicit litera. Et not. quòd vbi est actũ vt possit vendere, sine denuntiatione vendet. si autem nihil est actum: tunc semel est denunciandum. si vero non venderetur, tunc denunciabit ter: vt infra de iure do. impe. l. fin. & ff. de pig. act. l. iij. & infra de contrahen. stipul. l. magnam.

Pignus nunquam potest acreditore distrahi sine denunciatione.

i *Per fraudem.* vel culpam latam secundum B. Vel etiam leuem, de qua tenetur: vt ff. de pig. act. l. si seruos.

k *Villæ.* id est domus.

l *Probare potes.* tu debitor.

m *Actio.* scilicet pignoratitia directa: vt infra si vendi. pig. aga. l. j. Accursius.

SI residuum.] CASVS. Debebas xxv. confessus es de x. & ea mihi obtulisti dato computatore. Si ad iudicem venire nolui, vel si oblatis mihi x. ad venditionem pignoris profiluero, non tibi præiudicabo. Vivianus.

n *Si residuum.* parte scilicet soluta. Accursius.

Codex.

A o *Arbitrum.* id est calculatorem.

p *Oblato superfluo.* Si autem pecuniam non obtulerit, sed confiteatur se paratum soluere pecuniam: videtur posse fieri alienatio. Sed rescindetur postea pecunia soluta: vt ff. de rescinden. vend. l. penul.

q *Non aufert.* cum enim sis paratus soluere residuum, dum constet quantum illud sit, non es improbus: vt ff. de reg. iur. l. non videtur improbus. & ff. de vsuris. l. si quis solutioni.

QVendit.] CASVS. Debebas mihi c. sub pign. lxxx. & xix. mihi soluisti: neque restabat nisi vna libra. si eam non soluas, an pignora distrahere possum? Et dicitur quòd sic. * XV.

r *Amittit facultatem.* vt & infra titu. j. l. ij. in fi. & ff. famil. erciscund. l. hæredes. §. idem obseruatur. & ff. de pign. act. l. solutum. §. si creditori. sic & tutor totum perdit legatum, licet à parte tutelæ se excusset: vt ff. de leg. j. l. etiã si partis. Sed quid si plura erant sibi obligata, & propter modicam pecuniam distraxit rem maximam, cum viliorem distrahendo poterat debitum consequi? Respond. non videtur bona fide versari arg. ff. de reb. eo. l. magis. §. item prætor. & de aqua plu. arc. l j. §. denique: licet sit arg. contra. ff. eo. l. creditoris & ff. de pigno. l. qui pignori.

Creditor an possit pro modica pecunia rẽ maximam sibi obligatam distrahere.

SI cessante.] CASVS. Cessante debitore in solutione, si creditor lege vel pacto pignus vendidit, rata manet venditio: & si creditor fraudem commiserit: nõ emptor, sed ipse à debitore erit cõueniendus. Vivianus.

f *Contractus.* quia conuenerat de distrahendo: vt ff. de pigno. act. l. si cõuenerit. j. in principio. & supra de pigno. act. l. pignoris. in fine.

t *Iniquum est.* scilicet auferendo emptori: vt & supra de re rescind. vendi. l. dolus.

u *Non emptor.* nisi & ipse participauerit fraudem, & venditor non sit soluendo: vt infra si vendi. pigno. aga. l. j. & iij. Accursius.

x *Creditor.* arg. supra de procura. l. si procurator.

SI priusquam distraheretur] CASVS. Debitore offerente pecuniam, si creditor noluit eam accipere, consignet eam & deponat: & si creditor pignus distrahat, nõ valebit venditio, si autem ante oblationem lege vel pacto distraxit: quod recte factum est, non retractabitur. Vivianus.

y *Si priusquam distraheretur.* à creditore.

Oblatio sola an sufficiat ad inhibendam pignoris venditionem.

a *Depositisti.* hoc exigitur ad hoc vt liberetur ab obligatione. Sed sola oblatio videtur sufficere ad inhibendam venditionem pignoris: vt supra eo.l. si residuum. & ff. qui.mo.pig.vel hypo. sol.l.item liberatur.§.qui paratus. Sed arg. contra inf.tit.j.l.j. & ij. Vnde potest dici illud esse verum, quod sola oblatio sufficiat, quãdo in iudicio fit oblatio. nam tunc sufficit sola oblatio ad dandam pig. act. vt ff. de pig.act.l.si rem.j.§. fi. & sic vendi non potest: vt hic, & ſ.qui pot. in pign.l.j. & j. de lui. pig. l. fin. & supra de vſur.l.acceptam.

b *Non debet.* vt j. eo. l.j.&l. & qui sub imagine. & ſ. de admini. tuto.l.sancimus.j.

* *Cyrillo*

Qve.] CASVS. Melius pone vt in libro secundum Iaco. Creditor debet solenniter vendere pignus & bona fide, vt sic appareat an ex precio possit solui debitum: quòd si aliqua desint, eius creditori integra competit petitio. Viuianus.

c *Fide.* sic supta eo.l. creditor.ij.

d *Solenniter.* id est denunciatione sibi facta.

e *Cætera etiam.* hunc casum habes ſ. de pign. l. ij. & facit supra eo.l. hypothecis. Accur.

Et qui.] CASVS. Si creditor volens sibi pignus retinere, emptorẽ suppositum fuerit, debitori nõ præiudicat: sed in ea causa manet quæ erat ante collusionem. & hoc in prima. Si vero debitore vendente cõparuit, neque dolus eius intercessit: tenet venditio, & hoc in secunda. Si vero vt in casu .l. creditor imaginarium supposuit emptorem, non valebit quod actum est: sed oblato debito pignus recuperabit. & hoc ia tertia. Viuia.

† *Facit ad hanc. l. glo. 2. in me. in c. vl. extra de præſ.*

f *Quam.* scilicet personam.

g *Supposuerat.* id est loco sui posuerat.

h *Non videtur.* vt ff. de contrahẽ. emp. l. nuda. sic ff. qui. mo. pign. vel hypo. sol. l. sicut. §. superuacuum est. & ſ. de pig. act. l. si nulla.

i *Comparauerit.* creditor. Accursius.

k *Addixerit.* pro tanto quantum alius dare volebat.

l *Arguentur.* vt & ſ. de transactio. l. interpositas. & ſ. de rescin. vendi. l.j. & l. si voluntate. & quod metus causa. l. si per impressionem. & l. si per vim.

m *Graue est.* vt supra eod. l. si prius. in fi.

n *Si igitur.* quod dixi in genere, nunc dicitin specie.

o *Monstrare.* qui enim dolum dicit, probet: vt hic, & ſ. de dolo. l. dolum. Sed quare hic in creditore non sic præsumitur dolus, vt in debitore præsumitur: vt ſ. tit. ij. l. fi. Respon. illud

niam creditori obtulisti, eóque non accipiente, facta contestatione eam deposuisti, a & hodie quoq; in eadem causa permanet: pignoris distractio nõ valet. Quod si prius quàm offeres, legem vẽditionis exercuit: quod iure substitit, revocari nõ debet. b PP. III. Non. April. Gordiano A. & Auiola Coss.

Venditio pignoris debet fieri solenniter & bona fide: & si precium non sufficit, reſidui petitio competit. Bald. Vel sic: Pignora specialiter obligata prius vendi debent: & si quid deest, ad venditionem hypothecæ generalis perueniri potest. Salycetus.

IX. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. Cillo.*

Qve specialiter vobis obligata sunt, debitoribus derectantibus solutionem, bona fide c debetis & solenniter d vendere. Ita enim apparebit, an ex precio pignoris debito satisfieri possit. ¶ Quod si quid deerit: non prohibemini, cæteræ e etiam bona iure cõuentionis consequi. PP. XIII. Kalen. Iun. Diocletiano III. & Maximiano AA. Coss.

Ista est solennis lex, & hoc intẽdit: Creditor non potest vẽdere pignus sibi ipsi, nec interpositæ à se personæ simulatæ. quæ simulatio præsumitur; si creditor semper possidere probetur. & ideo oblato debito, debitor eum cõuenit pignoratitia, non obstante simulato contractu, & reiecta simulati emptoris allegatione. h. d. secundum Bal. Vel sic: Non licet creditori per se vel subiectam personã pignus quodipse vẽdit, emere. secus si debitor ipse vendit. Salyc.

X. Iidem AA. & CC. Rufino.

Et qui † sub imagine alterius personæ, quam f supposuerat, g iugiter tenet: cum sibi negotium gerat, alienasse nõ videtur. h ¶ Iure enim pignoris obligatũ prædiũ, neque si per subiectam personam creditor comparauerit, i neque si sibi addixerit, k debitori affert præiudicium: sed in eadem causa permanet, in qua fuit ante huiusmodi collusionem.

¶ Sane si debitore distrahente comparauerit, consensu emptionem perfectam (si neque dolus aduersarij, neque metus causa gesta arguentur l) reuocari, exẽplo graue m est. Si igitur n poteris euidentibus probationibus monstrare o creditorem per suppositam imaginarij emptoris personam semper possessionem tenuisse, ned vendita bona fide prædia postea sinceriter comparasse: potes oblata pecunia cum vsuris, ad restitutionẽ creditorẽ compellere. PP. III. Non. Octobr. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Dolus facit cessare beneficiũ legis. Bal. Vel sic: Mulier propria bona obligans pro marito, vel quocunq; alio, sibi non præiudicat, secus si alius obligat ea vt propria, & ipsa in fraudem tacet. Salycetus.

XI. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

Mvlier licet specialiter res pignori dederit pro alio, creditor eas distrahendi non habet facultatem: P nisi dissimulatione, marito obligante velut proprias, creditoris ignorantiam circunscripserit q. PP. V. Kalen. Maij. Heracliæ. AA. Coss.

Debitor inuito creditore vendere potest saluo iure creditoris. Bal. Vel sic: Venditio à debitore facta, non præiudicat creditori in sua hypotheca. Salycetus.

XII. Iidem AA. & CC. Zotico.

Si debitor rem tibi iure pignoris obligatam, te non consentiente distraxit: dominium cum sua causa r trãstulit ad emptorem, s S. Prid. Kalen. Maij. Heracliæ. AA. Coss.

Qui non est inductus in possessionem, vel dominium non habet. Bald. Vel sic: Ex sola venditione sine traditione dominium non transfertur. Salyc.

XIII. Iidem AA. & CC. Theodotæ.

Qvi prædium obligatum à creditore comparauit, si in vacuam t possessionem inductus non est: nullam in rem actionem u habet.

Dominium an possit possessione quari

Speciale ad consequentiam non trahitur.

Mvlier.] *CASVS.* Si mulier pro marito res suas obligauit, creditor eas vendere non potest: nisi volẽs creditorẽ decipere, simul & maritũ obligasse tanquã res suas. Viuia.

p *Habet facultatem.* propter Velleianum: vt ff. ad Velleia. l.iij. §. fin. & supra ad Velle. l. senatusconsultum.

q *Circunscripserit.* nam tunc tenet obligatio: vt supra ad Velleia. l. si fine. & supra si ali. res pigno. da. l.ij. & facit ad l. iſtam supra de rei vindic. l. si mater. & ff. de euict. l. quidam. Accursius.

Si debitor.] CASVS. Debitore non requisito cõsensu creditoris pignus vendente, dominium cum sua causa transtulit. Viuianus.

r *Causa.* id est obligatione.

s *Emptorem.* vt ff. de pig. act. si conuenerit. ij. §. si fundum. & supra de pigno. l. debitorem. & supra tit. ij. l. res pignoris. & supra de do. inter vi. & vxo. l. si quidem. & infra de euic. l. si prædium. & ff. de cõtrahen. empt. l. alienatio.

Vi prædium.] CASVS. Si obligatum mihi fundũ, & te cessante in solutione vendidi, nequẽ emptorem in vacuam poſſ. induxi: nulla in rem actio emptori acquiritur.

t *In vacuam.* quid sit induci in vacuam possessionem, probatur. ff. de act. empt. & ven. l. ij. §. j.

u *Actionem.* neque directam, neque vtilem, vt & supra de rei vindi. l. seruum. & de pactis. l. traditionibus. & arg. ff. eo. l. pen. Et nota quòd hæc lex est contra opinionem nostram, qui dicimus secundum Io. dominium sine possessione quæri: vt ff. de fund. do. l. si fund. Sed dic quòd non causatiue ponitur, quòd hoc sit necesse, sed demonstratiue: proponebatur enim esse vacuam apud creditorẽ. sic & exponimus ſ. de proba. l. cum res. & ff. de dona. l. eum. §. penul. Vel dic quòd quando est apud tradentem vacua, sic tradere debet: alioquin sufficit induci in possessionem, & non vacuam: vt d. l. cum res. vbi plene de hoc dixi. Item est arg. contra nos. ff. de contrahen. empt. l. fistulas. §. j. Sed dic vt dixi, quòd vacua erat apud tradentem. vel ibi non dicitur quicquam de vacua.

Sine possessione quari

Si in hoc.] CASVS. Debitore non soluente, & pig. tenente, an creditor possit illud distrahere, quæritur? Et dicitur quòd si c. Viuianus.

Facultatem.

a *Facultatem.* vt ſ. eo. l. iij. & supra de admi. tut. l. debitoribus. & de pig. act. l. qui pignoris. in fi.

Obligatis.] CASVS. Si creditor mancipium sibi obligatũ distrahat & tradat, & postea debitor illud solicitauit vt ad se rediret: non creditori eidẽmque vẽditori, sed emptori contra debitorem possidentem in rem competit actio. Viuianus.

b *Hæc.* ſ. mancipia.

c *Solicitauerit.* & possessionem rehabuerit. vel ad aliũ fecerit peruenire.

Vnus.] CASVS. Si vnus ex hæredibus debitoris partem suam soluerit: an alijs cessantibus in solutione, creditor possit pignus distrahere, quæritur? Et dicitur quòd sic, neque per illius solutionem ademta est sibi distrahendi facultas. Viuianus.

d *Non admit.* vt & ff. de pig. act. l. si necessarias. §. si vnus. & l. solutum. §. si creditori. & infra si vnus ex pluribus hæred. & c. l. j. & ij. j. de lui. pigno. l. j. & ff. fam. ercisc. l hæredes. §. an ea. & ff. de pigno. l. qui pignori.

Rei creditor.] CASVS. Si rẽ specialiter vel generaliter mihi obligatam alius creditor, qui eam hypothecariam nõ habet, vendit: mihi non præiud. cat. Viuianus.

e *Rei creditor.* nec etiã debitor. vt j. tit. ij. l. seruos. videtur quòd hic creditor prius debitorem quàm extraneum possessorem conuenire debet: vt & ſ. de pign. authen. hoc ſi debitor.

f Qvi à creditore. Non *potest.* quãuis creditor nõ fuerit dominus: vt insti. tu. qui. ali. licet. §. ij. & facit ſ. qui pot. in pig. ha. l. si generaliter. & ſ. si anti. cred. l. obligata. & j. de quic. l. si ob. causam. Accursius.

Creditor potest vendere pignus apud debitorem constitutum. Bal. Vel sic: Debitor non soluens tenetur facultatem pignorum distrahendi causa facere creditori. Salyc.

XIIII. Iidem AA. & CC. Modesto.

Si in hoc quod iure tibi debetur, satisfactum non fuerit, debitoribus res obligatas tenentibus: aditus præses prouinciæ tibi distrahẽdi facultatem a iubebit fieri. PP. XVI. Ka. Decemb. Sirmij. AA. Conss.

Postquam creditor vendidit & tradidit: ius rei emptori & non creditori competit. h. d. secundum Bal. Vel sic: Si creditor pignus quod iure vendidit, emptori tradidit: ipsi emptori etiam contra debitorem rei vindicatio competit. Salycetus.

XV. Iidem AA. & CC. Aurianæ.

Obligatis pignori mancipiis à creditore distractis ac traditis, si pòst debitor quondam hæc b solicitauerit, c non venditori, † sed emptori contra possidentem in rem competit actio. Dat. Kalend. Mart. Sirmij. CC. Conss.

Licet vnus ex hæredibus debitoris totum partem suam ipsius debiti soluat, vẽditionem pignoris etiam pro parte sua non impedit. Baldus.

XVI. Iidem AA. & CC. Syluano.

Vnus ex multis, debitoris qui pignora tradiderat, hæredibus, quod ab eo personali actione peti potuit, soluendo: res obligatas distrahendi creditori facultatem nõ adimit. d S. III. Nonas April. CC. Coss.

Creditor non amittit potestatem vendendi propter iniustè vendentem. h. d secundum Bal. Vel sic: Chirographarius debitor non potest vendere res debitoris in præiudicium hypothecarii creditoris. Salyc.

XVII. Iidem AA. & CC. Agapæ.

Ei creditor e obligatę generali siue speciali conuentione, per creditorẽ alium, cui non fuerat nexa, venundatæ: non amittit persecutionem. Dat. Prid. Nonas April. CC. Coss.

Creditor proprietatem transfert in emptorem. Bal. Vel sic: Qui iure emit à creditore: non habet euictionem timere. Salyc.

XVIII. Iidem, AA. & CC. Caiano.

Qvi à creditore pignori obligatum prędium iure emit, de proprietate vinci non potest. f Subscripta VI. Kalend. Maij. CC. Coss.

Codex.

Secundum.] CASVS. Obligaui tibi rem pro c. quę valebat cc. pacto vel lege. distraxisti pro cc. & ex precio fundum comparasti: an actione in rem agere possim, quæritur? Et dicitur quòd non, sed act. pignoris ad id quod plus est in precio, quàm in debito. Viuianus.

Licet pecunia mutuata sit vxoris, tamẽ nomen debitoris non est vxoris. Baldus.

XIX. Iidem AA. & CC. Lybiæ.

Si maritus g tuus mutuam (licet tuam) dedit pecuniã: eorum quæ pignoris titulo accepit, si ei non succesisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem. h S. VI. Id. Nouemb. Heracliæ. AA. Coss.

Res empta ex superfluo pignore vendito, efficitur emptoris. h. d. no. secundum Bald. Vel sic: Res empta ex superfluo præcij pignoris à creditore venditi, non quæritur debitori: sed ad residuum habet pignoratitiam actionem. Salic.

XX. Iidem AA. & CC. Sabino.

Secundum placiti fidem, si nihil conuenit i specialiter, pignoribus à creditore maiore quàm ei debebatur precio distractis: licet ex eo fundus cõparatus sit, non super hoc in rem, k sed in personam, id est pignoratitia de superfluo competit actio. l S. VI. Id. Nouemb. Byzantij. CC. Coss.

TITVLVS XXIX.

DEBITOREM VENDITIONEM pignoris impedire nõ posse.

Testamentum debitoris non infringit ius creditoris. Bal. Vel sic: Debitor in fine voluntate non potest impedire quo minus creditor in re posit vendere prædia sibi obligata. Salycetus.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Marcello.



I sunt qui emere prædia tibi obligata velint, nõ impediũtur scriptura testamenti, qua complexus est debitor nulla à se m prædia n venũdari, & pœnam addidit, vt fisci fierent. Nec enim potuisse eum huiusmodi lege ius creditoris facere o deterius, manifestum est. o D. VI. Kal. Maij. Apro & Maximo Coss.

Protestatio debitoris non infringit ius creditoris. Bald. Vel sic: Nisi debitor vniuersum debitum offerat: non habet potestatem denunciandi creditori ne pignora vendat, nec emptori ne emat: & creditore nolente recipere, debet debitor illud deponere. Sal.

II. Imp. GORDIANVS A. Nepoti.

Debitoris denũciatio, qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligatã distrahat, vel his qui ab eo volũt cõparare, denũciat: ita demũ efficax est, si vniuersum tam sortis

Ius creditoris.

i *Conuenit.* scilicet quòd res ex residuo empta esset sua, scilicet debitoris. Vel die quòd esset ei obligata. nam alterò eorũ actio rei vindicationis, vel hypothecaria daretur, quarum vtraque est in rem.

Actio hypothecaria est realis.

k *In rem.* id est rei vindicatio vel hypothecaria. Accursius.

l *Actio.* vt ff. de pig. ac. quamuis. §. fi. & l. fe. & ſ. eod. l. creditor. ij. & j. de iur. do. impe. l. fina. §. si vero creditor. Accursius.

DEBITOREM venditionem pignoris impedire non posse.

Si sunt.] CASVS. Obligasti mihi fundum: te non soluẽte sua die pecuniam, volebam pignus vendere: denunciasti mihi ne vẽderem, ostendens testamentum quo comprehensum erat ne illud dẽ distraheretur: & si aliter fieret, quod publicaretur: an non obstante tali denũtiatione vel scriptura testamenti, possim fundum vendere, quæritur? Et dicitur quòd sic: quia non impedit talis prohibitio testatoris.

m *Ac se.* scilicet à creditore.

n *Prædia.* scilicet obligata. id est nolle vendi à creditore aliqua prædia quæ obligauerat. Accursius.

o *Manifestum est.* quia nudũ fuit præceptum, secundum P. vt ff. de leg. j. l. filius familias. §. dnui. quod non placet: quia hæredibus volnit prouidere. Sed ideo est, quia creditori præiudicari non potest: vt ff. de leg. ij. qui soldum. §. fi. & j. de ligit. l. j.

Debitoris.] CASVS. Si creditor debitore cessante in solutione, vult pignus vendere, potest, licet à debitore fuerit denunciatum ei ne vendat nisi debitum offerat, totam pecuniã deponat, & consignet. si hæc non fiant, creditor poterit pignus distrahere, etiã si modica pec. restet ad soluendũ: & quãnis emptor sciat debitorẽ denunciasse, nõ idcò efficitur malę fi. pos. Vi.

a *Vsurarum*. pro quibus fuit pignus obligatum: vt supra de vsur.l.per retentionem. Accursius.
b *Depositum*.sic supra tit.j.l.ſi prius. & l.ſi reſiduum, & infra de lui.pig.l.finali. Accursius.
c *Non poteſt*.vt & supra tit.j.l.quandiu.& l.vnus.
d *Malæ fidei*. vt j. de litig. l.j. Et sic not. denunciationem cõtemni: vt supra de reſcind. ven.ſi maior. Sed contra supra de rei vin. l.ſi fundum, Sed hic non eſt iuſta cauſa denunciandi:ibi ſic. Item arg. contra.ff. quæ in frau. cred.l. ait prætor. §. ſi particeps. Sed & ibi fuit iuſta cauſa propter creditorem. Item argu. contra. ff. de no. oper. nun.l.ſi. Sed ibi prætoris edictum contemnebatur: vt in eodem tit. l.prætor.

SI VENDITO pignore agatur.

PRæſes.]CASVS. Si creditor lege vel pacto aſſecutus ius vendẽdi pignus,in venditione dolũ vel fraudem commiſerit, dando pro minori precio quàm pignus valuit:renebitur debitori ad intereſſe: & ſi creditor non ſoluendo inueniatur,& emptor fraudem participauit:refuſo precio cum vſuris,fundum obligatum cum fructibus reſtituet. idem dicit tertia l.
e *Pignora fuit*. ex pacto,vel ex lege: vt inſti. qui.alie.licet.§.j.
f *Dolo malo*. in eo quòd minori precio vendidit.
g *Intereſt*.condictione ex lege:vel actione in factum.
h *Iubebit*. actione pignoratitia.
i *Mala fide*. adhibita in vili precio,vel etiam per gratiam:vt j.e.l.iij. creditor tamen ius diſtrahendi habebat.
k *Iubebit*. ſed qua actione? Reſpõdent quidam,interdicto fraudatorio,vel actione in factum loco eius ſurrogata.vt ff.de ſol.l. pupilli.vel vtili rei vin.auctoritate huius l. cum dicat fundum reſtitui. vel dic impetrata in integrum reſtitutione ad rei vindi.ſicut & aliàs ſ.ex qui can.ma.l.in contractibus interdictum tamen prædictum locum habebat contra eum qui in fraudem creditoris emit,loco cuius hodie eſt actio Pauliana. Sed ad id quod dicit,offerente te pecuniam,eſt contra,ſ de præſcriptio. xxx.an.l.i.j.& j.de cuic.l.ſi prædium.vbi dicit preciũ non reddi mala fide emptori. Sol:hic habuit ius vendendi creditor,ibi non.vel ibi dedit dolus cauſam contractui:hic fuit incidẽs. Vel verius,ibi nihil debebat ille cuius prædia vendita ſunt,hic autẽ debebat:& ſic precium in ſuam vtilitatem eſt conuerſum:vt ff. de rei vind.l.emptor,ſic & aliàs ſ.communia de leg.ſi.§.ſi. Inquantum ergo erat debitum,intantum reddetur emptori,non plus.Sed hoc fallit in caſu,vbi etiam in eo quod eſt conuerſum in ſuum commodum,nõ tenetur,vt eccleſia. Sed tenetur œconomus:vt ſ.de ſac.ſan.eccl.l.iubemus.ij.§.ſane ſi hæc.& auth. qui res. aut ergo nullus dolum commiſit, & creditor potuit quàm vſurarum a offerat debitum creditori:eoque non acciente, idonea fide probationis(ita vt oporteat)depoſitum b oſtendat.Nam ſi vel modicum de ſorte vel vſuris in debito perſeueret: diſtractio rei obligatæ non poteſt c impediri:neque ea ratione emptor,tametſi ſciat interpoſitam à debitore creditori denũciationem,malæfidei d ſit poſſeſſor. PP. III. Non. Aug. Gordiano.A.& Aniola.Coss.

TITVLVS XXX.
SI VENDITO PIgnore agatur.

Si creditor vendit pignus mala fide,ipſe creditor tenetur pignoratitia,non emptor: niſi duo concurrant, ſcilicet quòd creditor non ſit ſoluendo: & quòd emptor participauerit fraudem.nam tunc debitor oblata pecia cum vſuris, recuperabit rem ſuam. Bal.Vel ſic:Si creditor per fraudem minori precio pignus vẽdidit:ad intereſſe debitoris tenetur:& eo non exiſtẽte ſoluendo, contra emptorem fraudis participem ad reſtitutionem pignoris agitur.Salyc.

I. Imp. ALEXANDER A. Agrippæ.

PRæſes prouinciæ aditus, ſi fuerit probatum tuũ creditorem cui ius diſtrahendi pignora e fuit, dolo malo f fundũ vendidiſſe:quanti tua intereſt, reſtituere tibi eundem creditorem iubebit. h ¶ Quòd ſi debonis creditoris condemnari ſolui pecunia nõ potuerit, & probatum fuerit emptorem mala fide i emiſſe:offerente te pecuniam cum vſuris, quãti fundus venit, reſtituere tibi fundum cum fructibus malæ fidei emptorem iubebit. k PP. Kalend. Septemb. Alexand. A. Cos.

Pignus ſi vendatur à creditore mala fide, qua actione teneatur ipſe vendens.

vendere: & eſt emptor ſecurus: vt ſ.ſi anti.cre.l.obligata. Aut creditor tantum: & tunc ipſe ſolus tenetur. aut emptor: & tunc ipſe in ſubſidium tenetur:vt hac.l.& ſ.de prædi.mi.l.non eſt.& ſupra tit. ij. l. creditor. aut non potuit vendere de iure, & tunc tenetur emptor: vt infra.l.proxi. Accurſius.

Vbi creditor non habuit ius vendendi, debitor vel eius hæres non vſucaptum vindicat.b.d. ſed ea vſucapta agit ad precium. Bal.Vel ſic: Debitor vel eius hæres pignus non iure diſtractum poteſt vindicare, niſi ſit vſucaptum: & tunc ſolum agit contra creditorem ad precium. Salyc.

II. Idem A. Aemilio.

SEruos quos nullo iure l à creditore veniſſe dicis, pater tuus, vel tu m (ſi hæreditas eius ad te pertinet) à poſſeſſoribus petere n potes.
¶ Quòd ſi vſucapti o ſunt, petat pater tuus P precium eorum à creditore, qui non iure eos vendidit. PP. III. Kal. Ianua. Alexand. A. Cos.

Emptor qui participat fraudem, tenetur in ſubſidium, ſi creditor non eſt ſoluendo. Salyceius.

III. Idem A. Claudio.

SI vxor tua præſidi prouinciæ probauerit, cum aureos triginta deberet, ſeruos ſuos amplioris precij per gratiam aureis viginti creditorem vendidiſſe, q eumque ſoluendo nõ fuiſſe:iubebit emptores r recepto precio reſtituere ſeruos. PP. XVI. Kal. Octob. Maximo. II. & Aeliano. Coss.

Venditio minus legitime facta non tenet,& res à poſſeſſore poteſt vindicari,& hoc ſecundum vnam lecturam, qua cauetur quòd venditio non tenuerit, & ſecundum aliam qua cauetur quòd venditio tenuerit.b.d ſecundum. Bal.Vel ſic: Si venditio pignoris tenuit, non reuocatur, niſi emptor fraudem participauerit. Vel ſic: Debitor pignus iure non diſtractum poteſt à poſſeſſoribus vindicare,vel pignoratitia cum creditore agere. Salyc.

IIII. Imp. GORDIANVS A. Eudemo.

CVm contra bonam fidem venditionẽ obligatæ poſſeſsionis à creditore factam alleges, non obſeruatis quæ in diſtrahendis pignoribus celeberrima lege vel pacto pluris quàm fuerit debitum, puta debitum erat.v.& pignus valebat x.ad reſiduum debitor conueniet creditorem: neque ad reſtitutionẽ rei habebit regreſſum aduerſus emptorẽ. Viuia.
d *Superfluo*.vt & ſupra titu.ij.l.fina.& l.ſi ceſſante.

DE LVITIONE pignoris.

Pignoris diſtractio impeditur per eius luitionẽ, vel liberationem: & ideo ponit de ea Azo.

QVI pro parte.] CASVS. Debitor in xx. mihi tenebatur:deceſſit quatuor heredibus relictis: an vno ſoluẽte pro parte ſua,liberatur pignus pro ea parte, quæritur? & reſpõ. quòd non. Vi.
e *Non poteſt*. vt & ſupra titu. iij. l. vnus. & infra titu.j.l.j.& l.ij. & ff. de pigno. act. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. nec enim ex perſona hæredum, &c. vt ff. de verb. oblig.l.ij.§.ex his.

INtelligere.] CASVS. Tenebaris mihi actione perſonali, & præſcripta eſt xxx. an. ſpacio:an adhuc remaneat hypo. quæritur? Et dicitur quòd ſic: quia durat vſque ad xl. annos. Viuianus.
f *Durare*. id eſt poſſe agere hypothecaria.
g *Actione ſubmota*. per præſcriptionẽ xxx. annorum quidam caſum ponunt quando erant duo rei debẽdi, quorũ quilibet obligauit ſuam rem, vno eorũ defuncto, & altero ei ſucceden te, tollitur obligatio perſonalis:& remanet hypothecaria etiã in rẽ ſuã.ſed etiã hoc nõ placet:quia nõ tollitur perſonalis:vt ff. de fideiuſ.l.generaliter. Alij ponunt quando creditor ſucceſſit debitori,& alij ex aliqua cauſa hæreditatem reſtituit: vt ff. ad Trebel.l.debitor.in prin.& ff.de excep.rei iudic.l.ex ſextante.

Hypothecaria quæ diu poteſt durare ſubſtracta perſonali obligatione.

Creditor non habens ius vendendi pignus, ſi vendat, an ſtatim teneatur ad precium.

prædij & fructuum,ſi fraudem participauerit cum creditore.
a *Conſueuerunt*.vt dicitur infra de iur.do.impe.l. ſin. & ſic nõ teneat venditio,ſecundum Ir.
b *Creditorem*.ſcilicet actione pignoratitia. Accurſius.
c *Poſſeſſorem*. etiam non conuento creditore: licet ſit ſecus quando tenuiſſet venditio:vt ſ eo. l. j. vel ſi vis, potes hanc ſecundum illam intelligere. Sed quid ſi hic malæ fidei poſſeſſor velit ſupplere iuſtum precium? Videtur audiri.argu.ff. man.l. diligenter. Sed dico contra: quia hic non erat dominus, qui vendebat. Itẽ qui emebat, mala fide emebat: & hoc idem quære ſupra eo.l.j. Accurſius.

SI creditore.] CASVS. Creditore vendẽte pignus lege vel pacto pluris quàm fuerit debitum, puta debitum erat.v.& pignus valebat x.ad reſiduum debitor conueniet creditorem: neque ad reſtitutionẽ rei habebit regreſſum aduerſus emptorẽ. Viuia.
d *Superfluo*.vt & ſupra titu.ij.l.fina.& l.ſi ceſſante.

DE LVITIONE pignoris.

Pignoris diſtractio impeditur per eius luitionẽ, vel liberationem: & ideo ponit de ea Azo.

QVI pro parte.] CASVS. Debitor in xx. mihi tenebatur:deceſſit quatuor heredibus relictis: an vno ſoluẽte pro parte ſua,liberatur pignus pro ea parte, quæritur? & reſpõ. quòd non. Vi.
e *Non poteſt*. vt & ſupra titu. iij. l. vnus. & infra titu.j.l.j.& l.ij. & ff. de pigno. act. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. nec enim ex perſona hæredum, &c. vt ff. de verb. oblig.l.ij.§.ex his.

INtelligere.] CASVS. Tenebaris mihi actione perſonali, & præſcripta eſt xxx. an. ſpacio:an adhuc remaneat hypo. quæritur? Et dicitur quòd ſic: quia durat vſque ad xl. annos. Viuianus.
f *Durare*. id eſt poſſe agere hypothecaria.
g *Actione ſubmota*. per præſcriptionẽ xxx. annorum quidam caſum ponunt quando erant duo rei debẽdi, quorũ quilibet obligauit ſuam rem, vno eorũ defuncto, & altero ei ſucceden te, tollitur obligatio perſonalis:& remanet hypothecaria etiã in rẽ ſuã.ſed etiã hoc nõ placet:quia nõ tollitur perſonalis:vt ff. de fideiuſ.l.generaliter. Alij ponunt quando creditor ſucceſſit debitori,& alij ex aliqua cauſa hæreditatem reſtituit: vt ff. ad Trebel.l.debitor.in prin.& ff.de excep.rei iudic.l.ex ſextante.

Hypothecaria quæ diu poteſt durare ſubſtracta perſonali obligatione.

brari conſueuerũt, a adito præſide prouinciæ experire actione competenti non tãtum aduerſus creditorem, b verumetiam aduerſus poſſeſſorem, c ſi fraudem eum participaſſe cum creditore docere potueris: vt reuocatis quæ mala fide geſta conſtiterit, & fructuũ ratio, & dãni quod irrogatũ apparuerit, haberi poſſit. PP. Kal. Aprili. Sabino. II. & Venuſto Conss.

Iuſtus emptor non debet pati controuerſiam: ſed debet conueniri creditor, vel eius hæres. Baldus.

V. Imp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. & CC. Nomæ.

SI creditore pignus priuſquã ei ſatisfieret diſtrahẽte, non per colluſionẽ emptor cõparauerit: ſucceſſor eius de ſuperfluo, d non emptoris hæres, qui rẽ poſſidet, conueniendus eſt. S.XVI. Kalen. Ian. Nicomediæ. CC. Conss.

TITVLVS XXXII.
DE LVITIONE PIgnoris.

Niſi debitum integraliter ſoluatur, pignus non recuperatur.b.d. Vel ſic: Nignoris obligatio eſt indiuidua. Vel ſic: In perſonis hæredum obligationis conditio non mutatur.b.d, Bar. & Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Antiochiæ.



Vi pro parte hęres extitit: niſi totum debitum exoluat, ſuã portionẽ ex pignoribus recipere non poteſt. e PP. III. Kal. April. Albino & Æmiliano Conss.

Inuenitur hypothecaria per ſe ſtans ſine perſonali, ſiue ſublata perſonali. Bal. Vel ſic: Actione perſonali ſublata tempore, poteſt durare hypothecaria. Salyceius.

II. Imp. GORDIANVS A. Domitio.

INtelligere debes vincula pignoris durare f perſonali actione ſubmota. g PP. XII. Kalen. Iun. Sabino & Venuſto Conss.

Soluto debito, vel aliter ſatisfacto, poteſt creditor pignoratitia conuenire. Bald. Vel ſic: Sicut per ſolutionem debiti, ita per oblationem & depoſitionem eiuſdem pignora liberantur. Salyc.

III. Imp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. & CC. Floro.

SI reddita debita quãtitate, vel rebus h in ſolutum datis ſiue diſtractis, & compenſato i precio, ſatis ei contra quẽ ſupplicas, factũ eſſe adito præſide prouinciæ k probaueris; vel ſi quod reſiduum debetur, obtuleris:ac ſi non acceperit, depoſueris conſignatum: l reſtitui tibi res pacto pignoris obligatas prouidebit: cum etiam edicto m perpetuo actione propoſita, n pecunia ſoluta creditori, vel ſi per eum factum ſit quo minus ſolueretur, ad reddenda ea quæ pignori acceperat, iure cum ſatis euidẽter vrgeri, manifeſtum eſt. S.VI. Id. Octobr. AA. Conss.

TITVLVS XXXII.
SI VNVS EX PLVRIbus hæredibus creditoris vel debitoris partem ſuam debiti ſoluerit, vel acceperit.

Pignus nec actiue nec paſſiue recipit diuiſionem inter hæredes. hoc dicit totus titulus. Bald. Vel ſic: Inter hæredes creditoris, perſonalis actio diuiditur prorata, non realis hypothecaria. Salyceius.

I. Imp. VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Tauro.

MAnifeſti.] CASVS. Si decedat creditor pluribus hęredibus relictis actio quæri cõpetebat, cuilibet hæredi cõpetit pro parte: ſed pign o cui libet remanet in ſolidũ obligatũ. vnde ſi vni ſoluatur pro parte ſua, nõ liberatur pignus. Viuio *Diuidi*. vt ſ. de pac. l.pacto.& ſ.fam. erciſ. l.ea. & j. l. proxi. & j. de except.l.j.
p *In ſolidũ*. vt ff. de pign. act.l.ſolutũ. §.ſi creditor. & facit ad l. iſtã. ſ.de diſtrac.pig.l.vnus.

ACtio.] CASVS. Si Titius creditorẽ habẽs Sẽpronũ, decedat pluribus relictis hæredibus, perſonalis actio qua tenebatur Titi p, di parte ſua cõuenitur. ſed ſi vn p pign o poſſideat, ipſe ſolus in ſolidũ pig.ac.cõuenitur. Vi.
q *Inter hæredes*. creditoris, vel debitoris: vt ſ.l.proxima.
r *Venditatio*. nam in rem eſt hypothecariat vt ſ.de pign.l.pignoris. Et dic diuerſi hæredes. nam quidam hæredes debitoris poſſidebant aliqua de bonis obligatis, & alij alia;

a *Conueniuntur.* id est non pro portione hæreditaria quã habent in singulis rebus: sed in solidum, &c. vt ff. famil. ercisc. l. hæredes. §. an ea. & supra de hered. actio. l. ij. & ff. de pig. act. l. si necessarias. §. si vnus.

SI PIGNORIS CONVENTIONEM numeratio pecuniæ secuta non fuerit.

SI pecuniam.] CASVS. Speculationis futuræ scripsisti pecuniã recepisse: & pignus obligasti. si numeratio secuta nõ est: qualiter tibi consulitur vt renoces pignus, quæritur? Et dicitur quòd per in rem actionem: & teneberis probare datum pignus. Eodem modo pignore nondum tradito, si creditor aduersus te agat hypothecaria, tenebitur probare, se numerasse pecuniam: nec sat erit si dicat se accepisse pignus, neque pecuniam sibi redditam. Viuianus.

b *Si pecuniam.* hæc lex de verbo ad verbũ ponitur supra de non num. pec. l. j. & exponenhanc vt illam.

c *Pignus.* scilicet destinatione. Vel dic datum esse pignus etiam nunc, & sic accedit ciuilli obligationi: vt supra de non nume. pec. l. si cui. & facit ff. de pigno. actio. l. solutum. §. si quasi.

d *Intentio.* hic duo dicebat creditor: datum sibi pignus & pecuniã non redditam: & secundum volebat probare per primum: quæ probatio non valet: vt hic dicit. Accursius.

SI vxor.] CASVS. Si vxor tua cãuit se accepisse pecuniam quã non accepit, & pignus dedit: illud persequi poteris, cũ per talem falsam cautionem res suas obligare non potuerit. Viuianus.

e *Scriptura.* publica vel priuata, licet quidam dicant secus si de publica. argu. supra arb. tut. l. fina. & facit supra l. proxi.

DE IVRE Dominij impetrando.

Quia quandoque non inueniit emptorem creditor, ideoque opus est vt sibi addicatur: ideo de hoc ponit.

DOminij.] CASVS. Obligasti mihi fundũ, & generaliter omnia bona: an te cessante in solutione, possum impetrare vt liceat mihi omnia bona tua iure dominij possidere, quæritur? Et dicitur quod nõ, & loquitur mihi creditori, exprimere, & an solennia g peregisti, significare debuisti: dummodo scias omnia bona h debitoris, quæ pignori dedit, vt vniuersa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non posse. PP. XIIII. Kal. Decemb. Alexandro. A. III. & Dione Coss.

Per vnum actum contrarium receditur à priuilegio. Bart. Qui facit contra ius quod impetrauit, ius perdit h. d. Vel sic: A beneficio rescripti receditur per actum oppositum. Bald. Vel sic: Si creditor post dominium pignoris impetratum vsuras à debitore receperit, iuri impetrato renunciasse videtur. Salycetus.

II. Imp. GORDIANVS A. Iustæ.

SI creditor pignus iure dominij à nostra serenitate possidere petiit, & post formam rescripti alio anno vsuras à vobis accepit, à beneficio impetrato recessisse[i] videtur. k †PP. Prid. Non. Decembr. Pio & Pontiano Conss.

Antiqua obseruatione sublata, debitor moneatur vt certo tempore soluat: quo elapso, à principe dominium impetratur: post quam impetrationem debitor intra biennium auditur: & yes legitime æstimatur: vt si quid vltra habet, id restituat: & quod minus acceperit, consequatur. Bar. Vel sic: Intentio huius l. est triplex: scilicet circa pignoris venditionem, & circa pignoris dominij impetrationem seu adiudicationem. Tertio circa post ipsius adiudicationem permissam luitionem. Secunda ibi: sin vero nemo. Tertia ibi, sin autem nullatenus. & ista lex non seruatur secundum statuta et consuetudines locorum. & hoc dicit: qui vult iure pignoris possidere, debet seruare huius l. solennia, secundum Bar. & Bald.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto prætorio.

VEtustissimã obseruationem, quæ nullatenus in ipsis rerum claruit documentis, penitus esse duximus amputandam, immo magis clarioribus remediis corrigendam. ¶ Igitur in pignoribus quæ iure dominij possidere aliquis cupiebat, proscriptio publica, & annus luitionis antiquitus introducti sunt: pignus autem publice proscriptũ neque vidimus, neque (nisi tãtummodo ex librorum recitatione) audiuimus. ¶ Sancimus itaque, si quis rem creditori suo pignerauerit, si quidem in tur: & adhuc si ĩtra aliud biẽniũ debitor veniat. & pecuniã offerat, poterit pign⁹ recuperare. si vero nõ vẽiat, extũc elapso biẽnio conseque-

Valent l. dicunt ad hoc singulos, quòd omnia petentia priorib⁹ sunt licita, nisi expressa lege prohibentur. videad hoc Bald. l. ori. C. de exp. rei iud.

consequetur creditor plenissimũ dominium: & si creditor pignus vendat: neq; tunc consequatur debitũ suum: de eo quod deest aduersus debitorem manebit integra petitio: & si pluris sit pignus venditum quàm sit debitũ, debitor, vel eius creditores superfluum petere poterunt: & si dubitetur quantum debuerit vendi pignus, iudex debet æstimare, & creditor debet iurare se non potuisse plus vendidisse: ita videlicet vt hoc quod iudex æstimauerit, obseruetur. Viuianus.

a *Conuentum est.* hoc dictũ fallit in casibus: vt j. tit. j. per totum. & ff. de pignora. actione. l. si conuenerit. j. & ff. de distractio. pigno. l. si creditor. §. fina. & facit institut. qui. alien. licet. §. j.

b *Ex denunciatione.* scilicet vna: vbi vero conuenit ne venderet: ter est denunciandum: vt ff. de pignor. actione. l. si cõuenerit. j. in fine.

c *Sententia.* interlocutoria de soluendo sibi eam.

d *Dominij.* vt §. si in cau. iudi. l. finali. Accursius.

e *Præsens.* sic ff. de euictio. l. si ideo. §. fina.

f *Certo tempore.* Nota certum tempus dari ad requirendum, & aliud certum tempus ad soluendum: vt statim subiicit. Accursius.

g *Certum tempus.* quo tempore non inuentus redire possit. Ir. & facit ad hunc §. ff. de pigno. actione. l. elegan. rer. in princ.

h *Expetat.* i. petat.

i *Ex diuino.* pro eo quod valet, si minus valet, Vel econtra quantum sufficiat ad debitum, si plus valet: vt j. patet. Accursius.

k *Liceat ei.* scilicet debitori.

l *Vitio.* id est contumacia, & negligentia.

m *Iuramento.* Nota iuramentum dari scienti: & vbi singula non possunt probari. sic §. de iudi. l. sancimus. Accursius.

n *Recuperare.* sic ergo intra quadriennium recuperabit pignus debitor. Sed secus in dãno infecto, vbi post secundum decretum nõ au-

pactione† cautum est quemadmodum debet pignus distrahi, siue in tẽpore, siue in aliis conuentionibus, ea obseruari, de quibus inter creditorem & debitorem cõuentum est.[a] ¶ Sin autem nulla pactio intercesserit, licentia dabitur fœneratori ex denunciatione[b] vel ex sententia iudiciali post biennium ex quo attestatio missa, vel sententia[c] prolata est, numerandum, eam vendere. ¶ Sin verò nemo est qui comparare eam maluerit, & necessarium fiat creditori, saltem sibi eam iure dominij[d] possidere: in huiusmodi casibus hanc causam esse obseruandam censemus, vt siue præsens[e] sit debitor, denunciatio ei, scilicet post biennium mittatur: siue abfuerit, prouinciale tribunal creditor petat, & iudicem certiorare festinet, quatenus ille eum requisierit, certo rempore[f] super hoc ab eo statuendo: vt fiat debitori manifestum per apparitionem iudicis, quod à creditore petitum est: & certũ rempus statuatur: intra quod si fuerit inuentus debitor, debet is qui pecunias creditas accepit, debitum offerre, & pignus recuperare. ¶ Sin autem nullatenus fuerit inuentus, iudex certum tempus g definiat, intra quod ei licentia dabitur sese manifestare, & offerre pecuniam, & pignus à pignoratione liberare. ¶ Sin autem tempore statuto vel minimè fuerit inuentus, vel creditam pecuniam totã offerre noluerit: tunc creditor adeat culmẽ principale, & precibus porrectis, iure dominij à nostra serenitate habere eandem rem expetat,[h] habeatque ex diuino[i] oraculo eam in suo dominio. Et postquam hoc fuerit subsecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra biennij tempus in suam rem humanũ regressum, ex die sacri oraculi numerandum: & liceat ei[k] creditori qui iam dominus factus est, offerre debitum cum vsuris & damnis vitio[l] eius creditori illatis: quorum quantitatẽ creditor debet suo iuramento[m] manifestare, & suum pignus recuperare.[n] ¶ Sin autẽ biennium fuerit elapsum, plenissime habeat rem creditor idẽmque dominus iam irreuocabi-

† *Quia contrariumfecit iuri suo, et concor. c. gratum. ĩ gloss. super verbo, recessum. de offi. dele.*

lem factam. Sed si quidem minus in pignore, plus in debito inueniatur: in hoc quod noscitur abundare, sit creditori omnis ratio integra. [o] Sin autem ex vtraque parte quantitas æqua inueniatur: sine omni dubitatione totam rem antea pignoratam retineat. ¶ Sin autem minus quidem in debito, amplius autem in pignore fiat: tunc in hoc quod debitum excedit, Pomnia debitori iura integra lege nostra seruabuntur: creditoribus quidem fœneratoris non suppositum, alijs autem debitoris creditoribus vel ipsi debitori seruatum. ¶ Et ne ex cõmunione q fiat aliqua difficultas, licentia dabitur creditori, seu domino, [r] æstimationem superflui debitori vel creditori debitoris cũ cõpetenti cautela [s] in eum exponenda offerre. ¶ Sin verò creditor postquam iure dominij hoc possideat, vẽdere hoc maluerit: liceat quidem ei hoc facere: si quid autem superfluũ sit, [t] debitori seruare. ¶ Sin autem dubitatio exorta fuerit pro venditione, vtpote viliore precio facta, sacramẽti religionem [u] creditor præstare compellatur, quòd nulla machinatione vel circunscriptione vsus est, sed tanti vẽdiderit rem, quanti potuerit venire: & hoc tantummodo reddi debitori, quod ex iuramento superfluum fuerit visum. ¶ Sin autem ex iureiurando etiam minus habuisse creditor inueniatur: in residuum habeat integram actionem. ¶ Aestimationem [x] autem pignoris, donec apud creditorem eundemque dominum permaneat: siue amplioris siue minoris quantum ad debitum quantitatis est, iudicialis esse volumus disceptationis: vt quod iudex super hoc statuerit, hoc in æstimatiõe pignoris obtineat. Dat. XV. Kalend. April. Constantinopoli, Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.

Pignoris vexationes & admodiationes sunt seruãdæ secundũ statuta & consuetudines locorũ.

Discordia sit ex communione.

TITVLVS XXXV.

DE PACTIS PIGNORum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda.

Pactum est potius interpretandum esse superfluum quàm iuri contrarium. Bald. Vel sic: Pactum simile pacto legis commissoriæ, in pignoribus nihil operatur. hoc dicit secundum Bart. & Salyc.

QVi pactus est.] CASVS. Obligauit tibi fundũ hoc pacto, vt nõ soluta pecunia

pecunia sua die, haberes eũ in solutũ: an valeat pactum, quæritur? & dicitur quòd non, neque plus consequeris per talem conuentionem, nisi quòd de iure communi tibi competit: hoc est, vt pignus vendere possis iure communi. Viuianus.

a *Creditoribus.* ius pignorum, vel ipsa pignora. Et nota. quòd hoc non est pactum legis commissoriæ, sed quoddam ei simile: & ideo inutile. nam nihil operatur, sicut enim creditor aliàs potuit vẽdere pignus vel ex pacto vel ex lege: ita & nunc. Et idem dicas si dixit se daturũ in solutum, vt sit inutile. vt ff. de solu. l. Callopodius. aliàs quãuis stipulanti. Pactũ autem legis cõmissoriæ esset, vt si non soluam intra certum tempus, creditoris sit pignus, vel habeat pro pecunia sua emptum, vel sit ei ius faciendi quod vult: vel similia. sed si sic dicam, habeas tũc emptum tanta pecunia quãti tunc valuerit, valet: vt ff. de pign. l. si fundus. §. fina.

Pactũ legis cõmissoriæ quæ sit.

b *Non contraxit.* scilicet de iure: sed de facto constat venditionem esse, sicut & cum prędium creditoris datur in solutum: vt j. de euict. l. si prædium. Accursius.

c *In adipiscendo.* id est in adipiscenda possessione pignorũ. Accurs.

d *Communi itaq;.* Not. ergo pactum nihil operari. sic j. de fideiusso. l. non recte. & ff. pro socio. l. sed si adijciatur. argu. contra ff. de vsur. l. si stipulatus. & ff. de lega. j. l. si quando. in princip. & totum generale, res sic debet accipi, vt nõ pereat: vt ff. de re. du. l. quoties in actionibus. & l. vbi est. & ff. ad municip. l. j. Itẽ cõtra. est huic. l. §. de pact. l. si quis in conscribendo. Sed hoc speciale, ne uaritiam. Item contra ff. de contrahen. emptio. l. fi. in prin. sed ibi non creditori, sed fideiussori remanebat pignus: & ideo nõ est ibi pactum legis commissoriæ, vel ei simile.

Res sic debet accipi, vt non pereat.

SI *fundi.*] CASVS. Vẽdidi tibi fundum, & pro euictione alium fundum obligaui hoc pacto, vt si non euinceretur, restitueretur fundus obligatus. si aliquis egerit & succubuerit, quia non euincit: an fundũ recuperare possis, quæritur? Et dicitur quòd sic. sed per quam actionem, non aperit. tu dic quòd præscrip. verbis vel actio pignorantia. Viuianus.

e *Dedisti.* loco pignoris.

f *Obtineas.* id est restituatur tibi secundum Azo. & si amittat, loco pignoris retineat quod valet: vt j. de euict. l. si non iniuria. Sed quid si est actum vt hic loco illius habeatur? Respon. puto valere. & sic etiam potest intelligi innuere lex ista.

g *Securitate.* id est exceptione rei iudicatæ: cum sit absolutus.

h *Negocium*, quia iureiurando, & pacto de non petendo, & sententia.

i *Integrum est.* quia nec sibi hanc vendidisti, nec pro expensis litis ei dedisti, nec pacto, nec sententia, vel alio modo amisisti.

k *Iubebit.* præscriptis verbis actione proposita, vel pignoratia actione.

I. Imp. ALEXANDER A. Victorino.



VI pactus est, nisi intra certum tempus pecuniã quam mutuã accepit, solueret, cessurum se creditoribus, [a] hypothecæ venditionem non contraxit: [b] sed id comprehendit quod iure suo creditor in adipiscendo [c] pignore habiturus erat. Cõmuni itaque [d] iure creditor hypothecam vendere debet. PP. Id. Octob. Alexandro A. Cos.

Pactum quòd fires vendita non euincatur, alia res pro ea obligata debitori reddatur: est validum & seruandũ. Bald. Vel sic: Cessante causa propter quam pignus est datum, pignus debet reddi. hoc dicit secundum Salycetum.

II. Impp. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. & CC. Dionysio.

SI fundi nomine quem vẽdideras, emptori ab alio mora proprietatis quæstione, alterum fundum pro eius euictione pignoris hypothecæve titulo emptionis instrumentis ea lege dedisti, [e] vt quẽ secundo tradideras, si is quem vendideras, euictus non fuerit, obtineas: [f] de hoc contra eum qui mouerat quæstionem lata sententia: emptori parata securitate [g] circa eum quem obligaueras, restituendum: conuentionis fidem impleri (si negocium [h] integrum est [i]) præses iubebit. [k] S. Kalen. Decemb. Sirmij AA. Coss.

Pactum legis commissoriæ est reprobatum in pignoribus, & habet locum hæc lex & facit de feudis. quib. mod. feud. cõsol. potest. §. si quis obligauerit. arg. cõtra. ff. de cõtra. emp. l. fi. Sed solue vt §. eo. tit. l. j.

in præteritis & futuris. But. Bar. & Sal.

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad populum.†

QVoniam inter alias capciones præcipuè commissoriæ pignorum *legis crescit asperitas, placet infirmari eam, & in posterum omnem eius memoriam aboleri. [l] ¶ Si quis [m] igitur tali cõtractu laborat, hac sanctione respiret, quæ cum præteritis [n] præsentia quoque repellit, & futura prohibet. Creditores enim re amissa [o] iubemus recuperare quod dederunt. Dat. II. Kal. Febr. Serdicæ, Constantino A. VII. & Constantio Cæsare Coss.

TITVLVS XXXVI. DE EXCEPTIONIBVS, seu præscriptionibus.

Soluens habenti vtilem actionem, alio habente directam, ab vtili liberatur ipso iure: sed à directa exceptionis ope obligatio diuiditur inter hæredes actiue & passiue proportionibus hæreditariis. Bald. Vel sic: Licet obligatio diuidatur ipso iure inter hæredes, tamen si debitor solvit vni ex hæredibus cui creditor nomen prælegauit, aduersus alios tenetur exceptione doli. Salycetus.

I. Imp. ANTONINVS A. Claudio.



DEbitores quidẽ hę reditarij vnicuiq; hęredum pro portione hæreditaria antiqua P lege obligati sunt. ¶ Sed si eis hæredibus omnem pecuniã exoluisti, quibus nomen patris tui [q] testator [r] in diuisione adscripserat, [s] doli mali exceptione [t] aduersus alios a-

Sumpta ad ipsa pignora: non ex quo ad venditionem. Accurs. ADDITIO. 3. tit. 2. An autem & quando pactum legis commissoriæ reprobetur in pignoribus, item quare admittatur in contractu emptionis, & repro betur in contractu pignoris, videas pulchre per Abbatem in c. si significante. super glos. huc in verbo commissoriæ. extra de pigno. m Si quis. debitor. n Præteritis. nisi hoc diceretur, non trahereтur ad præterita. vt §. de leg. & constit. l. leges & constitutiones. o Amissa. impropriè: quia dominium nõ fuit in eos translatum: vt §. de legi. & consti. l. non dubium. huiusmodi tamen pacta valent in aris sponsalitiis: vt §. si rec. pro. vel ad cũ per. l. j. Item in spõsionibus honestis: vt ff. de præscrip. verb. l. si rem. §. Sed quid si paciscar vt non liceat soluere? Respon. non valet, & omnia similia. Sed quid si conuenerit vt non liceat soluere hinc ad mensem? adhuc dixit Paul. idem. & eadem ratione de anno, & sic in infinitũ, quod Ioan. nõ placet: sed dicit valere, si modo sit tempus minus xxx. annorũ. aliter videretur perpetua alienatio: vt argu. in auth. de alie. & emphyt. §. locationis. colla. ix. D

† *Impia.*

Continuatio.

† *Quid excepti. d præscrip. differant, vide Alcia. super l. quinque pedũ. C. finium regun.*

Legatarij quibus nomen ad solidum: vt §. de lega. l. ex legato nominis. ergo qui ei soluit, liberatur ab actione, & sic ab obligatione in solidum. Secũdo, quia qui voluntate creditoris alijs soluit, ipsi creditori soluisse videtur, & sic ipso iure liberatur: vt ff. de sol. l. solutam. & l. vero procuratori. & l. dispensatori. Sed certe non est ita: nã licet

Vt prælegatum, vtilem actionem habet ad soluti.

ab vtili libereris ipso iure, nõ tamẽ à directa, qua teneris alijs. Itẽ illa. l. solutam. est intelligenda quando volũtate creditoris viuentis. Item videtur quòd non possit vni hæredũ prouidere in his quæ sunt in dãdo: vt ff. de verborum oblig. l. continuus. §. fina. Sed ibi loquitur stipulãdo, hic prælegãdo: vel illud de rigore, hoc de æquitate.

Pro portione.] CASVS. Duo habẽt domum communem; contra vnum illorum pronunciatur: si alius velit pro parte sua agere, an res iudicata contra alium sibi noceat, quæritur? Respon. quòd non.

† *Concor. cũ inter. post med. cum glos. per verbo, & diligenter. extra de sentẽ. & re iudi.*

a *Pro portione*, duo fortunt fratres.

b *Pronunciatum est.* im mo tria necessaria sunt: vt ff. de exceptio. rei iudica. l. cum quæritur, & l. sequen. Item fallit hæc regula in popularibus actionibus, & publicis iudicijs, vbi res inter alios acta alijs nocet, nisi collusio deregatur. Itẽ in alijs casibus quos no. supra quibus res iudi. nõ no. l. ij. & facit ad. l. istam. ff. de re iudic. l. fæpe. & supra res inter alios actas. l. si cum fratre. & ff. qui po. in pig. hab. l. Claudius.

† *Concor. glo. ante med. in c. l. extra de pœn.*

ADuersus.] CASVS. Frater administrauit tutelam legitimam fratris tui, & ex mala administratione tenebatur ei in centum. dolo induxit eum, vt ei dimittat: si agat frater, alius excipiat de remissione, replicabit de dolo, id est quòd dolo induxit eum ad remittendũ. vel dic quòd commiserat dolum in tutela. licet frater generaliter remittat ei administrationem tutelæ, non tamen videtur remisisse dolum. prima positio verior est.

Cæsum positum.

c *Legitimum.* immo fiduciarium: vt instit. de fiduci. tute. per totum. Sed omnis fiduciarius est legitimus, sed nõ cõuertitur.

d *Pacti.* tutor ille te induxit dolo ad remissionem faciendam: non potes ideo minus agere cõtra eum, & si excipiat de pacto, replicabis de dolo. Vel dic quòd dolum commiserat in tutela, qui dolus nõ videtur generali remissione remitti: vt argumen. ff. de libe. lega. l. Aurelio. §. Caius. & ff. de pactis, l. tres fratres. Nam & seruus quicquid quærit, domino quærit, non tamẽ dolo: vt ff. de acqui. possessione. l. quod seruus. Sed huic expositio ni est arg. cõtra. ff. de pactis. l. si vnus. §. illud. Sed prima placet.

e *Si in ea.* aliàs in eo, scilicet pacto. aliàs in ea, scilicet remissione: vel in ea, scilicet tutela.

f *Probare potes*, qui enim dolum dicit, &c. vt ff. de probatio. l. quoties. §. qui dolo.

g *Facit.* id est conuenit iudicio tutelæ, quod est bonæ fidei opponi replicationem doli: ex quo est dolus cõmissus, & commentum fraudis repellit. vnde Ouidius: Non faciunt molles ad fera bella manus, faciunt; id est conueniunt.

Versus.

h *Repellit.* quia metu, vel dolo, vel minor erat.

Casum positus.

i CVm nondum. Pone sic casum: Cœpi conuenire aliquem, & cessseti per aliquod tempus, in causa supersedi per ares an

nos, & dicitur quòd iterum possum agere? & loquitur generaliter in reo & actore.

k *Defensiones.* peremptorias subaudi, nisi in casibus. sed dilatorias ante litem contestatã: vt hic, & §. senten. rescin. non posse. l. peremptorias. & §. de probatio. l. exceptionem.

potes, [f] nam replicatio doli opposita bonæ fidei iudicium facit, [g] & commentum fraudis repellit. [h]

Diuturnus iudicij tractus peremptorias non excludit, sed exceptio rei finitæ sic: hoc dicit. Vel sic: Defensio peremptorij obiici potest vsque ad litis contestationem. hoc dicit cum glos. Bald. Vel sic: Causa nondum finita potest opponi exceptio peremptoria. Salycetus.

IIII. Imp. ALEXANDER. A. Iuliano & alijs.

CVm nondum [i] finitã sententia causam, sed dilatam allegetis: non est dubium omnes integras defensiones [k] vobis esse. PP. III. Non. Octob. Maximo. II. & Æliano Coss.

Quæ annua sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Bar. Bald. & Sal.

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Basilio.

LIcet *Vnde vi* interdictum [l] intra annum [m] locum habeat, tamen exceptione perpetua succurri ei qui per vim expulsus post retinuit possessionẽ, auctoritate iuris manifestatur. S. Kal. Maiis, Trallis AA. Coss.

Replicatio & duplicatio non expirant tempore. Baldus. Vel sic: Exceptio vel replicatio doli potest perpetuò contra pactum opponi. Salyc.

VI. Idem AA. & CC. Helenæ.

SI pactum [n] intercessit, [o] de fundo violenter: deinde ex interuallo tu expulisti me, sed possessionem non intrasti. ego vero eam retinui. agis cõtra me interdicto de priori expulsione. ego excipio de violentia quam ex interuallo intulisti mihi. Et alij sic ponũt, inuaforem post annum possessionis æstimationem & cætera damna restituisse: certe non habet conditionem indebiti: licet si possideret, conueniri non posset. Vel dic quòd deiectus quoquo modo, etiam clam possessionem recuperauit, & cõuenitur à deiectore interdicto vti possideris, & perpetuo excipit: quia si agẽs possideret, interdicto vnde vi, teneretur, nisi annus esset elapsus: multo magis per exceptionem potest se tueri: vt ff. de superfi. l. j. §. quod autem ait prætor. Ex lege ergo ista not. quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. P. Idem in doli exceptione: nam licet actio de dolo sit biennalis: vt supra de dolo. l. penul. tamen exceptio est perpetua: vt ff. de excep. do. l. pure. §. fin. secus in replicatione: vt ff. de pecu. l. quæsitum. §. fin. Cui. l. quæsitum. est contra. j. l. proxi. Sed ibi solues.

Annua ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.

m *Intra annum.* nota, perpetua iura sunt ad excipiendum, & temporalia ad agendum.

Casum positus.

n *Si pactum.* de non petendo.

o *Intercessit.* tribus modis pone casum. Primo, debebas mihi decẽ. dolo extorsisti à me pactũ de nõ petẽdo: si excipias ex eo pacto perpetuo, replicabo etiã sine præfinitione temporis, sicut & olim actio sine præfinitione tẽporis cõpetebat. Sed hodie dices perpetuo, id est ad triginta annos. Nã tantũ durat actio, ergo & tantundẽ replicatio: vt insti. de perpe. & tempo. actio. in princ. Secundo secundũ B, fig, feceram tibi pactum de

Casum positus tripliciter.

ctum de non petendo: dolo extorsiti de petendo. si replico ex eo, tu perpetuo replicabis, id est, duplicabis, & sic fuit pactum factum dolose in exceptione, id est, contra exceptionem. Sed huic est cõtra ff. de pecu. l. quæsitum. §. fi. vbi replicatio est annua. sed ibi est in litera, fortassis, secundum B. vnde perpetuo replicatur. & hoc secundum vtramque expositionem. Vel ibi est replicatio, hic duplicatio: quæ est eiusdem naturæ, cuius est exceptio, quæ perpetuo datur reo: vt ff. de excep. do. l. pure. §. fi. nam hęc duplicatio vt exceptio datur reo: vt institu. de repli. in princip. Tertio sic secundum Ioan. feci tibi pactum de non petendo: tu mihi postea de petendo: si excipias ex eo, replicabo de dolo. nam vbi alia quæcunque exceptio locum habet, & dolus: vt ff. de exceptio. doli. l. ij. §. & generaliter. nisi reuerentia personarum aliud suadeat: vt ff. de exceptio. do. l. apud. §. aduersus.

a *In exceptione.* scilicet quærenda secundũ primum. vel id est, contra exceptionem, secundum vtrunque casum dolose. vel, id est, contra exceptionem, & non dolose fuit factum pactum secundum tertium.

b *Præsinitione.* bene dicitur quòd actio de dolo temporalis est ad agendum, perpetua ad excipiendum.

c *Replicare potes.* proprie, secundum primum & tertium: improprie, id est duplicare secundum medium. Accursius.

Casum posuit.

d *Si ex maiore.* Cum decem deberes, soluisti quinque, licet generale pactum de non petendo fecerim: credens nil plus mihi deberi, tamen agam: & si excipias, replicabo: vt infra de solu. l. si inter. & supra de transac. l. si quidem. & supra de fur. l. post decisionem. & ff. de condict. indebi. l. fina. §. idem quæsijt. Sed certe immo videtur in residuo non agi: vt ff. de re iudica. l. à diuo. §. si pignora. quæ est contra. sed ibi lex præsumit remissionem residui.

e *Præsitisti.* ex certa scientia: liberasti tamen quo ad verba.

Præscriptionem.] CASVS. Exceptio peremptoria, siue ante siue post protestatus fuerit quis se eam velle opponere: ante sententiam opponi debet, non post. Viuia.

f *Præscriptionem.* id est exceptionem: vt pacti, vel rei iudicatæ, vel similis.

g *Sufficit.* ex voluntate, non est necessitate: vt subijcit, & supra de præscri. longi tempo. l. emptor. & dixi supra senten. rescin. non post. l. peremptorias.

h *Quandoque.* id est, quandocunque.

Si quidem.] CASVS. Aut reus certus est in nullo actori teneri, & actor deficiet in probatione: aut certus quòd teneatur, aut dubius. primo casu nulla exceptio reo est necessaria, secundo de ea cogit et proponẽda, si quã habet. tertio casu, si est peremptoria ab initio proponere potest: si vltra, fundata intentione actoris eam probet. & bene dixi, si vltra: quia non compellitur post litem contestatam proponere. Viuia.

Cum ſucceſſores.] CASVS. Pater tuus vendidit mihi prædium obligatum ciuitati tuæ, & deceſſit. ſi actor ciuitatis agat hypothecaria, & euincat prædium, prius tibi facta denunciatione qui ei ſucceſſiſti, non ſolum conueniam te ad id quod mea intereſt prædium nõ fuiſſe euictum, ſed etiam ad præcium quod perſolui.

A i *Vere*. id eſt per hypothecariam. Accurſius.
k *Gradu*. id eſt inſtituti vel ſubſtituti ſint.
l *Non quantum*. id eſt non ſolum ad precium, ſed etiam ad intereſſe: vt hic. & ff. eod. l. euicta.

Si poſt.] CASVS. Vendidiſti mihi domum vel mancipium: precium tamen nõ ſolui. ſi aliquis dominium vindicauerit, vel mancipium ad libertatem proclamauerit: an precium tibi numerare ſim compellendus, quæritur? Et dicitur quòd non. Si verò partẽ precij numerauí, & mihi ab aliquo denũciatum eſt ne eam: iudex precipiet tibi vt ſatiſfides de domo me indemnem conſeruare, ſi domus euincatur.

Succeſſoribus venditoris in quocunque gradu, eſt denunciandum, quo facto ſiue ipſis præſentibus, ſiue abſentibus res euincatur: non ſolum precij, ſed intereſſe emptor à venditore conſequitur. Vel ſic: Re euicta poſt denunciationẽ abſente reo, vel abſente actore, ad intereſſe agitur, necnon ad precium. Baldus.

XXII. Iidem AA. & CC. Euſtochiæ.

CVm ſucceſſores etiam vẽditoris pro euictione teneri poſſint: ſi velut obligata ſibi reſpublica Theſſalonicenſium pignoris inſtituat iure [i] perſequi quæ comparaſti: auctoris hæredibus quocũque gradu [k] conſtitutis adiſtere negocio denuncia. ¶ Quòd ſiue præſentibus his fundus quem emiſti, fuerit euictus, ſiue abſentibus: poſtea quanti tua intereſt, rem euictam non eſſe, teneri, non quantum [l] precij nomine dediſti, ſi aliud non placuit, publicè notũ eſt. S. II. kal. Ianua. Sirmij. AA. Coss.

B *Licet res poſt longa tempora ſit euicta, non impeditur emptor agere de euictione. Bal. Vel ſic: Etiam ſi poſt longum tempus res non præſcripta euincatur, de euictione agitur, ſi legitima denunciatio præceſſit. Salycetus.*

Cum in limine contractus imminet euictio, emptor precium ſoluere non tenetur, vel reſiduum precij: & ſi ſoluit, repetit: niſi ei de euictione ſatisfactum ſit. Baldus.

XXIIII. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI poſt perfectam venditionem ante precium numeratum [m] rei venundatę mota fuerit quæſtio, vel mancipia venditi proclament in libertatem: cum in ipſo limine contractus immineat euictio: emptorem, ſi ſatis ei non offeratur, [n] ad totius, vel reſidui precij ſolutionem non compelli, [o] iuris auctoritate mõſtratur. Vnde cum parte [p] precij numerata, domus quam emiſti, tibi velut pignoris iure obligatę, ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas: iudex tibi quæ ex emptione veniunt, præſtari prouidebit. [q] S. VI. kalen. Februar. Sirmij. CC. Coss.

C *Fauore libertatis venit quis contra proprium factum: & licet de euictione teneatur, attamen eum non excludit exceptio. Baldus.*

XXV. Iidem AA. & CC. Saturninæ.

SI tibi liberam [r] Saturninus [s] conditionem eius ignorãs diſtraxit, an nunc eã defendit [t] vt ff. de excep. doli. l. pater. ſ. ex quadrante.

m *Ante præcium numeratum*. ſi autem eſſet numeratum, non poſſet agi: vel vt fideiuſſor detur, vel vt aliàs quaſi re euicta: vt ſ. eo. l. qui rẽ. & ff. eod. l. ſi plus. ſ. mota.

n *Satis ei non auferetur*. cum fideiuſſoribus: vt ff. de peri. & com. rei vend. l. habitationum. ſ. finali. aliàs non tenetur dare fideiuſſorem, niſi conuenerit de dando: vt ff. eodem. l. emptori. & ff. de contrahenda emptione. l. pacta. Sed an pro hac euictione tantum? Videtur quòd ſic: vt dicta. l. habitationum. argum. cõtra. de reſcind. vend. l. finali.

Venditus tenetur de ſolicitudine venditionis.

o *Non compelli*. habet enim doli exceptionẽ, vt ff. de excep. doli. l. pater. ſ. ex quadrante.

p *Cum parte*. vel nihilo. ſed ſic euenerat.

q *Prouidebit*. ſcilicet per fideiuſſoriam ſatisdationem, vt dixi.

Sibi.] CASVS. Vendidiſti mihi libertam, quam credebas ancillam: proclamat in libertatem, & tu eam defendes: pronunciata eſt libera. teneberis mihi ad duplum nomine eius, ſi duplum promiſiſti: vel quanti mea intereſt, conueniam te iudicio emptionis.

r *Si tibi liberam*. tibi dico ignoranti. ſecus ſi ſcienti: vt. ff. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. ſ. liberum hominem. & ſ. itẽ ſi emptor.

s *Ignorans*. qui propter ignorantiam videbatur exculatus, magis autem teneretur ſciens, etiam ante euictionem: vt ff. de ac. emp. l. ſeruus quem. ſ. fina.

t *Defendit*. ſcilicet Saturninus conſtituetus aſſertor, ſecundum has leges: vt ſupra de adſer. tol. l. j. Et dic defendit, ſcilicet agendo, ſic

Euictor. que. 9. quæ quis. resp. vend. cum ſuper tacto, reuinct. ex ſ. de fin. cauſ.

do. ſic & ponitur ſupra de teſt. l. j. agit autem non nomine ſuo, ſed nomine eius quæ vendita eſt. & ſic nora quod venit contra factũ ſuũ. a. ſic & ſupra de lib, cauſa. l. j. & de patri. qui ſi. dif. l. ij.

a *Pronunciata*. & tunc locum [non] habet regula, quia quem tenet de euictione actio, euincentem repellit exceptio.

b *Conuenire potes*. imò videtur quòd potuerit exceptione repelli, cum ipſe erat qui de euictione tenebatur: vt ſupra eo. l. ſiue poſſeſſio. quæ eſt contra. Solu. ſpecialiter hic fauore libertatis. Vel dic quòd hic potuit excipere, vel pati euictionem, & agere: vt ff. eodem. l. vindicãtem. & l. j. & ſupra de re. alie. non alie. l. venditrici. prima placet. & facit ad. l. ff. eodem. l. minor. ſ. pater.

Iquis.] CASVS. Vendidi tibi ſeruum nemine vindicante eum, ſed forte præparante ſe ad litem deceſſit: nunquid ages de euictione? Dicitur quòd non.

c *Exemptus eſt*. lite nõ dũ mota. nã nemo eum euincit: ſed fatum humanæ ſortis, &c. vt hic & ff. e. l. ſi ſeruus. in prĩ. ſecus ſi iam lis mota eſſet. quia tunc proceditur ad ſententiandum: & de euictione agitur: vt ff. de rei vin. l. vtique. & ſupra de adſer. tol. l. ſi. in ſi. & ff. iudi. ſolu. l. ſi ſeruus. quę ſunt cõtra. ſed ſoluuntur prædicto modo. Accurſius.

Si fundum.] CASVS. Si ſciens fundum alienum, vel alij obligatum cõparaſti, nec de euictione caueri feciſti tibi: precium quod ſoluiſti, petere non potes. Si vero ignorans emiſti: non iure recuſat venditor reſundere tibi precium quod numeraſti.

d *Conuenit*. poteſt ergo ſtipulari etiã ſciens: vt ſupra communia. vtriuſque iudi. l. ſi fratres, in prin. & ff. de doli excep. l. apud Celſum. ſ. idem Labeo ſcribit.

e *Contra iuris poſcit*. vt & ſupra de præſcri. xxx. an. l. j. & de iudo. l. ſi à matre. Sed contra ſupra communia de leg. l. ſi. vbi agit etiam ſciens, & non fuit ſtipulatus. Sol. ſpecialia ſunt ibi in legato: vt hic, & quòd emptor bonæ fidei res ſub conditione legatas non vſucapit: vt ibi. Vel ſolue vt ibi. Item contra: vt ſupra ſi ven. pig. ag. l. j. vbi ſimiliter ſciẽs recuperat precium. Sol. ibi precium repetitur à vindicante: quia in eius vtilitatem cõuerſum fuit, puta ſuo creditori datum: vt ff. de rei vin. l. emptor. Vltimo diſtinguitur: quia vel emptor ſciuit rem eſſe alienam. vel ignorauit. ſi ſciuit, non habet actionem pro euictione, niſi ſtipulatus eſt, vel pactus: vt hic ſi ignorauit, & ſi non ſit ſtipulatus, vel pactus, agit tamen ex empto ad intereſſe. niſi remiſit periculum euictionis: quo caſu agit tantum ad precium: vt ſupra e. l. non dubitatur. & l. empti. & ff. de ac. empti. l. emptorem. ſ. qui autem habere.

Emptor quemadmodum poſſit agere contra venditorem re euicta.

Mptori.] CASVS. Vẽdidiſti mihi prædium, de quo erat pactum de non petendo tibi factũ. vel forte illud præſcripſeras, vel vſuceperas. nunquid præſcriptio mihi emptori proderit? Dicitur quòd ſic. vnde ſi res euincatur per culpã: quia exceptionem ex perſona tua competentem mihi non oppoſui, de euictione non teneberis.

f *Non ambigitur*. vt pactum factum venditori: vt ff. de pace. l. ſi tibi. ſ. pactum. & præſcriptio: vt ff. de contrahen. emp. l. dolia. & ſupra de vſuca. transfor. l. j. ſ. j. & ad idem. ff. de hæred. vendi. l. emptor nominis. Sed quid ſi ſciens alienum comparauit: an poſſit vti exceptiõe actoris? Quod videtur: vt arg. ff. de rei vin. l. emptor. & ff. eodem. l. in creditore.

In cõtractu permutationis venit euictio, dum tamen interueniat denunciatio. Bal.

XXXIX. Idem AA. &c. CC. Rheſo.

SI permutationis gratia prædia curatoribus quondã fratris tui mater tua dedit: his quę in eorum vicẽ accepit, poſteaquàm ad defenſionẽ fuerit denunciatum, vel cum eorum nõ haberet facultatẽ g, euictis, quãti intereſt, eos conueniri poſſe, rationis eſt [h]. S. Idib. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss.

Ipermutationis.] CASVS. Permutaſti ff. tuum cũ. C. meo. Titius vindicat. ff. tuũ: denunciaui tibi: nihilo minus euictum eſt: an agere poſſim de euictione, quæritur? Et dicitur quòd ſic ad intereſſe.

g *Facultatem*. cum forte ſe abſentarent: vt ff. eodem. l. ſi ideo. ſ. fi.

h *Rationis eſt*. ad ſimilitudinem emptionis: vt ſupra de re. permu. l. j. & ff. de ædi, edic, l. ſciẽdum. ſ. emptorem.

Non ex eo.] CASVS. Vendidiſti mihi prædiũ tuũ, feci mihi caueri de euictione: nunquid ideo intelligendus ſim malæ fidei emptor? Dicitur quòd non.

i *Non ex eo*. Nota ergo hic, quòd licet mihi caueam, nõ ideo ſcientia vel mala fides præſumitur. ſic & aliàs abũdans cautela nõ nocet: vt ſ. de teſta. l. teſtamẽta. & arg. infra de calũ. l. qui nõ probaſſe. & ff. de lib. ag. l. j. ſ. eleganter. in fi. ſ. Sed arg. contra. ff. de condi. inſtit. l. ſi quis ſub conditione. & ff. ad l. Fal. l. Seius & Augerius. & quod hic ſubijcit, alijs itaq;, &c. quaſi & hoc indiciũ ſit.

Cautela abundans non nocet.

k *Tua*. loquitur hæredi venditricis.

Fides bona præſumitur.

l *Debes*. ſic ergo bona fides præſumitur, niſi probetur malat ſic. ſ. de præſcrip. long. tem. l. emptor. Sed quid proderit probãti, cum nihilo minus poſſit cõueniri de euictione: quia hic promiſit: vt ſ. e. l. ſi fundum? Reſpon. intellige hic quando non eſt promiſſum: vt ſ. communia de lega. l. ſi. in fi. Item poteſt prodeſſe quantum ad hoc, vt ſibi non poſſit expenſas in prędio factas reſeruare ſecundum H. vt ſupra. e. l. ſi controuerſia.

Hæredem.] CASVS. Vendidiſti mihi prædium, de euictione promiſiſti mihi, & fideiuſſorem vnum pro euictione dediſti. Sempronius hæres Titij vult vindicare prædium: an poſſit, quæritur? Et dicitur quòd ſic: neque factũ Titij cui ſucceſſit, ſibi obeſt: quia ex perſona ſua vindicat. videbatur quòd non: quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. vnde cum fideiuſſor tenebatur, videbatur teneri & heres fideiuſſoris: vnde & agere non poſſit. contrarium tamen eſt verum.

m *Rerum*. & ita fallit hæc regula, quẽ de euictione tenet, &c.

n *Perſona*. ſcilicet hæredis: ſed ipſe fideiuſſor hoc nõ poterat

Ordo litera.

nec hæres eius ex eius persona: nec hæres venditoris: vt supra e.l.exceptione. & ff.e.l.Seia. & ff.de distra pig.l. & si is. Et incipit cõstructio, factũ eius cui, &c. & quod subiicit, pro quibus. id est pro quarum euictione. Item nota ex hac.l. fallere regulam magistralem, quæ colligitur supra eodem.l.exceptione. & ff.e.l.vindicantẽ. scilicet quem de euictione tenet actio, ipsum agẽtem repellit exceptio. Item contra supra de reb.alie.non alie.l.vẽditrici. sed ibi in hæredẽ venditricis: hic fideiussoris. licet & quidã dicant & hic habere cõuentum electionem vel vti exceptione, vel pati euinci, vel conuenire eum pro euictione. Ac.

CREDITOREM euictionem pignoris non debere.

Post generalem euictionem de quadam speciali dicit.

Diuisio.

Vm iure.] Dluiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum duplex. Secundo ponit exceptionem. Tertio nouum dictũ. Quarto eius rationem. secunda ibi, Nisi, tertia ibi, Si tamẽ. quarta ibi, Siue quia. Bald. & hæc loquitur tam in fisco, quàm in priuato. secundum Salyc. *CASVS.* Si fiscus iure creditoris, hoc est lege vel pacto distrahat: an teneatur emptori de euictione, quæritur? Et dicitur quòd non: sicut nec vt priuatus, nisi de euictione se obligasset. Si vero idẽ pignus erat obligatũ fisco & priuato, & post venditionẽ fiscus priuato succedat: an possit fiscus pignus euincere contra factũ suum, quæritur? Et dicitur quòd non: siue quia potior erat quando vendebat, siue quia infirmior: debet enim qui rem distrahit, se ostendere potiorem cæteris creditoribus esse.

Creditor vendens pignus, an teneatur de euictione.

a *Cum iure.* vendit ergo interdum quis vt dominus, & tunc tenetur de euictione: vt ex titu. superiori apparet. interdũ vt creditor, dicens se vendere quia creditor: & tunc si non habet ius vendendi ex pacto vel ex lege, tenetur emptori ex empto vt eadem ei contrariam pignoratitiam: vt ff.de euict.l.in creditore. Si vero habet ius vendendi: non tenetur nisi vt præstet rem sibi obligatam, & se potiorem cæteris creditoribus, secundũ H. vt in fi.huius.l.certe & superiori casu multo magis ad hoc duo tenetur, scilicet vt sit sibi obligata, & sit potior alijs: quia non debent esse melioris conditionis malè agentes, quàm bene agẽtes: vt ff.de noxa.l.non solum. Item & hoc secundo casu quando potuit vendere, potest dici & eum teneri ad cessionẽ contrariæ pignoratitiæ actionis: eum sine dispẽdio hoc facere possit: vt d.l.fi.de euict.l.in creditore. quare non videtur interesse quantum ad prædicta, iure vendat vel non. Vendit iure, ex quo iure creditoris vendit, & hoc extraneo domino euincente. ipse autem debitor si non est dominus, tenetur de euictione post euictionem secutam vtili ex empto, quasi ipse vendidisse videatur: sed ante eã secutã tenetur vero domino habenti ratũ vtili negotiorum gestorum: vt ff.de distra.pig l.rescriptũ. §.j. si vero est dominus: tenetur habere ratum, & emptor efficitur dominus: quanquam à non domino, id est à creditore habeat: vt insti.qui alie.licet. §.j. & hoc si iure vẽdatur. aliàs potest vindicari à debitore si est dominus: dũ tamẽ offeratur preciũ: vt ff.de rei vindi.l.emptor. & à creditore est liberatus per prçciũ emptoris: vt dicta.l ff.de distra.pig.l.rescriptũ. sed si nõ iure vẽdit creditor, & ppter hoc debitor euincat: an ex empto p hoc ad interesse quod est vltra preciũ, tenetur creditor emptori? & puto q̃ sic ratione doli, sicut & si scisset alienam: vt ff. de actio. emp.l.emptorem. §. Cassius. & §. Iulianus. & §.fent. Accur.

b *Procurator meus.* qui ad tẽpus vicẽ procuratoris fisci gerebat. arg.ŝ.de ped.iu.l.j. Vel dic, meus, id est fisci: quia omnia principis. esse intelligũtur: vt supra de quadrien. præscrip.l.fi.in prin.

c *Eodem iure vtitur.* vt vendens iure creditoris, non teneatur de euictione: vt hic, & ff.de act.emp.l.emptorem. §.sententiam. nisi vt cedat contrariam pignoratitiam, & se præstet potiorem, & sibi obligatam: vt dicta.l.in creditore. & in fi.huius legis.

d *Creditore.* tunc enim tenetur sicut promisit: vt hic, & infra.l. proxi. & debitor tenetur pignoratitia contraria actione creditori ad totum interesse: si ideo ꝓmisit creditor, quòd melius venderet: vel ideo. quia consuetudo erat, aliàs ad precium tantum, nõ ad duplam, licet in dupla ex promissione teneatur emptori creditor: vt ff.de pig. act.l.fi pignore: §.fina. & l.seq. & ff. de distra. pig.l.rescriptum. in fi.

e *Si tamen fiscus.* qui prius vẽdiderat pignus.

f *Successit.* scilicet post venditionem pignoris factam.

g *Nomine fisci.* nam sic cõtra suum factum veniret: quod non potest: vt hic, & ff. de adop. l. post mortem. & infra ne fiscus rem quam vẽ. euin.l.j. & ij. lib.x. & sic esset in priuato creditore prius vendente, & postea in ius alterius succedente: vt ff.de distrac. pig.l. & si is. & facit.ff.de iure fisci l.iii.§.fi posteriori.

h *Vendebat.* & sic firmus est contractus: vt supra si antiquior cre.l.j.Accursius.

i *Iure vendit.* a collige ergo hic creditorem quatuor prẽstare debere. Primo, quòd sit sibi res obligata, vt ex principio legis patet, vbi dicit prædium obligatum, & hic dicit pignus. Secundo, quòd sit potior quolibet alio creditore. vt hic, quod euenit vel tempore: vt supra qui po.in pig.ha.l.ij. vel priuilegio: vt in hypotheca pro dote: vt supra qui po.in pig.l.fi. Tertio, quòd creditor credat rem esse debitoris, & sic non fit in dolo, & eadẽ ratione. Quarto, quòd sibi liceat vendere ex pacto b vel ex lege, vel saltem credat sibi licere, cum interdum iuste possit errare: vt ex contractu procuratoris: vt dicta.l.emptorẽ. §. Iulianus. & §.sententiam. & infra.l.proxi. Accursius.

SI à creditrice iure.] CASVS. Tua creditrix vendidit mihi prædium sibi obligatũ lege vel pacto. si euincatur à me, nõ agam de euictione, nisi de euictione repromiserit, vel dolũ commiserit: quem qualiter committere potest creditrix, non aperit. tu die, si sciat sibi nõ fuisse obligatum, vel se non esse potiorem, vel rem non esse debitoris, vel si dicat suam esse, cum sit aliena, vel sibi non licere vendere: in quibus casibus aget emptor de euictione.

k *Promisit.* vt supra.l.proxi.

l *Vitio.* id est sibi nõ esse obligatam. vel se non esse potiorem, vel rẽ non esse debitoris, vel sibi nõ licere vendere: vt hic, & ff. de act.emp.l.emptorẽ. §. Cassius. & §. Iulianus. & §.sentẽtiam *Non excusat.* nota ergo aliquem scientem teneri, qui ignorans non teneretur. sic.ff.de.hær.ven.l.hoc autem.

DE PATRIA POTESTATE.

Dictum est supra de iure quod habet aliquis in rebus suis vel alienis. Continuatio.

vel in personis, id est quod persona alterius mihi obligata sit: nũc de iure quod habet aliquis in personis filiorum de iure ciuili. Azo.

SI filium.] CASVS. mater filium suum hæredem instituit: tutorem in testamento suo ei nominauit. tutor administrauit: & hoc passus est pater tanquã filius esset emancipatus. vult pater tutorem remouere, dicens filium in potestate sua esse nunquid est audiendus, quæritur? Et dicitur quòd potest esse quòd non sit audiendus: cum diu sit passus filium morari in emancipatione.

a *Aestimabit.* bene dicit, æstimabit. potest enim esse causa quare nõ audiaris. & hoc est, cum diu, &c. sed hic forte propter iustam ignorantiam posset ei subueniri per restitutionẽ ex clausula generali: vt ff. ex quib.cau.ma.l.j.§.vlti.

b *Cum diu.* puta decẽnio: vt ff.qui & à quib.l.si cũ fideicommissa. §. Arist. Vel dic. xx. ann. vt sicut seruus præscribit sibi libertatem tanto tempore, sic & filius suam potestatem: vt supra de præscrip.long.tem.quç pro liber.l.ij.

c *Passus sis.* per quam patientiam videris approbare, & præsumitur eũ esse sui iuris: vt hic, & argum. supra de peti.hære.l.si filius. & l.si putas. & ff.ad Macedonianum l.si filius familias patre absente. & ff. de repu.l.fi.§.fi. & hoc cum dubium est, emãcipauerit eum, vel non, si autẽ esset certũ emãcipationem factam, sed dicit pater non iure factam, non auditur pater, si diu sic steterit filius: vt ff. de adopt. l. post mortem, si non diu, tũc auditur: vt supra si auct. rem iudi. l. ij. Accursius.

d *Nominati.* nam dari de iure non potuerunt: sed nominati debent confirmari: vt ff.de confir.tuto.l.j.

EIus.] CASVS. Filius in potestate constitutus, acquirit patri: nisi sint ea quæ patri non acquiruntur, puta castrensia.

e *Non acquiruntur.* patri: vt castrense peculium, & quasi.

Non acquiruntur. id est prohibentur acquiri, vt sit infinitum verbum. & est exemplum eorum quæ non acquiruntur iure veteri castrensia & quasi: vt ff. de iudi.l.lis nulla. & insti. per quas perso. no. in princ. hodie omnia etiam aduentitia, quãtum ad proprietatem: vt dicto titu. insti. per quas perso. §.j. & supra de bo. quæ libe. l. cum oportet. & l.fi.

SI filius.] CASVS. Si filius fami. aliqd acquirit, quasi patri quæsitũ alienari nõ potest: & si patri nõ obediat, castigare eum poterit. Si vero in contumacia perseuerauerit, eũ iudici offerat accepturo de filio vindictã qualem pater voluerit.

f *Non potuit.* idem de aduentitijs, quamuis non acquirantur: vt supra de bo.quæ lib.l.fina.§.filijs autem.

g *Non prohiberis.* sic ff.de fur.l.serui & filij. & de iniur.l.prætereca.in fi.§.& l.fi. & ŝ.de bo.quę lib.l.fin.§.filijs autẽ.

h *Contumacia.* simile de liberto, ff.de iure pa.l.j.

i *Sententiam.* de eo conuincendo, vel cõmonendo, & puniendo, & est sic ff. de off.procon. & le.l.nec quisquã.§. de plano. & arg.ff.de offi præfect.vrb.l.j.§.cũ patronus. & ff.de obsequijs li.per totũ. & infra qui accu.nõ pos.l.propter. & infra.l.proxi.

k *Volueris.* nõ est verisimile quòd non prauam sententiam petat: vt dicta.l.propter.

Congruentius.] CASVS. Si inter matrem & filiũ orta est controuersia, in domo debet determinari. Et si filius aduersus matrẽ velit experiri in causa pecuniaria, iudex inter eos debet iustitiam exhibere. Item cõpellet iudex filiũ vt matri reuerẽtiam præstet: quod nisi præstet, eum potest punire.

l *Controuersiæ.* siue ciuiles, siue criminales: vt hic, & argum. supra an seruus ex suo facto.l.fi. & dixi supra.l.proxi.ij. respon,

m *Pecuniarijs.* idem de criminalibus: vt infra qui accusa. non poss.l. propter. & intellige in emancipato quantũ ad pecuniarias lites: aliter non posset esse iudiciũ vt ŝ. de in ius voc.l.vlt. & ff.de iudi.l.lis nulla. & ŝ.de transac.l.fi.

Filia.] CASVS. Nõ solũ debet filia patri obedire, sed alere & sustẽtare tenetur. n *Vita.* Nor. ergo inferiorẽ alere superiorẽ: vt ŝ.de bo.quæ lib.l. fi.§. hoc proculdubio. & ŝ.de alen. li.l.j. & ij. & iij. & ff.de lib.agno. l. si quis à liberis. in prin. Accursius.

Abdicatio.] CASVS. Licet apud Græcos pater filiũ vẽdere posset, nõ tamẽ apud nos: sed si fiat venditio, nõ tenebit: vt ŝ.de patri. qui fi.dis.l.j.

o *Abdicatio.* i. separatio: vt quia pater filiũ vẽdebat. hoc quidẽ fieri non potest apud nos: vt hic, & ŝ.de patribus qui filios distra.l.j. nisi in ea fu: vt in l.ij. eiusdem titu. Vel dic abdicatio, vt quia dicebat pater, nolo quòd sis filius meus. & filius consentiebat, vel ignorabat, vel dissentiebat. hoc quidem similiter fieri non potest apud nos: vt hic, & ff.de pact.l. ius autem agnationis. & de regu. iur.l.iura sanguinis.

SI maritus.] CASVS. An filius filiifa. militis sit in potestate aui, quæritur? Et dicitur quòd sic.

p *Eum.* scilicet nepotem.

q *Ambigitur.* nã & ipse filius licet miles sit, remanet in potestate:

PP. VII. Idus Aprilis, Sabino II. & Venusto Conss.

TITVLVS XLVII.
DE PATRIA POtestate.

Patientia non solum inducit præsumptionem cõsensus: sed inducit præsumptionem veritatis, & solemnitatis. Bal. Vel sic: Liberatio à patria potestate præscribitur longo tempore. hoc dicit Salyc. & Bald.

1. Impp. ANTONINVS & VERVS AA. Titio.

SI filium tuum in potestate tua esse dicis: præses prouinciæ æstimabit[a] an audire te debeat: cum diu[b] passus sis[c] vt patris familias res eius agi per eos qui testamẽto matris tutores nominati[d] fuerunt. PP. sine die & consule.

Quod habet filius, præsumitur ad patrem pertinere, nisi probetur de rebus ad patrem non pertinentibus. Baldus.

II. Imperator ANTONINVS A. Maroniæ.

EIus quod in potestate patris agens habuisti, dominium ad patrem tuũ pertinuit, extrea ea quę non acquiruntur[e]. PP. XVI. Kalen. Mart. Læto. II. & Cereale Coss.

Filius res acquisitas alienare non potest. & si patrem offendit, potest castigari per patrem. & si est necessaria seuerior castigatio, patre petẽte iudex debet eum punire, ea pœna quam pater dixerit. hoc dicit secundum Baldum.

III. Imperator ALEXANDER A. Artemidoro.

SI filius tuus in potestate tua est, res acquisitas tibi alienare non potuit. f ¶ Quem, si pietatem patri debitam non agnoscit, castigare iure patriæ potestatis non prohiberis: g ariore remedio vsurus, si in pari contumacia h perseuerauerit eúmque præsidi prouincię obla turus, dicturo sententiam i quam tu quoq; dici volueris. k PP. VI. Id. Decemb. Albino & Maximo Coss.

Quæstiones domesticæ inter matrem & filium debent dirimi: sed si necessarium est iudicium, in ciuili causa seruabitur iudiciorum ordo. Si verò alius excessus contra matrem deprehenditur, seuerius per iudicem plectitur. Bald. Vel sic: Causæ pecuniariæ inter patrem & filium iuris ordine sunt tractandæ: & reuerentiam debet filius matri. & impietatem filij debet iudex seuerius vindicare. Salyc.

IIII. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Calæ.

COngruentius quidem videtur, intra domũ inter te ac filios tuos, si quæ controuersiæ l oriuntur, terminari. ¶ Sed si ita res fuerit, vt pro iniurijs eorũ & ad jus experiendum, & ad vindictã processeris: aditus præses prouincię super disceptationibus quidẽ pecuniarijs m consuetum exerceri iubebit ordinẽ iuris: reuerentiam autẽ debitã exhibere matri filios coget. Et si prouectam ad inclementiores iniurias improbitatem deprehenderit, læsam pietatem seuerius vindicabit. PP. XV. Kalend. Iun. Æmiliano & Basso Conss.

Filia tenetur alere matrem pauperem. & vocat ista lex alimenta, subsidium vitæ. Baldus.

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Donato.

FIlia tua nõ solum reuerentiam, sed etiam subsidium vitæ n vt exhibeat tibi, rectoris prouinciæ auctoritate compelletur. PP. Kalend. Martijs, Diocletiano. III. & Maximiano. AA. Conss.

Quæ naturalia sunt, separari non possunt. Bald. Vel sic: Coniunctio naturæ non potest separari: nec filius à patre vẽdi. Sal.

VI. Iidem AA. Hermogeni.

ABdicatio o †, quæ Græco more ad alienãdos liberos vsurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, *Romanis legibus non comprobatur. PP. XVII. kal. Decemb. Maximiano. A. II. & Ianuario Conss.

Licet filius sit miles, nepos natus ex eo est in aui potestate: & non in potestate patris sui militis, donec auus viuit. Baldus.

VII. Iidem AA. & CC. Duplianæ.

SI maritus tuus, licet militãs, in patria potestate constitutus, filium ex legitimis suscepit nuptijs: eũ p in potestate aui perseuerasse nõ ambigitur q. S. II. Nõ. Apr. CC. Conss.

Natus legitime ex liberto, est in liberti potestate. Baldus.

VIII. Iidem AA. & CC. Aemilianæ.

LIbertos exemplo ingenuorum filios suos post libertatem ex legitimis nuptijs natos,

Militia nõ

a *Aestimabit.* bene dicit, æstimabit. potest enim esse causa quare nõ audiaris. & hoc est, cum diu, &c. sed hic forte propter iustam ignorantiam posset ei subueniri per restitutionẽ ex clausula generali: vt ff. ex quib.cau.ma.l.j.§.vlti.

b *Cum diu.* puta decẽnio: vt ff.qui & à quib.l.si cũ fideicommissa. §. Arist. Vel dic. xx. ann. vt sicut seruus præscribit sibi libertatem tanto tempore, sic & filius suam potestatem: vt supra de præscrip.long.tem.quç pro liber.l.ij.

c *Passus sis.* per quam patientiam videris approbare, & præsumitur eũ esse sui iuris: vt hic, & argum. supra de peti.hære.l.si filius. & l.si putas. & ff.ad Macedonianum l.si filius familias patre absente. & ff. de repu.l.fi.§.fi. & hoc cum dubium est, emãcipauerit eum, vel non, si autẽ esset certũ emãcipationem factam, sed dicit pater non iure factam, non auditur pater, si diu sic steterit filius: vt ff. de adopt. l. post mortem, si non diu, tũc auditur: vt supra si auct. rem iudi. l. ij. Accursius.

d *Nominati.* nam dari de iure non potuerunt: sed nominati debent confirmari: vt ff.de confir.tuto.l.j.

EIus.] CASVS. Filius in potestate constitutus, acquirit patri: nisi sint ea quæ patri non acquiruntur, puta castrensia.

e *Non acquiruntur.* patri: vt castrense peculium, & quasi.

Non acquiruntur. id est prohibentur acquiri, vt sit infinitum verbum. & est exemplum eorum quæ non acquiruntur iure veteri castrensia & quasi: vt ff. de iudi.l.lis nulla. & insti. per quas perso. no. in princ. hodie omnia etiam aduentitia, quãtum ad proprietatem: vt dicto titu. insti. per quas perso. §.j. & supra de bo. quæ libe. l. cum oportet. & l.fi.

SI filius.] CASVS. Si filius fami. aliqd acquirit, quasi patri quæsitũ alienari nõ potest: & si patri nõ obediat, castigare eum poterit. Si vero in contumacia perseuerauerit, eũ iudici offerat accepturo de filio vindictã qualem pater voluerit.

f *Non potuit.* idem de aduentitijs, quamuis non acquirantur: vt supra de bo.quæ lib.l.fina.§.filijs autem.

g *Non prohiberis.* sic ff.de fur.l.serui & filij. & de iniur.l.prætereca.in fi.§.& l.fi. & ŝ.de bo.quę lib.l.fin.§.filijs autẽ.

h *Contumacia.* simile de liberto, ff.de iure pa.l.j.

i *Sententiam.* de eo conuincendo, vel cõmonendo, & puniendo, & est sic ff. de off.procon. & le.l.nec quisquã.§. de plano. & arg.ff.de offi præfect.vrb.l.j.§.cũ patronus. & ff.de obsequijs li.per totũ. & infra qui accu.nõ pos.l.propter. & infra.l.proxi.

k *Volueris.* nõ est verisimile quòd non prauam sententiam petat: vt dicta.l.propter.

Congruentius.] CASVS. Si inter matrem & filiũ orta est controuersia, in domo debet determinari. Et si filius aduersus matrẽ velit experiri in causa pecuniaria, iudex inter eos debet iustitiam exhibere. Item cõpellet iudex filiũ vt matri reuerẽtiam præstet: quod nisi præstet, eum potest punire.

l *Controuersiæ.* siue ciuiles, siue criminales: vt hic, & argum. supra an seruus ex suo facto.l.fi. & dixi supra.l.proxi.ij. respon,

m *Pecuniarijs.* idem de criminalibus: vt infra qui accusa. non poss.l. propter. & intellige in emancipato quantũ ad pecuniarias lites: aliter non posset esse iudiciũ vt ŝ. de in ius voc.l.vlt. & ff.de iudi.l.lis nulla. & ŝ.de transac.l.fi.

Filia.] CASVS. Nõ solũ debet filia patri obedire, sed alere & sustẽtare tenetur. n *Vita.* Nor. ergo inferiorẽ alere superiorẽ: vt ŝ.de bo.quæ lib.l. fi.§. hoc proculdubio. & ŝ.de alen. li.l.j. & ij. & iij. & ff.de lib.agno. l. si quis à liberis. in prin. Accursius.

Abdicatio.] CASVS. Licet apud Græcos pater filiũ vẽdere posset, nõ tamẽ apud nos: sed si fiat venditio, nõ tenebit: vt ŝ.de patri. qui fi.dis.l.j.

o *Abdicatio.* i. separatio: vt quia pater filiũ vẽdebat. hoc quidẽ fieri non potest apud nos: vt hic, & ŝ.de patribus qui filios distra.l.j. nisi in ea fu: vt in l.ij. eiusdem titu. Vel dic abdicatio, vt quia dicebat pater, nolo quòd sis filius meus. & filius consentiebat, vel ignorabat, vel dissentiebat. hoc quidem similiter fieri non potest apud nos: vt hic, & ff.de pact.l. ius autem agnationis. & de regu. iur.l.iura sanguinis.

SI maritus.] CASVS. An filius filiifa. militis sit in potestate aui, quæritur? Et dicitur quòd sic.

p *Eum.* scilicet nepotem.

q *Ambigitur.* nã & ipse filius licet miles sit, remanet in potestate:

† *Abdicationũ casus vide apud Alci. disputẽti. lib.2.c.27.*

* *vide Aristotelem li. 8. Ethicorum. c. 14. Contius.*

liberat à patria potestate.

state: vt instit. quibus mo. ius pa. po. sol. §. filius familias. & facit infra de crastin. pecu. l. errat. lib. xij.

Libertos.] CASVS. Sicut ingenui homines liberos natos ex legitimo matrimonio habẽt in sua potestate, ita liberti.

a *Non est prohibitum.* immo permissum: vt & supra de suis & legi. hęre. l. filium. & supra de seruis reipu. ma. l. si decretum.

Nec filium.] CASVS. Quatuor sunt quę declarãt nulli licere negare filiũ quo minus teneatur ei præstare quę filio à patre sint præstanda, scilicet senatusconsult. de par. ag. pœna denuncia ta aduersus eum: item præiudicialis actio: & remedium alimentorũ.

b *Nec filium.* legitimũ, vt non teneatur ei præstare quæ filio à parte præstanda sunt.

c *Liberum.* id est licitum.

d *Senatusconsulta.* scilicet declarant quod est in fi. & sic subaudi: declarant, ad omnia sequentia. & sunt hæc. scilicet Plautianum: quod pertinet ad eos partus qui post diuortiũ edũtur. Item aliud senatusconsultum quod factũ est tempore diui Hadriani. cuius nomen non habemus: quod pertinet ad eos qui constante matrimonio edũtur: vt ff. de agno. libe. l. fi. ne. §. quia Plautianum. hæc enim senatusconsulta dicunt aliquẽ agnosci, id est haberi vt filium.

e *Pœna.* Pœna est ex eisdem senatusconsultis. vt agnoscere, id est tenere & alere vt filium teneatur, licet non sit filius, & sic constet calumniosè petere. quod si non fecerit, fiubijcitur alia pœna: quia extra ordinem punitur: vt ff. de libe. agno. l. j. §. Iulianus. aliàs, quòd senatusconsult. & §. pœna. Sed secus in Carboniana, quæ non datur alicui qui calumniosè petit: vt ff. de Carb. edic. l. iij. §. cauſæ. hæc quidem pœna ei imponitur, si ad denunciationem mulieris faciendam intra triginta dies à tempore diuortij dicentis se ex eo prægnãtem, non contra denunciauit: scilicet non ex se eam esse prægnãtẽ: vel custodes non misit: vt in eo. tit. l. j. §. j. & ij. alterũ enim prædictorum sufficit facere marito: vt in ea. l. j. §. fi. sed licet teneatur agnoscere vt filium, non præiudicat plene cauſę filiationis, vt in ea. l. §. eleganter. & §. Iulianus. & §. ex his. An ergo maritus respondeat, vel custodes miserit, summatim quæritur: & pronunciatur ali vel nõ ali: vt eo. tit. l. si quis à liberis. §. si vel parẽs. vbi non respõder, omnino sine cognitione aliqua cogitur agnoscere: vt d. §. Iulianus. aliàs quod senatusco. in prin. Vel dic secundo, pœna amissionis patriæ potestatis: vt nõ habeat eum in potestate, cui negat alimenta, vt in liberto dicitur: vt ff. de libe. ag. l. alimenta. & in seruo: quia liber efficitur: vt supra de. Lati. lib. tol. l. j. §. sed scimus. Sed huic videtur cõtra supra de nupt. l. patrem, vbi videtur non amittere patriã potestatem, licet non vt filiam habuit in alendo: sed ibi nõ potuit plus amittere patriam potestatem, quam semel amiserat expo nendo: vt infra de infan. expo. l. ij.

f *Præiudicium.* id est præiudicialis actio, quia dicit se filiũ esse: quod præiudicium sit patri, si non ecntra denunciet ex se non esse prægnantẽ, vel mittat custodes: vt ff. de lib. ag. l. j. §. Iulianus. Vel dic, id est præiudicialis in rem actio, quæ datur filio contra patrem, per quam petit illum in patrem, & se ei in filiũ: vt instit. de act. §. præiudiciales. quæ non est vere rei vindicatio: cũ non sit pater in dominio filij, nec filius in dominio patris. Et præiudicialis ideo dicitur: quia præiudicat aliis quæstionibus, vt interim non tractẽtur: vt ff. de libera. cau. l. ordinata. Item edicto dicit, id est in generali præcepto, verba cuius edicti non habemus.

** Nicagoræ.*

TITVLVS XLVIII. DE ADOPTIONIBVS.

Actus legitimus adoptionis non potest explicari nisi coram eo qui super eo actu habet plenitudinẽ iurisdictionis. Bal. Vel sic: Magistratus auctoritate adoptantur hi qui in aliena potestate sunt. Salyc.

1. Imper. GORDIANVS A. Martiæ

HI qui in alienа potestate sunt, iuxta ius ciuile nõ nisi apud eũ m apud quẽ plena legis actio n est, adoptari possunt. PP. Kalend. Iun. Gordiano. A. & Auiola Conss.

Arrogatio auctoritate principis fieri debet cauſis arrogationis examinandis per præſidem iuſſu principis, quando impubes arrogatur: & talis arrogatio valet, ac ſi eſſet coram toto populo Romano facta. Baldus. Vel ſic: Impuberis arrogatio à principe impetrata, præſidi eſt intimãda: quicum magna inquiſitione habet illam concedere. Et tenetur arrogator impuberi quartam bonorum relinquere ei vel præbere, ſi eum emancipat ſine cauſa. Et quia arrogatione finita emãcipatione, vel impuberis morte, bona impuberis veniunt reſtituenda: ideo tenetur arrogator ſatiſfidare ſeruo publico de eius bonis conſeruandis & reſtituendis in caſibus prædictis. Salycetus.

11. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. Timotheo.

IMpuberem o quem ad vicem naturalis sobolis arrogare desideras, si hi qui sanguinis necessitudine sibi iunguntur id ei expedire apud præsidem prouinciæ confirmauerint P, filium habebis: ita vt bonorum tuorum quarta pars q tam in po stremo iudicio tuo, quàm si à

Tirimo potenti. id est triennio: inde annua, bima, trima, &c. vt supra de rei vxo. act. §. cum autem. intra triẽnium ergo mater debet alere: pater abinde supra: vt hic, & infra de infan. expo. l. ij. & supra de nego. gest. l. alimenta. & de hoc ibi dixi.

h *Nomine eius.* ipse enim cum sit infans, petere non potest.

i *Declarant.* quatuor ergo sunt quæ declarãt non licere alicui negare filium: quæ hac l. dicuntur.

Libertati.] CASVS. Licet pater habuerit olim potestatẽ vitæ & necis in filium: tamen fauore libertatis eum in seruitutem redigere non potest.

k *Permissa.* vt ff. de lib. & posthu. l. in suis in fin. quod hodie non licet etiam in seruis: vt instit. de his qui sunt sui. §. j.

l *Non liceret.* nisi propter famem: vt supra de patri. qui fi. dic. l. ij.

DE ADOPTIONIBVS.

Quia & per adoptionem constituitur patria potestas: ideo & de ea dicit: vt instit. e. in prin.

HI qui.] CASVS. Qui filium non habent, an aliquem possint adoptare, quæritur? Et dicitur quòd sic, apud cõpetentem iudicem.

m *Eum.* præsidem.

n *Actio.* apud quem explicantur legitimi actus, scilicet emancipatio, adoptio, & hæreditatis aditio, bonorum possessio: vt ff. de regu. iur. l. actus legitimi. Vel, id est apud eum qui habet contentiosam iurisdictionem, id est qui potest cognoscere & sententiã ferre in inuitum, & voluntariam inter consentientes: vt præstare auctoritatem manumittere volẽtibus vel adoptionibus: vel apud quem est altera tantũ: vt ff. de offi. procõ. l. ij. in prin. & sunt isti magistratus municipalis: vt ff. e. l. magistratum. & instit. e. §. j. & quib mo. ius pa. pote. sol. §. præterea.

Iurisdictio contentiosa apud quem dicatur esse.

Mpuberem.] CASVS. Si aliquem qui sui iuris est, arrogãre volueris, propinquorum suorũ requirẽdus est consensus: & si eum arrogaueris, & postea emãcipaueris: relinquas ei quartã partem, & cauebis restituere quicquid ex bonis suis ad te peruenit occasione arrogationis: & perinde valet arrogatio facta per principis rescriptum, sicut valuit olim per populum facta.

o *Impuberem.* No. quòd tota lex ista de arrogatione dicit.

p *Confirmauerint.* aliàs comprobauerint. id est confirmauerint cum magna inquisitione præcedente: vt ff. eo. l. nec ei. §. j. vsque in fi. l.

q *Quarta pars.* ex constitutione diui Pij: vt ff. si quid in frau. pa. l. fi. & de inoffic. testa, l. Papinianus, §. si quis impubes. & ff. eo. l. si arrogator. in princ. & §. j. & instit. eo. §. cum autem.

Emancipatus

a *Emancipatus.* sine cauſa. aliàs perdit eam: vt d. l. ff. si quid in frau. pa. l. fi. & instit. eo. §. cum autem.

b *Seruo publico.* id est notario: quia publicè seruit, nõ ga seruus sit: vt j. de tabu. l. generali. lib. x. & est sic. ff. eo. l. nõ enim aliter.

c *Per populum,* vt instit. de iure natu. §. sed & quod principi. immo multo magis: vt ff. de offic. præto. l. Barbarius. in fi. Et quod dicit, intimata apud præsidẽ, dic quòd primo imperabat rescriptum vt liceret arrogare: deinde fiebat intimatio rescripti apud præsidem vel prætorem, & probatio eorum quæ necessaria sunt: sicut & aliàs fit: vt supra de his qui ve. æta. impe. l. ij.

Vm eũ.] CASVS. Si quis libertũvult arrogare, nec cau sam assignat, quia non habet filios naturales: an sit audiendus, quæritur? Et dicitur q. non.

d *Quem arrogaueris.* id est arrogare volueris: vt ff. de verbo. oblig. l. stipulatus sum Damã.

e *Tuum esse.* quod potes: vt ff. de iure nup. l. sciendum. alienum autẽ nullo modo posses. vt ff. eo. titu. l. si pater familiàs. in fi.

f *Cauſam.* sine cauſa non auditur. sic & ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. & vertuntur plura in cauſæ cognitione: vt ff. e. l. nec ei. §. & primum. vsque in fi. inter quas hæc est vna, si liberos habeat vel non.

Adoptio.] CASVS. Si scriptura interueniat, non propter hoc valet adoptio, nisi apud competẽtem iudicem fiat cum solennitate.

g *Sed solenni.* sic & emancipatio: vt j. tit. j. l. non nudo. Accursius.

Mlierem.] CASVS. An mulier aliquẽ adoptare possit, quæritur? Et dicitur quòd non, cum filios naturales in potestate sua habere non possit: tamen in solatium liberorum in acie principis amissorũ, adoptare aliquem potest: & perinde est ac si ex ea natus fuisset.

h *Annuimus.* id est cõsentimus.

i *Naturalis:* non ergo habet in potestate, cum nec naturales habeãt in potestate: vt instit. eo. §. fœminę. & ff. eo. l. nam & mulieres. & j. e. l. in adoptionẽ patre. in fin.

Rrogationes.] CASVS. Neque in ciuitate Romæ, neque in prouincia, sine principali rescripto facienda est arrogatio.

k *Principali.* vt ff. eo. l. ij. & ibi. e. §. j. & j. e. l. i adoptionẽ patre.

Nadoptionem.] CASVS. Si Bonon. Mutinen. nõ admittur ei patria, quin te emancipatus a fuerit, ei præbeatur, & super patrimonio eius idoneis fideiussoribus datis seruo publico b caueatur: ne sub copulandæ odoptionis obtentu, in facultates eius, quæ ei diligenti prouisione seruãdæ sunt, irruas. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud prætorem vel præsidem intimata, ac si per populum c iure antiquo facta esset. PP. V. Idus Mart. Maximo II. & Aquilino Conss.

Non debet admitti supplicatio, quando aliquid supplicatur contra ius, non expressa cauſa dispensationis. Bald. Vel sic: In arrogatione liberi debet cauſa inferi: & maxime defectus liberorum. aliàs non valet. Sa. Lycetus.

111. Idem AA. Martiano.

CVm eum quem arrogaueris d, libertum tuum esse e profiteari s, nec vllam idoneam cauſam f precibus addideris, id est quòd liberos non habeas: intelligis iuris auctoritatem desiderio tuo refragari. PP. XVI. Kalen. Iul. Maximo. II. & Aquilino Conss.

Tabellio ex vi tabellionatus nullam habet iurisdictionem: nec potest auctoritatem interponere in legitimis actibus. Bald. Vel sic: In adoptione publicum instrumentum non sufficit, nisi auctoritas iudicis intercesserit. Salycetus.

1111. Idem AA. & CC. Proculiano.

ADoptio nõ tabulis, licet per tabellionem conficiendis, sed solenni g iuris ordine apud præsidem solet copulari. PP. kalen. Septem. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

Mulier non potest adoptare quem in filium, nisi permissu principis in solatium liberorum amissorum. Salyc.

v. Idem. AA. & CC. Syræ.

MVlierem quidem, quæ nec suos filios habet in potestate, arrogare non posse certum est. Verum quoniam in solatium amissorum tuorum filiorum, priuignum tuum cupis vicẽ legitimæ sobolis obtinere: annuimus h votis tuis secundum ea quæ annotauimus: & eum perinde atque ex te progenitum, ad vicem naturalis i legitimique filij habere permittimus. PP. III. Non. Decembr. Triballis, Tiberiano & Dione Conss.

Arrogatio non potest fieri sine principis auctoritate: nec in vrbe vbi princeps re-

ciuitate Romæ, neque in prouincia, sine principali rescripto facienda est arrogatio.

k *Principali.* vt ff. eo. l. ij. & ibi. e. §. j. & j. e. l. i adoptionẽ patre.

Nadoptionem.] CASVS. Si Bonon. Mutinen. nõ admittur ei patria, quin te emancipatus a fuerit, ei præbeatur, & super patrimonio eius idoneis fideiussoribus datis seruo publico b caueatur: ne sub copulandæ odoptionis obtentu, in facultates eius, quæ ei diligenti prouisione seruãdæ sunt, irruas. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud prætorem vel præsidem intimata, ac si per populum c iure antiquo facta esset. PP. V. Idus Mart. Maximo II. & Aquilino Conss.

Non debet admitti supplicatio, quando aliquid supplicatur contra ius, non expressa cauſa dispensationis. Bald. Vel sic: In arrogatione liberi debet cauſa inferi: & maxime defectus liberorum. aliàs non valet. Sa. Lycetus.

111. Idem AA. Martiano.

CVm eum quem arrogaueris d, libertum tuum esse e profiteari s, nec vllam idoneam cauſam f precibus addideris, id est quòd liberos non habeas: intelligis iuris auctoritatem desiderio tuo refragari. PP. XVI. Kalen. Iul. Maximo. II. & Aquilino Conss.

Tabellio ex vi tabellionatus nullam habet iurisdictionem: nec potest auctoritatem interponere in legitimis actibus. Bald. Vel sic: In adoptione publicum instrumentum non sufficit, nisi auctoritas iudicis intercesserit. Salycetus.

1111. Idem AA. & CC. Proculiano.

ADoptio nõ tabulis, licet per tabellionem conficiendis, sed solenni g iuris ordine apud præsidem solet copulari. PP. kalen. Septem. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

Mulier non potest adoptare quem in filium, nisi permissu principis in solatium liberorum amissorum. Salyc.

v. Idem. AA. & CC. Syræ.

MVlierem quidem, quæ nec suos filios habet in potestate, arrogare non posse certum est. Verum quoniam in solatium amissorum tuorum filiorum, priuignum tuum cupis vicẽ legitimæ sobolis obtinere: annuimus h votis tuis secundum ea quæ annotauimus: & eum perinde atque ex te progenitum, ad vicem naturalis i legitimique filij habere permittimus. PP. III. Non. Decembr. Triballis, Tiberiano & Dione Conss.

Arrogatio non potest fieri sine principis auctoritate: nec in vrbe vbi princeps re-

fidet, nec alibi. Bal.

v1. Idem. AA. & CC. Meliano.

ARrogationes eorum qui sui iuris sunt, nec in regia vrbe, nec in prouincis, nisi ex rescripto principali k fieri possunt. PP. VI. Non. April. Byzantij. CC. Conss.

Per adoptionem patria additur, non detrahitur: additur ciuilis, & non detrahitur patria naturalis. Bal. Vel sic: Adoptio non minuit adoptati domicilium originis: ideo & ibi honores & onera subire tenetur. Sal.

v11. Idem. AA. & CC. Attico.

IN adoptionem quidem aliænæ ciuitatis l ciui rectè dato m additur, non mutatur n patria: ac propterea ius originis in honorum o ac munerum obsequio per adoptionem non minui perspicis. S. XI. Kalen. Februa. Sirmij. CC. Conss.

Patria originis non facile mutatur.

Maritus libertæ potest communem filium in adoptionem dare patrono libertæ: mulier autem adoptare non potest, nisi ex principis rescripto. Bald. Vel sic: Patronus potest adoptare & arrogare filiam libertæ, solennitate debita intercedente. Salycetus.

v111. Idem. AA. & CC. Isioni.

2 IN adoptionem patre p in cuius est potestate, filiam dante: matris patronus adoptare non prohibetur. q Nam sui iuris arrogatio fœminæ nisi ex nostro rescripto nũquam procedit. S. V. Idus Febru. CC. Conss.

Id quod est factum auctoritate principis, potest dissolui auctoritate superioris de partium consensu. Bald. Vel sic: Adoptatus auctoritate principis, non impeditur emancipari. Salycetus.

1x. Idem. AA. & CC. Marino.

ADoptatũ, licet ex beneficio nostro, emancipatione solenni separare à familia sua pater adoptiuus minime prohibetur. r

Adoptatus ab extraneo, in eius potestatem non redigitur, nec habet ius expugnandi testamentum eius per contra tabulas vel querelam: sed ab intestato succedit, nisi prius fuerit emancipatus. sed adoptatus à suo ascendente, in eius potestatem redigitur, & natura it patris iura perdit: nisi ante mortem patris naturalis sit emancipatus ab adoptante & hæc vera sunt, siue adoptetur in filium, siue in nepotem vel vlteriorem, seruato tamen quoad successionẽ ordine graduum. In arrogatione verò semper fit transitus in potestatem arrogatoris: & omnia iura quæ habet filius legitimus & naturalis. habet filius arrogatus. Bal. Vel sic: In adoptionem extraneo datus, non perdit iura succedendi patri naturali ex testamento, nec

In adoptionem.] CASVS. Accepi libertã vxorem, suscepi ex ea filiam, volo eã dare in adoptionẽ patrono vxoris: an possim? Dicitur quòd sic. Si vero fui iuris fuisset: sine principis rescripto ĩ adoptionẽ se filia dare nõ poss. p *Patre.* qui est maritus libertæ alicuius, & vult filiam suã dare patrono vxoris suæ, id est matris pueri. Azo.

q *Pohibetur.* coram præside. & hoc vbi erat in potestate. nam si futuris, non posset nisi per principẽ: vt subiicit & supra eod. l. arrogationes. & ff. eod. l. ij. & instit. eo in princip.

Doptatum.] CASVS. Si Beneficio principis aliquẽ arrogasti ĩ filiũ: nõ regsito pricipis cõsensu eũ poteris emancipare.

r *Prohibetur.* quarta sibi arrogato data. videbatur

debatur autem cõtra:quia sicut fuerat facta per principem, ita videbatur quod sine eo non posset emancipari:sed contrarium est hic, & ſ. de testa.l.omnium. & qui testa.fa.pos.l.ſi quis.

CVm in adoptiuis.] CASVS. Filium quem habebas in potestate, Titio in adoptionẽ dedisti:si decedas eo non instituto, an habeat in offi. querelã? quidã dicunt q̃ sic, & quidã dicunt q̃ non. Ité si pater adoptiuus emãciparet post mortẽ suam:olim quærebatur quid iuris esset. Has duas quæstiones soluit Imperator: dicens, q̃ si aliquis det filium suũ in adoptionem, nõ amittit ius patriæ potestatis. vnde si filius nõ instituatur hæres à patre naturali, poterit agere de inoffi. & hæc sunt vera, cum filius datur extraneo in adoptionẽ. Si vero datus fuerit auo materno, tunc auus habebit eũ in potestate: quia ei succedere debet: & ſi eũ emãcipauerit, reuertitur in potestatem patris. Quando vero quis dat extraneo, nõ habet necesse extraneus aliquid relinquere filio suo, ſi velit eum emãcipare: & ſi non emancipauerit, filius succedet ei ab intestato. & hæc habent locũ in filio adoptato: quia ſi aliquis suũ iuris det ſe in arrogationem, transibit in potestatem arrogatoris, & ei succedet.

a *De inofficioſo.* id est contra tabulas(ſic.ſ.ſa. erciſ. l. filij patris. nec enim præteritis datur querela.

b *Negat.*ſ.competere.

c *Derelinquit.*id est nihil inde dicit.

d *Diſtinguit.* dicũt quidam diſtinctionẽ Martiani ſe ignorare. Alij dicunt fuisse quòd refert an ſit egenus pater adoptiuus: vt tunc detur cõtra testamentum patris naturalis : aliàs non. Alij dicunt quòd refert an pater adoptiuus voluit eum circũuenire, vel nõ:vt primo casu detur aliàs non:vt arg.ſ.ea.l.ſ. ſi vero pater.in fin. Alij quòd refert, an pater naturalis voluit eũ circumuenire vel non:vt ſ.l.proxi.

e *Voluntate eius.* ſcilicet patris naturalis, ſecundum vltimã expoſitionem. ſed ſecũndum alios, id eſt, ſua propria voluntate. Accurſius.

f *Familia.* nudum ergo nomẽ filij habet: & in aliquali poteſtate eſt adoptantis.

g *In hoc caſu.* id eſt cum datur extraneo in adoptionem.

h *Detur.*vt ff.eo.l.in adoptionibus. & facit.ſ.tit.ſ.l.iubemus. in fi. & inſti. quibus mo.ius pa. pote. ſol.§.pe.&.§.fi.ſed hæc magis videtur ratio in contrarium, ſi potuit cõtradicere & nõ cõtradixit,videtur cõſentire:vt ff. de aqua plu.arcen.l.Sabinus ait.§.ſi patiente.ſed dicas,potuit cõtradicere:ergo perinde eſt acſi cõtradixiſſet. ſic.ff. de fur.l.qui vas.§.vetare. & ff. de procu. l. filiusfamilias.§. inuitus. Alij dicũt,cũ in hoc casu, & c.id eſt cum pater adoptiuus emancipat. q.d. merito ſic ſubueni mus in naturali patre: quia & iure veteri ſic ſubueniebatur in adoptiuo.ſed hoc nõ placet: quia ſecũdum hoc probaretur ipſum hodie etiam amittere vtriuſque patris ſucceſſionem: vt infra dices.

i *Prodeſſe patri.* quia ei acquireret ſicut cæteri filij. & facit ad prædicta inſtitu. de exhære. lib.§. adoptiui. & §. ſed hæc quidem.

k *Emancipatus.* ante conceptionem filij. aliàs in poteſtate aui remanſiſſet: vt inſti.quib. mod.ius pa.pote.ſol.§. finali.

l *Naturalia.* id eſt naturalia: vt ceſſet oppoſitio de fratre adoptato à fratre : vbi videntur naturalia iura. ſed certe non concurrunt naturalia : nec enim ab eo cõtrahit originem. Item nota hic duas rationes vincere vnam: vt in authen. de cõſan. & vte.fra.§. vult autem hæc.col.vj. & ſupra de edic.diui Hadria.tol.l. fi.§.j.

Rationes vincũt vnam.

m *Procedat.* vt non agat contra teſtamentum patris: vt ſupra co. in prin.

p *Soli.* immo & aliud, an iuerit tẽpore inducias: quo caſu non habet poſtliminium: vt ff. eo. l. poſtliminiũ. §. iducię. & l. nõ dubito.

q *Voluntate.* quia trãſfugæ (vt dixi) nõ datur poſtlimium: vt d. l. poſtliminium. §. tranſfugæ. ff. eo. nec ei qui victus ſe dedit hoſtib': vt. ff. eod. l. poſtliminij. §. captiuus. & l. ſi capitanus. in princ. Si tamen bonus mules fuit antea, ſoli affirmationi eius creditur, alioquin non: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris.

Iuerſarum.] CASVS. Capti ab hoſtibus, cuiuſcunq; ꝓuinciæ fuerint, dũ reuertuntur, nõ debent in via impedири: & ſi aliq̃d in eis impẽſum fuerit, illius non debet repetitio: quia pietatis cauſa videtur impẽſum fuiſſe: nec refert maſculus fuerit, aut fœmina, qui ab hoſtibus capiatur & reuertatur: quia idẽ beneficiũ omnibus debet cõcedi. preciũ vero pro quo redẽpti ſunt, redẽptoribus reddere compellendi ſunt: vel loco precij p quinquennium ſeruire redimẽti: & tũc libertatẽ in qua nati ſunt cõſequũtur, & res ſuas & iura recuperãt: & ſi aliquis de partibus huic. l. cõtradicendũ putauerit: punitur pœna hic ſtatuta. & hæc quæ dicta ſunt, locorũ epiſcopi & curiales faciãt obſeruari: quod ſi nõ faciãt, rector in decem libris, & apparitores eius in totidẽ punientur. Viuian.

r *Nemo retineat.* vt. ſ. de epiſc. audien. l. Chriſtianos.

ſ *Barbaris.* qui hoſtes erant populi Romani. idẽ ſi quilibet alij ſint hoſtes populi Romani.

t *Decet.* id eſt oportet: vt probatur. ſ. eo. l. ij. Sic econtra. j. de rapt virgi. l. j. §. nec ſit facultas. & ff. de iuſtit. & iure. l. j. in prin.

u *Cũ pœna deportationis.*

sed nonne qui damnatur in metallum, libertatem amittit: sed qui deportatur, tantũ ciuitatem: vt institu. de capi. deminu. §. maxima. & §. media. Sed dic q̃ impropriè dicitur deportatio. q. d. deportatur in metallum. sic. ſ. vt nemo priuatus. l. ij.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS LIBERIS & seruis, & de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.

Non a tantũ in captiuis opus pietatis exhibetur, sed etiam in infantibus expositis nutriendis: & ideo de hoc subiicit.

a *Tres. ll. in hoc tit. positæ, comprehẽduntur in c. 1. de infan. & lãg. exposi.*

† *Id est recens natos. sic. n. propriò nomine appellãtur: vt C. T. de expositis. l. i. &* l. 2. ſ. de patrib. qui filios distra. *Contius. Fur expẽsas retinere non potest.*

SI inuito.] CASVS. Si aliquis me inuito partum ancillæ meæ exposuerit: an vindicare possim, q̃ritur? Et dicitur q̃ sic: ita tamẽ quòd id quod alimentorũ nomine, vel doctrinæ in eo impensum est, refundã ei. nisi à fure eũ vindicauerim.

a *Si inuito.* si autem eo volente amitteret omne ius quod in eo habebat: vt j. eo. l. fi. in prin.

b *A fure.* Nota ergo furem expensas retinere nõ posse. sic & ff. de cõdic. fur. l. ex argento. Sed videtur cõtra. ſ. de rei vindica. l. domum. vbi dicit malæ fidei possessorẽ necessarias impensas seruare officio iudicis, & vtiles tollere. Solu. aliud in aliis malæ fidei possessoribus: & aliud i fure. Vel dic aliud in expẽsis factis in domo, & aliud in his quæ abradi non possunt: vt ar. ff. de rei vind. l. ſi autẽ. §. fi. Acc.

c *Restituas.* sic ergo indistincte reddũtur bonæ fidei possessori. Et sic est contra. d. l. ff. de rei vindica. l. sin autẽ. §. fi. & l. sequen. vbi dicit non repeti expẽsas factas in docendo: nisi in duobus casibus. Solu. ibi ideo, quia habuerat operas eius quę poterãt esse aliquæ: hic nõ potuit habere, cũ esset infans. Vel aliter, vt ibi. Itẽ nota bonæ fidei possessorẽ exceptionẽ habere, malæ fidei nõ. sic ĩstit. de rerũ diuisione. §. & ex diuerso. & facit. ſ. de nupt. l. patrẽ.

VNusquisq;.] CASVS. Si filium suum naturalem & legitimum, vel naturalem tãtum exposuerit quis, pœnæ legibus statutæ subiacebit: si vero dominus seruum, vel patronus libertum exposuerit: repetere non poterit: nec illud suum dicere potuit. quod vt non periret contempsit.

d *Sobolem.* legitimam & naturalem. vel naturalem tantum: vt ſ. de natu. libe. authen. licet.

e *Animaduersioni,* extraordinariæ: vt ſ. de patria potest. l. nec filium deferendum: ita vt nouerint rectores vniuersi decem libras auri à se, & tantundem à suis apparitoribus exigendum, si præceptum nostrũ neglexerint. Data. III. Idus Decembr. Honorio. VIII. & Theodosio III. AA. Coss.

TITVLVS LII.
DE INFANTIBVS expositis liberis & seruis, & de his qui sanguinolentos† nutriendos acceperũt.

Alens partum expositum, non tenetur eum vt filium uere domino, nisi receptis sumptibus, & etiam mercede dati ob aliquod artificium addiscendum. Bald. Vel sic: Partus ancillæ domino ignorante expositus, repeti potest: ad expensas tamen restituendas tenetur: nisi sint factæ à fure. l. d. notabiliter. Salycetus.

1. Imp. ALEXANDER. A. Claudio.

SInuito[a] vel ignorante te partus ancillæ vel adscriptitiæ tuæ ex positus sit, re petere eũ non prohiberis. Sed restitutio eius (si nõ à fure[b] vindicaueris) ita fiet, vt si qua in alẽdo eo, vel fortè ad discendũ artificiũ iustè cõsumpta fuerint, restituas[c]. PP. III. Kalen. Iunij, Iuliano. II. & Crispino Coss.

Dictum est in l. præcedenti quòd si domino inuito vel ignorante partus est expositus, potest dominus vindicare: sed hic dicitur, quòd eo volente, vel exponente, perdit dominium: quia ille qui pereuntem contemnit, suum dicere nequit. Bal. Vel sic: Exponens sobolem propriam, quam nutrire tenetur, venit puniendus: nec dominus recuperat seruum quem exposuit. Salyc.

11. Imppp. VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS AAA. ad Probum præfectum prætorio.

VNusquisq; sobole[d] suam nutriat. quòd si exponẽdam putauerit, animaduersioni[e] quę cõstituta est, subiacebit. sed nec dominis, vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab ipsis expositos quodammodo ad mortẽ, voluntas misericordię amica collegerit. nec enim suum quis dicere poterit, quem pereuntem contempsit. f Data. III. Non.

A lium. & ff. de libe. agnoscen. l. j. §. pœna. tenetur etiam quasi occiderit filium: vt ff. de hbe. agno. l. necare.

f *Contempsit.* vt. ff. pro derelicto. l. fi. & ſ. de Lati. liber. tollẽda.

S l. j. §. sed scim⁹. Sed ar. cõtra. ff. de sta. hom. l. seruus. Acc. *Ancimus.*] CASVS. Si partũ expositũ quis nutriri faciat: nõ poterit dicere puerum illum seruũ suum. & quicquid acquirit, sibi acquirit: nec dominus illius infantis poterit eũ in seruũ vindicare, cum noluit ei præbere alimenta.

g *Sancimus nemini.* omnes alios comprehẽdit, præter colligentem: de quo subiicit ibi, sed neque, &c.

h *Paruulus.* i. qui hoc ipso paruulus est quòd puer est, id est minor. xiiij. ãnis masculus: vel xij. fœmina. Vel dic, puerũ. i. infantẽ: vt restringatur puer per id qđ dicit, paruulus: sec⁹ in nõ puero, nisi lãguidus esset: vt ſ. de Latina liberta. tollen. l. j. §. sed scimus. sed & in nõ pubere si nõ exponatur, sed denegãtur ei alimenta: non ei pitur in libertatem, sed pro derelicto habetur: vt. ff. pro derelicto. l. fina. vt nã cõcedatur occupãti. vel datur patri: vt dicta. l. dicit. vbi autem exponitur puer, nõ est ideo liber: quia habuit eũ pro derelicto. nam si etiam contra veller, idẽ esset propter delictum suũ, & libertatis fauorem. Azo. & hæc l. est fere de verbo ad verbũ. ſ. de epis. audien. l. nemini.

Puer qui dicitur.

i *A libertina progenie.* i. à patre liberto. mã filius eius est ingenuus.

k *Progenie.* forte matre, vel patre: quod hodie nõ est, nisi in matre. & sic lege auth. antiqua &c. quę est colla. v. cõstitu. vij: quæ est ex adscript. &c. Vel dic q̃ nec hoc intelligebat, nisi de eo qui ex matre tali esset natus. Accur.

l *Conditione.* hic comprehendit seruũ & adscriptitiũ. & prout adscriptitium refert glos. quam hic habes, forte matre, &c.

m *Dominiũ vindicare.* hoc accipe, si domino volẽte expositus est, q̃ ei subiectus est: vt. j. ea. l. ibi, neq; enim, &c. aliàs contra: vt. ſ. eo. l. j.

Item nũquid patre exponẽte amittit ius vindicãdi in filiũ? Videtur q̃ sic, ex hac. l. licet nõ bene aperiat. Et ꝓ hoc. ſ. de pat. pot. l. pe. Sed arg. contra. ſ. de nup. l. patrẽ. Cui respõderi potest, q̃ de facto cõtradicebat ibi pater, nõ de iure.

n *Distinctione.* an eo animo, vt sint sui, vel non colligant eos: vt infra hac. l. ibi, licet ab initio, &c. Accursius.

Pater si exponit filii expectat ius quod habet in eum.

Iterum

a *Iterum ad se.* scilicet qui abiecerant.

b *Mercimonio.* misera redemptio videtur. sic &. j. de aboli. l. ij.

c ANtiqua Cõditionem. hoc est, siue mater siue pater sit adscriptitiæ cõditionis, filij sunt eiusdẽ. Accursius. & forte erat hæc lex, sancimus. Vel dic quòd nõ habemus eã: quia per legem Codicis sequebatur matris conditionem tantùm, non patris: vt supra de senatusconsul. Claudiano. l. j. & infra de agricol. & censi. l. fin. lib. xj. quæ sunt Iustiniani. sed hoc solum addit authen. vt patet in cor. quòd in filijs tãtùm futuris intelligãtur leges. C. prædictæ.

d *Per Iustinianum.* non per authenti. sed per prædictas leges. C.

QVAE SIT longa consuetudo.

Dictum est supra de iure scripto: videamus de iure non scripto: & ideo ponit quæ sit longa consuetudo. Azo. Sed quæ est lõga consuetudo? Licet enim rubricæ quærat, non tamen soluit lex huius tituli. Sed dic secundum Ioan. de com amorum, argu. ff. qui & à quibus man. lib. I. si cum fideicommissa. §. Aristo. & hoc patet etiam ex eo quòd dicit ut longa: vt hic, & ff. eodem. in rubrica: Longa autem dicitur decem annis: vt instit. de vsucap. §. 1. sequitur ergo quòd decem annis. Sed nunquid sufficit semel sic in decem annis iudicari? Respond. non, immo bis: vt supra de episcopo. audien. l. 3. in fin. vel querimoniam vel libellum propositum contra talem consuetudinem spernere: vt ff. eo. l. cum de consuetudine. Numquid ergo iudicatur exemplis? Respon. non: vt supra de sen. l. nemo. sed ex cõsuetudine quæ probatur exemplis: & sic conceditur aliquid per obliquum, quod directo non conceditur. sic. ff. quæ res pigno. oblig. possunt. l. Arist. sic ex cõtra peto ex promissione, quæ promissio probatur ex longo vsu: vt ff. de vsur. l. cũ de in rem verso. Vel dic quòd licet duæ vices faciant consuetudinem: verum est, si populo placuerit, vel consilio (quod eius vicem repræsentat) placet vt idem fieret in futurum. Vel dic, non exemplis vnius, sed plurium: vel non malis, sed bonis. si ergo inducitur decem annis (vt dictũ est) multo magis viginti aut triginta annis. Si autem tanto tempore, quòd non extet memoria: tunc potius dicitur vetustas, quàm cõsuetudo. Inducitur autẽ consuetudo per duas sententias: vt dixi. Item ex eo, quia perpetuo fit obtentũ est sine cõtradictione: vt quia clerici vendunt sine decreto episcopi rẽ ecclesiæ: vt. ff. eo. l. si de interpretatione. vel quia libelli querimoniarũ nõ fuerũt de talibus recepti: vt de porticibus supra vias publicas: vt. ff. eod. l. sed ea. &. l. cum de cõsuetudine. Itẽ ex eo quia fuit contradictum quandoq; nõ esse consuetudinem: & reprobata cõtradictione iudicatum est esse cõsuetudinẽ: vt. ff. eo. l. cum de consuetudine.

Exemplis iudicatur quando est consuetudo est introducta.

Continuatio.

Consuetudo quando dicitur longa.

PRæses.] CASVS. Cõsuetudo est vt filius vasalli monachus in feudũ succedere non debeat. Sed quid si non est monachus, sed canonicus regularis? nunquid idem est? Dicitur quòd sic: quia de similibus ad similia debet procedi. Si quid vero contra consuetudinem fiat, hoc reuocabit præses.

e *Præses.* pone quòd cõsuetudo est ex certa scientia inducta: vt si dominus apponat manũ suam ad plaustrum, rusticus non tenetur de vino. idẽ ergo erit in oleo. hoc non placet, per. l. ff. e. l. quod vero contra rationẽ. &. l. quod nõ ratione. & in authẽ.

Codex.

A vt nulli iudi. §. j. col. ix. Ideo dic loqui in his quæ sunt præter legem: vt fendis & similibus, si consuetudo est quòd non succedat mancus, idem sit in eo qui alter est debilitatus. & quod est in monacho, idem in canonico regulari. & pro hoc est. ff. eo. l. de quibus. ij. respon.

TITVLVS LIII.
QVAE SIT LONGA consuetudo.

Consuetudo rationabilis extenditur de casu expresso ad casum tacitum, in quo eadem ratio reperitur. Bald. Vel sic: Consuetudo loci probata debet seruari, & nõ contra eam fieri: & ratio consuetudinis debet attendi. Salycetus

1. Imp. ALEXANDER A. Apro.

PRæses[e] prouinciæ probatis[f] his quæ in oppido frequẽtantur in eodem controuersiarum[h] genere seruata sunt, causa cognita statuet.[i] ¶ Nam & consuetudo præcedens, & ratio quæ consuetudinem[k] statuit, custodienda est. Et ne quid contra longam cõsuetudinem fiat: ad solicitudinem suam reuocabit[l] præses prouinciæ. PP. VI. kalend. April. Iuliano. II. & Crispino Coss.

Magna est authoritas cõsuetudinis, tamen non tanta quòd vincat rationabilem legem, hoc dicit in nube. Baldus. Vel sic: Consuetudo non est vilis auctoritatis, ideo pro lege seruatur: nõ tamẽ est tanta, quòd vincat legem, vel rationem, nisi respectus obseruationis in loco illo in quo est consuetudo. hoc dicit secundum Salyc.

Consuetudo alia si sit in foro actoris, & alia in foro rei vtra seruanda sit.

f *Probatis his.* sed cum consuetudo est iustergo probatur ius: quod non debet esse: vt. ff. de probationibus. l. ab ea parte. Sed dic illud in iure scripto, quod est certum & finitũ: vt. ff. de iuris & fac. igno. l. ij. at hic non scriptum pendet ex facto: quod factum est necesse probari: vt hic dicitur.

g *Frequenter.* id est visitato modo.

h *Cõtrouersiarum.* vt & ff. eod. l. cum de cõsuetudine & ſ. de ædifi. priuat. l. an in totũ. & ff. de testi. l. inj. in fine. Sed quid si alia sit cõsuetudo in foro actoris, alia in foro rei, cum tamen sint diuersæ? Quid etiã si iudex habeat tuã cõsuetudinẽ? Respon. seruabit iudex quam voler, secũdum H. arg. ff. de arbi. l. si cum dies. §. si arbiter. Sed potest dici quòd locus iudicij sit spectandus: vt arg. ſ. de eman. libil. j. ADDITIO. Tu dicas, aut consuetudo spectat ad litis ordinationem: & tunc seruatur illa quæ est in foro iudicij. aut ad litis decisionem: & tunc illa quæ in foro siue loco cõtractus est: vt l. j. in prin. ff. de vſu. &. l. ſi fundus. ff. de euict. ita distinguit Odofre. hic, & Bar. post eum in l. infra proxi. in versi. xxxiij. quæro, &c. i *Statuet.* ſ. cõsuetudinẽ. l. *Consuetudinẽ,* ſ. primũ: quæ quòd bene facit ad

† *Conuen. cum cõsuetudinis. cõgl. 1. &. ca. fina. extra. e. tit.*

casum de quo quæritur, igitur, idem ius fit reddendum: vt ff. de verb. obli. l. à Titio. in fi. Et no. rationem legis attendi nõ aꝛ nus quàm legem: vt not. ff. eo. l. non omnium. Item not. quòd sicut trahitur de similibus ad similia ius scriptum. vt. ff. eo. l. nõ possunt. sic & non scriptum. ad non scriptum: vt hic, & d. l. ff. eo. de quibus. ij. respon.

† *Potest tamen ab vsuare legem. neque verò hoc est vti vencre legem. Itaque non est huic loco contraria l. de quib. ff. de legi. quæ tamen multa & longa vixa hic refertur inter glossographos. Contius.*

l *Reuocabit.* mos nanq; seruãdus est, &c. vt. ſ. de testa. l. testa. *Consuetudinis.*] CASVS. Posset quis dubitare cuius potestatis esset consuetudo. Et respon. quod consuetudo nõ est vilis auctoritatis: non tamẽ tantæ auctoritatis quantę est lex vel ratio. vnde legem vel rationem vincere non potest. m *Consuetudinis vsusque.* pro eodẽ pone. & ita lege quę, pro. i. n *Longæui.* cuius scilicet non extat memoria.

o *Momento.* dicitur hic momentum pro eo tẽpore quo roboratur cõsuetudo. ſ. decem annorum, aliàs pro paruo tempore: vt pro puncto. aliàs pro die: vt. ſ. de ferijs. l. omnes iudices.

p *Aut legem.* i. rationabilem legem: vel rationem. i. mentem, siue æquitatem legis scriptæ. & leg. ſ. scriptam & strictam. vt patet in Macedoniano. ſ. quod dicit de filijs, idem dicit æquitas de nepotibus: vt. ff. ad Maced. l. pen. sic &. ff. ſi. qua. pau. fe. d. l. pen. & insti. de le. patro. tu. in prin. nec ergo tollet legem quæ loquitur de filijs: nec rationẽ siue mentẽ quæ ad nepotes extenditur secundum. P. vel rationem. i. legem, in qua est ratio vt est in multis. verbi gratia: ne vxor teneatur furtiue aliqua seditio oriatur: vt. ſ. de fur. l. fi. in fi. vel legem sine ratione. cu-

ius est exemplū, quòd vsucapio triennio finitur. vt. ff. de vsuc. l. vsucapio. Et no. non minus attendi mentem siue rationē legis, quàm ipsam legem: vt. ſ. eo. l. proxi. Sed videtur finis huius l. cōtrarius principio. nā si nō est vilis auctoritas, ergo vincit legē: sed in fi. dicitur contra. ad quæ dicunt quidā, vt B. quòd loquatur primo in genere, postea in specie negetur: & sic derogat in parte, & non abrogat quod est in totū: vt. ff. de verb. sig. l. derogare. Vnde versus: Est genus in primo: species seruatur in imo. Alij intelligunt principiū de ea quæ est secundū legem, siue de ea quæ est contra. Tu dic secundū Io. quòd consuetudo vincit legē, siue sit generalis, & tūc generaliter: siue sit specialis, & tunc specialiter: & sic nō est vilis auctoritas. non autē specialis vincit generalem. & hoc subiucit, non vsq; adeo &c. Sed videtur quòd consuetudo indistincte tollat legem: vt. ff. eo. l. de quibus. in fin. quæ est contra. huic fi. Sol. secūdum P. illa loquitur secundum suā tempora, secundū quę consuetudo erat populi, & lex populi: & sic vna poterat aliam tollere. At hodie principis est facere legē: & sic consuetudine populi tolli non debet. Vel secundum M. loquitur ibi de alia consuetudine scripta. f. iure municipali, quæ tollitur à sequenti consuetudine: non autem lex scripta in corpore iuris tollitur consuetudine: vt hic. Tertij dicunt, aut lex est talis, cui possit derogari per pactum, vt in Velleiano: vt ff. ad Velleia. l. fi. §. pen. & tunc consuetudo derogat ei. an non, vt in pacto. l. commissoriæ, & alijs, quæ no. ſ. de pactis. l. si quis in conscribendo. & tūc nō: & merito patificant consuetudinē pacto, cū ipsa sit tacitus consensus: vt in. l. contraria in fi. & ff. eo. l. de quibus. Sed hoc nō placet, vt pacto patificetur cōsuetudo: quia secundū hoc furiosis & similibus qui expresse vel tacite cōsentire nō possunt: vt. ff. loca. l. qui ad certū. nō obiceretur consuetudo: quod est falsum. Sed posset respōderi, immo nihilo minus poterit obiici: quia maior pars vniuersitatis consensit: vnde perinde est ac si omnes consensissent: vt. ff. ad munici. l. quod maior. Sed Io. dicit, quòd illa regula locū habet in electionibus, & in his quæ singulorū prouident vtilitatibus. Item & ad hoc quòd vniuersitas possit conueniri, scilicet si maior pars fecit contractū, vel obligationē aliquam. Non autem ideo locū habet illa regula, vt aliquis ignorans conueniatur singulariter. Hæc autē cōsuetudo patrimonio singulorū detrahit, & aliquem obligat: quod facere non potest pars maior. nā si milleſies consentiat maior pars quòd ego alicui tenear: nō per hoc tenebor. Quarti dicūt, an lex est sola, & cōsuetudo ei contraria: vt tunc legē abroget, an vero lex lata postea sit cōsuetudine roborata: & sic contraria cōsuetudo postea inducta, à lege vincatur, arg. eius quod de venditione dicitur, quæ solo dissensu tollitur, si traditione non sit roborata: aliàs non: vt ſ. quādo liceat ab emp. dif. l. j. & ij. * Quinti dicunt, quòd bona cōsuetudo vincit legem: vt ibi. mala non: vt hic. Sexti dicunt, quòd ex certa scientia vtens populus contra legē, vincit consuetudo legem ignorans non. quod non placet: quia melioris conditionis esset populus delinquēs, quàm innocens: quod esse non debet: vt. ff. de noxa. l. non solū. Tu dic secundū Io. & Azo. & nos breuiter quod ibi loquitur de generali cōsuetudine, quā princeps patitur ex certa scientia, quæ generaliter tollit legē: vt ibi. hic de speciali alicuius loci, quæ legē non abrogat, etiā si ex certa scientia sit inducta: licet eo loco seruetur: vt. ff. commu. prædio. l. venditor. §. fi cōstat. & ff. de admi. tu. l. sine herede. §. Lucius. Sed videtur contra, scilicet quòd lex sequens tollat consuetudinē specialē: vt. ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus Hadrianus. sed ibi fuit lex facta post consuetudinē: secus si antea erat lex: vt dixi modo: nisi prohibita sit à lege consuetudo specialis: vt. ſ. de vsur. l. eos. §. pen. Bene dixi ex certa scientia, quia si per errorē inducta esset: nec in eo loco legi derogaret. licet quidā cōtra, qui aliter quàm nos ponunt casum illius l. vt. ff. eo. l. quod non ratione. vt ibi not. Vltimo quæro, quid si posit præscriptā consuetudinē vtamur femel vel bis in cōtrarium, an sit interrupta? Respon. non puto, secundum quosdā: vt. ff. de regu. iur. l. nemo alieno. §. temporalis. & arg. ff. de pac. l. si vnus. §. si pactū. &. ff. de iti. actuque pri. l. j. §. fi. & l. ii. Itē cum municipes ex certa scientia contra legē vtantur: an delinquant omnes: & sic puniūtur qui contra legē faciunt: vt. ff de pœn. l. sanctio legū! Respō. nō, quia princeps scire fingitur, & sic consentire: sicut & si res mea vsucapiatur: vt. ff. de verb. signi. l. alienationis.

Versus. Consuetudo an vincat legem, vel illam posſit abrogare.

Consuetudo an aequi paretur pacto.

*Hactenus glos. Azonis. nunc sequitur glos. Accursij.

Cōsuetudo generalis, quam princeps scit & tolerat: licet

Data. VII. Kalend. Maij, Constantinopo. PP. A. V. & Licinio Cæs. Coss.

Consuetudo legem imitans, & antiquitus approbata, tenaciter est seruanda: & habet vim concessionis collegiorum vel curiarum. Bald. Vel sic: Consuetudo legem imitatur, & pro lege seruatur. b. d. secundum Salycet. um.

III. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Alexandro.

LEges quoque ipsas antiquitus probata & seruata tenaciter cōsuetudo imitatur, [a] & retinet: [b] & quod officijs, curijs, [c] ciuitatibus, principijs, [d] vel collegijs præstitum fuisse cognoscitur, [e] perpetuæ [f] legis vicem obtinere statuimus. Data. VII. Idus Septemb. Martiano & Zenone Coss.

TITVLVS LIII. DE DONATIONIBVS.

Qui tradit instrumentum, videtur tradere possessionem rei. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Lucio.

MPtionū †mancipiorū instrumentis g donatis, [h] & traditis, [i] & ipsorum mācipiorum donationem & traditionem [k] factam intelligis: & ideo potes aduersus donatorem in rem actionem [l] exercere. PP. V. Kalend. Iul. Faustino & Rufino Coss.

†Contor. c. 2. cum gl. super ver. signum. circa med. extra de contra. fue. Cōsuetudo qualiter potest interrumpi.

Vbi donatur vel ceditur actio: non est necessarius consensus debitoris, contra quē actio ceditur vel donator. Baldus.

II. Imp. GORDIANVS A. Leonidi.

SI nominis persecutionē in te emancipatā pater tuus titulo donationis transtulit, frustra prætendit qui debitori tuo heres extitit, consensum fuisse debitoris necessarium: [m] cùm satis fuerit [n] actiones eo nomine tibi mandatas fuisse. PP. II. Idus Mart. Gordiano. A. II. & Pompeiano Coss.

Ius cōditionale potest cedi & donari: & inuita cōditionalia appellātur spes. vt insti. de verbo. oblig. §. ex conditionali. Baldus.

III. Imp. DECIVS. A. Marcellino.

Ius cāditionale potest cedi & donari: & inuita cōditionalia appellātur spes. vt insti. de verbo. oblig. §. ex conditionali. Baldus.

III. Imp. DECIVS. A. Marcellino.

hic, & insti. de iure na. §. ex non scripto. Item interpretandi: vt ff. e. l. si de interpretatione. Itē corrigēdi: vt diximus. ſ. l. proxi. Item & quarto corroborandi: vt hic subiicit, & retinet, &c. ſ. cum vtitur populus sicut. l. dicit.

Consuetudo tres habet vires.

b *Retinet.* sicut enim leges stringūt & regunt vitas hominum, ita & consuetudo retinet ius eorum.

c *Curiis.* id est curialibus. & sic de sequentibus.

d *Principis.* id est principibus. aliàs est principalibus: & aliàs principibus.

e *Cognoscitur.* ex consuetudine ab aliquo vel aliquibus. Vel dic præstitum per patientiam principis permittentis vti consuetudine aliqua. Azo. vt sic faciat ad titulum.

f *Perpetuæ.* si dicas perpetuæ, i. generalis, est cōtra. ſ. de leg. & cōsti. l. iij. Sed dic. i. nō ad tēpus. sic & ſ. de diuer. rescri. l. falso.

DE DONATIONIBVS.

Quia per stipulationem tantum olim fiebat donatio: vt infra eodē, l. si quis argentum. §. fina. de quæ est dictum: ideo de donationibus dicit.

Emptionum.] CASVS. Emi mancipium: dedi tibi instrumentum emptionis. an mancipium videar tibi donasse. quæritur? & dicitur quòd sic.

Instrumentis. scilicet præsentibus seruis datis.

Donatis. sic & in venditis & legatis: vt ff. de lega. j. l. seruum filij. §. eum qui. si tamē precium sit solutum in venditione, idem in pignoratis: vt ſ. quæ res pigno. oblig. pos. l. cum constet. &. ſ. de hære. ven. l. pen.

Et traditis. præsentibus seruis: vt & arg. ff. de contrahē. emp. l. clauibus. Vel aliud in donatione instrumentorū, cū instrumēta sunt præsentia. Ideo nota hic aliud dari, & aliud fingi dari, ꝓpter eius coherētiā. & ad hoc. ff. de leg. iij. l. qui chirographū.

Et traditionē. hoc si donator possidebat: aliàs non. argu. ff. de rei vindica. l. quædā. & facit. ſ. de remiſ. pigno. l. creditricem.

Actionem. si postea cœperit possidere.

Nominis.] CASVS. Si ignorāte debitore meo ius quodcōtra eū habebā, filio meo emācipato titulo donationis cessero: an valeat donatio, quæritur? & respō. ꝙ sic, videbatur quòd non: quia facta erat debitore ignorāte contrarium tamē est verum.

Necessariū. hoc in delegatione opus esset: vt. ſ. de noua. l. j. & sic hic duæ: ibi. ſ. in delegatione, tres personæ sunt necessariæ.

Cum satis fuerit. iure isto: sed olim poterat reuocari, vt infra eo. l.

eo. l. illam. in fi. & facit ad hanc. ſ. de distract. pign. l. ij. & ſ. debi. vend. pig. impe. non pos. l. ij.

Pem.] CASVS. Stipulatus sum à te decem, si nauis ex Asia venerit, spe futuræ actionis: an tibi donare possim, quæritur? & dicitur quod sic.

a *Futuræ actionis.* vt quia sit sub cōditione, vel in diē: vt. ff. de heredi. vendi. l. nomina. & l. multum. & est ad l. istam. ff. de pac. l. pactum. in fi. Sed ar. contra. ff. de transact. l. de his. illa nō est quęstio, si cedam spē doni mihi futuri: quia potest etiam vēdi spes: vt. ff. de contrahen. empt. l. nec emptio.

Pem futuræ actionis [a] plena intercedēte donatoris voluntate posse transferri nō immerito placuit. PP. Non. Mart. Decio. A. I. & Grato Coss.

Solutio datarum & collectarum facta ab eo cuius res non est, non tribuit dominium. Bal. Vel sic: Solutio functionū, non probat soluentem dominum. Salycetus.

IIII. Imp. PROBVS. A. Marsiæ.

SI functiones, exactiones, vel tributa † per eum cui [b] donata res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine celebratæ sunt: tibi obesse non potest. PP. V. Kalen. Ianuar. Messala & Grato Coss.

† In quadā exemplari, quod antiquitus incorruptæ fidelitatis esse diceres, desunt hæc verba, ex alijs vel tributa

Functiones.] CASVS. Donaui rem tuā Titio, pro qua cōsueueras soluere tributū. ille vel ego solui tributa: nūquid tibi domino præiudicat! Dicitur quòd non: & sic est litera cuius vel cui. & dic sic, Titius credēs rem sibi donatam, cum nō erat, soluit tributa: vel illi quibus Titius erat heres, soluerunt: an prejudicat domino, quæritur? & dicitur quòd sic, maxime si in donatarium volūtate tam donātis quām donatricis pos. trāsferatur. Vel dic casum aliter vt in glos.

Casum difficiter potui.

b *Cui.* aliàs cuius, & aliàs cui. Et secundum primā die quòd si aliquis donauerit Titio rem tuā, vt ille Titius vel auctores sui nomine Titij vel rei celebrārēt solutionem: non fit tibi præiudiciū, vt fiat Titij. cuius nō erat facta per donationem. & facit. j. e. l. censualis. & ff. de acquirē. rerū do. l. quæ quisque. & ſ. de rei vindica. l. solennibus. & ſ. de actio. emp. l. si pater. Secundum aliam dic, quòd Titius credens sibi donatam, soluit: vel auctores eius quibus fuit heres Titius, soluerunt: & hoc si habes auctoribus. sed si habes, actoribus. i. castaldionibus eius, plarium esset.

Si donatio.] CASVS. Si mulier aliqua non donauit mihi domū, sed in testamēto suo dixit, sciāt omnes domū quā ego inter viuos in epistola mea Titio donaui, ꝙ volo eum habere: ista verba obtinēt vim fideicommissi, vt per ista verba videatur ei domū reliquisse: etiā si nō appareat in epistola quòd illam domū mihi donauerit. vel pone casum aliter vt in glos.

Testes.

c *Testatricis.* Testatrix ita dixit, Quanuis per epistolā donaui Titio, tamen eidē do lego. valet legatū, etsi non appareat epistola: quia falsa demōstratio non vitiat legatū, cum de corpore & quantitate constet. hoc autē verū est, si animo relinquendi fuerūt verba illa in testamēto apposita: vt. ſ. de do. inter virū & vxo. l. ex verbis. Sed cōtra in auth. vt spon. larg. §. & hoc insuper. col. ix. sed illud in instrumentis contractum vt debeat præferri instrumentū, cuius aliud facit mentionem: nō autem in testamētis: vt hic, &. ſ. de fal. cau. adie. leg. l. j. & ff. eod. l. ex hac. & de leg. ij. l. Lucius. ij. §. quisquis. ij.

Donatio potest fieri inter absentes: & adepta possessione ex ea causa transit dominium. Bald. Vel sic: Donatio quæ incipit à traditione, potest perfici inter absentes. Bartholus.

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Christianæ.

NEc ambigi oportet donationes etiam inter absentes [d] (& maximè si ex voluntate donantium possessiones hi quibus donatum est, nanciscantur [e]) validas esse. PP. III. Idus Februar. Maximo II. & Aquilino Coss.

Possessio censualis non nocet domino, nisi consentiat: quo casu tacitè donare videtur. Bald. Vel sic: Soluens censum de re aliena vt sua, non præiudicat domino non consentienti. Sallyc.

VII. Iidem AA. & CC. Iulio.

CEnsualis quidem professio [f] domino præiudicare non solet. ¶ Sed si in cēsum velut sua mancipia deferenti priuigno tuo cōsensisti, [h] donationem [i] in eum contulisse * videris. [k] PP. Id. Iul. ipsis. AA. IIII. & III. Coss.

Transtulisse.

Consensus præstitus simulatè, non inducit donationem. Bal. Vel sic: Pater censuarius filios censum debere scribens, non præsidicat sibi. Salyc.

VIII. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præses prouinciæ non donandi volūtate filiorū tuorum nomine prędia in censum detulisse [l] te manifestis probationibus cognouerit: quod fides veri suggesserit, id statuet. [m] PP. VIII. Id. Septemb. ipsis. AA. IIII. & III. Coss.

Vt pactum donationis impleatur, ex stipulatione vel præscriptis verbis agitur. Bartho. Vel sic: Pactum in donatione positum est seruandum. Baldus.

IX. Iidem AA. & CC. Augustianæ.

LEgem quam rebus tuis donando dixisti: siue stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu: [n] siue non, incerto [o] † iudicio, id est præscriptis verbis apud præsidem prouinciæ debes agere, [p] vt hanc [q] impleri prouideat. PP. XVI. kalend. Maij. AA. Coss.

Donatio an valeat sine stipulatione.

e *Nanciscantur.* vt. ff. de acqui. pos. l. si ex stipulatione. &. ff. de rei vind. l. quædam. &. ff. e. l. absenti. Et dic quòd maxime abūdat prout determinat verbū nanciscātur: vel pro saltem hic ponitur: quia si sine voluntate donantis intret, erit prædo: vt. d. l. si ex stipulatione.

Emptionum.] CASVS. Si † predio tuo tributario Titius tributum soluit, & de hoc instrumētū fit: vel ille qui soluit, professus fuerit, domino nō præiudicat. Si vero vitricus pro mancipijs animo donandi priuignū cēsum soluere passus fuerit: præsumitur donasse ei mancipia.

Tal. incerti

f *Professio.* ab extraneo facta, vel solutio: vt. ſ. eo. l. si functiones. & in cōcor. ibi positis. &. ff. de dona. inter virum & vxor. l. si seruus communis.

g *Non solet.* nisi dominо sciēte & consentiēte animo donādi: vt. j. l. proxi. &. l. nec ignorans, & ſtatim subiicit. Accursius.

h *Cōsensisti.* ao donādi.

i *Donationem.* scilicet mancipiorum.

k *Videris.* patiendo. & hoc nisi contra probetur: vt. j. l. nec ignorūs. & facit. ff. māda. l. si verò non re. §. Pōponius.

l *Detulisse.* id est in solutum dedisse. vel scripsit filios pro illis prædijs tantam quantitatem debere nomine tributorum: vt quia si sint filiorū, honorabilius contraherent matrimonium: non vt eis donaret. erant enim patris ista prædia.

m *Statuet.* permittendo te agere negociorū gestorum ad precium vel æstimationem, secundum primum casum.

Egem.] CASVS. Donaui prædium tibi hac lege vt satisfaceres creditoribus meis: si non stes pactis, & intercessi stipulatio, agā ex stipulatu: si non, agam præscriptis verbis: vt fiat quod conuenit: vel repetam quod dedi. Viuianus.

n *Ex stipulatu.* si continetur ibi incertum. aliter expone. i. ex stipulatione. certi conditione: vt insti. de verb. obli. in princ.

o *Incerto.* quia actio continet incertum, quod tamen per sententiam fit certum: vt insti. de ac. §. curare.

p *Agere.* vel id quod dedit sub conditione. per condictionem ob causam repetere potest. Accursius.

q *Hāc.* l. legē. & ad hoc. ſ. de rerū permu. l. reb⁹. & ſ. de pac. l. legē. &. ff. de pac. l. i traditionib⁹. &. ſ. de eui. l. ij. &. j. ti. j. l. j. & ſ. de cōdict. ob cau. l. si vt ꝓponis. &. ſ. de cōtrahē. emp. l. si donationis, & de pactis inter empto. l. si ea lege. &. j. eo. l. cū res.

NEc ignorans.] CASVS. Dare nemo cogitur. si ergo quis A proferat instrumentum quo continetur, quòd donaui sibi prædium, cum animum donandi non habuit: plus valet quod actum est, quàm quod scriptum est: vnde per instrumentum mihi non præiudicatur.

a *Nec ignorans*. facit ff. de transac. l. cum Aquilianam. & ff. de cõtrahen. empt. l. cum in lege.

b *Nec inuitus*. cũ mera liberalitas ibi sit: vt ff. de reg. iur. l. donari. sed hoc fallit. ff. ad. l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si oliuã. & ff. de reg. iur. l. cuius per errorẽ. Sed ibi impropriè dicitur donatiõ, id est rei amissio. sic ecõtra inuito non datur: vt ff. e. l. hoc iure. §. non potest. &. ff. de iure delib. l. nec emere.

Donatio non fit inuito.

c *Cogitasti*. Credebas Titianum, & erat Seianum: interim tamẽ statur instrumento, si publicum est: vt ff. de proba. l. cum precibus. & de contrahen. & commit. stipu. l. optimam.

d *Perdidisse*. vt. ff. plus vale. quod agi. l. j. sed fallit in casibus, vbi plus valet scriptura: vt ibi nota. & facit ad. l. istã ff. de dona. causa mortis. l. Seia. & de regul. iur. l. in totum. & §. eo. l. censualis. in princip. Accursius.

Potentior est veritas quàm scriptura: & actus agentium non operatur deficiente consensu. Bald. Vel sic: Nemo videtur donare id de quo non cogitauit. Bar. Vel sic: Inuitus vel ignorans non donat: & consensus errantis ei non præiudicat. Salyc.

x. Iidem AA. & CC.
Hermoniæ.

NEc ignorans, a nec inuitus b quisquã donat. vnde si de hoc fundo non cogitasti, cuius velut donationi te consensisse continetur instrumento: maiores veritate rei quàm scriptura vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti, c nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. d S. V. kalend. Maij CC. Coss.

Donatio facta filio in potestate, est potius quædam donandi destinatio quàm perfecta donatio. Sed si filius est emancipatus donatio est perfecta. Baldus.

xi. Iidem AA. & CC.
Sabino.

CVm de bonis tuis partem quidem penes te retinuisse, partem verò in eũ quẽ in potestate habes, donationis titulo contulisse cõmemores: nõ est incerti iuris, in eum qui C in sacris familiæ tuæ remanet, destinationem magis paternæ voluntatis factam, quàm perfectam e donationem peruenisse. ¶ Delegationes autem nominum in emancipatũ collatæ, perfectam donationem actionum efficiunt. S. II. kale. Maij. CC. Coss.

Portio pro indiuiso potest donari. Bald. Vel sic: Communio non impedit donationem partis pro indiuiso. Salycetus.

xii. Iidem AA. & CC.
Aureliano.

POrtionem propriam, rebus nondum diuisis, nemo prohibetur f titulo donationis in alium transferre. Dat. XVII. kalend. Iun. AA. Coss.

Brevitas scripturæ non officit donationi. Vel sic: Tantum valet vnum verbum effectuum, quantum mille. Baldus.

xiii. Iidem AA. & CC.
Vraniæ.

SI aliquid per epistolam g donatum tibi probetur, breuitas chartulæ, donationi h (si hæc rectè facta probetur) nihil quicquam deroquaginta. & in breui & vili charta scriptum est: nunquid hoc nocet, quæritur? Et dicitur quòd non. Viuianus.

g *Per epistolam*. quæ valet: vt §. eo. l. si donatio per epistolam.

h *Donationi*. sic. §. de fideicommiss. l. & in epistola.

Si filius. CASVS. Res ad patrem pertinentes sponsæ suę dedit filius patre nõ consentiente. patri nõ præiudicat quo minus possit eas reuocare. Viuia.

Patri alteri pacisci nemo potest: vt. ff. de verbo. obliga. l. stipulatio ista. §. alteri. & facit ad. l. in eod. titu. l. liber homo. in fin. & §. de pac. l. debitori. & de condic. ob causam. l. si vt proponis. & de rem perm. l. rebus. Sed contra. ff. eod. l. hereditatem. fol. vt. §. de hered. vend. l. j. cui similiter illa est contra.

gat. Dat. XV. kalend. Iun. Sirmij AA. Coss.

Nemo transfert quod nõ habet: & ideo si filius donat sponsæ suæ rem patris, non præiudicat patri. Bald. Vel sic: Non dominus non transfert dominium præter dominis consensum. Salyc.

xiiii. Iidem AA. & CC.
Idæo.

SI filius tuus res ad te pertinentes sponsæ suæ te non consentiente donauit: ad B eam quod nõ habuit, transferre non potuit. i S. XV. kalend. Octob. AA. Coss.

Donatarius certæ rei non tenetur ad onera debitorum quæ non sequuntur fundum sed debet conuenire vniuersalis hæres donatoris. Bald. Vel sic: Aes alienum non sequitur fundum, sed successorem vniuersalem. Bar. Vel sic: Personalis obligatio non sequitur singularem successorem, sed vniuersalis. Salycetus.

Donatarius an tenetur ad et alienum pro re sibi donata.

xv. Iidem AA. & CC.
Seueræ.

AEris alieni quod ex hereditaria causa venit, nõ eius qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est. k si itaque nemini obligata prædia per donationem consecuta es, superuacuam geris solicitudinem, ne vel heredes donatricis, vel eius creditores te iure possint conuenire. S. XV. Kalen. Decem. AA. Coss.

Homo vel mulier ætatis decrepitæ ita potest donare, sicut si esset in ætate virẽte, vel forti. Vel sic: Debilitas corporis ratione ætatis senio confectæ, donationem non vitiat. Baldus.

xvi. Iidem AA. & CC.
Theodoro.

SEnectus ad donationẽ faciendam sola l non est impedimento. Dat. V. kalend. Decemb. AA. Coss.

Sicut donatio facta emancipato valet, ita facta filio in potestate per emancipationem confirmatur si pater tradidit, & non ademit. secus si pœnituit ante emancipationem vel in ipsa emancipatione. h. d. & tenementi. Bald. Vel sic: Si pater non ademit in emancipatione ea quæ donauit filiis in potestate, non potest postea revocare. Salyc.

xvii. Iidem AA. & CC. Hermiæ.

SIue emãcipatis filijs res donasti, siue in potestate constitutis, & sui iuris effectis, ac tenentibus nõ ademisti: blandiri tibi non debes m veluti res donatas ex pœnitentia liceat auferre. ¶ Sanè si ea quæ in tua positis potestate donaueras, post emancipationem contra tuam tenuerint voluntatẽ: horum penes te dominiũ remansit: siquidem nec tempore a quo voluisti, propter vinculum potestatis sibi quicquam quærere, nec post te inuito de rebus tuis potuerunt. S. VI. Kalend. Ian. AA. Coss.

Donatio facta filio, an valeat.

Gratuita remissio actionis ex maleficio, est donatio. Bald. Vel sic: Furti actio potest ex donatione remitti. Salyc.

xviii. Iidem AA. & CC.
Audiano.

SI donationis causa furti actionem tibi remissam probetur: superuacuam geris solicitudinem. b S. V. Kalend. Ian. AA. Coss.

Rem fuisse progenitorum nihil operatur, ex quo ves ad alia dominia transiuit. Bald. Vel sic: Mulier potest donare extraneis etiam res ab eius parentibus habitas. h. d. secundũ Bar. Vel sic: Non cõsideratur cuius res fuerint, dũmodo sit donantis. Sal.

xix. Iidem AA. & CC.
Alexandriæ.

SI auia vestra c proprias d res quacumque rationes facta titulo liberalitatis in C eum contra quem preces fundiris, contulit: quo minus hæc rata maneant, quòd ex origine patris vel aui vestri descendũt, nihil prodest. S. XVI. Kalend. Febr. Sirmij. CC. Coss.

Paria sunt per se subscribere, vel aliũ subscribere vice eius. Bald. Vel sic: Donationem vitiatur, licet alius pro donante subscribat. Saly.

xx. Iidem AA. & CC. Helinio.

VIce donatricis alio c voluntate eius subscribente, iure facta donatio nõ habetur irrita. S. VII. Kal. Feb. D CC. Coss.

Lex notabilis. Mulier constante matrimonio dotem suam donare non potest. Baldus. Vel sic: Vxor non potest donare dotem in mariti præiudicium. Salycetus.

xxi. Iidem AA. & CC.
Antoniæ.

COnstãte matrimonio dotem penes maritũ suum constitutam, auia tua tibi donare non potuit. f S. V. Id Mart. CC. Coss.

Ex pacto donationis. non quæritur actio extraneo: sed ipse donator pacto non seruato agit ad interesse. Bal. Vel sic: Vt pactum donationi adiectum impleatur, paciscens agere potest: non is cui pactum est. Sal.

xxii. Iidem AA. & CC. Diomedi.

a *Nec tempore*. facit. §. si quis alteri vel sibi. l. multũ. & §. de do A nationibus inter virum & vxorem. l. à marito. & ff. de offic. procon. l. obseruare. §. fin. item facit ad. l. istam. §. de emancip. libe. l. fin.

I donationis. CASVS. Subripui tibi animo donandi remisisti mihi actionẽ furti. an iterum possis me cõuenire furti, quæritur? Et dicitur quòd non.

b *Solicitudinẽ*. vt rursus possis conueniri furti: vt hic? & §. de fur. l. post decisionem. &. ff. de pact. l. si tibi. §. quædam. Sed si est sine causa remissa, vel cum causa, sed secuta nõ est, vel est ingratus donatarius, vel cui est remissa: an ipsa resuscitabitur? Respon. secundum H. non: argu. ff. de pac. l. si vsus. §. si pactum. &. §. de transac. l. vbi pactũ.

Iauia. CASVS. Auia tua res quas auus tuus ei dederat, tibi donationis alicui cõtulit: vis eas reuocare, quia profectæ sunt de bonis illius aui tui: an possis? Respond. quòd non.

c *Si auia vestra*. Et nota hanc. l. & facit pro ea. §. de commu. re. alie. l. fallo. & supra de contrahen. empt. l. dudum.

d *Proprias*. §. suas.

Vtc. CASVS. Mulier dedit mihi fundum: confectum est instrumẽtũ vice sua Titius in instrumento conscripsit: an ob hoc minus valeat donatio, quòd ipsa non subscripsit, quæritur? Et dicitur quòd non.

c *Alio*. vt. j. eod. l. in donationibus. §. j. in fi.

Constante. CASVS. An mulier constante matrimonio dotẽ penes maritũ constitutã, in alium titulo donationis transferre possit, quæritur? Et dicitur quòd non.

f *Non potuit*. vt interim viro præiudicet: vt hic, & supra de iur. do. l. si prædium. Sed ipsam actionem siue spem potest cedere, vel etiam dotem promittere: vt supra e. l. spem futuræ. & supra de col. l. dotis. Nam econtra vir non potest dotale prædium alienare: cõfirmatur tamen mortua muliere si dos cessit lucro mariti: v. ff. de vsucap. l. cũ vir.

Alienatio à principio inualida, quandoque validatur.

Vm res. CASVS. Dedi filio tuo emancipato prediũ vt creditoribus meis satisfaceret. si nõ satisfecit, & interesse stipulatio, nõ agit creditor aduersus filiũ ex ea: quia alteri &c. sed aduersus me, & ego aduersus filium præscriptis verbis.

g *Creditoribus*. quia ius creditorum pacto priuatorũ lædi nõ potest.

h *Actio*. quia alteri pacisci nemo potest: vt. ff. de verbo. obliga. l. stipulatio ista. §. alteri. & facit ad. l. in eod. titu. l. liber homo. in fin. & §. de pac. l. debitori. & de condic. ob causam. l. si vt proponis. & de rem perm. l. rebus. Sed contra. ff. eod. l. hereditatem. fol. vt. §. de hered. vend. l. j. cui similiter illa est contra.

Pacisci alteri nemo potest.

†aliàs incerti.

i *Ciuili*. id est præscriptis verbis.

Si ea. CASVS. Donaui tibi fundũ eundem mihi donatio secunda donatio auelli non debet.

k *Obesse potest*. nã vltima pacta valẽt: vt hic, & §. de pac. l. pacta nouissima. & ff. de re. iur. l. quicquid. & l. certã.

Si patri. CASVS. Pater rem filij donans, filio non præiudicat: nisi patri filius heres existat. Viuianus. l *Ex facta*. in te emancipatum.

m *Liberalitate*. id est cum pater tuus res tuas alij donasset.

n *Non posse*. vt. §. eo. l. æris. & §. de rei vindica. l. cum à matre.

Donatio. CASVS. Si donatio fiat inter viuos, vel in vltima voluntate, siue sit pure, siue sub cõditione, siue in diem, valet: & pacta quæ in donatione ponuntur, debent obseruari. si vero in donatione interueniat scriptura, scribi debet nomen donatoris & donatarij, & res quæ datur. nec refert, fiat scriptura in tabula, an in charta: dummodo coram competenti iudice fiat.

o *Directa*. id est inter viuos. sic ideo dicta, quia directò datur: sed donatio causa mortis quãdoque per aliũ, puta per heredem.

Conditio potest fieri duplicite.

p *Suspensa*. Primo de conditionali. postea de ea quæ est in die, vel ex die; tertio de pura dicit: & potest esse condi tio in faciẽdo, & nõ faciẽdo: vt si ascenderis, vel non ascẽderis capitoliũ: vt hic dicit. sic & insti. de verb. obli. §. fi.

Notate

a *Notato.*id est ex tempore,vel ad tempus.
b *Animo dantium.* hic de pura.& dic animo.i.volũtate dantiũ.
c *Sententiis.* id est narrationibus voluntate dantium ab accipientibus expressis.
d *Quantum.*id est cum non sit contra legem.
e *Cognominata.* id est pactis expressa. & distincta sit causa mortis, vel alia.Vel dic per similè. vt enim nomini accidit cognomen, sic donationi imponitur tenor, qui moderatus esse debet: & hoc dicit quantum ius sinit, scilicet vsque ad ccc. solid. olim: hodie vsq; ad quingentos sine scriptura: sed cum scriptura insinuationis vsque in infinitum : vt infra eod.l. sancimus. &.l.penul.
f *Actiones.*scilicet con dictio ex le.& actio ex stipulatu, si interuenit stipulatio: quæ actiones à iure inductę sunt.
g *Contineat.*scilicet donatio.
h *Hisque.*pactionibus.
i *Complacitæ sunt.* iuri & partibus.
k *Sunt molestæ.* vt turpes, vel contra legem: vt supra de pac.l.pacta quæ contra. Et potest hæc prima pars loqui quando est in scriptis donatio,vel quando sine scriptis: sequens vero in scriptis tantum, & hoc subiicit,in conscribendis.
l *Donatoris.* subaudi, & donatarij.
m *Ius.*quod donatur, puta actio.
n *Oportet.*puta ego Tiçius do tibi Sempronio codicem meum titulo donationis: vel cedo actionem quam habeo contra talem: & totam scripturã oportet perfici,vt supra de fid. instru.l. cõtractus. aliàs enim , nisi hoc esset actum quòd in scriptis fieret , etiam sine scriptura valeret: vt in prin. huius.l.&.j. eo.l. in extraneos. &.l.in donationib. in fi.l.nisi summã excederet.
o *Occultè.* Qui malè agit,odit lucem. sic & supra de contrahen. empt.l.cum ipse.
p *Tabula.* aliàs tabula , & aliàs tabulæ : scilicet præscribatur, quod est infra,aut in alia materia subaudi.quodcunq; materię tempus dabit.id est tẽporis qualitas: vt charta, vel membrana.
q *Ab eo.* nam etiam per alium scribi potest:dum tamen contrahentes subscribant:vt insti.de contrahen.empt.§.j.
r *Actis etiam.* quando est vltra legitimum modum.
s *Vbi.*id est quando, & quo loco.
t *Leges.*quia sic olim vltra ccc. solidos : vt diximus per.l.sancimus.infra eo. vel hodie vltra quingentos : vt infra eo.l.pen.

*IIII.

Si quis] CASVS. Si infanti quis fundum donare velit , si excedat legitimam summam,vel actionem,vt inde fiat scriptura:non aliàs perficietur donatio, quàm si fuerit insinuata: & tunc per seruum infantis perficiatur, vt sic infanti acquiri possit per seruum.
u *Fieri possit.*ergo erat infans.

notato [a] tempore promissa siue animo dantiũ [b] accipientiúmve sententiis [c] (quantum [d] ius sinit) cognominata [e] : sub hac fieri debet obseruatiõe,vt(quas leges indulgent)actiones,[f] cõditiones , pactionésque contineat.[g] ¶ Hisque [h] penitus cognitis, vel recipiãtur,si complacitæ sunt:[i] vel reiiciãtur,si sunt molestæ.[k]In conscribendis autem donationibus, nomen donatoris [l] ius , [m] ac rem notari oportet:[n] neq; id occultè [o],aut priuatim , sed aut tabula [p], aut quodcunque aliud materię genus tempus dabit : vel ab ipso, val ab eo [q] quem fors ministrauerit , perscribatur : actis etiã [r] annectendis , quæ apud iudicem vel magistratus conficienda sunt , vbi [s] hoc leges [t] expostulant. Dat. III.* Non. Februa. Sabino & Rufino Coss.

Infanti emancipato potest pater donare, adhibito pro infante aliquo qui pro ipso recipiat donationem . Nam infans pro se consentire non potest : quia non habet affectum , id est affectionem.Baldus.

XXVI. Idem A. Catulino proconsi. Africæ.

SI quis in emancipatum minorem prius quàm fari possit, [u] aut habere rei quæ sibi donatur,ad fectum,fundum crediderit conferendum : omne ius compleat instrumentis [x] ante præmissis. Quod ius per eum seruum [y], quem idoneum esse constiterit , transigi [z] placuit: vt per eũ infanti acquiratur [a] Dat. XII. Kal. Maij Serdicæ , Sabino & Rufino Coss.

Non solum inter extraneos, sed etiam inter coniunctas personas, requiritur insinuatio donationis excedẽtis legitimã summam. ratio est, vt maxime coniunctarum

x *Instrumentis* . sic est opus , vt quia hic agebatur vt fieret in scriptis . Vel quia excedebat legitimam summam , ne sit deterior infantis conditio,quàm alterius.
y *Seruum.*& non alio modo,vt innuit.& ff. de acqui. possess. l.j.§.furiosus.&.l.quamuis.j.§. infans : & sic est contra supra de acqui. poss.l. donatarum. Solu. vt ibi.
z *Transigi.*i.perfici. & sic. ff. de iu. actuque priua.l.ij.
a *Acquiratur.* sic. ff.rẽ pu.fal.fo,l.si. pupillus.

*Lata.

Data.] CASVS. Si quis vltra legitimam summam donare voluerit : non aliter perfecta erit donatio, quàm si fuerit insinuata, & maxime inter cõiunctas personas, ne fraus aliqua propter familiaritatem domesticã cõmitti possit: [†] vel id quod vere gestum est, aboleri. ¶ Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat: id quod necessariò super donationibus apud acta conficiendis iampridem statuimus, vniuersos teneat:gesta autem confici sũper rebus etiam alibi collatis , vbicunque sufficit. [f] Dat. III. Non. Maij, Dalmatio & Zenophilo Coss.

[†] *Hæc verba ponit glossa.in ca. veniens.2. super ver. canonicas. ante me.ex trade test. Iudex minor propter præsentiam superioris suæ iurisdictionem non potest.*

Ista lex, & lex si quis argentum.§. sed si quidem.j.eodem.non sunt alibi.& h.d. Retentio vsusfructus traditionẽ possessionis quæ erat penes tradẽtem inducit. Bal. Vel sic : Si donans rei donatæ sibi retinet vsumfructum,videtur illam tradere: ideo dominium transfert,& possessionem quadam iuris fictione.h.d. notabiliter. Salyce.

XXVIII. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Monaxio præfecto prætorio.

QVisquis † rem aliquam donando, vel in dotem dando , vel vendendo vsumfructum eius retinuerit: etiam si stipulatus [g] non fuerit, eam continuo tradidisse creditur [h], nec quid amplius requiratur quo magis videatur facta traditio : sed omnimodo idem sit in his causis vsumfructum retinere, quod tradere [i].

[†] *Idem tenetur morib. Bitur. ti.de donatio.§.2. Contius. Sumpta est hæc. ex C. T.lib.8.ti. 2.Contius.*

Familiaritas inimicus est peior omni peste.

f *Sufficit.*vt arg. supra de contrahen. emp.l.j. & infra.eo.l.in hac.in principio.

f *Officium.* aliàs officio: vel aliàs officiū: vt quia sit notoriū: vt. §. de accusa. l. ea quidem.

g *Videtur impositum.* quod secūdum diuersitatem personarum & factorum imponitur: vt ff. e. l. iij. §. aduersus. & l. fi. & l. sepulchra. Pecuniaria quoq; imponitur. vt ff. eod. l. iij. §. aduersus. quandoq; cētum, quandoq; ducentorum aureorū: vt dixi. §. eod. l. j. Sed qualiter pœna huius legis, vel illa centum aureorum imponitur, si ponas eū deportari vel decapitari, cum omnia eius bona publicantur? Respō. ea non publicari. sic. §. de mulieri. quæ ser. pro se. l. j. &. §. de raptu virgi. l. vni. §. & si quidem. Vel aliàs si conueniatur ciuiliter, subibit hanc pœnam: quæ fuccedit in locū illius quæ olim erat statuta tacitè. si criminaliter, subibit eam quæ statuitur. ff. eod. l. fin. Vel illa pœna corporalis habet locū in casu speciali, quando scilicet corpus ipsum est motum. *ADDITIO.* Habes dic quòd licet per legem nouam imponatur aliqua pœna noua pecuniaria, non propter hoc tollatur antiqua lex quæ imponit pœnam corporalem. Ex quo infert Bart. hic quòd si statuitur pro homicidio imponat pœnam pecuniariam: nō propterea tollitur pœna legis Cōrneliæ de sicarijs. tamen si quis condemnatur vigore statuti quod imponit pœnam pecuniariam, tollitur condemnatio quæ resultabat ex lege Cornelia de sicarijs: quia senatus voluit nē quis ob idem crimen duabus legibus fiat reus: vt l. senatus. ff. de accu. de quo vide latius per eundem Bart. in l. j. ff. de vi bonorum rap.

†*Cod. Th. 9. 17. 5.*

Pergit.] CASVS. Sacrilegium committit qui sepulchrum euertit, id est ornamenta ex triclinijs sepulcrorum rapit. Viu.

h *Pergit audacia.* id est pergūt audaces: & sic ponitur qualitas

Codex.

tentur: vt eā largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. V. kalend. April. Limenio & Catulino Coss.

Violator sepulchri intelligitur offendere mortuum & viuentem: & punitur in decem libris auri, & in omnibus pœna antiquitus constituta. idem est in violatore cadaueris & reliquiarum. Baldus.

IIII. Idem A. ad populum.†

Qui sepulchra violant, domos[u] *(vt ita dixerim) defunctorum: geminū videntur facinus perpetrare. nam & sepultos spoliant destruendo,* [b] *& viuos polluunt fabricando.* [c] ¶ *Si quis igitur de sepulchro abstulerit laxa vel marmora, vel columnas, aliáve quamcunque materiam fabricandi gratia: siue id fecerit vēditurus, decem pōdo* [d] *auri cogatur fisco inferre: siue quis pro pria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quicunque* [e] *alius accusauerit, vel ad officium* [f] *nunciauerit: quæ pœna prisca seuerita accedit. Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum.* [g]

Huic autem pœnæ subiacebunt, & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint. Dat. Idib. Iun. Mediolani, Cōstātio. IX. & Iuliano Cēs. Coss.

Propriè sacrilegium est defraudare defunctorum corpora vel sepulturam. Bald. Vel sic: Remouens sepulchri ornamenta, punitur vt sacrilegus. Salycetus.

V. Imp. IVLIANVS A. ad Populum.†

Pergit audacia [h] *ad busta* [i] *defunctorum, & aggeres* [k] *consecratos: cum* [l] *& lapidem hinc mouere, & terram euertere, & cespitem euellere, proximum sacrilegio maiores nostri semper habuerint:* [m] *sed & ornamenta quædam triclinijs* [n] *aut porticibus auferre de sepulchris.* [o] *Quibus P primo consulentes, ne in piaculum q incidat cōtaminata religio defunctorum: hoc fieri prohibemus, pœna sacrilegij cohibentes.* † Dat. Prid. Id. Februa. Antiochiæ Iuliano. A. IIII. & Sallustio. Coss.

Ratione debiti sepulchra defunctorum non possunt impediri. & confessio, fideiussio, vel solutio ex hoc extorta, debet viribus euacuari. Baldus, Vel sic: Propter debitum defuncti nō potest eius sepultura impediri sub pœna quinquaginta librarū auri: quas si non potest soluere, luit in corpore & cautiones, & confessiones, & exactiones ob hoc priuè factæ, ipso iure non nocent heredi. Salycetus. Sed hodie seruantur authenticas hic positas. Salycetus.

VI. Imp. IVSTINVS A. Theodoro.

CVm sit iniustum, & nostris alienum temporibus, iniuriā fieri reliquijs defunctorum ab his qui debitorem sibi esse mortuum dicendo debitúmque exigendo, sepulturam eius impediunt: ne in posterum eadem iniuria procederet, cogendis his ad quos funus mortui pertinet, sua iura perdere: [r] ea quidem quæ mortuo posito ante sepulturam ejus facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones [s] aliquas, aut fideiussorem, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis verò pignoribus vel pecunijs quæ solutæ sunt, vel absolutis fideiussoribus, & generaliter omnibus sine vlla innouatione in priltinum statum reducendis, principale [t] negotium ex integro disceptari. Eum verò qui in huiusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere: [u] vel si minus idoneus ad eas persoluendas sit, suo corpore sub competenti iudice pœnas luere. [x] Dat. Kalend. Decemb. Constantinop. Olybrio. V. C. Cos.

Sepulchra sacrilegium pœna.

† *Secūdum c. huius legis Iulianæ & delicti: vt ff. de cri. facri. l. sacrilegij pœnam. & l. sacrilegi capite. hic autem relegātur vel deportantur, quandocunq; ossa mouentur: vt ff. eo. l. finali? Respon. non dicit eandem semper, sed quandoq; vt in deportatione. & hoc dicit, proximum sacrilegio, &c.*

Sacrilegium pœna, prohibetur in exequiis celebrandis, quasi à religione Christiana abhorrens, detraxit Iuliano. Contius.

n *Triclinijs.* subaudi, *Mortui vepro: & de ornamentis sicut aufe-* *sepulchri dicit. si autem vēt, quæ vestem mortui auferat, si quidē vi armata, capite: si sine armis, metallo punitur: vt ff. e. l. iij. §. aduersus.*

o *De sepulchris.* supple proximum sacrilegio habuerunt maiores.

p *Quibus.* factis vel rebus.

q *In piaculum.* qualitercunque incidit in piaculum, id est in crimen sanguine piandum: cum tantùm in casu imponatur pœna sanguinis: vt ff. eo. l. fin. Respon. ideo dicit, quia per hoc posset per ueniri ad id quod esset sanguine piandum. Vel dic piandum, id est ad pietatem mouens. Accursius.

Cùm sit iniustum.] CASVS. Olim creditores antequam corpus debitoris posset tradi sepulturæ, petebant debitum, & fideiussores & pignora ab heredibus: nec permittebant corpus sepeliri. hodie si creditor faciat, non tenebit fideiussorum datio, nec pignoris obligatio: sed qui fecerit, in quinquaginta libras auri multabitur: vel si soluere nō possit, &c. Viuianus.

a Adde quòd ducit in corpore factus dicitur nō tenetur no. in. l. fi. ff. de in ius voc. per l. sed & si vnius. §. si ante iudicem. ff. de pœn.

r *Perdere.* quia ne impedirētur, sæpe indebitam pecuniam soluebant, quam forte postea recuperare non possunt. Vel sua iura dicit, scilicet hereditaria: quia ipsi impediti quo minus sepelirent, non sepeliendo hereditatem perderent.

s *Confessionis.* puta chirographum.

t *Principale.* hodie actionem perdit: vt in authē. quam hic lege, Item qui domum, &c.

u *Dependere.* præter id: quia nihil valet quod fecit.

x *Luere.* quod est generale: vt ff. de pœnis. l. j. & ff. de iurisdi. omnium iudi. l. si quis. §. fi. & ff. de in ius voc. l. final. &. ff. de incen. rui. nau. l. qui ædes. &. §. de ser. fugi. l. quicunque.

b Concors. &.

finem. circa fi. cum glo. fi. extra de dolo & contumacia.

ITem qui.] CASVS. Authenti. addit & corrigit. dicit enim A quòd si aliquis accedit ad domũ debitoris sui, & moribũdũ vel familiã eius molestauerit, & res suas occupauerit: amittet actionẽ suam, & tantũ quantũ accepit restituet, & tertiam partem bonorum suorũ fisco applicandorum amittet, & infamis efficietur. Vivian.

a *Item qui domum.* sumitur ex corpore: vt defun. seu fu. §. sancimus ergo. & §. si vero. col. v. sed in vsuris contra seruatur: vt extra de vsuris. c. iij.

Sed neq;.] CASVS. Hoc addit, q̃ creditores post mortem testatoris per decẽ dies non debent petere debitum. & etiã interim si aliqua promissio fieret, non valebit. Viuianus.

b *Sed neque.* h ec est in authent, vt cum de appel. cog. §. meminimus. colla. viij. & facit ff. de ius vocan. l. ij.

c *Inutile erit.* non tamen actionem amittit, vt in corpore. & sic est contra §. proxi. authen. sed ibi exequias & sepulturam impediebat: hic non. Vel refert, in cautione exigenda fiat iniuria, vt hic: an in alijs, vt ibi.

AD LEGEM Fabiam, &c.

Continuatio. *Supra de plagio, id est homicidio, quod parentibus & liberis infertur. Nunc de omni plagio, id est plaga vel dolore, quod parentibus vel dominis à quolibet infertur, tractat Azo. Et dicitur plagium quasi plaga: quia magna plaga domino vel patri infligitur perdenti filium vel seruum, vel etiam ipsi libero homini exportato. Vel dic secundum B. dicitur à plagã maris: vbi quis seruos vel liberos homines furtim subreptos vendit piratis & Barbaris.*

Plagium quid sit.

PAter tuus.] CASVS. Ancillam patris mei solicitasti vt fugeret, & eam hac lege vendidisti, ne ad patrem meũ rediret. conueniam te vtili rei vindica. quia dolo desisti habere, & accusabo te l. Fabia de plagiarijs. & si vim commisisti accusaberis de violentia. Viuianus.

d *Solicitatam.* vt fugeret: quod sufficit ad plagium: vt. ff. eodem l. non statim. §. j. licet hic vltra processerit, vt sequitur: quod fuit necesse propter actionem in rem.

e *Instituta.* sed quomodo, cum eam exportauit, & sic non habet? Respon. dolo desijt habere: & sic vtili in rem tenetur: vt ff. de rei vindic. l. qui petitorio.

IN AVTHENT. vt defunct. seu fu. §. sancimus ergo. &. §. si vero. colla. v. constitu. xiij.

Hæc authent. loquitur in casu. l. C. scilicet ante corpus debitoris traditũ sepulturæ: & addit ad l. C. quæ imponit priuationem iuris: vbi illa non imponebat. Itẽ imponit pœnam publicationis tertiæ partis bonorum. Item non solum impedienti sepulturam, sed etiam sua auctoritate signãtires mortui, imponit hanc pœnam. et nota, istam authen. Baldus.

I. Imp. ANTONINVS. A. Placido.

PAter tuus aduersus D eum à quo solicitatam d ancillam, plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum iudicem ciuiliter in rem actione institutae consistat. Si vero in causa tenuerit, f etiam legis Fabiæ crimẽ persequi poterit. ¶ Quod si per violentiam mancipium abreptum est, accusationem eius* non prohibetur

vis.

intendere. PP. XII. Kal. April. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Actor legis Fabiæ non potest per procuratorem institui: sed in actione ciuili serui corrupti benè admittitur procurator. Baldus.

II. Idem A. Aurelio.

SI ab Æliano seruum tuum susceptum, & aliquandiu occultatum, moxque eo suadente fugæ datum probare potes: legis Fabiæ crimen per te, g vel actionem ad eam rem propositam, id est serui corrupti, per procuratorem tuum persequi potes. PP. VII. Kalen. Augusti. Antonino A. IIII. & Balbino Coss.

Via ordinaria in crimine legis Fabiæ proceditur. Salyc.

III. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

VT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio, h & accusatio, & sententia necessaria est. PP. VIII. Kalen. Iul. Iuliano. II. & Crispino Coss.

Sententia in criminali ab incompetenti iudice lata, non valet: & est ipso iure nulla. Vel sic: In criminali habet locum iudex competens, & non prorogatio. Baldus. Vel sic: Procurator Cæsaris de hoc crimine non cognoscit, niji gerat vices præsidis. Salycet.

IIII. Imp. GORDIANVS. A Paulinæ. *Procurator Cæsaris quãdoque obtinet vicẽ præsidis.*

NOn valet procuratoris sententia, si vicem præsidis non tueatur i qui legi Fabiæ locum esse pronũciauit: cum eius legis disceptatio ad præsidis prouincię pertineat notionem. PP. III. Non. Decemb. Gordiano A. & Auiola Coss.

Frater potest accusare detentionem & occultationem fratris. Baldus. Vel sic: Pro fratre suppresso, fratri competit legis Fabiæ accusatio. Salycetus.

V. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALER. Cæs. Iulianæ.

SI fratrem tuum aduersarius tuus supprimit, legis eũ Fabiæ adito præside prouinciæ reũ debes postulare, k PP. Non. Maij, Æmiliano & Basso Coss.

Seruum in fuga constitutum vẽdens, incidit in legem Fabiam de plagiarijs: in quam non incidit, si alienatio sit necessaria. vel in tempus licitũ conferatur. Bal.

donatio: sed qui vendit, punitur pœna pecuniaria fisco inferẽda: coheredi tamẽ ad iudiciũ familię erciscũdæ prouocãti pro seruo hereditario in fuga cõstituto, potest adiudicari facta cõdẽnatione pecuniæ inuicẽ: in casu vero potest vendi fugitiuus, scilicet hac cõditione expressa, vt valeat tũc demum hæc venditio

ditio. cum seruus fuerit ab emptore deprehensus. Viuianus.

Libertatis species est fugisse.

a *Donare licet.* secus in absente: vt. ff. eod. l. sciendum. Sed quare nõ? Respon. quia est in specie libertatis: vt. ff. de ædili. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idẽ recte. Vel quia per hoc inuitarentur ad fugam. ar. §. de La. li. tol. l. j. §. illud. &. ff. de pact. do. l. conuenire.

b *Pœnam.* pecuniariam quæ olim statuta erat: hodie vero cessat: vt. ff. eo. l. fin. Sed quidam dicunt etiam hodie hoc casu non habere locum nisi pecuniariam pœnam, per legem istam.

c *Exceptis.* cohæredibus & socijs: vt. ff. familiæ ercisc. l. propter. &. ff. communi diuidũ. l. arbor. §. iudex.

d *Deprehensus.* vt &. ff. de contrahen. empt. l. quod sæpe. §. j. & erit quasi cõditionalis venditio. arg. ff. de pigno. l. si fundus. §. fin.

QVoniam.] CASVS. Ille committit plagium, qui liberum hominem abducit vt seruum, & eum vendit hac l. vt non redeat ad ciuitatem Romanam: cuius pœna vt est debeat puniri capitaliter, vt alii terreantur ne simile cõmittant delictum. Viu.

e *Eorum.* scilicet plagiariorum.

f *Perscribis.* id est dicis iudici. Accursius.

g *Decernimus.* vt. §. vbi de crimine agi oportet. l. sciens.

h *Capite.* vt &. ff. eod. l. j. & est capitalis, secũdũ quod dicit. j. e. l. fi.

i *Cæteri possint.* sic. j. ad leg. Iul. repe.

PRæses.] CASVS. Seruum meum abduxisti & vendidisti: si accusem te de plagio, & dicas seruũ tuũ proprium fuisse: primo inquiretur de domino serui ad quẽ pertineat: & hoc vt locum habeat actio de plagiarijs: quia si apparuerit quòd seruus fuerit meus, locum habebit accusatio: si tuus, non. Viuianus.

k *Iure dominij.* præiudicat ergo a ciuilis criminali, cum præiudicialis sit: vt & supra de adulte. l. quoniam Alexandrum.

a *De hoc etiam vide per glo. in cap. i. extra de ord. cog.*

l *Proprietatis tuæ.* qui accusaris de plagio.

m *Luce.* licet putauerit alienũ: vt argumen. ff. ad leg. Corn. de fal. l. impuberem. §. & si ei seruo. & de fur. l. inter omnes. §. recte.

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Martianæ.

INfuga seruum constitutum neque vendere neque donare licet, a vnde intelligis te in legem incidisse quæ super huiusmodi delictis certam pœnam b fisco inferendã statuit: exceptis c coheredibus & socijs quibus in diuisione communium rerum licitationẽ de fugitiuo seruo inuicẽ facere permissum est. ¶ Ita vero licebat fugitiuum seruũ vendere, & tunc venditio valeat, quando ab emptore requisitus fuerit, & deprehensus, d PP. III. Id. Mart. AA. Conss.

Alienans seruum vel liberum quẽ plagio abduxit, punitur capite: & de hoc crimine iudex potest inquirere. Salyc.

VII. Iidem AA. Maximo P. V.

QVoniã seruos à plagiarijs alienari ex vrbe significas, atq; ita interdũ ingenuos homines eorum e sce lere asportari solere perscribis: f horum tibi delictorum licẽtiæ maiore seueritate occurendum esse decernimus. g ¶ Ac propterea si quẽ in huiusmodi facinore deprehenderis, capite h eum plectere non dubitabis: vt pœnæ genere deterreri cæteri possint, i quo minus istiusmodi audacia vel seruos vel liberos ab vrbe distrahere atque alienare audeant. Dat. VI. Id. Decemb. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. Conss.

Quæstio ciuilis criminis exclusiua, prius determinatur quàm de crimine cognoscatur. hoc dicit. Vel aliter: Obiiciens exceptionem peremptoriam, quæ habet examinari seorsum à crimine, impedit processum in criminali. Baldus.

VIII. Iidem AA. & CC. Considio.

PRæses prouinciæ discreto prius iure dominij, k intelligat an audiendum sit plagij crimen, néene. Nam si proprietatis tuæ l mãcipiũ esse constiterit, expirasse criminis intẽtionẽ, emersa dominij luce, m manifestabit. ¶ Si vero seruum alienum esse constiterit, post disceptatã proprietatis quæstionẽ, & criminis causam audiet. n PP. VIII. kalen. Septemb. ipsis AA. IIII. & III. Conss.

Celans mancipium alienum, committit in legem Fabiam de plagiarijs. Bald. & Salyc.

IX. Iidem AA. & CC. Eugenio.

n *Causam audiet.* vt &. ff. eo. l. eum.

EVm qui.] CASVS. Seruum meum abduxisti, & celasti. l. plagia. teneberis. Viuianus.

EVm qui mancipium alienum celat, Fabię legis crimine teneri, non est incerti iuris. o S. III. Idus Maij, Heracliæ. AA. Coss.

Bonæ fidei emptor non incidit in crimen legis Fabiæ de plagiarijs, à plagiario comparans. Baldus.

X. Idem AA. & CC. Dizæ.

COmparantem ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non putabetur, p nullo crimine teneri conuenit. S. Non. Nouembr.* Lucione. AA. Conss.

Delictum, vel subtractæ non mutat statum. Bald. Vel sic: Venditione, status non mutatur. Sa. ycetus.

XI. Idem AA. & CC. Marpiatæ.

ABducti q plagio facta venditio, statũ non mutat, r liberæ enim personæ solicitatione f crimen committitur, non conditioni t præiudicatur. S. Id. Nouemb. Lucione.* AA. Conss.

Seruum receptãs fugitiuum, vel sic ad rem & ad pœnam tenetur: & etiam criminaliter potest de plagio accusari. Bald. Vel sic: Suscipiens fugitiũ cum rebus subtractis, furti tenetur & plagij. Salyc.

XII. Idem AA. & CC. Mutiano.

SI quis seruum fugitiuum sciens cum rebus furtiuis susceperit: cum horum nomine furti actiõe teneatur, hęc tibi rector prouinciæ cũ solita pœna restitui efficiet. u ¶ Sed & si criminis plagij accusationem instituerit, tibi audientiam præbere non dubitabit. S. kalend. April. Singiduni. CC. Conss.

Plagij criminis accusatio publica est. Baldus.

XIII. Idem AA. & CC. Seuerino.

IPLagij criminis accusatio publici x sit iudicij. S. V. kal. Decemb. CC. Conss.

In proprio seruo vel filio, & etiam in putativo plagium non committitur. hoc dicit. Vel sic: Excusatur errans in delictis, in quibus requiritur dolus. ad hoc allegatur. Bald. Vel sic: Crimen plagij committitur dolose: non ad accipiendum iusta ratione motus. Salycetus.

XIIII. Idem AA. & CC. Callistheni.

2PLagij criminis accusatio cessat, si suos seruos vel liberos y adseuerent hi qui suppresisse dicuntur non commisi velandi causa, sed ad hanc opinionem iusta ducti z ratione. S. prid. Non. Decembr. Nicomediæ CC. Conss.

o *Incerti iuris.* vt &. ff. eod. l. cum.

Comparantem.] CASVS. Seruum meũ abduxisti, & distraxisti. an emptor. l. Fabia de plagia. teneatur, quæritur? & dicitur quòd nõ, nisi particeps criminis inueniatur. Viuian.

p *Non probetur.* tunc enim secus: vt. ff. eo. l. penult. §. lege.

Abducti.] CASVS. Si liberum abduxisti & vendidisti: nõ mutatur eius conditio vt fiat seruus. secundum istum casum erit liberæ, in litera: secundum alium casum, liber. Viuianus.

q *Abducti.* scilicet liberi. & sic est plana hæc lex. Vel dic serui.

r *Non mutat.* vt fiat seruus, secundum primum casum: vel vt fiat liber, secundum alium.

f *Solicitatione.* actiuè & passiue, id est, quãdo libera persona solicitatur, secundum primum: vel solicitat seruum, secundum alium. *Solicitatio est actiua & passiua.*

t *Non conditioni.* scilicet liberæ, secundum primum: vel seruili, secundum alium. & facit secundum primum supra de inge. ma. l. ad mutandum.

Si quis.] CASVS. Si seruum meũ fugitiũ recepisti, & res meas adire pertulit, quas mihi surripuerat: agam furti, & accusabo. l. Fabia de plagia. u *Efficiet.* vt &. §. de fur. l. eos.

x *Plagij. Publici.* vbi quis abduxit filiũ vel seruũ alicuius. vnde patri vel domino licentia accusandi datur, secundum P. hoc non placet, nec inuenitur aliqua lege: ergo dicere non debemus. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. sed ad instar priuatæ actionis datur in heredes: vt. ff. eod. l. legis Fabiæ. §. fin.

PLagij.] CASVS. Si vendidi seruum quẽ credebã meũ, vel filium: non teneor Fabia, si iusta ductus fui ignorantia. Viuia.

y *Vel liberos.* id est filios. Accursius.

z *Iusta ducti.* idem si non iusta, secundum Ioan. quia quælibet ignorantia

Ignorantia quælibet excusat à dolo.

ignorantia etiã iuris excusat à dolo. hoc autẽ crimẽ dolo demũ intercueniente committitur: vt.ff.eo.l.iij.j.respon.& delib. cau.l.igitur.§.j.sic & in lege Cornelia de fica.venit tantũ dolus.vt.ff.ad leg. Cor.de sicariis.l.in lege.& ad idẽ.j.de his qui sibi adscrib.l. senatusconsulto.& facit.ff.de abigeis.l.j.§.fi.

Liberum.] CASVS. Quidã sciẽter liberum vendit.dicitur quod crimen plagij committit.Viuianus.

a *Liberum sciens.* vt & suprã vbi de crimine agi oportet.l.sciens.

Plagiarij.] CASVS.Olim [g] committebat plagium, deportabatur: hodie seruus & libertus bestiis dabũtur. ingenuus vero gladio ferietur. Viuianus.

Vxor habẽs virum inutilem, dicitur vidua.

b *Plagiarij.* nobiles natalibus: vt non contradicat fini.

c *Orbitates.* orbatum vocat patrem filio, liberet filius viuat: quia sibi est inutilis: ergo est idem in matito.

† *Ex Cod. Th.li.9.ti. 18.l.1.*

legendum tenebãtur, ex vet. manuscriptis, & Co.Th.

d *Supplicij.* vt verberetur prius. ar.ff.eodem.l.fina.

quod non attendens Alciatus li. 1.parerg.c. 23. posteriorem legis partem priori contrariam putauit.Contins.

e *Reus.* ex cõsuetudine.

f *Ingenuus.* ignobilis, aliàs finis legis principio contradiceret. vel hoc in eo qui ex consuetudine faciebat, in principio non consuetuit, & secundum hanc legem intellige supra. c.l.quoniam.

AD LEGEM Vifellam: aliàs Misellam a.

Lex Cornelia punit homicidas: vt.ff.ad legem Cornel.de sica. & falsa. & vt.j.titu.proxi.præmittit tamen hîc de quodã speciali falso. quod per. l. Vifelliam punitur.

a Hæc lex alibi vocatur lex Iulia Miscelle: vt patet ff. de indicta viduitate tollen. per totum titulum, & aliis item locis.

†*legendum sine aspiratione.*

Lex Vifellia.] CASVS. Ad honores adspirare libertus non potest, nisi impetrato iure aureorum annulorũ. hoc obtento, dum vixerit, statum ingenuitatis obtinet, & publica officia: si aliter ad honores adspiret, ciuiliter [p] operis promissis conuenti poterit, id est lege Visellia criminaliter extra ordinem accusari: & si curiæ se immiscear, infamia notabitur: & hoc, cum adspirat ad minores honores. superiora vero intelliguntur, cum adspirat ad maiores. si vero ad onus tutelæ patroni vocetur, necesse habet illud subire. Viuianus.

Contins.

g *Quæ ingenuorum.* id est quæ conueniunt tantum ingenuis.

h *Arripere.* vt & infra si seruus aut libertus. l.j.lib.x.

i *Impetrato.* multo magis si natalibus fuerit restituti: vt.ff.de natal.rest.l.quæris. sed hodie etiã poterit sine impetratione iuris aureorũ annulorum: vt in auth. vt liberti de cętero. §.j.colla.vj.

k *Obtinent.* vt & supra de iure aureorum annulorum.l.ij.

l *Libertinus.* ad honores ascendens.

m *Ciuiliter.* actione in factũ, si iuramẽto debeãtur. si aut ẽ per stipulationem, ex stipulatu: vt.ff.de oper. liber. l. vt iurisiurãdi

Scienter vendens liberum hominem, plagium committit. Baldus.

XV. Idem AA. & CC. Pomponio.

Liberum, sciens [a] conditionẽ eius, inuitũ venundando, plagij criminis pœna tenetur. Dat. XIII. Kal. Ianua. Nicomediæ. CC. Conss.

Illi qui cõmittunt plagium in filio alieno, si non faciunt hoc de consuetudine: puniuntur pœna metalli. si antẽ de consuetudine faciunt, serui vel liberti debẽt subiici bestiis, ingenui verò debent decapitari. Baldus. Vel sic: Nobiles de crimine plagij commissi, in metallum damnantur verberati: ignobiles vero serui vel liberti bestiis subiiciũtur: ingenui capite puniũtur. secundũ aliam lectur. h.d. Committens plagium non consuetus, damnatur in metallũ: cõsuetus vero grauius punitur: quia si seruus aut libertus, bestiis subiicitur: & si ingenuus, decapitatur. Salycetus.

XVI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Domitium Celsum vicarium Africæ.†

Plagiarij [b] qui viuẽtium filiorum miserandas infligunt parẽtibus orbitates [c], metalli pœna cum cæteris antè cognitis suppliciis [d] teneãtur.* ¶ Si quis tamen huiusmodi reus [e] fuerit oblatus, posteaquã super crimine clarauerit: seruus quidem vel libertate donatus bestiis subiiciatur, ingenuus [f] autẽ gladio consumatur. Dat. Kalen. August. Constantino. A. IIII. & Licinio Conss.

TITVLVS XXI. AD LEGEM Vifelliam.

Seruus vel libertus ad publicos honores tacita veritate promotus, incidit in legẽ Iuliam Vifelliã: nisi libertus impetrasset ius annulorum aureorum: à tutela tamẽ patroni & oneribus municipalibus non excusatur libertus. primo enim ipsa lex tractat de honoribus, secundo de oneribus. Baldus.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Baccho.†

Ex Visellia* [g] libertinę cõditionis homines persequitur, si ea quę ingenuorũ [g] sunt, contra† honores & dignitates ausi fuerint attẽtare, vel decurionatum arripere [h]: nisi iure aureorũ annulorum imperrato [i] à principe sustententur. Tunc enim quo ad viuunt, imaginem, non statum ingenuitatis obtinent [k]: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. ¶ Qui autem libertinus [l] se dicit ingenuum, tã de operis ciuiliter [m], quàm etiam ex lege Visellia criminaliter [n] poterit perurgeri. ¶ In curiam autem se immiscens, damno cuidem [o] cum infamia afficitur. ¶ Muneribus verò personalibus [p] in patria patroni, quæ cõgrunt huiusmodi hominibus, singulos pro viribus adstrictos esse non dubiũ est. PP. II. Id. Februar. Antiochiæ. CC. Conss.

TITVLVS XXII. AD LEGEM CORNELium de falsis.

Accusato subiecti partus, propter impubertatem pueri non differtur: & verisimile est quòd causam capitalem ille quem tangit, agat ex fide. h.d. Vel sic: Vbi agitur de salute alicuius, verisimile est quòd totis viribus se defendat. Baldus.

I. Imp. ANTON. A. Seuerino.

SI partus subiecti crimẽ diuersę partis [q] obiicitis, causa capitalis [r] in tẽpus pubertatis pueri differri nõ debuit: sicut iam pridem mihi & diuo Seuero patri meo placuit. Neque enim [s] verisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. PP. non. Mart. Duobus & Aspris Conss.

Exceptio falsi obiecta solum causa differendi processum, non debet admitti: sed debet debitor ad solutionem compelli referuato iure accusandi. hoc dicit. Vel sic: Exceptio falsi expulsa indiscussa non parit præiudicium in iure accusandi. hoc dicit. Vel sic: Si repellatur exceptio falsi, tamen accusatio potest instituisi fuit à iudice reseruatum ius accusandi. Baldus.

Criminaliter. vt infra quando ciui. ac.l.j. & hæc.l. Visellia extraordinariam imponit pœnam ex qualitate delicti. vt.ff.ad l. Corne. de fal.l.eos.§.fi.

o *Damno quidem.* id est damno quod est infamia. & hoc quãdo ad minores adspirat. sed supra proxi. resp. ad maiores. Vel dic hic idem quod.ŝ. & expone damno, scilicet arbitrio iudicis indicta multa: vt.d.l.eos.

p *Personalibus.* tutelæ vel curæ: vt &.ŝ.j.de liberti.l.j.li.x. & ŝ.de ex cusa.tuto.l.libertos. & l.nec senatorum.

Continuatio.

AD LEGEM Corneliam de falsis.

In plurali ideo, quia multis modis committitur falsum: vt.ff.eo.l.i. & per totum titulum, & hoc titulo per totum.

SI partus.] CASVS. Mulier accusabatur de partu supposito: an accusatio differri debeat vsq; ad tempus pubertatis pueri? Dicitur q; non: quia non est verisimile quòd se nõ defendat: cũ periculum capitis expectet. Viuia.

Partus subiecti crimen an sit differendum propter filij impuberitatem.

q *Diuersæ parti.* scilicet matri. Item quo ad matrem si insimul matri & impuberi: licet quidam tunc dicãt differendam in tempus pubertatis. si autem ipsi pupillo tantum, differtur ex edicto vel constitutionibus: vt.ff. de Carb.edic.l.j,§.fi.&.l. iij.§.j.

r *Capitalis.* quia sequitur pœna capitis: vt in fine legis.

s *Neque enim.* verè non differtur. neque enim &c. nam & si pupillo moueretur, non differtur, si hoc ei expediret: vt.ff.de Car. edict. l.iij. §. causæ. Sed an hoc casu sententia contra matrem lata vel pro ea, partui præiudicet vel proficiat? Respon. secundum Ioan. non. vt.ff.de iure iuran.l.iij. §. denique ait, si de possessione.&.ff.de Carbedi.l.iij.§.fi mater impuberis.&.ff. de adul. l.denunciasse.§.fi.&.l. miles.§.defuncto. Item si præiudicaret, differretur causa: quod non fit: vt hac.l.dicitur, &

Sententia lata contra matrem de partu supposito an noceat partui.

arg.ff.de ven.in pos.mit.l.j.§.si ea quæ. Sed econtra videtur q; sic: quia si verũ est eam subiecisse: ergo hic est subiectus, sed nõ sequitur: quia aut malè iudicatũ est, & nõ fecit ius: aut etiã bene, & tũc res inter alios acta, &c. vt ŝ. res inter alios, &c. Itẽ q; eo quòd [t] officiat, videtur. ff. de Carb. edic. l. iij. §. si mater. &. §. si quis, vbi dicit, si mater obtinuerit, adhuc tamẽ quæstio statu superesse poterit: si vel dicatur nõ esse ex ea cõceptus, vel dicatur non fuisse matrimonium cum ea ex qua est conceptus. Cum ergo hos duos casus tantùm excipiat, videtur de partu suppositio non remanere quæstio. Sed respon. licet duos excipiat, non tamen abnegat tertium: qualemqualem tamen præsumptionem negari non potest esse pro partu vel contra, sententia

tra, sententia cõtra matrẽ vel pro ea lata, non tamen tanta est præsumptio, vt per eam debeat Carboniana bonorũ possessio denegari. Item quòd præiudicet & differatur, videtur. ff. de vẽ. in possess. mit. l. si ventris. sed aliud est ibi: quia est ibi de adulterio accusata. Vel dicit ibi de præiudicio qualiquali. vel ipetrauit ibi hoc à principe.

†*Concor. ad hanc. l. gloss. c. fisciata. super verb. sententiæ. insi. extra de restit. in integ.*

Vel ibi loquitur quãdo accusauit vt non mitteretur in possessionẽ: hic autem vt pœna falsi imponatur. argu. ff. de Carb. edic. l. Titia. & ff. de adul. l. miles. §. de functo. & fact infra. c. l. cũ suppositi. &. ff. de fal. l. qui falsam. §. j. & l. lege Cornelia. §. fi. & de accu. l. hi tamen. §. j.

ADDITIO. Materia suppositi partus vide Abb. & alios scribentes in. c. officij. extra de pœnit. & remiss. vbi tractatur an filius quem mater dicit non esse natum ex marito, debeat adsertioni matris credere, & bona alijs qui erant ab intestato successuri, restituere. de quo etiam per eundem Abb. in. c. tràmissæ. qui filij sint legiti. & in ca. per tuas. de pba. & per legistas ī. l. filium. ff. de his qui sui vel alie. iuris sunt. Et alia circa hãc materiam occurrentia, vide in dicto. c. officij. per eundẽ Abb. & alios.

II. Imp. ALEXANDA. Valerio, Satis aperte † diuorum parẽtum meorum rescriptis declaratum est, cum morandę solutionis gratia à debitore falsi crimẽ obiicitur [a]: nihilo minus salua executione criminis [b] debitorem ad solutionẽ compelli oportere. PP. III. Non. Maij. Maximo. II. & Æliano Conss.

Agnoscens legatum ex testamento falso, quod putat verum, non generat sibi præiudicium. h.d. Vel sic: Approbans falsum instrumentum per errorẽ, potest postea illudinstrumentum reprobare. Baldus. Vel sic: Filius legatum consecutus ex testamento, quod verum putauit, non præiudicat sibi illo falso probato. Salycetus.

III. Idem A. Cassio.

LIcet ex tabulis quas sub nomine patris [c] tui vxorẽ eius, id est nouercam tuam, surrepto vero testamẽto [d], falsas protulisse allegas: cũ crimẽ admissum ignorares [e], legatum adscriptũ tibi cõsecutus es: tamẽ nõ impedieris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. PP. XI. kal. Ian. Albino & Maximo Conss.

Plus puniter vtens falso rescripto quàm si vteretur alio simplici instrumentem. hoc primo, qui vtitur ignoranter, excusatur à falso. Bald.

IIII. Idem A. Maximo.

MAiorem [f] scelleritatem exigit, vt merita eorum qui falsis rescriptionibus [g] vtũtur, digna coerceantur pœna: sed qui deceptus est per alium [h], si suam innocentiam probat [i], & eum à quo accepit, exhibet [k]: se liberat [l]. PP. IIII. Kal. Ianuarij. Albino & Maximo Conss.

Filio non permittitur accusatio falsi contra matrem, sed bene permittitur defenso, per viam exceptionis. h.d. Vel sic:

M*aiorem.*] CASVS. Si aliquis vtatur rescripto falso principis, magis puniendus est quàm si vteretur falso instrumẽto priuato. si vero nõ impetrauit rescriptũ, sed alius, & ille accusetur: poterit se excusare si illũ exhibeat: immo & melius, si probet innocentiam suam qui impetrauit. Viuianus.

f *Maiorem.* quàm in aliis instrumentis falsis vrendo. sed aliud est vti falsa constitutione: quia nõ maior tũc imponitur pœna, quàm legis Corneliæ de sicariis: vt.ff. e.l.fi. Vel dic maiorem. i. magnã.

g *Rescriptionibus.* id est rescriptis, quasi à principe obtentis.

h *Per alium.* procuratorem, qui dicit se sic impetrasse.

i *Probat.* hoc ipso, q; non probatur contrarium: vt. ff. de proba. l. verius. & infra qui milii. non poss. l. super seruis. li. xij. Vel ideo sic dicit, quia in crimine falsi ab vtroque exigitur probatio: vt infra eodem. l. vbi falsi, & infra de abolitione. l. fallaciter.

Probatis ab vtroque exigitur in crimine falsi.

k *Exhibet.* & hoc ex vrbanitate vel voluntate. sic supra de fur. l. ciuile. Vel dic, hoc fatẽ debet probare, quòd ab aliquo acceperit.

l *Se liberat.* ab accusatione: vel, id est non incidit in pœnam sic. ff. de verb. obliga. l. decem. & facit supra de custo. reo. l. ad cõmentariensem. &. ff. eodẽ. l. qui nomine. etsi contra ius vel vtilitatẽ publi. l. & si legibus. Sed contra extra de crimi. fal. c. ad falsariorum.

†*Concor. c. præsentium cum gl. extra de testi. & ca. cum olim de censi.*

Permittitur excipere contra illud contra quem non permittitur agere. Bal. Vel sic: De falso non potest filius agere contra matrem criminaliter, sed ciuiliter. Salyc.

V. Idem A. Petronio.

FAlsi [m] quidem crimen, vel aliud capitale mouere vos matri vestræ, secta mea non patitur: sed ea res pecuniariũ cõpendiũ non aufert. Si enim de fide scripturæ vnde eadẽ mater vestra fideicõmissum sibi vindicat, dubitatio est: iquiri fides veritaris etiã sine metu [n] criminis potest. PP. III. Kal. Septẽbr. Agricola & Clemente Conss.

Ex testamento quod quis reprobauit vt falsum: se iuuare non potest. Bald. Vel sic: Legatum perdit, qui in accusatione falsi succubuit. Salyc.

VI. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. Culpio.

QVi falsas tabulas [o] dixerit P, nec obtinerit [q]: ad defuncti iudicium [r] aspirare non potest [s]. † PP. XV. kalendas April. Philippo. A. & Titiano Conss.

Transactio super instrumento de cuius fide transigens dubitabat, repellit eum à contraueniendo. Baldus.

VII. Imp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIALVS. C. Heliodoro.

IPse significas, cũ primùm ad Euersarij instrumenta protulerunt, fidem eorũ te habuisse suspectã [t]. Facta igitur transactione [u], difficile [x] est vt is qui prouinciã regit, velut falsum, cui semel acquieuisti, tibi accusare permittat. PP. III. kalend. Iul. Tusco & Basso Conss.

Fabricatione falsi instrumenti irremediabiliter quis tenetur de falso: sed si ratione vsus, remedium est quòd desistatur ab vsu. hoc dicit ista lex, quæ nõ est alibi. Bal.

n *Sine metu.* per actionem in factum: vt.ff. de vi & vi ar. l.j.§. interdictũ hoc. vel per exceptionẽ: ipsa tamẽ punietur à iudice sine accusatore: vt.ŝ. de proba. l. pe. & facit. ŝ. si tu. non ges. l.j.

Casum panit.

Q*ui falsas.*] CASVS. Is qui testamentum alicuius arguit de falso. & succubuit, nihil de eo petere potest. Viuianus.

o *Tabulas.* testamenti.

p *Dixerit.* scilicet accusando.

q *Nec obtinuerit.* id est succubuerit: vt supra de his quib. vt indig. l. alia. &. l. l. Polla.

r *Iudicium.* legatum petendo.

s *Non potest.* sed si habet, reddit: vt.ff. de his qui. vt indig. l. post legatum. §.j. &. § ei qui.

I*pse significas.*] CASVS. Petebas à me decem ex instrumẽto. ego dicebam falsum: postea transegi super eodẽ instrumento: nunquid potero postea arguere instrumentum de falso, quæritur? Et dicitur quod non. Viuianus.

t *Suspectam.* secus si ignorasset, & dedisset causam transactioni: vt supra de transactio. l. pe.

u *Transactione.* quæ valet: vt.ŝ. de transactio. l. transigere.

x *Difficile.* quia quandoque permittitur, vt si dolus vel metus allegetur:

allegetur vt hic, & facit supra si ex fal. instrumen.l.ij.& supra de fide instru.l.fi.

Si falsos.] CASVS. Accusare te possum de falso si falsos codicillos feci sti, licet dicas te nolle vti his : quia tunc potest quis se excusare si non vtatur, quando non ipse sed alius illos codicillos compo suisset. Viuianus.

a *Vti.* quoniam perfectum fuit delictum: & postea non habet lo cum pœnitentia : vt.ff. de fur. l. qui ea mente.

b *Adstrinxerit.* & si fuerint adstricti, quomodo euadent? Respō. bene: quia nō pure sunt adstricti : sed sic, si vsque ad sententiam perseuerauerint : vt hic, & argu.ſ. ne tut. vel cur. vec.cō.l.j. tamē mitius propter vsum q̄ propter factum puniuntur: vt.ff.eo.l.falſi.§. ordine.sic & aliàs quādoq; mitius de falso punitur quis: vt.ff.e. l.qui duobus. aliàs acrius : vt.ſ. e.l.maiorē . Item nota pœnitentiā admitti. sic in falsa moneta: vt.ff.e. l.qui falsam.sic &.ff.de adult.l.ſi adulteriū, §.j. &. ff. de in ius voc.l. quamuis.&.ſ.de ap.l.ſi quis libellos. &. ff. de bo.lib.l.ſi vero,&.ff.de inoff. te. l. Papinianus. §.meminisse.&.ff. rem ra.ha.l.amplius. Itē an præsumitur falsum instrumentū, eò q̄ dicit se nō vti? quod videtur: vt supra de fid. instru. l.ſi aduersarius. licet ipse nō possit accusari, qui desinit vti. & facit ad hāc.l.ff.de his qui deic. vel.eff.l.ſi verò §.prætor ait.in fi.§. &, ff.de aquaplu.ar.l.is cū quo.

Pœnitentia in quibusdam casibus admittitur.

c *Compositis.* cā se.

d *Eius.* scilicet lēgis Corneliæ.

e *Recusando.* vt in principio hujus.l.dicitur.

Si docueris.] CASVS. fecit Titius codicillos, & in eis legata reliquit: rego heres ingrediar possessionem hereditatis, & præstabo legata. si vero velim codicillos arguere de falso, & accusationem instituì , & ex principis indulgentia abolita est: de fide codicillorum ciuiliter quæri potest per actionem in factum, vel per exceptionem, vt.ff.eodem.l.qui nomine.& infra eodem.l.damus. Viuianus.

f *Scripserat.* id est scripsisse diceb atur.

g *Prebeas.* sed quomodo, cum nihil tibi relictum est, supra de fideicom.l.ab eo? Respon. tacite relinquitur : vt.ff.de iure codi.l.conficiuntur.§.j.

h *Sopitum est.* sed quomodo per abolitionem sopitur. per generalem non: vt.ff. ad Turpil.l. Lucius. per specialem non : vt infra de abol.l. fallaciter.§.fi. Respon. ex certa scientia princeps indulsit generaliter vel specialiter.

i *Residuum.* ciuilem, vt subiicit, non criminalem: nisi intra.xxx dies computandos ex fine feriarum: vt & infra de generali abolitione.l.j. &.ff.ad Turpil. aut priuatim.§.triginta.

Partus suppositi accusatio cui competat.

k *Queri.* scilicet per actionem in factum vel exceptionem: vt. ff.eodem.l.qui nomine.& infra.e.l.damus.

Cum suppositi.] CASVS. An vxorem patrui mei de suppositio partu accusare possim, quæritur? Et dicitur q̄ sic. Viu.

l *Moueas.* cum velis succedere ei, & sic tua interest. aliàs non posses accusare: vt.ff.eodem.l.lege Cornelia.ij.§.j.

m *Apud rectorē.* q̄ habet metū īperiū, quod hic exigitur. Acc.

VIII. Iidem AA. & C.C. Marino.

SI falsos codicillos ab his contra quos supplicas, factos esse contendis : non ideo accusationē euadere possunt, quòd se illis negent vti [a]. nā illis prodest instrumenti vsu abstinere: q nō ipsi falsi machinatores esse dicūtur, & quos periculo solus vsus adstrinxerit [b]. ¶ Qui autē cōpositis [c] per scelus codicillis, in seueritatē legis Cornelię inciderūt: nō possunt defensiones eius [d] recusando [e], crimen euitare. PP. III. kal. Iul. Aemiliano & Basso Conss.

Succedens ab intestato, tenetur præstare fideicommissa relicta in codicillis: nisi codicillus arguatur de falso criminaliter accusando, vel ciuiliter excipiendo. Baldus.

IX. Impp. CARINVS & NVMERIANVS AA. Mesio.

SI docueris apud præsidem prouinciæ, ab intestato te hęredē eius extitisse, qui codicillos scripserat [f]: ordinarium est, vt in hæreditatis possessiōe cōstitutus, fideicōmissa præbeas [g], quæ iure relicta sunt: nisi consilio est codicillos falsos arguere. ¶ Quod si criminaliter cœpti iudiciū steruerūtu indulgētię sopitum est [h]: habes tamē residuam [i] indagationem, & potes de fide scripturæ ciuiliter queri [k], PP. III, Kalē. April. Carino II. & Numeriano. AA. Conss.

In criminalibus probat actor, nō reus. Sal.

X. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Legitimo.

Id proba. sine præfinitione temporis: vt.ff.eo.l.qui falsam. §.accusatio.

Si lis pecuniaria.] CASVS. Conueni te ad.c. coram pedaneo iudice ex instrumēto quod arguebas de falso: an corā tali iudice possīs me cōuenire criminaliter de falso, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuian.

o *Remissa est.* per delegationem.

p *Ciuiliter.* & etiā criminaliter incidenter: vt.ſ.de iudi. l. quoties. &.ſ. de ordi.iudi.l.j. sed non pronunciant: vt ibi dixi.

q *Requiretur.* excipiendo.

Querela.] CASVS. Titius accusauit aliquem de falso. dicitur q̄ illa accusatio non finitur nisi spacio.xx.an. sicut cæteræ accusationes.

r *Querela.* quatuor modis de falso queritur. Per accusationem, & sic loquitur hęc lex. Itē per actionem in factū, & illa tollitur.xxx. annis : sicut personales aliæ actiones : vt. ſ.de consti.pe.l.ij. Item per exceptionē, & hæc nullo tempore tollitur: vt ff.de excep. doli. l.pu re.ſ.fin. Itē per iudicis officium sine accusatore: vt.ſ. de pba.l.iubemus. & de testa.l. nullū. & tūc forte.xxx.annis tollitur. Vnde versus: Accusas, agis in factum: per.i.o .reuocabis. Falsum, viginti triginta, quatuor annis.

Falsum potest discuti quatuor modis.

† *huic legi congruit quod.Cice. 3. in Verrem ait ex certo tempore populum hac lege Cornelia testamenta viua non teneri. Consilius. Versus.*

s *Sicut cætera.* scilicet non tolluntur temporalibus præscriptionibus etiam.xx. annorū, secundum quosdā, sed tātum.xxx. annorum. Vel verius, scilicet tolluntur.xx.annis, cū in dubijs restringere debeamus pœnas: vt.ff. de pœ.l.interpretatione. Et secundū primam expositionem dicit fere, propter illas quę tolluntur temporalibus præscriptionibus: vt adulterij. secundum aliam dicit fere, propter plures alias accusationes, quarū quędā durāt minori, quędā maiori: vt ecce accusatio adulterij quīquēnio: vt.ſ. de adulte.l.adulter. Itē quinquennio finitur accusatio eius qui aperuit testamentū eius qui occisus fuit à familia, antequā vlciscereturmortē defūncti: vt.ff. ad Sylla.l.in cognitione. Itē accusatio apostatatus quinq; annis durat post mortē apostatæ: dum viuit, perpetua est accusatio: vt.ſ.de apostat.l.ij.&.l.apostatarū.& idē de crimine peculatus: vt.ff.ad le.Iul.pe.l.peculatus. Item actio iniuriarum tollitur anno: vt infra de iniur.l.ſi non conuicii. & econtra perpetuæ sunt : vt criminis suppositi partus: vt.ff.e.l.qui falsam.§.j. & criminis parricidij: vt.ff.ad le gem Pomp.de parrici.l.fi. Item criminis concussionis, secundū P.vt.ff. de concuſ.l.j. secundum vnam lecturam.

Accusationes criminum quandoque tempore tollūtur.

Apostatatus accusatio quanto tempore duret.

Vi veluti.] CASVS. Iturus peregere deponebas penes me res tuas? feci fieri instrumentū, quo continebatur quod res illas accepisti: nunquid tibi præiudicatur? Diciturquòd non, & potero accusari de falso. vel dic aliter vt in glo. Viuianus.

t *Qui velati.* depositi apud te vel commodati res meas: postea scripsisti quòd ego cōfitebar me recepisse quasi apocham, cum essem absens. tu falsi teneris, & non præiudicasti mihi.

u *Criminis.* scilicet falsi.

Cæsar.

Cæsar.

Evm qui.] CASVS. aliquis fecit testamentum, in quo erat institutus heres. aliquis illud testamentum amouit, & celauit: an eum possum accusare crimine falsi, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

Falsificans non tantum testamentum, sed etiam aliud instrumentum, potest publicè accusari.

à *Testamentum.* idem in alio instrumēto. sed hoc interest: quia alio instrumento amoto, nō est publica accusatio, sed in testamēto sic: vt hic, &.ff.e.l.Paulus. Si vero scribatur falsum aliud instrumentū, an sit publica accusatio ? Quidam, vt Py. quòd non, per.l.ff.eo.l. Paulus. in prin. & l. quæ testamētum. Item quia sola lex Cornelia testamētaria numeratur inter cætera publica iudicia : vt ff.de publi.iudi.l.j. tunc enim demum cum contingit publicam vtilitatem, erit publica hæc accusatio: vt in amoto testamento, vel codicil lo celato vel deleto: vt in dictis legibus, & infra titu. j. l. ij. Nos dicimus quòd semper est publica: vt probatur.ff. de publi. iudi.l.ij.& institu. de pub. iudi. §. itē lex Cornelia de falsis. &.ff.eo.l. Paulus. §.j. &.ſ.qui accu. non poſ. l.senatusconsulto.&.ſ. ſi re. vel accu. mor. fu. l.ſi vt proponis. &.j.e. l.& ſi ad te. Itē. nota ex hac.l.quòd sic commit tit falsum qui celat, sicut qui facit : vt. ff.eo. l.j.§.qui in rationibus. &.l.qui testamentum. &.ff. de dolo.l. si quis affirmat. §.fi.

Si creditor.] CASVS. Die sabbati obliguai Titio fundū, eundē Sēpronio die dominica sequēti obligaui. Sempronius eum vult distrahere colludens mecum : confecit instrumentum. quo cōtinebatur quòd fundus die sabbati erat ei obligatus: an possim accusari de falso, quæritur? Et dicitur quòd sic: nec emptori obest collusio. Vel dic aliter vt in glo. Viuianus.

Casus.

b *Si creditor.* Creditor cum debitore scripsit falsum instrumētum, in quo continebatur sibi priusquam alij obligatū prædiū: vt ita emptorē ad emendū induceret. Vel pone vt ponimus.ff. de fide instr.l.repetita. vel vt.ff.e.l.ſi à debitore. Vel dic quòd creditor vendidit cum iam esset ei solutum, cum pluribus debitor obligatus non inueniret emptorem.

c *Nihil offecit.* quo minus de euictione agas.

d *Accusationi.* falſi. & facit infra de crimi.ſtellio. l.ignorātia.

De fide] CASVS. De falso testamēto egit quis: an possit, quæritur? Et respon. quòd sic ciuiliter & criminaliter: primo casu per procuratorem: secundo casu non.

e *Duplex via.* scilicet criminalis & ciuilis : sed ciuilis multiplex, scilicet excipiendo & replicando, & agendo actione in factum: vt infra.e.l. damus.

f *Non potes.* vt & supra qui accusa. non poſ.l.ij.&. ff. de pub. iudi.l.pe.§.ad crimen.

g *Eiusdem.* testamenti.

h *Non prohiberis.* etiam per procuratorem.

i *Conuentus.* priuata disceptatione.

k *Accusari possit.* non ergo habet exceptionem rei iudicatæ

siue condemnatus soluit, siue absolutus fuit in prima : vt infra quando ci. ac. prætu. crimi. l.j. sunt enim paria: vt.ff. de excepti. rei iudi. l. ſi quis cum totum. §. plane.

Statu.] CASVS. Tractu temporis testamentum falsum non fit vel ſi: nec eōuerſo, vel solo tempore. ad eruendā ergo veritatē torqueri possunt serui aliquibus indiciis præcedentibus, Viuian.

l *Firmari.* immo contra videtur: vt.ſ.e.l.quę rela. sed illud verum est in accusatione, non in exceptione, vel in replicatione vel actione, vel etiam officio iudicis, vt ibi notaui. Ex parte ergo accusatoris non rei firmatur : sicut in actione de dolo, quę tollitur biennio, sed nō exceptio vt.ſ.de dolo. l.optimum, & ff. de excep.doli.l.pure. §.ſi.

**PP. Non. Maij Aemil. & Bas so Conss.*

m *Non euaneſcit.* ar. contra, ſupra de testa. l.sancimus,

n *Interrogatio.* seruorum cum tormentis.

o *Cōmotus.* quia à quęstionibus non est incipiendum: vt.j. de quæſt. l.j. &.l.milites. &. ff. de quæſtio.l.j. in prin.

Ex initio.] CASVS. Fecisti conſici instrumētū, in quo cōtinebatur quòd prædiū meum erat tuūs non propter hoc effectus es iustus possessor: vnde potero te accusare de falso. Et ſi mulier dedit mihi fundum, & Titius fecit cōfici instrumentum in quo continebatur mulierem sibi Titio prius donasse: in quo instrumento mulier subscripſit. credēs illud instrumentum esse epistolā: licet videretur mulier suam prosequi iniuriā ſi accusaret, tamen accusare non potest: mulieribus enim accusare prohibitum est : vt ſupra qui accu. poſ. l.fe natus. hoc dicit cum. l. sequen. Viuianus.

p *Ex initio.* quia scripſiſti tuam, quam iniuſte tenebas, vel timore huius falſi instrumenti quo continebatur quòd erat tua, tibi tradita ſit : vt supra de transl. ſi ex falsis. siue etiam iudex secutus hoc instrumentum, tibi possessionem adiudicauit : vt supra ſi ex fal.instru.l.ij.

q *Commiſi.* scilicet instrumenti.

r *Possessio.* vt possit sequi vsucapio, secundum secundā expositionē. Sed an dominū trāscat ſi dominus erat tradēs. Resp. distīgue: an putauit se obstrictū, q̄ tradidit, vt daret: an rē q̄ actoris esse putabat, ei tradidit. In primo casu trāsfertur dominiū, secūdo nō: vt hic, &.ff. de cōdic. ob cau. da. l. iij. §. subtilius.

Dominium transfert dominus tradens rem suam prætextu falſi instrumenti.

s *Contra eos.* possessores.

t *Contendere.* excipiendo.

Casum posuit.

u *Et ſi ad te.* Vt qa tuā vel tuorū iniuriā ꝓsequeris. Et dic q̄ Berta donauit Titio prędiū: Seius fecit instrumētū, quo cōtinebatur Bertā sibi Seio ante dudū donasse: & fecit eā sub scribere cū crederet epistolā esse: ipsa mulier non accusat.

x *Etiam atque etiam.* id est sæpe & sæpius: & facit supra de obseq. l.ſi manumiſſori.

y *Improbā.* id est quæ improba est prima facie, cū subscripseris.

Accusare q

a *Accusare*.vt &.ſ. qui accu.non poſ.l.ſenatuſconſulto.
b *Prius*. quàm adſcribere tanquam epiſtolæ.
c *Formam*. ſed nonne cauſa mulieris eſſe videtur, cum de euictione teneatur? Reſpond.non tenebatur : vt diſtinguitur ſupra de iure do.l.j.

NEc *exemplũ*.] CASVS. Impetraui reſcriptũ à principe, vt delegaretur mihi iudex in cauſa quã habebam aduerſus Titiũ in.x. notarius comprehendit in reſcripto.xxv an prætextu talis falſitatis debeãt iudicis cognitio impediri? Dicitur quòd non. Vel dic aliter vt in glo.Viuia. d *Precum*. petij iudicem ad decem : ſcriba dixit de viginti:vel moratoriam dilationẽ ſex menſium petij: ſcriba ſcripſit ſeptem menſiũ, procedit delegatus ſecundum veritatem : vt &.ſ. de preci. impe. offe.l.ij. Et dicitur exemplum, quia iure ſcripto ſemper exemplificatur petitio: ſicut in ſententijs libellus. Vel dic q in his precibus fuit falſitas: quia dixi me prædium emiſſe agens cõtra auctorem, vt mihi tradatur, cum donatũ mihi eſſet : non tamen dolo. non differtur cognitio dati iudicis. ſecus ſi dolo: vt hac.l.innuitur : quia tunc reſcriptum eſſet nullum: & ſic iudex nullus:vt.ſ. ſi contrarius vel vti.publice.l. etſi legibus conſentaneum, &. ff. de pigno.act.l. tutor. §.j.& extra de reſcript. ſuper literis . Item nota hac lege falſum ſine dolo non committi.

Caſus.

† *Cod.The. 9.19.1.*

Falſum ſine dolo non committitur.

SI *quis decurio*,] CASVS.Tabellio aliquis multa fecit inſtrumẽta: poſtea cratus eſt decurio.de aliquo inſtrumẽto quod ſcripſit dum erat tabellio, an ad eruendã veritatem torqueri poſſit, non obſtante decurionatus dignitate, quæritur? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.
e *Scripſerit voluntatem*. non vt tabellio:nam tabellio eſſe non poteſt:vt. j. de decur.l.vniuerſos.lib.x. quæ eſt contra. Vel dic. hic fuit,ſed fieri nõ debuit,vel non deberet fieri tabellio poſtquam fuit decurio : vt ibi . ſed prius factus etiam poſtea poteſt conficere inſtrumentum:vt hic.
f *Officium*.dictandi vel componendi,vel ſubſcribendi.
g *Mouetur*.ei forte.
h *Sepoſito*.ſic,ſ. de teſti.l.nullum.
i *Permanet*. ergo duplex officiũ gerit,ſcilicet decurionatus, & tabellionatus,ſeu ſcriptoris. & ſic eſt arg.contra.ff. de pact. l.ſi plures. & facit. j. de quæſtio.l. decuriones.& l. milites.
k *Nec vero it*. ſupra quando poſt decurionatum ſcripſit, tunc quando ante.
l *Super his*. ſcilicet inſtrumentis.
m *Auctorem*. & ei,ſoli creditur : a vt hic,& in authent. de fide inſtrumen.§.ſi vero moriantur omnes.colla.vi. Sed contra.ſ. de teſti.l. iuriſiurandi.ſed hoc ſpeciale. Itẽ cõtra in authen.de here. & Falcid.§.ſi vero abſunt.colla.j. Sed ibi non de fide ſcripturæ , ſed de ſolennitate agitur. b Quid autem ſi diffiteatur ſuam eſſe ſcripturam? Reſpon. ſuſpecta ſit : vt ff. quemadmodum teſta.apc.l.j.§.fin.

Scilicet an ſit ſua ſcriptura, an non.Sal. per.l.ſi donationibus. ſ.de donat.
b Tunc diſtinguendum intrin ſeca ſit an extrinſeca. l.ſcribendum.ff. de verb.oblig.

A VBi.] CASVS. Si accuſet aliquem quis de falſo,debet iudex diligẽter inueſtigare veritatẽ per teſtes,& inſtrumẽta,& ſcripturarũ collationẽ: & tã accuſator quàm accuſatus debet probationes inducere. & iudex debet cauſã definire & terminare nõ interloquẽdo:nec enim ad municipales pertinet neceſſitates, decurio permanẽt; i quantum ad rem geſtam & veritatem reſerandum,* vti decurionatus honore non poterit. ¶ Nec verò is k qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quæſtionem ſuper his l quæ ante ſcripſerit,factus decurio defẽdi hac poterit dignitate:quoniam ſcripturæ veritas (ſi res poposcerit) per ipſum debet probari auctorem. m Dat. III. kalen. Febr. Sabino & Rufino Conss.

In crimine falſi acerrima ſit indagatio, etiam per tortu.& non ſolum accuſati,ſed etiam accuſantis. Nec iudex debet animi ſui finalem motum exprimere,niſi in prolatione ſententiæ,quam proferre debet intra biennium à die exordij quæſtionis : & ſecundum delicti atrocitatem reo conuicto, vel accuſatori calumnianti pœna imponitur.Bald.

XXII. Idem A.AD Maximum.P v.† VBi falſi n examẽ inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis,teſtibus, ſcripturarum collatione,aliiſq; veſtigiis veritatis : nec accuſatori o tantùm quæſtio P incumbat,nec probationis ei tota neceſſitas indicatur: q ſed inter vtranque perſonam ſit iudex medius:r nec vlla interlocutione ſ diuulget quę ſentiat:ſed tãquã ad imitationẽ relationis, t quæ ſolum audiendi mandat officium, præbeat notionem: poſtrema ſententia quid ſibi liqueat prodituras. u Vltimũ autem finẽ ſtrepitus x criminalis

† *Cod. T.l. 9.ti.19.l.1 ſed vbi falſi. Conſtitus.*

p *Quæſtio*.id eſt falſitatis probatio,nõ autẽ de tormẽtis dicit.
q *Iudicatur*.vt &.j. de aboli. l. fallaciter.ſecus in ciuili cauſa: vt ſ.de proba.l.actor,Accurſius.
r *Medius*. non declinans ad dexterã vel ſiniſtrã: vt & in auth. iuſtur. quod præſtatur ab his.§. & æquus. colla.ij.Illud tamẽ verum eſt,quòd ſi accuſator non probat, abſoluitur reus.
s *Nec vlla interlocutione*.i. interlocutoria ſententia non oſtendat , ſed per definitiuã ſuam voluntatẽ quam habet ſuper crimine falſi condemnãdi vel abſoluendi:vt argu.ff. de arb.l.qualem. & hoc ad imitationem,id eſt ad ſimilitudinem.
t *Relationis*.id eſt delegationis quæ mandat tantùm officium audiendi,non definiendi:hoc eſt,ſicut iudex ad quẽ cauſa mittitur vt de ea tantũ cognoſcat & referat definiendã,non debet aliquid interloqui,ſed tantũ cognoſcere.vt.ſ. de rela.l.ſi quis.ita hic nulla interlocutione debet vti, per quam poſſit notum fieri quid ſentiat:ſed definitiuã det. hoc,ſi principaliter agitur de falſo,ſecundum omnes.ſi autem incidenter,vt dixit B.tunc an debeat ſuper incidenti iudicari, dic vt diximus ſupra de ordi.iudi.l.j.in fin.
u *Proditurus*.Sed ſi ſuccubuit in ciuili,an aget in criminali? Io. ſic. quia tantũ facit vel minus vbi ſuccubuit, quantũ ſi ſoluiſſet.ſed ſolutione facta agitur:vt,j. quando ciui.ac præ.cri.l.j.
x *Strepitus criminalis*.id eſt iudicij, in quo ſtrepitus fit conſiſgentium,hoc eſt aduocatorum vel allegantium.

Index neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinare debet.

Strepitus ſit in iudicio.

a *Compendioſo ſpacio*. ſcilicet biennij: vt.j. vt intra cer.tem.crimina.&c.l.fina.
b *Quem*. ſcilicet finem.
c *Cuius*.ſcilicet finis, id eſt exordium quod reſpicit finem.& dic auſpicio,id eſt initio.
d *Conteſtatæ accuſationis*. id eſt ex die conteſtatæ litis.& dicitur initium,auſpicium : quia veteres principia ab auſpiciis & auguriis aſſumebant. vel dic, cuius ſcilicet ſtrepitus: vel cuius ſcilicet accuſationis.
e *Commiſi*. quia eſt ſeruus. & ideo debet decapitari: vel quia eſt vſus falſis reſcriptis ſciens:vt.ſ.e. l.maiorem. &.ff.eo.l.j.§.fin.
f *Vel deportatione* . vt d.l.ff.eod.l.j.§.fin.

† *quia etiã rem probare tenetur: vt dicit gl. in ca. illud quoque. extra de præſum.*

DAmus.] CASVS. Si proferatur inſtrumẽtũ falſum: poteſt proferens criminaliter accuſari. l.Cor. de falſis, vel ciuiliter actione in factum. Et ſi primo agatur criminaliter,ſuſpẽditur quæſtio ciuilis quo ad criminalis accipiat finẽ.in ciuili autem leuior procedat indagatio : quia in criminali vterque probat:in ciuili tantùm actor.Viuianus.
g *Quæſtione ciuili*. ſuper qua iudex primo aditus fuerat. quæ primo debet terminari: vt hic, &.ff. de iudi. l. qui prior. Sed opponitur: quia maior debet præcedere : vt ſupra de ordi.iudi. l.fina. Sed reſpond. quia cauſa morandæ ſolutionis hic obiiciebatur crimen:vt ſ.eod.l.ij . Vel hic prima facie inſtrumentum non apparebat eſſe falſum. Vel tertio dic q ciuiliter agebatur de falſo actione in factum: quod cum prius fuerat inchoatum prius finiatur quàm criminaliter agatur . Quarti dicunt terminata, id eſt dilata per ſententiam interlocutoriam. Nam criminalis eſt præponenda:aliàs dixi hoc tenere,quãdo diuerſis temporibus incipit . Si autem ſimul ciuiliter & criminaliter incipiat, præponitur criminalis, vt.ff. de iud.l.ſi de vi. & ſ.de adult.l.adulterij.

Falſitas probatur ciuiliter & criminaliter tractari.

Index neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinare debet.

ſecundum.

ſecundum.

compendioſo ſpacio a limitamus,quem b litigantem † diſceptantémque fas nõ ſit excedere:cuius c exordium naſcetur auſpicio conteſtatæ d accuſationis apud iudicem competentem: poſt probationẽ ſupplicio capitali, ſi id exigat magnitudo commiſſi, e vel deportatione, f ei qui falſum commiſerit, imminente. PP. VIII.kalen.April.in foro Traiani, Conſtantino. A.VII.& Conſtantio Cæſ. Conss.

De falſo poteſt ciuiliter & criminaliter agi:& electa via ciuili, debet ſuperſedere in criminali : ſed ea finita, poteſt criminalis quæſtio inchoari,& conuictus ſubiici pœnis legitimis. Salicetus.

XXIII. Imppp.VALENS.GRATIAN.& VALENT AAA. ad Maximum præfectum præt. †

DAmus licentiam litigantibus,ſi apud iudicẽ proferatur ſcriptura de qua oritur aliqua diſputatio, profitendi,vtrum de falſo criminaliter ſtatuat qui dubitet de inſtrumẽti fide experiri, an ciuiliter. Quod ſi expetens vin dictã , falſi crimen intenderit, tunc quæſtione ciuili g per ſententiam terminata , criminis fiat indago . vt ſi quis tabulas teſtamẽti,chirographa, atteſtationeſque, necnon & rationes priuatas h vel publicas , pacta, &epiſtolas,vel vltimas voluntates , donationes, vẽditionéſve,vel ſi quid prolatũ i aliud inſtituere conabitur : habeat accuſandi facultatem. ¶ Ciuilis autẽ inquiſitionis inter vtraſq; partes confligentium leuior k examinatio procedat:cum iudex qui præerit quæſtioni, l intentiones actoris m falſas, & cõuicta crimina reorum, ex legibus pœnis cõpetentibus poſſit vlciſci. n PP.XVI. Kalendas Maij Romę,Valente.V.& Valentiniano.AA.Conss.

Producenti inſtrumentum ſuſpectũ, imminet prius probatio quòd ſit verũ, & ad

† *Cod.The. 9.19.4.*

ſecundum.

h *Priuatas*.Sed cur hoc,cum nemini præiudicet,ſi falſum priuatum ſcripſit inſtrumentum? Reſpond.quia quantũ potui,crimẽ ad effectum produxi:vt.ff. de extraor.crimi.l.j. Vel intellige de priuato tali,quod aliquid valet faltem ad cõparationem. quia trium teſtium habet ſubſcriptionem.Azo.vt.ſ.de fide inſtrumen.l.comparationes.
i *Si quid prolatum*.vt.ff.eod.l.j.§.j.
k *Leuior*.cũ actor tantũ probet:ſecus in criminali:vt,ſ.l.pxi.
l *Quæſtioni*.criminali.
m *Actoris*. id eſt accuſatoris.
n *Vlciſci*. puniendo accuſatorem ſi fuerit calumniatus.Si vero.probauerit puniendo reum ſecundum leges quæ pœnam imponunt:vt.ff.eod.l.j.§.fina.

uerſario imminet poſtea probare contrarium.Bal.Vel ſic:De falſo poteſt queri ciuiliter & criminaliter: producens tamen inſtrumentum, eiusfidem negatam prius debet probare : deinde de falſo poteſt inſtitui accuſatio.Salicetus.

XXIIII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Proculo præfecto vrbi.

PRæbemus licentiam,vt ſi ſue ciuiliter, ſiue criminaliter (vt actor elegerit o) ſuper prolatis codicillis vel alijs inſtrumentis requiratur: incumbat probatio fidei inſtrumenti ei primitus qui ſcripturam p obtulerit, deinde ei qui ſtricta † inſtantia falſum arguere paratus ſit. Dat.X.kalendas. Februar. Timaſio. & Promoto Conss.

TITVLVS XXIIII.
DE HIS QVI SIBI ADſcribunt in teſtamento.

Filius emãcipatus ſibi adſcribens in teſtamẽto patris patre dictãte,de æquitate a pœna legis Corneliæ excuſatur.quia idẽ eſſet habituros ſine delicto,quod cũ delicto.Bald.Vel ſic:Factum quod ex ſpeciali æquitate foueatur,nõ incidit in delictum: licet ſit de genere prohibitorum. Baldus.

1. Imp. ANTONINVS. A. Valatio.

QVanquam ita interpretãtur iuriſperiti, vt contra legem Corneliã videatur ſe ſcribere heredem emancipatus filius patre dictante : tamẽ ſi cũ teſtamentum non eſſet ſcriptũ, iuſtus ſucceſſor futurus q eſſet, accepta bonorũ poſſeſſione, r filius patri:perinde habebitur atque ſi ſua manu pater tuus te heredẽ ſcripſiſſet, functus dulci officio. ſ PP. Nõ. Sept. II. & Aſpris Conss.

Vbi teſtator ſcribenti codicillos adſcribit, ceſſat pœna : ſed vbi ſcribens ſibi adſcribit , & teſtator in eadem voluntate vel in alia hoc recognoſcit: ſcribenti partitur. Bald. vel ſic:Teſtatoris ſubſcriptio etiam generalis excuſat à pœna : ſed non tribuit ius petendi legatum extraneo,qui ſibi adſcripſit. niſi ſpecialis fuerit ſubſcriptio teſtatoris. Salyceius.

Continuatio.

PRæbemus.] CASVS.Si inſtrumento petas à me decem , quod dico falſum. poterò criminaliter vel ciuiliter agere vtrũ velim;tta tamen, vt cũ criminaliter agitur, prius incumbat onus probãdi proferentiide inde ei contra quem profertur. Viuianus.
o *Elegerit*. quod poteſt:vt ſupra.l.proxi.& infra quando ciui.j ac præ.cri.l.j.
p *Scripturam*. quæ ſit prima facie maculata. Vel quia conducens alias falſas protulit ſcripturas.vt ſupra de proba.l.iubemus. Vel volens ſponte probare:vt ff.de proba.l. circa. & facit ſupra de fide inſtrumen.l.fina.

† *al. inſtrumẽta. Conſtitus.*

De falſis in genere diximus : nunc in ſpecie de quodam, quod licet non ſit falſum,punitur tamen vt falſum,vt infra eod.l. ſenatuſconſulto.

QVanquam.] CASVS. Qui ſibi adſcribit in teſtamẽto, tenetur.l.Cor ne.de fal.ſi tamen filius emancipatus à patre diſtante, ſcripſit ſe heredem, & filium non ſcripſit,patri tamẽ erat ſuccеſſurus:perinde habetur, ac ſi pater ſua manu ſcripſiſſet. Viuia.
q *Futurus*. iure prætorio: vt inſtit. de hered. quæ ab inteſta.§.emancipati.
r *Bonorum poſſeſſione*. vnde liberi.quando ab inteſtato ſucceſſerat: & ſic hic punctа. Vel verius punctа poſt dictionem eſſet : vel ſecũdum rabulas habet. & punctа ibi poſſeſſione.
s *Dulci officio*. Sed videtur incidere filius emancipatus in pœnam, & ſolus in poteſtate filius vel ſeruus excuſatur: vt.ff. de falſis. l. filius,in princip. quæ eſt contra. Solu.hæc illam corrigit:vt hic innuit. Vel dic quòd hic pater ſubſcripſit confirmando:per qđ parcitur filio. In quo nota quòd generalis ſubſcriptio ſufficit in filio & ſeruo: vt,quæ hoc teſtamento dictaui,hęc manu mea confirmo,ſed in extraneo , & ſic in emancipato filio , ſpecialis exigitur: vt quæ illi danda dictaui,confirmo: vt.ff.eod.l.j.§.inter. Vel ibi de iure ſtricto, hic de æquitate . Item nota quòd hic mutat perſonas in fine.l. Vel dic,filius quilibet ſubaudi,perinde habetur ac ſi pater

Filius ſibi adſcribens in teſtamẽto patris, an incidat in pœnam.

si pater te, &c. Item quid si alius qui ab intestato veniret, vt patronus, vel agnatus, vel cognatus dictante testatore scripsit? Respond. non idem: vt. ff. eodem. l. si quis legatum. §. fi. & est ratio: quia filio est magis debita patris hereditas: vt supra de codicil. l. fina. §. penul.

Si testator.] CASVS. Si testator in codicillis quos scripsit, adscripsit mihi legatũ reliquisse: an videar incidisse in. l. Corne. dicitur quòd non. Vinia.

a *Adscripsit*. generaliter, si eras filius, vel seruus. aliàs specialis exigitur, vt pœna remittatur, & legatũ cõsequatur: sed generalis etiam sola sufficit ad pœnam euitandam: vt ff. eodem. l. j. §. inter. Et nota quòd filius in potestate manens, vel seruus iussu defuncti sibi adscribens, pœnam euitat: sed legato caret. extraneus autem, vel emancipatus, & legato carent, & pœnam incurrunt: vt. ff. eodem. l. j. §. inter. & l. filius emãcipatus. & l. diu[a] Claudius. & hoc subiicit.

Seruus & filius impotestate sibi adscribentes iussu defuncti, non puniuntur.

b *Dictasse*. & scripsisse, subaudi de sua voluntate: & verum est te scripsisse & dictasse: secus si dictasses tantũ: quia tibi posset tunc le- gari: vt supra de testa. l. dictantibus. & sic est generalis subscriptio vel recognitio in codicillis, quæ valet ad pœnam euitandam in extraneo: vt modo dixi: subaudi, sua voluntate. & dic, te, scilicet extraneum.

†*rusticitas excusat. l. t. ff. de interd. matrimo. inter pu. et tutorem. Contius.*

c *Debes*. lueri omissio fraudem repellit: vt hic, & infra. l. proxima in fine. Accursius.

Senatusconsulto.] CASVS. Qui sibi aliquid adscribit in testamẽto, tenetur. l. Corne. de fal. Si vero dicat se ignorasse, & nolit legatum habere, venia indulgenda est.

d *Senatusconsulto*. Libontano.

e *Scribere*. per se, vel per alium, qui sibi quærat: vt. ff. eodem. l. diuus Claudius. §. scribere. vel etiam alij adimit, vt sibi remaneat: vt. ff. eodem. l. si quis. §. fi institutus. & l. impuberem. §. qui codicillos.

f *Corneliæ*. quæ est. ff. eodem, scilicet de falsis. l. j. in fine.

g *Obignorantiam*. Nam dicunt se nescire legem istam, quę hoc prohibeat.

h *Veniam raro*. aliàs est in litera, raro: & aliàs deficit.

i *Dederunt*. Duo sunt necessaria, vt dicit: ignorantia, & discedere à commodo: vt & arg. supra. l. proxi. & ff. eodem. l. diuus Pius. Sed contra. ff. eodẽ. l. diuus Claudius. ij. respon, vbi dicit non dari veniam scribenti & erranti. Solu. non datur venia erranti. vt ibi: nisi & à delicto velit discedere: vt hic. Vel non paritur ipso iure, vt ibi: cum non liceat ius ignorare, sed petito hoc à principe: vt hic. vel non eo ipso sufficit, quòd se ignorasse dicat. vt ibi: nisi & probet: vt hic. Item quomodo tenetur ipso iure, cum in dolo non sit, sine quo falsum non cõmittitur?

11 Idem A. Atticio.

Si testator codicillis quos scripsisti, legatum quoque seu fideicommissum reliquisse tibi sua manu adscripsit: a non videtis in pœnã senatusconsulti incidisse. ¶ Quod si testamentum dictasse[b] codicillis significauit, legato quidem vel fideicõmisso abstinere debes: [c] pœna verò falsi tibi principali beneficio remittitur. PP Idib. Decembr. Antonino. A. B IIII. & Balbino Conss.

Verè ignorantiam alleganti, & à delicto desistenti, pœna remittitur quam incurrerat, quia sibi adscripserat. Bald.

111. Imp. ALEXANDER A. Martiali.

Senatusconsulto[d] & edicto diui Claudij prohibitum est eos qui ad scribenda testamenta adhibentur, quanuis dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: [e] & pœna legis Corneliæ[f] facienti irrogata est: cuius veniam deprecantibus ob ignorantiam †, [g] & profitentibus à relicto discedere, amplissimus ordo, vel diui principes veniam raro[h] dederunt. [i] PP. XVII. Kalẽd. April. Maximo. II. & Aeliano Coss.

Maritus sibi adscribẽs in testamẽto vxoris, incidit in pœnã: & ista scriptura non valet. Bald. Vel sic: Non licet marito sibi adscribere in vxoris testamento. Salyce.

IIII. Idem A. Crescenti.

Quæ in testamento vxoris[k] maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur: [l] & legis Corneliæ pœna, si venia impetrata non est, locum haber. PP. III. Nõ. Februa. Fusco. II. & Dextro Conss.

Miles sibi adscribens, præsumitur iuris errore non malitia in legem incidisse & ideo sibi parcitur quo ad pœnam, sed relictum non potest petere. Bald. Vel sic: Miles excusatur si sibi adscribit, legatum tamen non petit. Salycetus.

v. Idem A. Gallieno militi.

Quod adhibitus[m] ad testamentum commilito nis scribendum, iussu eius seruũ tibi adscripsisti, pro non scripto habetur: [n] & ideo id legatum petere non potes: sed secuto tenorem indulgentiæ meæ, pœna legis Corneliæ tibi remittitur: in quam credo te magis errore quàm malitia incidisse. PP. XVII. kalend. Iul. Fusco. II. & Dextro Coss.

Parcitur ei qui sibi libertatẽ adscribit domino imperãte, tamẽ quod scribit, est pro nõ scripto. Bal. Vel sic: Seruus iussu domini sibi adscribẽs, excusatur à pœna: libertatẽ tamen non consequitur nisi de descriptione testatoris subscriptione doceatur. Salyce.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. A. & CC. Aufidio.

Si libertatẽ tibi manu tua imperãte domino adscripsisti: cũ proponas dominum nõ subscripsisse, & suis literis tuã libertatẽ expresim [o] agnouisse: ad impetrandam libertatem senatusconsulti auctoritas tibi obest: pœna tamen falsi tibi remittitur: [p] quoniam nõ potueras contra domini voluntatem venire. PP. VI. Id. Decemb. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

TITVLVS XXIIII.

DE FALSA MONETA.

Fabricantes falsam monetam puniendi sunt vltimo supplicio sine appellandi remedio: & domus in qua fabricatur, est publicanda, siue dominus sciuerit, siue ignorauerit: dum tamẽ proximus loco fuerit. fallit in domibus viduarum & pupillorum: tutores tamen eorum tenentur. Salycetus.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Ianuarium. †



Voniam nonnulli monetarij adulterinam monetã clandestinis sceleribus

De alio speciali falso dicit, quod demum perfectum punitur: vt. ff. eodem. l. qui falsam.

Quoniam.] CASVS. Fabricatores falsarum monetarũ requiri debẽt, & torqueri vt manifestẽt socios suos: & [q] eos accusãt, non punitur si nõ, [r] bet: miles verò qui tales permisit egredi à carcere, punitur capite, & appellãdi ei copia denegatur. Si vero miles fuerit qui in prædictũ incidit crimen, ad magistrũ militiũ remittendus est: domus in qua fit moneta adulterina, est cõfiscãda, si domin[s] erat præsens: licet ignorauerit. Si vero præsens nõ fuerit, nullũ patietur damnum: sed actor siue castaldus qui hoc passus fuerit, capite plectetur. Si vero in domo viduæ dicatur pecunia adulterina fabricata, venia digna est, licet præsens fuerit, ne domo sua careat: nisi euidẽs appareat eius delictũ. idẽ in pupillo: tutor tamẽ eius nõ excusabitur, sed tantum ex substantia tutoris fisco inferatur, quantũ ex substantia pupilli erat inferendum, si aliàs pupillus non fuisset.

Cuncti,

a *Cuncti*. quorum prædia sunt vel domus vbi falsum fit.

b *Iudici*. Notã speciale contra id quod habes. ff. de exhi. l. fin.

c *Prodituri*. speciale contra id quod habes. ff. de accus. l. fi. in fi.

d *Eorum*. falsariorum.

e *Immunitatem*. calumniæ, licet non probent. Vel dic si sunt socij, non tamen puniuntur: fic. ff. ad l. Iul. ma. l. quisquis. in fin. & ff. de re mili. l. non omnes. §. fina. Vel immunitas datur, scilicet munerum ciuiliũ sordidorũ. prima placet. Et est speciale hic contra id quod habes. ff. de accusa. l. fi. §. j.

f *Cuius*. inquisitionis

g *Patrimonium*. id est dispares sunt, in quorũ patrimoniũ fit. Alij enim magni, alij pupilli, alij mares, aliæ viduæ: & specialis inquisitio fit in singulis. & hoc incipit. j. §. domus, &c. & quod subijcit, si quis autẽ, &c. interpositio est.

dispar ipsis.

h *Suspectam*. aliàs suscepram, ad custodiendũ.

i *Priuato*. de falsa moneta damnato: vel quia aliquẽ de custodia exire fecerit. & sic est speciale, cum regulariter liceat appellare: vt. ff. de appel. l. & in maioribus. sic &. ff. ad le. Iul. de vi. l. quoniam.

k *Promotus in gradum*. id est homo alicuius dignitatis.

l *Incurrerit*. id est falsam monetam composuerit.

m *Nomine*. id est quod sit eius nomẽ, & in qua dignitate.

n *Iudices*. id est ad magistrum militum, si miles erat: vel ad aliũ cui subest delinquens.

o *Cuius*. ff. domini.

p *Punienda est*. Not. speciale. aliàs dolus solus punitur.

q *Prodiderit*. cũ ab alio non esset manifestum: aliàs punitur si præuentus fuerit, vt hic dicit.

r *Interiæ*. i. damno.

s *Actore*. id est castaldione.

t *Capitali*. immo maior pœna imponitur: vt. j. l proxi. quæ est cõtra. Solu. vt ibi.

†*Concor. ex parte, cum gl. parem extra de corpore vitiat.*

v *Impuberes*. doli non capaces. aliàs contra: vt ff. de reg. iur. l. pupillũ. &. l. pupillus. &. ff. de furtis. l. impuberem. & ff. si aduer. delic. l. j.

x *Ignorat*. presumptione iuris: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. fi. &. ff. rempub. fal. fo. l. fi. &. ff. de regu. iur. l. in eo quod plus. §. pupillus.

y *Nõ oportet*. vt. ff. de ser. fugi. l. quicũq;. & vnde vi. l. meminerit.

z *Expectabit*. id est tenebit.

a *Inferendum*. pura eius rei æstimatio in qua sit falsum.

Si quis.] CASVS. Si aliquis falsam monetam cuderit, omnia bona sua confiscabuntur, & in loco isto vbi cudit, concremabitur.

Codex

b *Nummos*. scilicet aureos.

c *Nostris*. quid ergo faciũt Pisani, vel aliæ ciuitates? Respond. excusari possunt: quia imperatoris monetam non fabricãt. sed propria moneta imperatoris erat aurea, & maximi precij. Vel permissione principis faciũt. *ADDITIO*. De materia ista, scilicet monetæ, vide plene. per Abb. in c. quanto. extra de iureiu. vbi pertractat qualiter puniatur falsarius monetæ. Item qualiter scienter expendens falsam monetã. Itẽ an inferiori à principe licitum sit monetam cudere, & alia plura hãc materiam contingentia requiri ibi.

Monetam cudere an posint ciues.

d *Cudendæ*. à moneta- riis nostris tantum.

†*Co. Th. 9. 21. 3.*

e *Pecuniæ*. ff. aureæ.

f *Volumus*. id est nullus alius faciat nostram monetam, nisi nostri fabricatores.

g *Obnoxij*. id est qui falsificant nostram monetam, vel aliam faciũt sine nostra volũtate etiam rectam. Azo.

† *hæc posta vior pars sumpta est ex li. 5. Co. de iu. fisc. l. edicto. §. ex tat. Theo. c. Cõ. seruus sit liber: vt. ff. pro quib. cau. ser. pro præ. l. penul.*

h *Et præmio*. quod pro arbitrio iudicis libero homini statuitur: vt. ff. de iu. fisc. l. edicto. §. ex tat. seruus sit liber: vt. ff. pro quib. cau. ser. pro præ. l. penul.

*Constantio.

i *Solidorum*. id est numorum qui faciũt solidũ. immo, id est aureorum.

a Idem dicit glo. 1. in c. quanto. extra de iureiur.

k *Flammarũ*. [a] aliud in eo qui non cudit, sed rasdit, vel tingit: vt. ff. eo. l. quicunque nummos. Sed contra. huic supra. l. proxi. vbi capitis pœna imponitur. Solu. hic est pœna capitis de qua ibi dicit secundum Azo. vel vbi sunt metalla, vt alij terrẽtur, hoc habet locum: sed vbi raro fit moneta, habet locum quod ibi. arg. ff. de pœn. l. aut facta. §. fi. Vel hæc lex in falsarijs propriæ monetæ Imperatoris, superior in aliis, hæc vera. vel illa indistinctè hoc definit. nam hęc sub illa continetur, quod in idem recidit cum prima.

Nummos tingentes vel radentes qualiter puniendi sunt.

†*C. Th. 9. 21. 9.*

Si quis.] CASVS. Non debet quis impetrare rescriptum à principe, vt liceat sibi fabricare monetã. quod si fecerit, non valebit rescriptum: & pœnã non effugiet.

l *Rescripto*. per obreptionem, dicens se heredem eius cui imperator & suis concesserat heredibus. aliàs per consuetudinem toleratur, cum ex concessione principis ciuitatibus pluribus sit concessum. Vel dic hanc l. loqui quando à priuato peteretur: ab vniuersitate vero peti videmus.

m *Amittat*. vt &. ff. de precl. impe. offe. l. rescripta. &. l. quoties.

DE MVTATIONE NOMINIS.

De alio speciali falso dicit.

feratur, quantũ à pupillo fuerat inferendum. [a] Dat. XII. Kal. Decembr. Romæ, Crispo. II. & Cõstantino. II. Cæsarib. Conss.

Falsans monetam Cæsaris, est reus læsæ maiestatis, & debet igne comburi, & omnia eius bona debent confiscari. Bald. Vel sic: Qui nummos falsa fusione formauit, debet comburi, & præmium datur accusatori. Salycetus.

11. Idem A. ad Tertullum præfectum. v. Afric. †

Si quis nummos[b] falsa fusione formauerit, vniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici. In monetis etenim rantũmodo nostris[c] cudendæ[d] pecuniæ[e] studium frequentari volumus: [f] cuius obnoxij g, maiestatis crimen cõmittunt: & præmio h † accusatoribus proposito, quicunque solidorum[i] adulter poterit reperiri, vel à quocunque fuerit publicatus, ilico omni dilatione summota, flammarum[k] exustionibus mancipetur. Dat. Prid. Nõ. Iul. Mediolani, Constantino. A. VII. & Constantino * Cæs. IIII. Conss.

Obreptitium rescriptum impetratum, non excusat à crimine læsæ maiestatis, nec à pœna. Baldus. Vel sic: Rescriptũ per quod conceditur facultas cudendi pecuniam, præsumitur subreptitium. Salycetus.

111. Imppp. VALEN. THEOD. & ARCAD. AAA. Rufino præfecto prætorio. †

Si quis super cudendo ære, vel rescripto[l] aliquo, vel etiã adnotatione nostra sibi arripuerit facultatem, non solum fructum propriæ petitionis amittat, [m] verum etiã pœnam quam meretur excipiat. Dat. IIII. Id. Iul. Constantinopo. Theod. A. III. & abundantio Conss.

TITVLVS XXV.

DE MVTATIONE nominis.

Mutatio nominis non fraudulosa, libero homini est permissa. Baldus.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Iuliano.

Sicut in initio nominis, cognominis, prænominis recognoscendi singulos imptionem, dicens se heredem eius cui imperator & suis concesserat heredibus. aliàs per consuetudinem toleratur, cum ex concessione principis ciuitatibus pluribus sit concessum. Vel dic hanc l. loqui quando à priuato peteretur: ab vniuersitate vero peti videmus.

Si quis.] CASVS. Non debet quis impetrare rescriptum à principe, vt liceat sibi fabricare monetã. quod si fecerit, non valebit rescriptum: & pœnã non effugiet.

l *Rescripto*. per obre-

Sicut in initio.] CASVS. Aliquis nomen impositum sibi, an mutare possit, quæritur? Et dicitur quòd sic, si liber fuerit, si in alterius fraudem non fecerit.

a *Libera est.* vt Insti. de lega. §. si quis in nomine.

b *Innocentibus.* id est non fraudulenter facientibus.

c *Fraude.* secus si fraus fieret, vt alius deciperetur: puta libertus vt ingenuus crederetur, & patronū fraudaret: pœna enim falsi tenetur.

d *Si liber.* secus in seruo: quia ibi fraus præsumitur: vt. ff. eod. l. fal si. j. in princip.

AD LEGEM IVLIAM de ambitu.

Qui in tribus cæsibus locum habet, & cessat in vrbe. Sed altàs obtinet, & est pœna centum aureorum, et infamia: vt. ff. eo. l. 1. & est crimen falsi in eo quòd appetendo dignitatē simulat pro publica vtilitate facere, cum pro propria faciat. quod tamen non: l. Corne. de fal. sed. l. Iulia de ambitu punitur.

Legis Iuliæ de ambitu, quæ pœna est.

Nullus.] CASVS. Si aliquis semel dignitate functus est, non iterum ad eandem per ambitum adspirare debet: & si fecerit, primò debet compelli ad solutionem illius quod debuit ex prima administratione, & postea deportabitur.

e *Principatum.* quia fuit princeps agētium in rebus, vt de hoc habes in fra tit. de prin. agen. in rebus. lib. xij.

f *Numeratum.* vt quia fuit princeps numerorum: vt habes infra de numera act. & chartu. &c. lib. xij.

g *Commentariensis.* quia præfuit custodibus carceris.

h *Audeat.* sed contra. ï. de adsess. l. liceat. Specia le ibi, sic & soluitur ff. de offi. procon. l. procōsules. quia ibi speciale. Vel expone fascibus, i. mensibus. Item cōtra in authē. de defe. ciui. §. fin. col. iij. Solu. illud quando legitimi deficiunt: vt. ff. de mune. & ho. l. honor. §. fi. Item videtur contra. ï. de mu. & ho. non conti. l. ij. lib. x. vbi post quinquennium potest repetere? sed ibi in defectum.

†C. The. 9. 27. 3.

i *Per sacras literas.* hoc est quasi per priuilegium liceat: vt. ï. de suscep. & arca. l. si aliquid. li. x. & ï. de diuer. offic. l. ij. li. xij.

k *Ad solutionem debiti.* id est soluat quod debet ex præcedenti officio: vel quod promisit pro huiusmodi dignitate, soluet in fiscum. Vel debitū appellat pœnā centum aureorū: vt. ff. e. l. j. quam si nō soluit, propter contumaciā deportatur: vt subiicit: aliàs sufficeret dicta pœna cum infamia: vt dicta. l. ff. eod. l. j.

l *Ad instar.* quia antiqua solennitas cessat: vt. ff. de publ. iudi. l. ordo. Vel quia ipsa cessat in vrbe ad eius instar quod in vrbe prius seruabatur, seruabitur in oppidis. Vel in tribus casibus habet locum quo ad verba: hic quo ad sententiam.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

Post honorem habitum per ambitionem, facit id propter quod dixerit, id est aliquid inique accepit per se, vel per alium: de quo hic dicit. & dic repetundarum, scilicet pecuniarum, & habet locū in multis

A casibus: vt. ff. eodem per totum. & infra per totum.

Vrbanius.] CASVS. Si rector prouinciæ aliquid cōmiserit in prouincia quam rexit, extorquendo à subditis, stabit in ea vsque ad. l. dies, & querentibus de se respondebit: & si prouinciam egrediatur, debet reduci, & quicquid ablatum est, debet in quadruplum restituere.

†Contor. cum hac. l. ca. sicut. in gl. super verbo, pertimescat. extra de in integr. restitu.

Vrbanius pœna, metus possit esse multorum. m † ducē qui male egit, ad prouinciam quam nudauerit, cum custodia competenti ire præcipimus: n vt non solum quod eius non dicam domesticus, o sed manipularius p & minister acceperit: verum etiam quod ipse à prouincialibus nostris rapuerit, aut sustulerit, in quadruplū exoluat inuitus. Dat. Prid. Id. Iun. Cōstantinop. Antonio & Syagrio Coss.

Pœna pecuniaria delinquentis in officio, transit in heredes. Salycetus.

II. Iidem AAA. Floro præf. præt. †

Sciant iudices super admissis proprijs, aut à se, aut ab heredibus q suis pœnam esse repetendam. Dat. Kal. Septem. Antonio & Syagrio Coss.

Iudex corruptus pecunia, puniendus est huius legis pœna. Salycetus.

III. Iidem AAA. Marcellino. †

Omnes cognitores r & iudices r à pecunijs atque patrimonijs manus abstinent, neque alienum iurgiū putent suam prædam. Etenim priuatarum u quoque litium cognitor idémque mercator, statutam legibus cogetur subire iacturam. Dat. Prid. Non. April. Mediol. Merobaude. II. & Saturnino Conss.

Concussionem inferens, & processum vel nalem faciens, vel sententiam venalē proferens, potest à quolibet accusari, dignis subijciendus pœnis, accusatore ex hoc gloriam & honorem reportante. Bald. Vel sic: Licet maiores magistratus regulariter nō possint conueniri durante officio, fallit quando delinquunt in officio, seu in spectātibus ad officium. Salycetus.

IIII. Iidem AAA. & ARCAD. A. Edictum ad prouinciales.

ad Turp. l. in senatus. §. si propter. & ff. eo. l. ij. Alij dicūt etiā lite non cōtestata intra annū in heredē dari in totū, & sic etiam in eo quod nō peruenit ad eum: licet edictū de calumnia non detur nisi in id quod peruenit: vt. ff. de calumnia. l. in heredem.

Omnes.] CASVS. Iudex pro sentētia nihil accipere debet: quòd si acceperit, pœnam legibus statutam nō euitabit.

s *Omnes cognitores.* delegati.

t *Iudices.* scilicet ordinarij.

u *Priuatarū.* an ergo in ciuilibus causis iudex accipiens tenetur hac. l. cuius pœna est. ff. eo. l. antepenult. §. fin. quod videtur per hoc quod hic dicit: vt arg. ff. de calū. l. penult. & ff. eo. l. antepenul. circa prin. vbi dicit, iudiciū capitis pecuniæ ve. Sed dic cōtra hoc, scilicet vt nō habeat locū hæc lex, nisi in criminali iudex delinquat. & hæc. l. magis est pro hoc quàm pro cōtrario: & dices iacturam, vt scilicet in quadruplū ex edicto de calūnia teneatur, non autē hac. l. Itē lex illa de calūniatoribus, de alia pœna intelligitur: vt ibi dices. Itē & qđ. ff. e. l. antepe. dicitur pecuniæve, puta quādo deliquit ī tali crimine, ī quo pœna etiam

Iudex in cōmilitibus cau sis, accipiēs pecuniā, an teneatur le ge Iuliæ repetundarū.

Diuisio.

etiā omniū bonorum erat imponēda: vt patet in leg. Iul. de vi.

†Cal. Th. lib. 1. 6.

Vbemus.] CASVS. Iudex si pecunia accepta aduersus decurionem vel quemcunque alium sententiā tulerit, vel pro relatione pœnam dignam infligi remiserit, vel nō inferendam tulerit: durante administratione, & ea deposita poterit accusari: & accusans si probet, victoriam reportabit & gloriam.

a *Honoratorum.* id est habētium dignitatem, siue administrationem.

b *Sententiam.* quæ ipso iure non valet: vt supra quando prouo. nō est necess. l. venales.

c *Vel administrante.* cōtra. ff. de iud. l. pars literarum. & ff. de in ius vo. l. ij. & ff. de iniur. l. nec magistratibus. Solu. speciale, quando occasione officij conueniuntur, vt hic: secus si ex alia causa.

d *Gloriam.* quia reipublicæ consulere videtur: sic supra de episco. & cleri. l. nulli in fin. Item fallit hæc lex in esculentis: vt. ff. de offi. præsi. l. plebiscito. Item argu. contra. ff. eod. l. j.

Vnusquisque.] CASVS. Si comes vel procurator aliquis constitutus super aliquo: extorsit pecuniam à subditis suis: intra annum post depositam administrationē potest petere pecuniam quam extorsit, vt inde soluat pensionem fisco debitā ab illis à quibus pecunia extorta est: anno autem elapso quæ relantes, tunc non audientur.

†C. Th. lib. 1. 7.

e *Præpositus.* pro eodē vel diuersis pone. & est gynæciū, collegium fœminarum deputatū ad aliquod opus fisco faciendum, secundum Ir. Vel dic vt dicitur infra de murileg. l. ij. lib. xj. & infra de nauicu. l. iij. eo. lib. omnes hi respōdebant comiti. Ac.

†Dicit tamen Salyc. quod etiam post annum potest ille exactor conueniri ad suppli. allegat. in l. ff. hoc titulo.

f *Decesserit.* id est discesserit, vel propriè. In hoc ergo differt ab aliis qui etiam durante administratione conueniuntur: vt supra. l. proxi.

g *Repetiturus.* forte quadruplum: vt arg. ï. de adsess. l. fi. lij. & l. in fi.

h *Pensionibus.* à se concessis fisco debitis. q. d. non cedat lucro fisci.

i *Administrationis.* vt arg. ff. eo dem. l. datur.

k *Præstituti.* scilicet anni.

l *Ad solutionem.* de suo: licet non rehabeat quod dedit.

Ancimus. Primo ponit dictum generale. Secundo illud limitando formam addit iuramenti. Tertiò pœnam adiicit contra facienti. secunda ibi. Ita sane. tertia ibi. Et licet. Sal.

CASVS. Ad regimen prouinciæ non debet quis per ambitionem vel precium vocari: vocatus autem debet iurare nihil se

Codex.

A dedisse, nec per se nec per interpositam personā: nec aliquid accipiet præter sibi constitutū salariū. Et si aduersus sacramentū suum aliquid extorsit, illud in quadruplum restituere debet, nec solum dans, sed & accipiens à quolibet poterit accusari.

m *Promoueri.* qui suo ingenio augeāt dignitatē: vt. ff. de offic. Præsi. l. obseruandum.

Accedentes ad regendas prouincias, debent iurare forma hic scripta. & de contrario postea conuicti in quadruplum sunt puniendi. Salyc.

VI. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio præfecto prætorio.

n *Depromant.* id est iurando dicant.

o *In fraudem.* vt. ff. de calum. l. & generaliter. Sed quid si non interposuit, aliquid tamen dedit? Idem, argu. d. l. generaliter. j. resp on.

†Ex noa vell. Th.

p *Et ob hoc.* aliud sub iicit capitulum, scilicet quòd nihil accipiet: nec ergo det, nec accipiat. vt hic, &c. ff. eodem. l. iiij. & in authenti. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. §. sicigitur. coll. ij. & supra de episco. & cleri. l. si quenquam. in fine.

q *Arbitramur.* id est præsumimus. sic. ff. de iniur. l. iniuriarum. j. §. j. Et nota quantilegislator habuit iuramētum: sic. ï. de nup. l. si quis alumnam, non tamen vt subiicit, omnino ei statur.

r *Pœna.* ei ciuitati applicanda, in qua honorem adipisci volebat. arg. in authen. de sanctiss. episc. §. præ omnibus. colla. ix.

s *Conuictus.* vel dans, vel accipiens. Sed contra. huic. l. ff. de pol. l. i. Solu. ibi palam: vt nor. ff. de offic. præto. l. Barbarius. & sic solue. aliud contra. ff. de don. l. hoc iure. in princi. vel ibi ex consuetudine dabatur. Accurſius. *ADDITIO.* Tu dicas quòd habendum honorem cum administratione, nec palam nec clā potest dari, sed pro habendo honore sine administratione bene potest palam dari pecunia, non clam. ita dicit Bart. in. d. l. hoc iure. in princip. ff. de donat. not. Accur. in dicta. l. Barbarius. ff. de offic. præto, & in. l. j. ff. eodem. Videas de isto etiam per eundem Bartol. in dicta. l. Barbarius. in ij. colum. versi. tu autem ex. omnibus conclude. &c.

B *Iubemus atque hortamur, vt si quis forte honoratorum,* a *decurionū, possessorum, postremò etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis, à iudice fuerit aliqua ratione cōcussus: si quis scit venalem fuisse de iure sententiam,* b *si quis pœnam vel precio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam, si quis postremò quacunque de causa im probum iudicem potuerit approbare: is vel administrante* c *eo, vel post administrationem depositam in publicū prodeat, crimen deferat, delatum approbet: cū probauerit, & victoriā reportaturus & gloriā.* d Dat. X. Kal. Iul. Constantinop. Honorio. N. P. & Eudocio Conss.

Hæc lex pronidet circa tēpus intra quod officiales possunt conueniri. Et primo quando tempus anni non excesit. Secundo, quādo excesit. secunda ibi, si vero. & h. d. Si procurator Cæsaris pecuniam extorquet à colonis, vel aliis sibi subditis, poterit conueniri intra annum à tempore depositæ administrationis, non postea. Salyc.

C V. Imppp. VALENTINIANVS THEODOSIVS & ARCA. AAA. Seuerino Com. re. priua.

Vnusquisque procurator e *præpositus* e *gynæcio, tabularius, susceptor, colonus, vel quicunque se à comite domorum meminerit esse consuetum: cum ipse cui pecuniam numerauit, ab administratione decesserit,* f *intra anni spaciū* † *ad iudicium spectabilitatis tuę, quicquid dederit, repetiturus* g *occurrat: vt prosit pēsionibus* h *quicquid ille reddiderit.* ¶ *Si verò ex tempore depositæ administrationis* i *præstituti* k *tem* D *poris curricula transfluxerint, nulla vox aduocationis emergat: sed ipsos procuratores, præpositos, colonos, tabularios, susceptores, obnoxios ad solutionē* l *volumus coartari.* Dat. Prid. Non. Iun. Mediol. Valentin. A. IIII. & Neotherio Cōss.

VI. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio præfecto prætorio.

Ancimus † *eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia nō ambitione vel precio, sed probatæ vitę & amplitudinis tuæ fulent testimonio promoueri:* m *ita sane, vt quibus hi honores per sedis tuæ, vel per nostram fuerint electionem cōmissi, iurati inter gesta depromant* n *se pro administrationibus sortiēdis neq; dedisse quippiam, neque daturos vnquam postmodū fore, siue per se, siue per interpositam personam, in fraudem* o *legis sacramentique: aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cuiuscūque cōtractus: & ob hoc* p *(exceptis solis salariis) nihil penitus tam in administrate positos, quàm post depositum officium pro aliquo prestito beneficio tempore administratio* C *nis quam gratuito meruerunt, accepturos. Et licet neminem diuini timoris contemnendo iusurandum arbitramur* q *immemorem, vt saluti propriæ vl lum cōmodum anteponat: tamē vt ad salutis timorē etiā necessitas periculi subiungatur, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, nō modò ad uersus accipientē, sed etiā aduersus dantē, accusandi cūctis tanquā crimē publicū concedimus facultatem: quadrupli pœna* r *eo qui cōuictus* s *fuerit, modis omnibus feriendo.* Dat. VI. Kal. Decem. Cōstantin. Theodosio. A. XVII. & Festo Coss.

TITVLVS XXVIII.

DE CRIMINE peculatus.

Pecunias publicas surripientes, & qui ministerium tunc vel postea præbuerint, pœna capitali puniuntur. Salyc.

DE CRIMINE PECVLATVS.

Quoniam magistratus electi in pecunia publica auferenda sæpe delinquūt: ideo ponit de crimine peculatus: & quia Iulius super eo legem tulit, suam tradidit, de ea videamus. Azo.

Continuatio.

Iudices.] Primo punit principales, secundo ministerium præbentes. secunda ibi, His quoque. CASVS. Si iudex aliquis tēpore administrationis pecuniam publicam subtraxit, l. Iul. peculatus accusabitur: quo probato deportabitur: his eadem pœna plectendis, qui opem eis tulerint: vel pecuniam subtractam ab eo susceperint.

a *Publicas.* vel sacras, quas tamen nō administrāt: vt. ff. e. l. sacri legi capite. §. Labeo. Item intellige fisci, vel ciuitatis Romanæ, nō aliarū ciuitatū: vt. ff. e. l. iiij. in fin. & ff. de fur. l. ob pecuniā.

b *Capitali.* i. deportationis: vt instit. eo. §. pe. & ff. e. l. iij. & iiij.

DE CRIMINE SACRILEGII.

Quando committatur, & quæ sit pœna, habes ff. e. l. sacrilegij pœna. in prin. & fin. ad l. iſſam. ff. de iur. & fac. igno. l. conſtitutiones.

c *Qui diuina. Omittunt.* errādo in articulis fidei: vel rebaptizando per errorem vel negligentiā.

d *Committunt.* Accusabitur ergo coram præside, qui non obedit legi euangelij: & vnà cū episcopo cognoscet cōtra laicum: vt in auth. de manda. princ. §. si vero canonicum. col. iij. Et quod dicit sacrilegium, dic, id est quasi. & facit supra de sacrosan. eccl. l. placet. in fi. & l. iubemus. ij. §. sane si hæc. & infra de decur. lib. x. l. dediticij. & infra vt dig. ordo ser. l. j. lib. xij. & de eroga. mili. an. l. hac lege. & infra de priui. eorum qui in sa. pa. l. fina. lib. xij. & xvij. q. iij. c. si quis suadente. §. qui autem. vbi hæc tres leges huius tituli habentur.

Euangelio non obediens, coram quo accusabitur.

† Cod. Th. lib. 16. tit. 2. l. 25.

Disputare.] CASVS. Elegit princeps aliquem vt esset præses in aliqua prouincia, vel magistratus in aliqua ciuitate in qua ciuis est: desiderare non debet administrationem: puta vt sit potestas in ea: alioquin crimen sacrilegij committit, nisi ex indulgentia principis hoc fuit ei concessum.

† Concor. glo. 1. in c. nam te. de ætate & qualit.

e *Sacrilegij.* i. quasi: vt supra. l. proxi.

f *Elegerit.* ex certa scientia: vt. ff. de re iudic. l. quidam. & infra de domesti. & prot. l. j. & supra de diuer. referi. l. sacri affatus. & de preci. impe. offeren. l. vniuersis. & de nupt. l. imperialis. & hoc in his quæ ad se spectant. secus in electione episcoporum & aliis ecclesiasticis: quia detrudi debent episcopi ab imperatore electi: vt euenit in Fridericho imperatore.

Episcopi ab imperatore electi detrudi debent.

g *Ne quis sacrilegij.* id est quasi: & est ratio, quia per gratiā multa fierent, & quia nemo propheta, &c.

h *Officiū.* vt j. de diuer. offi. l. iiij. lib. xii. Sed contra. ŝ. de of fic. prætor. l. tres. Sol. vt ibi. Itē in adsessore procuratoris Cęsaris secus: vt. ff. de adsesso. l. fi. Sed in adsessoribus aliorū idē qđ hic: vt. ff. ex qui. cau. mai. l. si cui. &. ŝ. de adsesso. l. in cōsiliarijs.

DE SEDITIOSIS, ET DE HIS QVI, &c.

Fit contra publicā vtilitatem, si pecuniam publicā quis furripuerit. Item sacra compilando, id est rapiendo & furando, secundū H. de quibus dixit in superioribus titulis. sic & contra publicā vtilitatē plebē

1. Impp. HONORIVS. & THEODOS. AA. Rufino præfe. præt.

Vdices qui tempore administrationis publicas[a] pecunias subtraxerūt, lege Iulia peculatus obnoxij sunt, & capitali[b] animaduersioni eos subdi iubemus: ¶ His quoque nihilo minus qui ministerium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui subtractas ab his scientes susceperunt, eadē pœna percellendis, D. V. No. Martij, Cōstantinop. Honorio. X. & Theodosio. VI. AA. Coss.

TITVLVS XXIX.
DE CRIMINE SACRILEGII.

Errans in articulis fidei, punitur vt sacrilegus. Salyc.

1. Imppp. GRATIANVS VALENTIN. & THEO. AAA. Eutropio præfecto prætorio.

Vi diuinę legis sanctitatem aut nesciendo omittunt,[c] aut negligēdo violant & offendunt: sacrilegium committunt. [d] Dat. III. Kalen. Mar. Thessalonicæ, Gratiano. A. V. & Theodosio. A. I. Coss.

Præsumitur dignus, qui est electus à principe. Bal. Vel sic: Improbare quod imperator fecit ex certa scientia. est crimen sacrilegij. Salyc.

11. Iidem AAA. ad Symmachum præfectum vrbi.

Disputare de principali iudicio nō oportet. sacrilegij[e] enim instar est, dubitare an is dignus sit, quem elegerit[f] imperator. † Dat. V. kalend. Ianu. Mediolani. Richomere & Clearcho Coss.

In prouincia propria quis non debet administrationem assumere, nisi ex certa scientia sibi concedatur à principe. Salyc.

111. Iidem AAA. & ARCAD. A. Eutropio præfecto prætorio.

Ne quis sine sacrilegij crimine desiderandū intelligat gerēdæ ac suscipiēdę administrationis officiū[h] in tra eā prouinciā in qua prouincialis & ciuis habetur: nisi hoc cuiquam vltronea liberalitate per diuinos affatus imperator indulgeat. Dat XVI. kal. Aug. Arcadio. A. & Bautone Coss.

TITVLVS XXX.
DE SEDITIOSIS, ET DE his qui plebem contra rempublicam †audent colligere.

Suscipiens populum contra rempublicam, grauissimè est puniendus. Salyc.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEODO. AAA. Florentio PF. Augustali. †

Iquis cōtra euidentissimam iussionē suscipere plebem,[i] & aduersus publicā disciplinā defendere fortasse tentauerit: multam grauissimam[k] sustinebit. Dat. XIII. kalend. Ianu. Constantin. Richomere & Clearcho Coss.

Prouocans tumultum & clamorem in populo, debet mori pœna seditionis. Et etiam quod fit ad clamorem populi, non fortitur iuris effectum. Bald. Vel sic: Inducēs populum ad tumultum, vt consequatur dignitatem vel officium debet puniri, & confectis priuari. Salycetus.

11. Imp. LEO A. Erythrio † præfecto prætorio.

In nullis locis aut ciuitatibus tumultuosis clamoribus cuiusquā interpellatio contumeliosa[l] procedat, nec ad sola cuiusquā inuidiam petulātia verba iactētur: sciturus his qui huiusmodi voces emiserint, mouerintque tumultus, se quidē fructum ex his quæ postulant, nullatenus habituros: [m] subdēdos autē pœnis his quas de seditionis & tumultus auctoribus vetustissima decreta sanxerūt. Dat. II. Non. Mart. Constātinopo. Leone. A. VI. Cos.

TITVLVS XXXI
QVANDO CIVILIS actio criminali præiudicet, & an vtraque ab eodem exerceri possit.

In criminalibus publicis, & in priuatis, ciuilis intentata de re familiari, non tollit criminalem, nec econtra. Salycetus.

de publi. iudic. l. interdum. & ff. vi bonorum raptorum. l. ij. §. i. primum tamen satis hic dicitur.

Plerisque. Diuiditur. Primo sub forma regulę duo statuta vel dicta nobis tradit in genere. Secūdo nobis illa declarat in specie, ponēdo successiuè sex exēpla, vt patet in litera. secūda ibi, Sic deniq;. Primū exēplum durat à versiculo, sic denique, vsque ad versiculum, & suppresso. Secundū vsque ad versiculum, & cum libertus. Tertium vsque ad versi. quo in genere. Quartum & quintū simul vsque ad versicu. qua iuris. vē sic ibi duo sint exempla: scilicet de furto, prout est delictum priuatum, & oritur accusatio priuata: vt. ff. de priua. delic. l. fi. & aliud de lege Fabia. Placentinus autem solum vnum posuit.

Seditio vt dicitur.

Seditiosi qualiter sunt puniendi.

† publicam quietem, legitur in manuscriptis. recte. Contius.

** Ex Co. Th. 9. 33. t.*

† mendose Augustali, legendum enim est Augustorum. nam hic erat præfectus prætorio. 1. tabernæ nullo Augustorum. Contius.

† aliàs Eutychio.

Continuatio.

Actio ciuilis an præiudicet criminali. Diuisio.

QVANDO CIVILIS actio criminali præiudicet, & an vtraque ab eodem exerceri possit.

Dixit de ordinarijs criminibus: nunc de extraordinarijs. Præmittit tamen communem titulum ad præcedentia & sequentia: si ex eodem crimine competat ciuilis actio, & criminalis accusatio, an vna præiudicet alij vel prorsus, vel interim: quod hic non dicitur. Sed dic quòd non præiudicat prorsus, nisi in actione & accusatione iniuriarum: vt ff. de iniurijs. l. prætor. §. i. & l. quod senatus. Sed interim præiudicat: vt. ff.

CONFITEMVR igitur credere in patrem & filium & spiritũ sanctũ, Trinitatem consubstantialem, vnam deitatem, siue naturam & substãtiam & virtutem & potestatem in tribus subsistentiis siue personis adorantes, in quibus baptizati sumus, in qua credimus, & quibus confessionem dedimus, proprietates quidẽ separãtes, deitatẽ autẽ vnientes. Vnitatẽ enim in Trinitate, & Trinitatẽ in vnitate adoramus, mirabilem habẽtem & diuisionem & vnitionẽ. Vnitatem quidem secundum rationem substantiæ seu deitatis, Trinitatem autem secundum proprietates vel subsistentias siue personas. Diuiditur enim sine diuisione, (vt sic dicamus) & cõiungitur[a] diuisè. vnum enim est Deitas in tribus, & tria vnũ, in quibus deitas est. Aut vt subtilius dicamus, ipsa tria est deitas, Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus, cũ vnaquęque persona solùm intelligitur, mẽte separãte inseparabilia. Et tria vnus Deus, cũ simul intelligũtur propter eandem virtutem eandemq; naturam, quam oportet & vnum Deum confiteri, & tres subsistẽtias prædicare seu tres personas, & vnamquãque in[b] sua proprietate. Et vnitatem confitentes, confusionem non facimus, secundum Sabellium, dicentẽ Trinitatem vnam esse personam, trinomium eundem patrem & filium & spiritum sanctum: nec diuidentes proprietates, alienamus à Dei patris substantia filium aut spiritũ sanctum, secundum Arrij furorem, in tres diuersas naturas incidentes deitatem. Vnus igitur Deus pater, ex quo omnia: & vnus vnigenitus filius per quẽ omnia: & vnus spiritussanctus, in quo omnia. [c]CREDIMVS autem ipsum vnigenitum filium Dei, Deum verbũ, ante secula & sine tempore ex patre natum, non factum, in vltimis diebus propter nos & propter nostram salutem descendisse de cælis, & incarnatum esse ex Spiritu sancto & sancta gloriosa Dei genitrice semper virgine Maria, & natum ex ipsa, qui est Dominus IESVS CHRISTVS, vnus de sancta Trinitate, consubstantialis Deo patri secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem, passibilis carne, impassibilis idem ipse deitate. Non enim alius[d] quidã est præter Deum verbum; qui passionem & mortem suscepit: sed ipse impassibilis & sempiternus Deus verbum generationem carnis humanæ sustinere dignatus, impleuit omnia. Ideo non aliũ Deum verbũ esse, qui miracula operatus est, & alium Christũ qui passus est, cognoscimus: sed vnum eundemque Dominum nostrum Iesum Christũ, Dei verbum incarnatũ & hominem factum, & eiusdem ipsius miracula & passiones, quas carne voluntariè sustinuit, cõfitemur. Non enim homo aliquis pro nobis semetipsum dedit, sed ipse Dei verbum, suum corpus pro nobis dedit, ne in hominem fides & spes sit nostra, sed in ipsum Deũ verbũ

a *diuisè.*

b *eum.*

c *Confitemur.*

d *quidem.*

nostram fidem habeamus. Et Deum igitur eum confitentes, non abnegamus ipsum esse & hominē: & hominem dicentes eum, non abnegamus ipsum esse & Deū. Si enim Deus tantūmodo esset, quomodo patiebatur? quomodo crucifigebatur & moriebatur? Aliena enim ista sunt Deo. Sin autē homo solùm, quomodo per passionem vincebat? quomodo saluos faciebat? quomodo viuificabat? Hæc enim supra hominis naturam erant. Nunc autē idem ipse patitur, & saluos facit, & per passionem vincit, idem ipse Deus, idem ipse homo, vtrumque tanquam vnum, vtrumque tanquā solum. Vnde ex vtraq; natura, id est ex Deitate & humanitate vnum Christum cōpositum dicentes, confusionem vnitioni non introducimus. Et in vtraque autem natura, id est in diuinitate & humanitate vnum Dominum nostrum Iesum Christum Dei verbum incarnatum & hominē factum cognoscētes, diuisionē quidē per partes, vel incisionem non ferimus vni eius subsistentiæ. Differentiam autem naturarum ex quibus cōpositus est, significamus nō interemptam propter vnitatem, quoniam vtraque natura in ipso est. Cùm enim cōpositionem dicamus, necesse est confiteri & partes in toto esse, & totum in partibus cognosci. Nec enim diuina natura in humanam transmutata est, nec humana natura in diuinam cōuersa est. Magis autem intelligitur, quòd vtraque in proprietate & ratione suæ naturæ manente, facta est vnitas secundum subsistentiam: vnitas autem secundum subsistentiam, significat quòd Deus verbum, id est vna subsistētia ex tribus Deitatis subsistentiis non antè plasmato homini vnitus est, sed in vtero sanctæ virginis creauit sibi ex ipsa in sua subsistētia carnem animatam anima rationali & intellectuali, quod est natura humana. Hanc autē secundū subsistentiā vnitatē Dei verbi ad carnē, docēs nos & diuinus Apostolus, dicit, Qui cū in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est, æqualē se esse Deo: sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs. Per hoc enim quod dixit, qui cum in forma Dei esset, verbi subsistentiam in natura Dei esse ostēdit. Per hoc autem quod dixit, formā serui accepit, naturæ hominis, & non subsistentiæ siue personæ vnitum esse verbum significauit. Nec enim dixit quòd eū qui in forma serui erat, accepit: ne antè plasmato homini vnitū esse Deum verbū ostenderet, sicut Theodorus & Nestorius impij blasphemauerunt, affectualem dicentes vnitatē. Nos autē sequentes diuinas scripturas, & sanctos patres, confitemur quòd Deus verbū caro factus est, quod est secundum subsistentiam sibi vnire naturam humanā. Ideo & vnus est Dominus noster Iesus Christus, habens in semetipso perfectionem diuinæ naturæ, & perfectionē naturæ humanæ. Et est vnigenitus quidem & verbum, vtpote ex Deo patre natus, & primogenitus autē in multis fratribus idē ipse, cùm factus homo. filius enim Dei, filius hominis factus est: & manēs quod erat, non trāsmutauit quod factus est, vnde & duas natiuitates, eiusdem ipsius vnigeniti Dei verbi confitemur. Ante secula quidē ex patre incorporaliter nati, in vltimis autem diebus eiusdem ipsius incarnati, & nati de sancta gloriosa Dei genitrice & semper virgine Maria. Qui enim de patre splenduit supra intellectum, ex matre ortus est supra rationem. Et cum Deus verus esset, factus est verè homo. Ideo propriè & verè Dei genitricem sanctā, gloriosam & semper virginē Mariā confitemur: non quia Deus verbum initium ex ipsa accepit, sed quòd in vltimis diebus vnigenitus Deus verbū, qui ante secula erat, incarnatus ex ipsa, immutabiliter homo factus est: & cū inuisibilis in suis esset, visibilis factus est in nostris: & cùm impassibilis Deus esset, nō dedignatus est passibilis esse homo: & immortalis, mortis legibus subiacere: Istum qui in Bethlehem de semine Dauid natus est secundum carnem, & similis factus hominibus, & crucifixus est pro hominibus sub Pontio Pilato, prædicauerunt sancti Apostoli ipsum esse Deum, ipsum hominem, ipsum filium Dei, ipsum filium hominis, ipsum de cælo, ipsum de terra, ipsum impassibilem, ipsum passibilem. Deus enim verbum, qui natus est desursum ex patre ineffabiliter, inenarrabiliter, incōprehensibiliter, sempiternè, ipse in tempore nascitur deorsum de virgine Maria: vt illi qui deorsum prius nati sunt, desursum secundo nascerētur, id est ex Deo. Ipse igitur matrem tantummodo habet super terram, & nos tantummodo patrem habemus in cælo. Cùm enim accepisset mortalem patrem hominem Adam, dedit hominibus suum patrem immortalem, secundum hoc quod dicitur: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnde & mortem secundum carnem gustat filius Dei, propter carnalem suum patrem: vt filij hominis, vitæ eius participes fierent: propter suum secundum spiritum patrem Deum. Ipse igitur secūdum naturam filius est Dei, nos autem secundū gratiam: & iterum ipse secundum dispensationem & propter nos filius fuit Adam, nos autem secundum naturam sumus filij Adam. Pater enim est eius Deus secundum naturam, noster autem secundum gratiam. Et Deus ei fuit secundum dispensationem, eo quòd homo factus est: noster autem secundum naturam Dominus est & Deus: & ideo Deus verbum, qui est filius patris, vnitus carni, factus est caro, vt homines vniti spiritui, fierent vnus spiritus. Ipse igitur verus filius Dei, omnes nos indutus est, vt omnes induamur vnū Deum: & est post incarnationē vnus de sancta trinitate, vnigenitus filius Dei dominus noster Iesus Christus, cōpositus ex vtraque natura. Compositum autem Christū confitemur, sanctorum patrum doctrinā sequentes. In mysterio enim Christi vnitas secundum compositionem, confusionem & diuisionem reiicit, & seruat quidē vtriusque naturæ proprietatem: vnam autem substantiam seu personam Dei verbi, & cum carne ostēdit, & est vnus idemq; perfectus in deitate, & perfectus in humanitate, non tanquā in duabus subsistentiis siue personis, sed in diuina natura & humana cognoscēdus, vt vnus sit vtraq; perfectus Deus, & perfectus homo. Idem ipse Dominus noster Iesus Christus, vnus de sancta trinitate, conglorificandus patri & sancto spiritui. Nec enim quartæ personæ adiectionem suscepit sancta trinitas, & incarnato vno de sancta trinitate Deo verbo. Istam igitur bonam traditionem, quam à sanctis patribus accepimus, custodimus, in qua viuimus & conuersamur, & quam ab hac vita proficiscentes, oramus nobiscum habere, quæ est in patrem & Christum filium Dei viui, & sanctum spiritum confessio. Hæc itaque confitentes super alias S. Cyrilli de fide recta doctrinas, & hoc, quod dictum est ab ipso, vnam naturam Dei verbi incarnatam suscipientes, cōfitemur quòd ex diuina natura & humana vnus Christus effectus est, & non vna natura, prout quidam malè intelligentes dictionem, conantur

ἕνωσις κατὰ ὑπόστασιν, vt dicit in epistola, Victor. eod. tit.

Ioan. 1. b.

Cyrillus de fide recta.

conantur dicere. Vnde & ipse pater quoties vnā naturam dixit verbi incarnatā, in hoc, *naturæ nomine pro subsistentia vsus est. Et in quibus libris dixit hanc dictionē, in sequētibus sæpius intulit. Est quādo filiū, est quādo verbū aut vnigenitū: quę non naturam, sed subsistentiā seu personā significant. Subsistētia igitur verbi incarnata, nō vnā naturā, sed vnū Christū compositum effecit, eundem ipsum Deū & hominē. Eos autē qui Deū & hominē Christū cōfitentur, vnā naturā siue subsistantiā ipsius dicere, impiū est. Impossibile est enim, Dominū nostrū Iesum Christū, secundum vnā eandemq; naturā seu subsistantiā, & ante secula esse, & in tēpore, aut impassibilem & passibilem. Quod in vna subsistētia, siue persona eius rectè cōfitemur: ex ipsis autē dictis eiusdē sancti Cyrilli ostendemus de memorata dictione manifestam ipsius doctrinā. In prima enim ad Successum epistola, cùm dixisset vnam naturam Dei verbi & incarnatam, statim intulit: Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet, & ad videndum tantūmodo oculis animæ, quemadmodum incarnatus est vnigenitus, duas naturas esse dicimus, vnum autem filium, & Christum, & dominum, Deum verbum incarnatum, & hominem factum. Per ista autem pater modum incarnationis volens manifestare, & indiuisam & inconfusam custodiens vnitionem, & numerum naturarum quę cōuenerunt, demonstrauit, & vnum Christum prædicauit, & non vnam naturā deitatis & carnis. Et in secunda autem ad eundem Successum epistola similia docēs, ita scribit: Nam si quidem vnam dicentes verbi naturam, tacuissemus, non inferētes incarnatam, sed quasi extrā ponentes dispensationem: erat illis forsitan & verisimilis ratio confingētibus interrogare, vbi perfectio in humanitate, vel quomodo *subsistit humana substantia. Quoniā autem & perfectio in humanitate, & nostræ substantiæ demonstratio introducta est dicendo incarnatam: cessent, arūdineam virgam sibi supponentes. Eiicientem enim dispensationē, & abnegantem incarnationem, oportebat iustè accusari, auferentē à filio perfectam humanitatem. Sin autem, vt dixi, incarnatum esse dicendo ipsum, manifesta est & indubitabilis cōfessio, quòd factus est homo: nihil iam prohibet intelligere, quia cū vnus sit & solus filius Christus, idē ipse Deus & homo, sicut in deitate perfectus, ita & in humanitate perfectus. Rectissimè autē & nimis prudenter tua perfectio de salutari passione rationem exponit, nō ipsum vnigenitum filium Dei, secundum quod intelligitur & est Deus, passum esse in sua natura, quæ sunt corporis, affirmans, magis autē passum esse terrena natura. Oportet enim necessariò vtraq; seruari vni & vero filio, & nō pati secundum deitatē: & dici passum esse eundē ipsum secundum humanitatē: ipsius enim passa est caro. Et in 13. cap. scholiorum idē S. Cyrillus similiter reiiciens eos qui duos filios introducunt, & eos qui vnā dicunt naturā deitatis & carnis Christi, ita scribit: Non discernendum vnū Dominum Iesum Christum in hominē separatim, & in Deum separatim: sed vnū eundēque Dominum Iesum Christū dicimus, naturarum scientes differentiā, & inconfusas eas sibi inuicē cōseruantes. Si igitur prout docet nos S. Cyrillus, vnus est dominus noster Iesus Christus, perfectus in deitate, & perfectus idē ipse in humanitate, & nō est passus diuina natura, sed terrena natura: scit autē & naturarum differentiā, & quòd inconfusē sibi inuicē in vna subsistentia conseruantur: certum est quod eundē ipsum in diuina natura & in humana dicit pater cognosci, & vtranque naturam in ipso esse, ex quibus & compositus est: & non aliquis sic insaniat, vt arbitretur eos rectè sapere, qui dicunt vnam esse naturam siue substantiam carnis & deitatis Christi, eādem & diuinam & terrenam, passibilem & impassibilem.

*natura.

*subsistit.

Quoniam autē & alio modo quidā ostēdere conantur vnā esse naturā deitatis & humanitatis Christi exemplum hominis proponentes, & dicētes quòd sicut ex diuersis naturis anima & corpore cōsistens homo, vna natura dicitur, sic ex duabus naturis deitatis & humanitatis Christum dicentes, debemus vnā ipsius dicere naturā: illud ad eosdem dicemus, quòd homo quidē est, licet ex diuersis cōstet, id est anima & corpore: tamen ideo vna natura dicitur, quoniā in omnibus subsistentiis siue personis, quæ sub eadem specie referuntur, communiter prædicatur. Licet enim vnaquæque subsistētia siue persona, sicut Petrus & Paulus, proprietatibus à se inuicem sēparatur, sed tamen non natura diuiduntur (ambo enim homines) & iterum nec anima sine corpore, nec corpus sine anima homo est: sed ex eo quod non erat, ad hoc quod est, ex anima & corpore creatus est: vnaquæque autē creatura, licet ex diuersis constet, sed tamen vnam illā habere dicitur naturā, secundū quam ex Deo creata est. Christus autem non sic. nec enim vnam naturam siue subsistantiā significat, quæ cōmuniter in plurimis subsistētiis siue personis prædicatur: sicut homo. Si enim hoc esset, multi Christi inuenirentur, in quibus cōmunitas vnius naturæ prædicabatur: quod & dicere impium est. Sed neque ab initio ex deitate & humanitate, sicut homo ex anima & corpore, Christus creatus est: vt hoc sit natura Christi. sed cùm Deus esset ante secula Dei verbum, & esset eiusdem naturæ siue substantiæ patri, & creator omniū, in vltimis diebus hominis naturā secundū subsistentiam sibi vniens, factus est homo manens Deus. Est igitur Christus vna subsistentia siue persona, & habet in s. metipso perfectionem diuinæ & increabilis naturæ, & perfectionē humanę & creabilis naturę. Quomodo igitur, in quo duæ naturæ cognoscuntur, increabilis & creabilis, in eo vnam naturam siue substantiam dici possibile est? Licet enim vna subsistentia siue persona Christus sit, sed cōsubstantialis Deo & patri, & consubstantialis nobis idē ipse est: non tamen secundū vnā eandemq; naturam seu substantiam. Sin autem vna natura siue substātia esset Christus, aut sine carne est, & soli Deo patri consubstantialis est, quoniā vna deitas substantia sine natura est aut purus homo existens, nobis est solùm consubstantialis, quoniā vna natura humanitatis est aut immutata vtraque natura, alteram effecit naturam præter eas quæ conuenerunt: & secundū illos neq; Deus mānet, neq; homo factus est Christus: & ideo neque patri, neque nobis idē ipse cōsubstantialis est. Sic autem sapere, omni plenū est impietate: & ista dicimus non ignorātes quòd & quidā sanctorum patrum hominis exēplo in mysterio Christi vsi sunt: sed illi quidem, vt ostēderent quòd sicut homo ex anima & corpore vnus efficitur, & non duo homines: sic & Christus ex deitate & humanitate cōpositus, vnus est, non in duos Christos vel in duos filios dividendus. Isti autē hominis exēplo vtuntur, vt vnā naturam

* hominis.

naturâ siue substantiâ deitatis & humanitatis Christi introducerent: quod demonstrauimus alienũ esse pietatis. Sed cùm per hæc cõuincuntur, quòd præter rectam patrum doctrinã sibi confingunt vnam naturam seu substantiã deitatis & carnis, ad alia transeunt, dicentes non oportere numerum naturarũ in Christo dicere, vtpote numero diuisionem introducente. Sciãt igitur quòd numerus quãdo in diuersis personis siue subsistentiis dicitur, rerum ipsarũ per partes habet diuisionem, sicut in duobus vel etiam pluribus hominibus. Quando autẽ in rebus vnitus, tũc verbo solo & intellectu, non tamẽ ipsarũ rerum habet diuisionem, sicut in vna subsistentia hominis ex anima & corpore cõstituta. Duę enim & hîc naturę intelliguntur, altera animæ, & altera corporis: & tamen nõ propter hoc in duos homines diuiditur, sed vnũ scimus hominem esse, & vnam substãtiam eius. Et in mysterio igitur Christi facta vnitione, licet diuersa intelligantur quæ vnita sunt, sed non ipsa re, & per partes à se inuicem separantur ea ex quibus Dominus noster Iesus Christus cõpositus est: differentiã tamen considerantes, & hanc significare volentes, numerũ assumimus, & duas in Christo naturas esse dicimus. Nec ideo vnus Christus in duos Christos vel in duos filios
Gregorius Nazianzenus. diuiditur. Et testimoniũ præstat nostris dictis S. Gregorius theologus, scribens in primo lib. ad † Cledonium sic: Si quis introducit duos filios, vnum quidẽ ex Deo patre, secundũ autẽ ex matre, sed non vnum eũdemq́;, ex adoptione cadat, quę promissa est rectè credentibus. Naturæ enim duæ, Deus & homo, quomodo & anima & corpus: non autẽ duo filij, nec dij
2. Cor. 4. d. duo. Nec enim hîc duo homines, licet Paulus sic appellauerit, quod est intus hominis, & quod est extrinsecus: & vt cõpendiosè dicamus, aliud quidẽ & aliud ea ex quibus saluator est, cum non idẽ sit inuisibile & visibile, & hoc quod sine tẽpore est, & hoc quod sub tẽpore est: nõ autẽ alius & alius. Absit. Ecce per hæc euidẽter docet S. Gregorius quòd in mysterio Christi ille quidẽ qui in personis numerũ dicit, vt impius cõdemnatur: ille autẽ qui in naturis, ex quibus vnus Christus cõpositus est, numerũ accipit, rectè confitetur, vtpote differentiã quidẽ naturarũ quæ conuenerũt, per hoc significãs: diuisionẽ autẽ quæ per partem est nullo modo faciens. Sicut enim altera natura est animæ, & altera corporis, & tamen vnus secundũ cõpositionem homo efficitur, & nõ duo homines: sic & in Christo licet duæ intelligãtur naturæ, altera quidẽ deitatis, altera verò humanitatis, sed non propter hoc duo Christi, aut duo filij introducũtur. Ergo qui numerum naturarũ quæ in Christo sunt, secundũ prædictũ modũ dicere recusant, manifesti sunt differentiam naturarum abnegantes, & confusionẽ introducentes dispensationi. Si verò differentiã confitentur, necesse est omnimodo ad eã significandã & numerũ
* subsistentiam. dicere naturarũ quę sine cõfusione in vnã *substantiã conuenerunt. Vbi enim differẽtia seruatur, ibi omnimodo & numerus sequitur. Ad cõfirmanda autem ea quæ diximus, sanctorum patrum testimonio vtentes, ostendemus eos dicentes quòd in vno Domino nostro Iesu Christo rationes quidem diuiduntur secundum differentiam naturarũ deitatis & humanitatis, ex quibus & compositus est, & numerum in hoc assumunt, non tamen ipsa re & per partes naturarum faciunt diuisionem in duas subsistẽtias siue personas.

Dicit enim sanctus Cyrillus in Leuitici interpretatione, sic: Totum in his iterum circunspice apertè saluatoris nostri mysteriũ, & emundationẽ quæ per sanctũ baptisma fit. Duas enim auiculas sumi iubet viuas & mundas, vt intelligas per volatilia cælestẽ hominem simul & Deum in duas naturas (quantum pertinet ad rationem) diuidendum, vnicuique conuenientem. Deus enim verbum, qui ex Deo patre est, splenduit in carne, quę ex muliere est, veruntamen non partiendum. Vnus enim ex vtrisque Christus. Et iterũ idem S. Cyrillus in secũda ad Successum epistola ita dicit: Idem Cyrillus.
Sed ignorauerunt, quòd quæ per solum intellectum diuidi solent, non hæc necessariò etiam in alteritatẽ, quæ est per partes, omnimodò & specialiter à se inuicem separabũtur. Sed & S. Basilius in 4. libro contra Eunomium, interpretans hoc quod est, Domi- S. Basilius. Prou. 8.
nus creauit me, & ante omnes colles genuit me, ita scribit: Intelligendum hoc quidem quod dicit, genuit, de Deo filio: hoc autem quod dicit, creauit, dé eo qui formam serui accepit. In his autem omnibus non duo dicimus, Deum separatim, & hominem separatim: vnus enim erat: sed secundum intellectum vtriusque naturam existimantes. Sed & S. Gregorius Gregorius Nazianzenus.
theologus in libro secũdo De filio, docens nos, quomodo in Domino nostro Iesu Christo oportet naturas quę in eo sunt, secundũ intellectum discernere, ita scribit: Cùm naturæ intellectu distãt, simul diuiduntur etiã nomina. Paulum dicentẽ audi, Vt Deus Do- 1. Cor. 3. d.
mini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, Christi quidem Deus, gloriæ autẽ pater. Nam etsi vtrunque vnũ est, tamen non natura, sed cõuentu. Et sanctus autẽ Gregorius Nyssenus in 4. libro contra Eunomium, eadem Gregorius Nyssenus.
nos docẽs, ita scribit: Et ne aliquis incorruptibili naturæ, crucis passionẽ applicaret, per alia manifestius talem emendat errorem, mediatorem ipsum Dei & 1. Tim. 2. d.
hominum, & hominem & Deum ipsum nominans: vt cùm duo de vno dicantur, congruum intelligatur circa vtrumque, circa deitatem quidẽ impassibilitas, circa humanitatẽ autem dispensatio passionis. Intellectu igitur diuidente hoc quod per misericordiam quidem vnitum est, ratione autem discernitur, cum hoc quidem quod superpositum est, & supereminẽs omnẽ sẽsum, prædicat, altioribus vtitur nominibus, super omnia Deum, & magnum Deum, & virtutem Rom. 9. d. Tit. 2. c. 1. Cor. 1. d.
Dei, & sapientiam, & talia vocans. Cùm autem passionum experimentũ necessariò propter nostram infirmitatem acceptum, verbis significat, ex nostro nominans vtrunque, hominẽ ipsum appellat, non communicans per vocẽ ad cæteram naturam eum qui significatur, sed vt circa vtrunque pietas cõseruaretur. His ita demonstratis per sanctorũ patrum doctrinam, cessent qui numerũ naturarum quæ in Christo sunt, occasionem sui erroris faciunt, & earum differẽtiam numeri recusatione negando, confusionem introducere conantur. Quomodo enim non est necessarius numerus, quo ad significandam differentiam naturarum quæ in vnam subsistentiam vnitæ sunt; & non ad diuisionẽ per partes earum, vsi sunt patres? Demonstrato igitur vndique quòd impiũ est dicere vnã naturam siue substantiam deitatis & carnis Christi: & illud dicimus, quia nec secundũ quod vnã subsistentiam dicimus deitatis & humanitatis Christi, sic possibile est & vnam naturã Christi dicere: quoniã non idem est natura & subsistẽtia. Omnes enim sancti patres

tres consonanter nos docent, aliud esse naturam siue A
substantiam & formã, & aliud subsistentiã siue personam: & naturam quidẽ vel substantiã & formam, hoc quod est cõmune, significare: subsistentiã autem siue personam, hoc quod est speciale. Sin verò dixerint quidam, quod sicut vna subsistẽtia composita dicitur Christi, sic oportet & vnã naturam cõpositam dicere: ostẽdemus & hoc alienum esse pietatis: vnam
1. for. enim. * esse naturam siue substantiam deitatis dicentes, tres ipsius cõfitemur subsistẽtias, in vnaquaque subsistentia eandem naturam siue substantiam cognoscẽtes, & rectè ex tribus subsistentiis vnam subsistentiam verbi ad carnem cõpositam esse dicimus. Nemo enim vnquã ausus est in catholica ecclesia dicere, quòd sicut tres subsistẽtię, sic & tres naturæ sũt sanctæ Trinitatis: vt possibile sit dicere, vnam naturã ex tribus naturis compositam esse ad carnem. Tres enim naturas B
in sancta Trinitate solus Arrius ausus dicere, tanquam blasphemus condemnatus est. Ideo igitur secundum rectam rationem, duarũ naturarũ dicimus vnitatem & vnam subsistẽtiam: quoniã Dei filius cùm esset secundum subsistentiam alter præter patrem, eandẽ autem naturam habet patris in sua subsistẽtia, plasmauit sibi carnem animatã anima rationali & intellectuali:
* substantia. quod significat humanæ naturæ vnitũ esse Deũ verbum, & non *subsistentiæ seu personæ cuiusdam. Est igitur Deus verbum & incarnatus, vna subsistentia in vtraque natura cognoscendus, in diuina in qua erat
Philip. 2. d. (prout dictũ est) qui cũ in forma Dei esset, & in humana secundũ hoc quòd est in similitudinẽ hominis factus: & ideo rectus dicat aliquis vnam subsistentiã Dei verbi compositam, quàm vnam naturam cõpositam: quoniã cùm per se absolutè natura dicitur, non C
adiecta ei speciali cuiusdam persona, infinitũ & non subsistens aliquid significat: infinitum autem ad nihil potest componi. Sin autem aliquis & post tales rationes ad contentionem solam respiciens, opponere conetur, dicens, quod secundum redditam naturę rationem, oportet & humanam naturã Christi suam subsistentiam seu personam propriam habere: manifestus est talis quod antè subsistenti homini vnitum esse dicit Deum verbum, & affectualẽ factã esse vnitatem. Duæ enim subsistentiæ seu personæ secundum subsistentiam vniri non possunt. Qui igitur hæc dicit, Dei potentiam verbis humanæ sapientiæ euacuare festinans, ignorat magnum pietatis mysterium, quod corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem confessio
Rom. 10. c. fit ad salutem. Neque enim humana Christi natura per se absolutè vnquam dicitur, sed nec suam subsi- D
stentiam seu personam habuit: sed in subsistentia Dei verbi, natura humana initium vt esset, habuit: vnde ipsum Deum verbum immutabiliter hominem factum esse confitemur, & non in hominem quendam venisse: & eiusdem Dei verbi incarnati esse natiuitatem ex virgine, & propter hoc Dei genitricẽ sanctam gloriosam semper virginem Mariã esse. Ideo & ante incarnationẽ Dei verbi, & post eius incarnationem, tres subsistẽtias dicimus patris & filij & spiritus sancti. Non enim sancta Trinitas quartæ subsistentiæ vel personæ adiectionem suscepit.

Ex his igitur omnibus cõuincuntur qui dicũt ante vnitionẽ duas naturas esse, quòd ante plasmatum dicunt hominẽ, & sic vnitum esse Deo verbo, secundũ insaniã Theodori & Nestorij impiorum. Qui autem A
dicunt quòd non oportet post vnitatem duas naturas in Christo sed vnam dicere, confusionẽ & phantasiã introducunt secundũ. Apollinarium & Eutychen impios. Sed isti quidẽ hæc: Sancti verò patres, post Dei verbi incarnationem cõsiderantes ea ex quibus Christus est, & quòd inconfusæ manserunt naturæ, rectissimè duas naturas diuinã & humanã in Christo esse dixerunt. Nec enim ante incarnationem duæ naturæ erãt Domini, nec post incarnationẽ duæ naturæ vna factæ sunt, licet in vna subsistẽtia cognoscantur. Hæc autẽ & ex diuinis scripturis & patrum doctrina edocti ad refutandos eos qui cõfundunt & diuidũt diuinę dispensationis mysteriũ, meritò scripsimus, & non eo quòd declaramus ea ex quibus est, & in quibus cognoscitur Christus, confusionẽ vel diuisionẽ diuinæ dispensationi facimus. Itaque glorificationem & * vnitionis.
* vnitatis rationem proferẽtes, vnum Christum & filium & Dominũ verbũ Dei incarnatũ, & hominem factum confitemur & adoramus cum patre & spiritu sancto. Hæc ita cum vniuersali Dei ecclesia confitentes scire volumus omnes Christianos, quòd sicut vnũ Deum & Dominũ habemus, ita & vnam fidem. Vna enim definitio fidei est, cõfiteri & rectè glorificare patrem, & Christum filium Dei, & spiritum sanctum. Istam confessionem cõseruamus, in qua & baptizati sumus, donatam quidem à magno Deo & saluatore nostro Iesu Christo sanctis suis discipulis & Apostolis, ab eis autem prędicatam in toto mundo. Trecenti autem decem & octo sancti patres collecti in Nicæa aduersus Arrium, illo cum sua impietate condemnato, eandem cõfessionem, id est sanctum mathema & symbolum fidei tradiderunt sanctæ Dei Ecclesiæ: & C
post illos, centum quinquaginta sancti patres Constantinopoli collecti aduersus Macedonium sancto spiritui repugnantem, & Magnũ Apollinaristam, illis condemnatis cum sua perfidia, secuti per omnia idẽ sanctum symbolum traditum à trecentis decem & octo sanctis patribus, explanauerunt de deitate sancti spiritus. Insuper autem & qui in Epheso prius collecti sunt sancti patres aduersus Nestorium impium, & qui in Chalcedone conuenerunt sancti patres aduersus Eutychen impium, secuti per omnia prædictum sanctum symbolum siue mathema fidei, condemnauerunt prædictos hæreticos vnà cum eorum impietate, & hos qui similiã illis sapuerunt vel sapiunt. Et super hæc anathematizauerunt eos qui aliam definitionem, siue symbolum siue mathema traduntaccedentibus ad sanctum baptisma, vel ex quacunque hæresi conuersis, præter traditũ (sicut dictum est) à trecentis decem & octo sanctis patribus, & explanatum à centum quinquaginta sanctis patribus. His ita se habentibus, perspeximus & capitula supponere, quibus tam rectæ fidei compendiosa cõfessio, quàm hæreticorum condemnatio continetur.

Si quis non confitetur patrem & filium & spiritũ sanctum Trinitatem consubstantialem, vnam deitatem seu naturam, & subsistantialem & vnam virtutem & potestatem in tribus subsistẽtiis seu personis adorandam, talis anathema sit.

Si quis autem non confitetur eum qui ante secula & sine tempore ex patre natus est, Deum verbum in vltimis diebus descendisse de cælis, & incarnatum esse de sancta gloriosa Dei genitrice & semper virgine Maria, & hominem factum, natum esse ex ipsa, & propter

propter hoc eiusdem Dei verbi duas esse natiuitates, A quæ est ante secula incorporaliter, & quæ est in vltimis diebus secundum carnem, talis anathema sit.

Si quis dicit alium esse Deum verbũ, qui miracula operatus est, & alium Christum qui passus est, aut Deum verbum cum Christo esse nascẽte ex muliere, *for. vel Deũ in ipso. * dicere vel ipso esse tanquam alterum in altero, sed non vnum eundemque Dominũ nostrũ Iesum Christum, Deum verbum incarnatum, & hominem factum, & eius ipsius miracula & passiones, quas carne sponte sustinuit, talis anathema sit.

Si quis dicit secundum gratiam, vel secundũ operationem, vel secundum dignitatem honoris, vel secundum authoritatem, vel relationem, vel affectum, vel virtutem, vnitionem Dei verbi ad hominem factam esse, vel secundum* homonymã, per quam Nestoriani & Deum verbum vocantes Christum & ho- *homonymiam. B minem, separatim Christum nominantes, solo vocabulo vnum Christum dicunt: aut si quis per bonam voluntatem dicit vnitionem factam esse, sicut Theodorus hæreticus ipsis verbis dicit, quasi quod placuit Deo verbo homo, eo quòd bene vsum est ei de ipso, sed nõ secundum subsistentiã Dei verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali vnitionem confitetur, & ideo vnam eius substantiam compositam esse, talis anathema sit.

Si quis per relationem aut abusiuè, Dei genitricem sanctam, gloriosam semper virginem Mariam, dicit aut hominis genitricem, aut Christotocon, tanquam Christo Deo non existente, sed non propriè & verè Dei genitricem ipsam confitetur, eò quòd ipse, qui ante secula ex patre natus est Deus verbum, in vltimis ex ipsa incarnatus & natus est, talis anathema sit.

Si quis non confitetur Dominum nostrum Iesum Christum, qui carne crucifixus est, Deum esse verum & Dominum glorię, & vnum de sancta Trinitate, talis anathema sit.

Si quis in duabus naturis dicens non tanquam in deitate & humanitate, vnum Dominum nostrum Iesum Christum, Deum verbum incarnatum confitetur, nec ad significandam differentiam naturarũ, ex quibus compositus est, sed pro diuisione per partem, talem excipit vocem in mysterio Christi, quasi separatim vnaquaque natura suam habente subsistẽtiam, sicut Theodorus & Nestorius blasphemauerunt, talis anathema sit.

Si quis in vno Domino Iesu Christo, hoc est, Deo verbo incarnato, numerum confitens naturarũ, non intellectu differentiam earum ex quibus & compositus est, excipit, vtpote non interemptam propter vnitatem, sed pro diuisione per partem numero vtitur, talis anathema sit. D

Si quis dicens vnam naturam Dei verbi incarnatam, non sic hoc intelligit, quòd ex diuina natura & humana vnus Christus effectus est consubstantialis patri secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem, sed quòd deitatis & carnis Christi vna natura siue substantia effecta est, secundum Apollinarij & Eutychetis perfidiam, talis anathema sit.

Æqualiter enim & eos qui per partem incidunt, vel diuidunt, & eos qui confundunt diuinæ dispensationis mysterium Christi, reiicit & condemnat vniuersalis Dei Ecclesia.

Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, & Eutychen, & eos qui similia eis sapuerunt vel sapiunt, talis anathema sit.

Si quis defendit Theodorum Mopsuestenum, qui dixit alium esse Deũ verbũ, & alium Christũ à passionibus animæ & desideriis carnis molestias patientem, & ex profectu operum melioratum, & baptizatum in nomine patris, & filij, & spiritussancti, & per baptisma gratiam sancti spiritus accepisse, & affiliationẽ meruisse, & ad similitudinem imperialis imaginis in personam Dei verbi adorari, & post resurrectionem, immutabilem cogitationibus, & impeccabilem omnino factũ fuisse: & iterum dixit talem factam esse vnitionem Dei verbi ad Christum, qualem dixit Apostolus de viro & muliere, Erunt duo in car- *Ephes. 5. g.* ne vna: & super alias suas innumerabiles blasphemias ausus est dicere quòd post resurrectionẽ, cùm insufflasset Dominus discipulis suis, & dixisset, Accipite *Ioan. 20.* spiritũ sanctũ: non dedit eis spiritum sanctũ, sed figuratim tantummodo insufflauit: sed eiã confessionem quã fecit Thomas cùm palpasset manus & latus Domini post resurrectionem, dicens, Dominus meus & *Ibidem g.* Deus meus: inquit, non est dictũ à Thoma de Christo. Nec enim dixit Theodorus Deum esse Christũ, sed ad miraculum resurrectionis stupefactum Thomam, glorificasse Deum, qui Christum resuscitauit: &, quod peius est, etiam in interpretatione quam in Actus Apostolorum scripsit Theodorus, similem fecit Christum Platoni & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicens quòd sicut illorum vnusquisque ex dogmate quod inuenit, suos discipulos fecit vocari C Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcionistas: simili modo & cùm Christus dogma inuenisset, ex ipso Christianos vocari. Si quis igitur defendit eundem Theodorum, qui talia blasphemauit, & non anathematizat eum & eius conscripta, & eos qui similia illi sapuerunt vel sapiunt, talis anathema sit.

Si quis defendit conscripta Theodoreti, quæ exposuit pro Nestorio hæretico aduersus rectã fidem, & Ephesinam primam sanctam synodum, & sanctũ Cyrillum, & duodecim eius capitula, in quibus sceleratis conscriptis idem Theodoretus affectualem dicit vnitatem Dei verbi ad hominem quendam, de quo blasphemans dixit, quòd palpauit Thomas eum qui resurrexit, & adorauit eum qui resuscitauit: & propter hoc impios vocat doctores ecclesiæ, qui vnitatem secundum subsistentiam Dei verbi ad carnem D confitẽtur, & super hæc Dei genitricem abnegat sanctam & gloriosam semper virginem Mariam. Si quis igitur memorata conscripta Theodoreti defendit, & non anathematizat ea, talis anathema sit.

Propter tales eius blasphemias ab episcopatu deiectus est, & postea in sancto Chalcedonensi concilio compulsus est omnia contraria memorata suis conscriptis facere, & rectam fidem confiteri.

Si quis defendit impiam epistolam quam ad Martim Persam hæreticum Ibas scripsisse dicitur, quę abnegat Deum verbum hominem factum esse, & dicit non Deum verbũ ex virgine incarnatum esse, sed purum hominem ex ipsa esse natum, quem templum vocat: vt alius sit Deus verbũ, & alius homo: & super hęc iniuriat Ephesinam primam synodum, quasi sine inquisitione & examinatione ab ipsa Nestorio condemnato,

demnato, & sanctum Cyrillum vocat hæreticum, & A duodecim eius capitula impia dicit, Nestorium autem & Theodorum cum impiis eorum conscriptis collaudat & defendit: Si quis igitur (sicut dictum est) eandem ipsam epistolam vindicat, vel rectam esse dicit ipsam, vel partem ipsius, sed non anathematizat eam, anathema sit.

Tali ergo impia epistola iustè anathematizata propter insertas ei blasphemias, Theodori & Nestorij impiorũ sequaces conantur dicere, susceptã esse eam à sancto Chalcedonensi concilio: hoc autem dicunt sanctam quidem Chalcedonensem synodum calumniantes, nomine autẽ eius festinãtes debita condemnatione liberare Theodorũ & Nestoriũ, & impiam epistolam, pro qua Ibas sæpius accusatus, non est ausus eam suam dicere propter insertas ei blasphemias, & hæc demõstremus ex his quæ diuersè de ista causa B mota sunt. In his autem quę apud Photium & Eustathium Tyri acta sunt, cùm accusaretur prędictus Ibas de iniuriis sancti Cyrilli, manifestè confessus est, post vnitatẽ orientalium, quæ ad sanctæ memoriæ Cyrillum facta est, nihil iniuriosum de eo dixisse. Epistola autem plena prędictis blasphemiis, pro quibus accusabatur Ibas, multas contra sanctum Cyrillum iniurias continens, facta esse ostenditur post vnitatem ad Orientales factam, ex quo demõstratur Ibas eam abnegasse. vnde prædicti Photius & Eustathius satisfacientes accusatoribus, in scriptis definierunt, prædictum Ibam omnia contraria epistolæ peragere, sicut iudicium ab eis datum significat. Sed cùm Ibas non adimpleret ea quæ illi iudicauerũt, eiectus est ab episcopatu propter blasphemias prædictæ epistolæ, & Nonnus pro illo ordinatus est, qui & concedit sancto C Chalcedonensi concilio. De eisdem igitur etiam Chalcedone accusatus memoratus Ibas, post lectionem impię epistolę non est ausus eam suam esse confiteri, sed statim ipsis verbis intulit alienum se esse eorum quæ ei inferebantur. Vnde sancta synodus, cùm ei non sufficeret abnegatio Ibæ, quæ facta est de epistola, compulit eum contraria ei peragere, id est, reprobatam in ea rectam fidem confiteri, & Ephesinam primam sanctam synodũ susципere, & sanctum Cyrillum patrem & doctorem adscribere, quę in eadem impia epistola iniuriantur: & Nestorium & impium eius dogma anathematizare, quæ impia epistola defendit & collaudat. Si igitur & ipse Ibas propter impiã epistolam sæpius accusatus, non est ausus eam suam dicere, sed etiam Chalcedonense sanctum concilium omnia ei cõtraria compulit eum peragere: quomodo D eadem sancta synodus memoratam epistolã susciperet, & condemnationi impietatis, quæ in ea continetur, sese subiiceret, à qua Ibã liberare festinauit? Quoniam autem omnes blasphemias epistolæ prætermittentes hæretici, hoc solùm ex ipsa proferunt, quod ad decipiendos simpliciores scriptor epistolæ dixit, hoc est, duas naturas, vnã virtutẽ, vnam personam, (quod ipsum & nos demõstramus) in hoc suam commiscuit impietatem. Cuius enim dicit duas naturas, & vnam personã, qui abnegat Deũ verbũ incarnatum de sancta & gloriosa Dei genitrice & semper virgine Maria, natum esse ex ipsa? Sed certum est, quòd vnicuique naturæ suam personam attribuit, sicut Theodorus & Nestorius in suis libris blasphemantes exposuerunt, quos defendit scriptor epistolæ cum eorũ impietate.

Prætermissa.

Illi enim apertè dicentes duas naturas Dei verbi & Christi, quem purum hominẽ vocãt per affectualem coniunctionem, & per eandem dignitatem & honorem, vnam personam apparere dicunt, sed & duarum naturarum vnam virtutem siue potentiam dicẽs scriptor epistolæ, manifestus est quòd & in hoc memoratos hæreticos sequitur, Theodorum quidẽ, dicentem in diuersis libris de incarnatione impiè expositis, Nestorium autem in multis quidem scriptis, & maximè in epistola scripta ad Alexandrum Hierapolitanum hæreticum, quòd duarum naturarũ vna est authoritas, & vna virtus siue potẽtia, & vna persona per dignitatem eundemque honorem. ex quo ostẽditur, qui scripsit epistolam, secundum illorum perfidiam pro personis vsus vocabulo naturarum. Vna enim authoritas, & vna virtus siue potentia, & vna dignitas & idẽ honor, non in diuersis naturis, sed in diuersis personis eiusdem substantiæ dicitur, quod in sancta Trinitate confitemur. Vnde & sancti patres anathematizauerunt eos qui per authoritatem, aut virtutem, siue potentiam, aut dignitatem, aut æqualitatem honoris, dicunt Deum verbum vnitum esse Christo: quem purum hominem vocant Theodori & Nestorij sequaces: sed non secundum subsistentiam Dei verbi ad carnem animatã anima rationali & intellectuali, vnitatem factam esse confitentur. Et hæc quidem sufficiebant ad conuincendam impietatem eorum qui sceleratam epistolam vindicant: tamen & in fine scriptor eiusdem epistolæ ostendit suam perfidiam, dicendo quòd oportet credere in templum, & in eum qui habitat in templo, per quæ apertè duas introducit personas. Sed istam impietatem à Theodoro & Nestorio scriptor epistolæ edoctus est. Catholica autem ecclesia talem condemnans perfidiam, non in templum, & in eum qui habitat in templo, sed in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, Dei verbum incarnatum & hominem factum* confitetur, & credere tradit. Nihil autem mirandum est si vocabulo Naturarũ vsus est scriptor illius impię epistolæ. Solẽt enim hæretici, vt simpliciores decipere nt, vocibus quidem vti quæ ab orthodoxis piè dicuntur, rectum autem earum intellectũ & expositionem ad suam impietatem trãsferre. Quoniam autem eædem voces, quando benè exponuntur & intelligũtur, cum pietate sunt: quando autem malè ab hæreticis intelliguntur & proferuntur, impietatem habent. * Itaque Nestorium duas quidem naturas & vnam personam dicentem, non confitentem autem earum vnitatem secundum subsistentiam, Ephesina prima synodus cuius authores erant Cælestinus & Cyrillus sanctæ memoriæ, non susцepit, sed cõdemnauit. Nos autem sanctorum patrum doctrinam per omnia sequẽtes, & vnitatem duarum naturarũ, ex quibus Dominus noster Iesus Christus, vnus sanctæ Trinitatis, Deus verbum incarnatus cõpositus est, & quòd earum differentia non interempta est propter vnitatem, in superioribus apertius demõstrauimus: & sufficiebant quidem quæ prædiximus, satisfacere eis qui nolunt contendere. Sed quoniam illi qui semel ad impietatem declinauerunt, & alia proponere conantur, necessariò nos & tales eorum occasiones vanas ostendemus. Dicunt enim non oportere vituperare impiã epistolam eo quòd in aliquantis fertur codicibus. Sed si hoc aliquis secundum eorum dementiam susципiat, oportet

*For. * credere se confitetur, & tradit.*

*For. *. itaque.*

β & Ne-

& Nestorium & Eutychen suscipi, quoniam plurima & de his in gestis continetur, quæ apud synodũ acta sunt. Sed nemo sapiẽs dictis eorum animũ intendet. Quæ enim de hæreticis proferũtur in synodis, & pars gestorum fiunt, non ad liberationem inseruntur, sed ad maiorem condemnationem eorũ, & qui eis similia sapiunt. Oportet autem etiam illud attendere eos qui veritatem perscrutantur, quòd forsitan in conciliis quẽdam à certis ibi contenientibus dicuntur aut per fauorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam. Nemo autem attendit ea quę per partem à quibusdam dicuntur: sed sola illa quę ab omnibus communi consensu definiũtur. Si enim aliquis secũdum illos voluerit edere eiusmodi contrarietates, vnaquæque synodus inuenietur semetipsam destruens. Propter hęc igitur oportebat eos, si sanctum concilium rectè susciperẽt, non tales blasphemias ei applicare, sed sequi doctores catholicę ecclesię, & maximè sanctum Athanasiũ, qui fuit Alexandriæ episcopus, & plurimos magnos labores suscepit pro recta Christianorum fide aduersus omnem hęresim, & maximè contra impiissimos Arrianos. Ipsis enim Arrianis ad decipiendos populos suo errori cõiungentibus Dionysium, qui ante multos annos Athanasij fuit Alexãdrię episcopus, & dicentibus quòd & ipse Dionysius similia eis sapuit, Athanasius magnus ecclesiæ doctor multis modis ostendit in scriptis, rectã fidem Dionysium ab initio prędicasse, nulloque modo participem Arrianæ impietatis fuisse. Isti autem hæretica sapientes, suam impietatem eidem synodo applicare festinant. Qualis autem est condemnatio, & qualis imminet maledictio eis qui in patres peccant, docet nos &
Genes. 9. c. d. diuina scriptura. Si enim Cham filius Noë cùm vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalem nuditatem, sed egressus nunciauit eam fratribus, & illi vestimento eam cooperuerunt, ipse quidẽ Cham, & illi qui ex ipso nati sunt; sub maledictione facti sunt: qui autẽ cooperuerũt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis isti maiore & ampliore condemnatione digni sunt, qui ad synodum minimè pertinentem infamiam festinãt per impietatem epistolæ & Theodori eidem sanctæ synodo applicare. Sed non ideo impia epistola, vel defendentes eam, condemnationẽ suę impietatis effugient: sed neque Theodorus, qui paganos & Iudæos, & omnes hæreticos impietate superat. Impio enim Theodoro non sufficit, super alias eius blasphemias ad suum errorem malè interpretari symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum: sed etiam contempto eo aliud symbolũ exposuit omni impietate plenum, in quo anathematizare ausus est eos qui aliter sapiũt vel tradunt: vt quantum ad illius insaniam pertinet, omnes sancti apostoli & patres cõdemnarentur. Hoc autem Theodori impium symbolum, & in Ephesina prima synodo prolatum, & in Chalcedonensi recitatum, ab vtraque synodo cum eius expositore, & eis qui illud suscipiunt, condemnatũ est. Quoniã autem quidam verba pro Theodoro faciẽtes, cùm proferuntur impia eius cõscripta, propter insertã eis blasphemiam confingunt quidem dicere quòd impia sunt, ipsum autem qui talem impietatẽ euomuit, recusant anathematizare: miramur eorum dementiam, quòd diuinæ scripturæ contraria agunt, euidenter dicenti,
Sapiẽ. 14. a. quia æqualiter horribilia sunt apud Deum impius & impietas eius. Actio enim cũ actore punietur. Si autem similiter impietati horribilis est Deo ille qui impiè agit, certè separatus est talis à Deo, & anathemati iustè subiicitur. Anathema enim nihil aliud significat, nisi à Deo separationẽ, sicut in veteri & nouo testamento iudicium de Anathemate significat. Quod autem & Dominus eos qui non permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab ecclesia dicit, in Euãgelio secundum Ioannem Iudæos alloquens, sic ait: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternũ, filius autẽ permanet in æternũ. Quòd autem quam Dominus nominat domum, diuina scriptura ecclesiã Dei viui vocat, Apostolus testatur in epistola prima ad Timotheum. Si verò quidã dicunt non oportere Theodorum post mortem anathematizari, sciant qui talem hæreticum defendunt, quòd omnis hæreticus vsque ad finem vitæ in suo errore permanẽs, iustè perpetuo anathemati & post mortẽ subiicitur: & hoc in multis hæreticis & antiquioribus & propioribus factũ est, id est, Valẽtino, Basilide, Marcione, Cerintho, Manichæo, Eunomio, & Bonoso. Hoc autem idem & in Theodoro factũ est & in vita accusato, & post mortem anathematizato à sanctis patribus: quibus si credere noluerint, vt hæretici eius defensores, vel impiæ epistolę, quã ipsi defendunt, credant: quę licet Theodorum collaudet, manifestè tamen dicit quòd in ecclesia à sanctis patribus anathematizatus est, & ex illo plurima inquisitio facta est de eius cõscriptis, vtpote plenis impietate. Hoc autem tunc faciebant catholicę ecclesiæ doctores, ne simpliciores legẽtes illius impia conscripta, à recta fide declinarent. Quod autem impij, licet non in vita, in suam personam anathema susceperint, tamen & post mortem anathematizantur à catholica ecclesia, ostẽditur à sanctis synodis. Nicena enim synodus eos qui impij Arij sectã colunt, sine nomine anathematizauit. Quæ autem Constantinopoli congregata est, impiam Macedonij hæresim similiter condemnauit: sed tamẽ Dei sancta ecclesia & post mortem Arrium & Macedoniũ nominatim anathematizat. Cùm autẽ ex multis probationibus conuincuntur, quòd superuacuè & impiè agũt qui Theodorum & impietatem eius defendunt, ad aliã vanam occasionem confugiunt, dicentes non oportere eum anathematizari, eo quòd in cõmunicatione ecclesiarum mortuus est. Oportebat autẽ scire eos, quòd illi moriuntur in cõmunicatione ecclesiarum, qui commune pietatis dogma quod in vniuersali ecclesia prędicatur, vsque ad finem seruauerũt. Iste autem vsque ad mortem in sua permanens impietate, ab omni ecclesia eiectus est. Itaque & omnis plenitudo Mopsuestenę ecclesię, in qua episcopus dicitur fuisse, cùm inuenisset quòd Paganis & Iudæis & Sodomitanis à sanctis patribus connumeratus est, deleuerunt ipsi ex illo à sacris ecclesiæ diptychis eius nomen, sicut gesta in eadem ciuitate apud cõcilium episcoporum illius prouinciæ confecta ostẽdunt. Miramur igitur Theodori sequaces, qui eum & impietatem eius tanquam suum defendunt, cùm ecclesia in qua fuit episcopus, vtpote hęreticum, ex multis temporibus eum eiecit. Quod autem ad condemnationem suam talem occasionem proponunt defensores Theodori, scire licet & ex ipso aduersus Iudam facto tremẽdo iudicio. Ille enim cùm putasset latẽre eum qui occulta hominum cognoscit,

* *apostolicis.* cognoscit, sacramẽtis communicauit *cum apostolis: sed nomen nihil ei profuit, quòd cum dolo cõmunicauit. Sed licet post mortẽ eius duodecim nominati sint discipuli, sicut Ioannes euãgelista dicit, Thomas autẽ qui Didymus dicebatur, vnus ex duodecim, non erat cum ipsis quando venerat Iesus: tamen hoc non liberat Iudam à cõdemnatione, aut cõnumerari facit
Quilibet executor diuinæ iussionis prætorianiue præcepti id prius insinuare præsidi debet, vt is inquirat an sit in eo vitiũ aliquod falsi, aut legibus aduersum aliquid, & an per obreptionem impetratum sit. Executio autem fit scripto vel sine scripto propositis sacris euangeliis, & præsentibus possessoribus omnibus, & vnà cum præside inquirentibus, qui & opem executori ferent si res digna videatur. Sed si quid manifestò in ea falsi vel illegitimi deprehẽderit, suspendet exactionem, & relationem mittet ad principem peragentem in rebus, vel ad sedem eius à quo res processit. Et interim executor quidẽ cautionem præstabit pro rei qualitate: reus personalem, se sisti puta, idque sine vlla impensa. Debet enim executor indemnem eum præstare quem cõuenit, si temere forsitan eum conuenerit. quam cautionem. nisi præstiterit, impune ab eo quem conuenit, repelletur. Præses ipse vel alius ad quem iussio dirigitur, cautionem exiget, ab executore pro rei qualitate. Sed & si potuerit quis executionem repellere, & repulerit, debet præses executorem restituere, & ab reo cautionem exigere, personalem, & rem deferre. quod si negligat, tam ipse quam suum officium, isve ad quem literæ missę sunt, de suo indemnitatem conuento præstabit durante vel depositu magistratu. Constitutio excipit eos qui nomine tributorum obligati sunt. Quòd si pretio victi præsides non inquirant qua de re superiùs diximus

nius inquirendum eſſe, etiamſi negligentia hîc tantùm argui videatur, & rei familiaris damnum patientur, & magiſtratu eiiciantur, & circa ſalutem periclitabuntur. Omnis autem lex Præf. prætorio prius inſinuari debet, deinde in prouinciã tranſmitti, & portitori dari aureos ſex, præſide curante per omnes ciuitates ſuæ prouinciæ legem promulgari ſine vlla impenſa præſidis vel defenſorũ vel portitoris. Et ſi quis ex ea re quid perceperit, in duplum tenetur, & magiſtratus dignitatem amittit, officialis officium.

Columna 324. poſt l. quicquid noſtrorum.

II. Η διάταξις βούλεται ἐξ νομίσματα μόνον παρέχεσθαι ἀφ' ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὲρ τῆ ἐμφανιζομένων θείων ῥημάτων, ἢ χρυσικῶν θεσπισμάτων, ἢ δημοσίων συμβολαίων, ἢ ἀνδριάντων. τὸν δὲ πλέον λαβόντα, τετραπλάσιον ἀναδιδύναι, κωλυόντων τῶ τε ἄρχοντος καὶ τῶ ὑπηκόπου καὶ τῆ θεραπόντων τῆ πόλεως, καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βουλείας. ὁμῶ δὲ ὑπόκοπον καὶ ὑποβαλλάκτιον καὶ βαπλικὸν· ὁ δὲ ἄρχων καὶ ὑπηρεσία καὶ ἀρχῆς καὶ δημοσίας καὶ ἐξοικείας. Καὶ ἡ τάξις ἡ κινδυνεύει μήτε διαγραφὴν γένεσθαι θεσπάσει τούτων ἢ τῆ αἰτῶν ὑπὲρ ἢ μὴ ἐξ χρυσὸς, μήτε ὡς ἀδικοῦντα ἐκόντων μισθὸν, ἀλλὰ τὸν λαβόντα διδύναι τὸ τετραπλῶν. καὶ ἰδίᾳ καὶ οἱ πολῖται βέλονται ἑαυτοὺς διαγράψαι τυχὸν ἢ εἰς ἔργον δημόσιον ἢ εἰς στράτειαν, ἢ αὖθις ἀπὸ βασιλέως τοῦτο διατεταλῶσαι, ἃ χρὴ ζημιῶν αὐτοὺς οὐδὲν ὑπὲρ τούτου, ἵνα μὴ οἱ μὲν ἱερεῖς ἀγανακτῶσι, οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ τὰ ἀρχῆς ὑπηρέσωσι καὶ ἐξορίζωσι καὶ δημόσιον. ἡ δὲ τάξις εἰς σῶμα πιμωρεῖται, εἰ μὴ μίωνται ἢ βασιλεῖ τὰ ἀπὸ τῶν διάταξιν γινόμενα. ἐξουσίαν δὲ ἔχουσιν οἱ διαγραφόμενοι ἀντιλέγειν πῶς διαγέφησιν. εἰ δὲ μὴ δύωσιν καὶ τότο ποιεῖν, ὑπηκοεῖδος τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεῖ μίωσιν. οὐ χρὴ δὲ οὔτε τοὺς πατέρας οὔτε τοὺς σπόρους ἐδενὸς ὑποδέκτας παρέχειν ὑπὲρ τούτων ἐν χερσὶ θεσπόδων, μηδὲ ποσότητα φυλάττεσθαι τῆ ἀφωρισμένη χρείᾳ. εἰ δὲ παρεβῆ ὁ ἄρχων, ὁμοίως ταῦτα καταβάλλει. χρὴ δὲ ὁμοίως τά τε δημόσια καὶ τὰ πολιτικὰ φυλάττεσθαι.

Conſtitutio vult ſingulas prouinciàs inſinuatoribus ſacrarum literarum vel generalium Conſtitutionum vel publicorum commonitoriorum vel ſtatuarum ſex duntaxat ſolidos dari, & ab eo qui amplius acceperit, quadruplum reddi, hoc inhibente præſide & epiſcopo & primoribus ciuitatis, omniquè tam ciuili quàm fiſcali adminiculo, niſi velit epiſcopus in principis indignationem incurrere, Præſes bonis & dignitate & ciuitate multari. Curet autem officium nec deſcriptionem fieri ex iis cauſis vltra ſex aureos, nec ab inuitis, & ab accipiente quadruplum inferri. Aſcùm ciues ſeipſos volunt deſcribere operis publici vel frumenti coëmendi cauſa, & hoc ſibi concedi à principe petunt, nihil oportet lædi ex hac cauſa, ne ſacerdotes indignationem eandem incurrant, præſides dignitatem amittant & publicentur: officium in corpus torqueatur, niſi principi detulerint quicquid contra hanc cõſtitutionem fuerit admiſſum. Poſſunt enim deſcripti reſiſtere deſcribẽtibus: vel ſi nequeãt reſiſtere, licet eis inuocare præſidem, & deferre principi. Sed non oportet patres ciuitatum vel ſitonas vel ſuſceptores ex reditibus quos habent in manu, quidquam præbere, ſed eorum quantitatem deſtinatæ neceſſitati ſeruare debent. Quod ſi præſes violarit, de ſuo eos reditus implebit. Fiſcales enim & ciuiles res imminutas ſeruari neceſſe eſt.

Hæc Conſtitutio ſi abfuiſſet, quod eſt in titulo, Ex *deſcriptionibus, vel ab inuitis*, eſſet ſine lege. Hic verò ſit finis, quem Deus Dominuſque dedit, cui ſoli ſit laus, honor & gloria. Amen.

ANTONII CONTII
CHRONICI CANONES.

CERTISSIMA demonſtratio primæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à mundi initio vſque ad totius orbis terræ diluuium, ex quinto cap. Geneſeos, iuxta editionem LXX. & Hebraicam.

PRIMA ÆTAS.

	ANNO MVNDI Secundũ LXX. interpret.	Secundũ Hebr. editionẽ.	Secundũ edit. 70. quam ſic emẽdari debere Auguſt. & Hier. aiunt.	Secundũ editionẽ Græcam 70. quæ hodie ab Aldo, & Cõplut. & Germanis im preſſa circũfertur.
ADAM *protoplaſtus & primogenitus omnium hominum, cunctarum artium & literarum & diſciplinarum primus & ſummus inuentor, omnium animalium, arborum, herbarum & naturarum cuiuſque primus nomenclator, & optimus nominum impoſitor, à cuius perfectione, naturali temperamento, intellectu, & cæteris animi dotibus multum aberrauit omnis poſteritas, primum temporis numerum ex annorum vitæ ſuæ computatione, velut quidam Monarcha & conſul edidit, nempe totis 230. annis, ſecundum LXX. vel 130. ſecundum Hebr. quibus nondum ſucceſſorem ediderat. nam his annis completis edidit Seth ſucceſſorẽ & filium, qui ſimul ac natus eſt, cœpit quaſi faſtis mox adſcriptus ex perſona ſua temporis numerum continuare.*	230	130		
Seth igitur ab anno mundi 230. vel 130. quo in lucem editus eſt, vſque ad annum 205. vel 105. quo filium & ſucceſſorem Enos ſibi genuit, eoſdem faſtos occupauit, id eſt vſque ad annum mundi	435	235		
Enos ſimiliter à die ſuæ natiuitatis vſque ad annum 190, vel 90. ſuæ ætatis faſtos occupauit, id eſt, vſque ad annum mundi	435	325		
Cainam etiam à prima ſua natiuitate vſque ad annum ſuæ ætatis 170, vel 70. quo filium Malaleel ſucceſſorem reliquit, faſtos impleuit, id eſt, vſque ad annum mundi	705	395		
Malaleel vſque ad annum ætatis ſuæ 165. vel 65. quo Iared filium ſucceſſorem dedit, faſtos & tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	960	460		
Iared vſque ad annum ſuæ ætatis 162. ſecundum vtranque editionem hîc conſentientem, quo anno filium Enoch ſucceſſorem edidit, eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	1122	622		
Enoch à ſua natiuitate vſque ad annum ætatis ſuæ 165, vel 65. quo Matuſalem filium & ſucceſſorem dedit, eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	1287	687		
Matuſala à ſua natiuitate vſque ad annum ſuæ ætatis 167. ſecundum 70. interpr. (qui auctore Auguſt. libro 15. de Ciuit. Dei, cap. 10. & 11. minus 20. annis habent quàm Hebræi) vel ſecundũ Hebr. anno ætatis ſuæ 187. quo Lamech filium & ſucceſſorem reliquit, eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	1454	874	1474	1474
** Sed omnes hodie Græcæ editiones. ſeptuaginta interpretum ab illo numero aberrant, quem iis adſcribit Auguſtinus, & Aldina editio habet 187. quomodo & Hebraica, nec negat Auguſt. ſic debere emendari editionem ſeptuaginta. Hieronymus verò diſertè aſtruit mendoſam eſſe hoc loco eorũ editionem, & pro 167. reponendum 187. vt eſt in Samaritanis & Hebræis libris, ſicq; legit Nicephorus in Chronicis nuper typis excuſis: & ſic quoque Ioſephus legit: cùm in aliis ſequatur editionem ſeptuaginta interpretum, non Hebraicam. & ſic videtur emendandum, vt tollatur illa obiectio, qua videretur alioqui Matuſala vixiſſe poſt diluuium xiiij. annis.*				
Lamech à ſua natiuitate vſque ad annum ſuæ ætatis 188. ſecundum ſeptuaginta interpret. vel 182. ſecundum Hebraicam editionem, quo filium Noë ſucceſſorem reliquit, eadem tempora ſignauit. Sed eius quam diximus abſurditatis tollendæ cauſa putant Auguſtinus & Hieronymus editionẽ ſeptuaginta interpretum emendandam ſecundum Hebraicam, vt pro 188. legatur apud eos 182. vt & in Hebr. ſed eſt nihil hîc emendetur, vt ſanè nihil à poſteris emendatum eſt, nihil abſurdi ſequetur. ſic enim fiet, vt ſex ante diluuium annis mortuus fuerit Matuſala.	1642	1056	1656	1662.
Noë à ſua natiuitate vſque ad annum ætatis ſuæ 500. ſecundum vtranque editionem, quo genuit Iaphet & Cham & Sem, eadem tempora ſignauit, id eſt, ab annis mundi ſuprà ſcriptis, vſque ad annos mundi adſcriptos. Sed veriſimile eſt Iaphet maiorem natu filiorum Noë illo anno ætatis Noë 500. natum fuiſſe, Cham verò anno ſequente.	2142	1556	2156	2162
Idem Noë à natiuitate primi filiorum (puta Iaphet) vſque ad natiuitatem vltimi filiorum, id eſt, Sem, per biennium eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	2144	1558	2158	2164
Id ex eo probatur, quòd Sem biennio demum poſt diluuium dicitur eſſe 100. ann. ergo natus eſt 98. ante diluuium.				
Item Noë à natiuitate ſui filij Sem per alios 98. annos, id eſt, vſque ad diluuium, cum filiis ſuis eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	2242	1656	2256	2262.
Diluuium, ſeu diluuio (vt ait Cenſorinus.)				
Finis primæ hominum ætatis.				

SECVNDA ÆTAS.

Certiſſima demonſtratio ſecundæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à diluuio vſque ad natiuitatem Abrahæ, ex cap. xj. Gen. & iij. cap. Lucæ Euangeliſtæ.

NOE, *Sem, Cham, Iaphet, iidem qui fuerant primæ ætatis terminatores, iidem ſecundæ principes & inchoatores fuerunt. Nam à diluuio biennium ad hæc tempora ſignauerunt, quo biennio poſt diluuium, Sem genuit Arphaxat ſucceſſorem, id eſt, vſque ad annum mundi*	2244	1658	2258	2264

	Secundū 70. interp.	Secundū Hebr.	Secundū Orig.	Secundā editionē Græc.
Arphaxat à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 135. vel secundum Hebr. 35. eadem tempora signauit vsque ad annum mundi 2379. quo genuit Cainam secundum 70. & Lucam Euangelistam, vel quo genuit Sala, secundum Hebraicam editionem.	2379	1693	3393	2399
Cainan à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. secundum septuaginta. (nam in Hebraica editione omittitur) quo anno genuit filium successorem Sala, eadem tempora signauit.	2509	*	Secundum edit. Origenis quæ obelo cōfodit hinc annū ex 70. interp. quē sequitur Lat. feb. & Lat. Eccl.	2529
Sala à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. secundum 70. interpr. vel 30. secundum Hebr. quo genuit Heber filium & successorem, eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi 2639.	2639	1723	2509	2659
Heber à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 134. secundum septuaginta, vel 34. secundū Hebr. quo genuit filium & successorem suum Phaleg, eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi	2773	1757	2643	2793
Suidas &c. dicunt turrim Babylonicam ædificatam esse 525. anno post diluuium, qui est annus ætatis Heber 128. sic & Isidorus ait sub hoc Heber ædificari cœptam turrim, sed ex sacris literis certò desimi non potest, quo anno cœperit ædificari.				
Phaleg à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. vel secundum Hebræos 30. quo anno genuit Ragau filium & successorem, eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum orbis	2903	1787	2773	2923
Refert scriptura huius Phaleg tempore diuisam fuisse terram nec annum addit. certum est hanc diuisionem moxfactam esse post linguarum in Babylonis ædificatione confusionem, quia eadem scriptura refert eos priusquam ab inuicem discederent, id est, terras partiverint, consilium cepisse turris ædificandæ.				
Baliāe 35. *Ragau à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 132. vel secundum Hebræos 32. quo anno genuit Seruch filium & successorem, eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi*	3036	1819	2905	3056
Seruch à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. vel secundum Hebr. 30. quo anno genuit Nachor filium & successorem, eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi	3165	1849	3035	3185
Suidas scribit sub hoc Seruch ortam idolorum insaniam vsque ad Tharam patrem Abrahæ defluxisse, cuius nomine ipse Thara à filio Abrahamo oburgatus est.				
Nachor à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 79. secūdum 70. interpr. vel ann. 29. secundum Hebr. quo anno genuit Tharam filium & successorem, eadem tempora signauit, anno mundi	3244	1878	3114	3264
Thara terminator secundæ ætatis à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 70. secundū vtranque editionem, quo anno genuit filium & successorem Abrahamum, futurum tertiæ ætatis principē, eadem tempora signauit vsque ad annum mundi	3314	1948	3184	3334
Orosius lib. 1. cap. 1. sequitur hanc computationem, vt & Euseb. & Epiphan.				
Finis secundæ ætatis, quæ est 1072. annorum secundum meram editionem septuaginta interpretum, (quam sequitur Augustinus, Isidorus, &c.) & secundum editionem Origenis 942. annorum, & secundum editionem Hebraicam 292. annorum. Beda hanc diuersitatem non satis apertè exprimit, ac multo minus conciliat.				

TERTIA ÆTAS.

Certissima demonstratio tertiæ hominum ætatis, & temporis quod fluxit à natiuitate Abrahæ vsque ad annum primum regni Dauidis, partim ex Geneſi, Exodo, Numeris, Deuteronomio, partim ex libro Iesu Naue.

Semiramis eodem tempore regnat apud Assyrios, quo Abrahā apud Hebræos. Porphyrius cā facit Moyse posteriorem, quæ Inachū præcesſit annis 150. qui tamē videtur seruus esse Tertulliani Apologet. c. 19. vt est in manu scrip. nam impressi emēdati sunt ad cano. Eusebian.

ABRAM primus in patriarchis, in quem sanctificatus est populus Israëliticus antequā à Deo vocaretur, pater circuncisionis, & pater omnium credentium per præputium, non in tantùm qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in eius præputio, qui & sacras literas inuenit, & linguam Hebraicam artificiosè disposuit (auctore Suida) ex qua cæteræ manarūt, princeps & inchoator tertiæ ætatis, à prima sua natiuitate vsquę ad annum ætatis suæ septuagesimū quintum, secundum omnes editiones Geneseos, cap. 12. quo anno Deus cum Abraham testamentum & repromissionem fecit, & verborum sponsionem & repromissionem interposuit, fore vt in eo benedicerentur omnes cognationes terræ, prima tertiæ ætatis tempora signauit, vsque ad annum mundi | 3389 | 2023 | 3259 |

VETVS TESTAMENTVM.

Hoc vetus testamentum seu repromissio, magnam huius ætatis partem signat, nempe à primo huius repromissionis anno, vsque ad quadringentesimum tricesimum ab hac repromissione annū, quo anno Israel exiuit de AEgypto, & lata est lex in monte Sina, vt dicitur Exodi cap. 12. & apud Paulum in epistola ad Galatas cap. 4. id est, vsque ad annum mundi 3819. secundum septuaginta, vel 2453. secundum Hebræos, vel 3689. secundum Origenis editionem. Verūm & ex aliis scripturæ locis totum hoc tempus minutius & specialius dissecabimus, ita tamen vt in eorum perfectam demonstrationem & hunc summum calculum aduocemus.

Abrahā natus circiter cētum ann. videt horrendum incendiū Sodomorū &c. vrbium, Genes. 19.

Idem igitur Abraham ab anno ætatis suæ 75. quo repromissionem accepit, vsque ad annū ætatis suæ centesimum, secundum omnes editiones, quo anno filium & successorem Isaac genuit, eadem hæc tempora signauit per sequentes vigintiquinque annos, id est, vsque ad annum mundi	3414	2048	3284
Isaac ab anno ætatis suæ primo, vsque ad annum ætatis suæ sexagesimum, quo genuit Iacob filium & successorem, secundum omnes editiones Genes. cap. 25. eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi	3474	2108	3344

	Secundū lxx. int.	Secundū Hebr.	Secundū Orig.	
Inachum his tēporibus fuisse ait Eusebius in præfatione Chronic.	*Iacob à natiuitate sua vsque ad annū ætatis suæ nonagesimum primum, quo genuit Ioseph filium & successorem, eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi*	3565	2199	3435	
	Quòd 91. suæ ætatis anno genuerit Ioseph, id non diserte affirmatur in scriptura, sed per necessariam illationem, ac variorum locorum comparationem elicitur, hoc modo: Ioseph cùm explicat somnium Pharaoni, est xxx. annorum, Genes. 41. Idem cùm patrem per fratres accersit, est annorum 39. Genes. 45. ex eo quod illic ait, tunc secundum sterilitatis annum agi. ergo septem iam anni fertilitatis, & duo sterilitatis fluxerant, ex quo anno erat triginta annorum. Porrò eodem anno pater eius deuectus in AEgyptum, dicit Pharaoni se agere annum ætatis centesimum tricesimum, Gen. 47. Subducatur igitur de eius ætate ætas Iosephi, quæ erat 39. ann. relinquentur 91. anni, quibus Iosephum genitum ab eo necesse est.				
	Ioseph à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 110. quo mortuus est, secundum omnes editiones Gen. cap. vlt. eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi	3675	2309	3545	
Inachum Argiuorū regē his temporibus regnasse tradunt Clemēs, Tatianus, Iosephus, & Africanus; quos tamē nō sequitur Eusebius. Item Porphyrius facit Inachum Mosē posteriorē plus quàm 150. an. quē nec sequitur Eusebius.	*Hebræorum seruitus à morte Ioseph, vsque ad exitum de AEgypto, annorum centum quadraginta quatuor eadem tempora signat, id est, vsque ad annum mundi*	3819	2453	3689	
	Hoc autem tempus seruitutis Hebræorum 144. annorum fuisse diserte scriptura non affirmat, sed cùm à testamento & repromissione Dei cum Abrahamo vsque ad mortem Ioseph compleantur anni 286. vt suprà demonstratum est, populus autem exierit de AEgypto anno promissionis 430. consequitur vt durarit hæc seruitus 144. ann. quæ anno. summa desideratur ad complendum numerum 430. annorum.				
	Primo anno exitus de AEgypto lex Dei promulgatur in eremo in monte Sina.				
	Ab hoc loco vsque ad ædificationem templi sub Salomone tertius Regum liber numerat ann. 480. quos seruare conabimur.				
A tēpore Mosis ætas hominū cœpit esse cēsū viginti annorum, totidem enim vixit. Iosephus. li. 1. c. 14. Anno 3. regni Danai Argorū regis, moritur Moses.	*Moyses ab exitu Israël de AEgypto quem ipse eduxit, vixit & præfuit populo 40. annis, secundum omnes editiones, Numer. 14. Psalm. 94. Paul. Hebræor. cap. 3. quod etiam ex ætatis eius comparatione necessariò colligitur, Exod. 7. & Deuteronom. vlt. Ideoq; ab illo exitu vsque ad mortem suam ea tempora signat, id est, vsque ad annum mundi*	3859	2493	3729	
	Hactenus ex pentateucho Mosis omnis annorum numerus & summa necessariò demōstrata est. Particularis illorum 480. annorum numeratio & dissectio à morte Mosis non probatur perpetuò disertis scripturæ verbis, sed partim ex lib. Iudicum, partim ex Iudæorum veterum traditionibus colligitur, quas Eusebius & Augustinus secuti sunt.				
Quod quidam tradūt à morte Mosis vsque ad Samuelem esse 310. ann. & ex Act. Apost. ca. 13. (vbi tamen Græci Latinis libri habent 410. quam lectionē temere Lutherus & Funccius emēdandā putant) perperam illū locum intelligunt, cùm ex Latina translatione liqueat eos 450. ann. à natiuitate Israel vsque ad septimum annum Iosue esse computandos. fiūt enim 447. anni, id est, fere 410. anni, vt ibi dicitur &c.	*Iesus Naue à morte Mosis vsque in diem mortis suæ, præfuit populo annis viginti septem; septem scilicet annis diuisit terram, & aliis viginti annis bella gessit. Quod ad septem annos diuisionis attinet, hi recte probantur, cap. 14. Iesu Naue, cæteri vigimti anni non probantur disertis scripturæ verbis. hanc tamen computationem sequuntur Clemens primo Stromat. Eusebius in Chronic. Augustinus libro 18. De ciuitate Dei, cap. 11. Isidorus lib. 5. Etymologiarum, & Hugo Parisiensis in Chronolog. Iosephus libro 5. Antiquitatum, in Græco ait eum præfuisse viginti quinque annis, sicut & Zonaras Græcus eum, vt probabile est, secutus, sed Latina Iosephi tralatio, vulgò Rufini credita, viginti sex annos habet, vt & Beda libro De naturarerum. sed puto & Latinā Iosephi tralationem & Bedam esse mendosum, cùm idem postea dicat Eusebium duos annos dedisse Iesu Naue amplius, quàm Iosephus tribuerit, vt Elonis annos, quem ex auctoritate 70. interpretum expunxerat, alicunde sarciret: nos Eusebium hoc loco sequemur, vt præfuerit Iesus vsque ad annum mundi*	3886	2520	3756[h]	3884
	Mortuus est 100. annos natus. Ios. vlt.				
	Funccius verò ei 32. annos tribuit, nec cur id innouet, vllam rationem reddit, nisi quòd postea eos confundit cum 40. annis quibus in libro Iudic. quieuisse dicitur terra sub Othoniel, qui iudex fuit per 8. annos. itaq. reliquos 32. annos tribuit Iosue, sed absque iudicio & ratione, vt pòst ostendam.				
	Post mortem Iesu Naue filij Israel subiecti fuere alienigenis annis 8. & tunc dedit Deus eis iudicem Othoniel, Iudic. 3. Sub hoc Othoniel terra eorum quiuit 40. annis. ita fiunt 48. anni. Sed Eusebius ex Hebræorum traditione ait illos 8. annos iungi debere 40. annis Othonielis, & eorum partē facere, vt illi 40. anni peruenerint vsque ad annum mundi	3926	2560	3796	3924
	Clemens Alex. in 1. Stromate, & Nicephorus in Chronicis, separatim ea tempora computāt; sed nos Eusebium sequi malumus.				
	Post mortem Othoniel Hebræi subiecti fuere alienigenis ann. 18. & posteà habuerunt iudicem Aoth, qui iudicauit annis 80. Iudic. cap. 3. sed secundum Hebræorum traditiones quas sequitur Eusebius, illi 18. anni iunguntur his 80. annis, vt hi peruenerint vsque ad annum mundi	4006	2640	3876	4004
	Post mortē Aoth alienigenæ vehementer opprimunt Israelitas per viginti annos, Iudic. 4. qui anni ex eadem Iudæorum traditione, quos sequitur Eusebius, iungūtur annis Delboræ & Barach, quos suscitauit Deus, qui dicuntur iudicasse 40. annis, Iudic. 5. cap. id est, vsque ad annum mundi	4046	2680	3916	4044
	Post mortem Delboræ, Hebræos tradidit Dominus in manu Madian septem annis, Iudic. 6. post quos suscitauit eis iudicem Gedeonem. sed illi septem anni, quadraginta annis quibus Gedeon iudicasse dicitur, Iudic. cap. 8. iunguntur, eorum ⅔ partem faciunt ex eadem traditione, & perueniunt ad annum mundi	4086	2720	3956	4084
	Post mortem Gedeonis regnat filius eius Abimelech 3. annis, Iudic. cap. 9. id est, vsque ad annum mundi	4089	2723	3959	4087
	Post mortem Abimelech iudicauit Israelem Thola fratruelis Abimelēch, annis 23. Iudic. cap. 10. id est, vsque ad annum mundi	4112	2746	3982	4110
	Iair deinde iudicauit per 22. ann. Iudic. cap. 10. id est, vsque ad annum mundi	4134	2768	4004	4132

lxx. interp. ſi ex Iosepho cōtinuetur, ann.

	Sec. 70. interpr.	Secundū Hebr.	Secundū Orig.	
*Iepte initio sui principatus ait à Mose, quo tẽpore pugnare cœpit cum gentibus, vsq; ad sua tẽpora computati anos 300. Iudic. cap. 11. ex quo cõfirmatur Iudæorum traditio, qui annos breuiãt; & confutatur eorum cõputatio, qui integros figillatim cõputant, vt Clementis, Nicephori, &c.	*Iepte initio sui principatus ait à Mose, quo tẽpore pugnare cœpit cum gentibus, vsq; ad sua tẽpora computati anos 300. Iudic. cap. 11. ex quo cõfirmatur Iudæorum traditio, qui annos breuiãt; & confutatur eorum cõputatio, qui integros figillatim cõputant, vt Clementis, Nicephori, &c.			
*Post mortem Iair Hebræos in ditionem redigunt Ammonitæ ann. 18. Iud. cap. 10. qui tamẽ anni cum temporibus Iepte & sequentium iudicum computantur secundum traditionem supradictam. Nam post Iair Iepte iudicauit annis sex, Iudic. cap. 12. id est, vsque ad annum mundi	4140	2774	4010	4138
BELLVM TROIANVM.				
Post Iepte iudex fuit Esebon septem annis, Iudic. cap. 12. id est, vsque ad annum mundi	4147	2778	4017	4145
Post Esebon iudex fuit AElon decem annis, Iudic. cap. 12. secundum Hebraicam editionem: sed Eusebius ait hunc non haberi apud 70. interpretes; hodie autem habetur in vulgata editione Græca, additus nempe ab Origene sub asteriſco, sed Iosephus eum computat.				
Labdon deinde iudex fuit annis octo, vt dicitur Iudic. cap. 12. id est, vsque ad annum mundi	4155	2789	4025	4163
Tertio anno Labdon iudicis Hebræorum Troia post decennale bellum capta est.				
TROIA CAPTA.				
Colligitur omne tempus à natiuitatis Abrahæ anno 1. qui erat annus Nini 43. Europis 2.	Secundum Hebræos anni 835; Secundum Assyrios anni 835; Secundum Sycyonios anni 835			
A quinto & triceſimo anno ætatis Moysi, qui fuit primus annus Cecropis, primi Athenienſium regis, vsque ad captiuitatem Troiæ, & 23. annum Mneſthei Athenienſis regis, cuius meminit Homerus, anni	375			
A captiuitate Troiæ vsque ad primam Olympiadem numerantur anni	406			
Post Labdon, Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis 40. Iudic. 13. Sed hi 40. anni imputantur annis sequẽtium Iudicum ex eadem traditione quam sequitur Eusebius, hoc est, tam 20. annis quibus Sampſon præfuit, quàm annis illis quibus Heli iudex fuit, Iudic. cap. 15. Sampſon igitur viginti annis iudicauit, id est, vsque ad annum mundi	4175	2809	4045	4183
Hucusque ex libro Iudicum tempora demonstantur, sequentia autem ex libris Regum.				
Quidã dicunt Homerũ fuiſſe 10. anno Sampſonis. Quidam autem Homerũ fuiſſe circa annũ 8. Samuel. Diſſentiẽtes de eius tempore opiniones colligit ipſe Euseb. Quidã Homerum credũt sub Dauide vixiſſe. Eusebius. Post Sampſon, Heli sacerdos iudex fuit annis 40. 1. Reg. cap. 4. secundum Hebraicam editionem, vt ait Eusebius, quam hîc sequitur; non autem editionem septuaginta interpretum, quam ait habere duntaxat viginti annos: tametsi Græca hodie impreſſa quadraginta annos habent. Ergo Heli præfuit vsque ad annum mundi	4215	2849	4085	4223
Heli succeſſit Samuel & Saul, qui præfuerunt vsque ad Dauid annis quadraginta, vt dicitur Actor. cap. 13. Beda tamen ait tempus eorum diſertè non exprimi in ſcriptura: & ideo Iosephum sequendum, qui 32. annos duntaxat eis tribuit, & ideo ium in hunc annum eius computatio in concordiam redit, id est, vsque ad annum mundi	4255	2889	4125	4255
Finis tertiæ ætatis vsque ad Dauid.				
QVARTA ÆTAS.				
Renouatur Dauidi promiſſio & testamentum factũ Abrahæ. Carthago condita. sic colligit hoc loco Eusebius. DAVID primus ex tribu Iuda regnauit apud Hebræos annis 40. secundum omnes editiones, nempe septem annis & sex menſibus in Hebron, & 33. in Hieruſalem, 1 Paralip. cap. 3. & 2. Reg. cap. 5. id est, vsque ad annum mundi	4295	2929	4165	
Post mortem Dauid regnauit Salomon filius eius quatuor annis, atque tum cœpit ædificare templum Domini, quod annis septem perfectum est, 1. Reg. 3. Eusebius legit VIII. secundum omnes editiones, 3. Reg. cap. 6. id est, vsque ad annum mundi	4299	2933	4169	
Ab exitu Israelis ex AEgypto vsque in hunc annum, tertius regnorũ liber cap. 6. colligit 480. annos, qui etiam ex particularibus annorum partitionibus à nobis positis ab illo anno, vsque ad præsentem annum, rectè & exactè conficiuntur hoc modo:				
Moses post egreſſum de AEgypto, præfuit annis 40.				
Iesus Naue annis 27				
Othoniel annis 40				
Aoth annis 80				
Debora annis 40				
Gedeon annis 40				
Abimelech annis 3.				
Thola annis 23.				
Iair annis 22.				
Iepte annis 6.				
Esebon annis 7.				
[Elon] *	* Omittitur in mera editione 70. interpretum, & ab Euseb. quoque in Chronicis canonibus anni eius prætermittuntur. Hebraica autem editio tradit eũ præfuiſſe annis decem.			
Labdon annis 8.				
Sampſon annis 20,				
Heli annis 40.				
Samuel & Saul 40.				
Dauid annis 40.				
Salomon vsque ad inchoationem templi annis 4.				
Summa omnium annorum supraſcriptorum 480.				

Admonendi

	Sec. 70. interpr.	Secundū Hebr.	Secundū Orig.
Admonendi sumus, omnes particulares computationes supraſcriptas diſertis verbis librorum Iudicum & regnorum comprobari, exceptis viginti septem annis Iesu Naue. verùm cùm cæteri numeri diſertè probati sint, & ad complendam summam 480. annorum, quos tertius regnorum liber exigit, totidem anni desiderentur: neceſſaria quoq; illatione fiet, vt totidem anni Iesu Naue tribui debeant, si puram ac meram editionem septuagintà interpretum, quã habuit Eusebius teſte Hieronymo multis locis, sequi malimus cum Eusebio, cuius ſanè auctoritas & magna in diſcernẽdis editionibus cautio & eruditio me valde permouent. Si quis tamen ex Hebraica editione putauerit Elon ſuo loco ponendum, cum decem annis quibus præfuit, non repugnabo. sed eo caſu septemdecim duntaxat anni Iesu Naue relinquentur ad præfatam ſummam 480. annorum. Equidem Iosephi ſupraſcriptã computationem secutus eſſem libens cum Beda viro acerrimi iudicij, nam & Elon cum ſuis decem annis ponit, & Iesu Naue 25. annos adſcribit; ſed quæ ratio Bedam impulit, vt eum ſequeretur, ea me contrà reuocauit. Nam Iosephus tribuit Saul & Samuel 32. annos duntaxat; acidirco eum ſequẽdum dicit Beda; quia quot annis illi regnauerint, nuſquam in ſcriptura ſancta expimatur. ſed id falſum eſt. nam Paulus Actor. cap. 13. tribuit Samueli & Sauli quadraginta annos, quo loco fortè permotus Eusebius totidem eis annos adſcripſit, tametſi locum Pauli non citet.			
Hac igitur certiſſima computatione demonſtrata, quantum editionũ patitur diuerſitas, ſi cui vacauerit cæteros chronographos euoluere, mira occurrent errorum portenta, & audax nouandi frons, neglecta veterum lectione, nec vlla eorum mentione facta. Primùm enim Iohannes Funccius, omnium qui noſtro tempore Chronologias ſcripſerunt, exactiſſimus, in hac tamen computatione multipliciter erraſſe deprehendetur. Falsò enim ait inter Iair & Iepte fuiſſe interregnum 18. annorum, quia id ſcriptura nuſquam prodit. quin illi 18. anni perinde ad ſequentium Iudicum tempora pertinent, vt anni quadraginta, qui inter Elon & Sampſon aſſignantur, Ad ſequentes, Sampſon puta, & Heli. In ſumma hoc mihi concedi poſtulo, vt aut illi anni quibus populus oppreſſus fuiſſe dicitur, ſemper adſcribi debeant ſequentium Iudicum annis, aut numquam. Si numquam adſcribi debere dicetur, iam manifeſtus error conſequetur, vt pro 480. annis, quos ſcriptura colligit, ſexcenti ferè anni colligãtur, vt ait Eusebius in præfatione Chronicorum canonum. in quem tamen errorem delapſi videntur Clemens Alexandrinus primo Stromatum, & Nicephorus in Chronologia nuper formis excuſa, ſi modò illi libri, aut numeri mendoſi non ſunt, ſed ita ab auctoribus ſcripti. Nam tanta eſt omnium librorum, ac præſertim Græcorum, in hoc genere mendoſitas, vt nemo quamuis doctiſſimus ex hac computandorum temporum perplexitate euaſurus ſit, niſi ſibi certam aliquam normam & demonſtrationem atq; viam cõſtituerit, eamq; ex certioribus & minùs mendoſis libris collegerit. Nam nec ab his mendis omnino puri ſunt biblici libri, præſertim impreſſi, ac maximè Græci. Cæterùm multo certiores eſſe libros Latinos omnis generis manuſcriptos, omnibus Græcis, ipſa ratio atq; experientia me docuit. Si verò ſemper adſcribi debere dicent ſequentium Iudicum annis, iam neceſſariò noſtræ computationi aſſentientur. Si verò interdum adſcribent, interdum verò non adſcribent, videant ne id ſit pro arbitrio ſacroſanctam ſcripturam fœdare & contaminare. Sed & quod idem Funccius octo duntaxat annos Othonieli adſcribit, non vt nos 40. in eo deprehenditur diſertis ſcripturæ verbis palàm contradicere, quæ tradit in eius morte terram quieuiſſe 40. annis. Denique falsò aſſerit, eandem ſcripturam annos Othonielis confundere cum annis Iesu Naue, quando quæcunque narrantur in libro Iudicum, ſic narrantur, vt quæ poſt mortem Iesu Naue acciderint. Ex hoc tamen velut falſo fundamento iacto, illud efficere molitur, Iesum Naue præfuiſſe annis 32. qui ſcilicet deductis octo Othonielis annis ſuperſunt. Et de Funccio hactenus, quem tamen ob alia permulta acutè & doctè animadverſa, ſummis laudibus ornandũ cenſeo. In Bibliis quibuſdã lingua Francica impreſſis aduotatũ reperi (ſine nomine auctoris) Iosue 40. annis, & Othoniel quadraginta itidem annis præfuiſſe: & vt ea computatio congruat ſummæ 480. omittuntur illic viginti duo anni Iair, qui tamen ei diſertè dantur Iudicum cap. 10. Quid faciat hanc licentiæ omnia licebunt, & ſcripturam velut quandam normam Lesbiam ad contortas quaſlibet opiniones trahere licebit, ſi hæc licebũt. Diutiùs quàm vellem hîc immoratus ſum, vt hoc penitus hominum mentibus infigerem, non temere cuiquã aſſentiendum, præſertim in rebus maximi momenti. Nunc ad inſtitutum opus ex hoc diuerticulo reuertamur.			
Post inchoationem templi regnauit Salomon aliis 36. annis, vt impleatur numerus annorum quadraginta, quibus regnaſſe dicitur tertio Regum, cap. 11. id est, vsque ad annum mundi	4335	2969	4205
Post Salomonem diuiſum eſt regnum Hebræorum in Roboam regem Iuda, & Ieroboam regem Iſraël, id est, regẽm cæterarum tribuum, excepta tribu Iuda. Verùm tempora computantur per annos regni Iuda, & regum Iuda, ex quibus ortus eſt Chriſtus. Regnauit igitur Roboam poſt patrem Salomonem annis 17. vt dicitur 3. Reg. cap. 14. & 2. Paralip. cap. 12. id est, vsque ad annum mundi	4352	2986	4222
Post Roboam regnauit filius eius Abia 3. annis. 3. Reg. cap. 15. id est, vsque ad annum mundi	4355	2989	4225
Post Abiam regnauit filius eius Asa iuſtus 41. annis, 3. Regum, cap. 15. id est, vsque ad annum mundi	4396	3030	4266
Post Asam regnauit filius eius Iosaphat Iuſtus annis 25. 3. Reg. cap. vlt. 1. Paralipom. cap. 19. id est, vsque ad annum mundi	4421	3055	4291
Post Iosaphat regnauit filius eius Ioram annis octo, 4. Reg. cap. 8.*	4429	3063	4299
* Sed ex his octo annis Ioram, Funccius quatuor tantùm eius regno proprios reliquit, & ex eius perſona quatuor duntaxat annos computationi temporum addit, cæteros quatuor annos cum regno patris eius Iosaphat confundit. Nos totos octo annos, quibus diſertè dicitur regnaſſe, ſpecialiter ei attribuimus, ſequuti Eusebium, Iſidorum, Bedam, & cæteros Græcos Latinosq; chronographos. Funccium hominem vigilantiſſimum atq; acutiſſimum mouit incredibilis ſcripturarum inter ſe cõtrarietas, quæ aliter conciliari poſſe non videbatur, quàm ſi interpretaretur Ioram filium Achab cœpiſſe regnare ſub Ioram rege Iuda, non quidem ſolo, ſed cum patre regnante: contrà verò Ioram regem			

Iudæ solum regnare cœpisse sub illo Ioram filio Achab. Siquidem liber tertius Regum cap. vlt. tradit Ochoziam filium Achab regnare cœpisse in Israël anno 17. Iosaphati, & regnasse annis duobus. deinde lib. 4. Reg. cap. 1. ait Ochozia mortuo fratrem eius Ioram eiusdē Achab filium pro eo regnasse. consequens igitur erat eum regnare cœpisse anno 18. desinente, aut 19. incipiente regni Iosaphat: vt rectè traditur 4. Reg. c. 3. Atqui lib. 4. Reg. capite 1. dicitur eum cœpisse regnare anno secundo Ioram (filij scilicet Iosaphati) qui tamen non nisi post 25. annum regni paterni regnare cœpisse videri posset. Præterea huic sententiæ repugnat alius locus 4. Reg. c. 8. vbi scribitur Ioram filium Iosaphat regnare cœpisse anno quinto Ioram filij Achab. Nam si Ioram filius Iosaphat regnare cœpit anno quinto Ioram filij Achab, fieri nequit vt Ioram filius Achab regnare cœperit sub Ioram filio Iosaphat. Hæc Funccium (vt dixi) permouerunt, vt superiorem subtilitatē excogitaret, quæ tamen nec satisfacit omni omnino obiectioni. Equidem vtut sit, in eam concessissem, nisi me septuaginta interpretes reuocassent, quorum Aldina & Germanica editio pro secundo anno Ioram, vicesimum primum annum Iosaphat habet, 4. Reg. cap. 1. quæ lectio totam ferè discordiam componit. Editionem Complutensem hic nihil moror, quia in illa Græca fuēre emendata ad exemplum Hebraicorū è regione impressorum, dum librorum correctores nihil sani, nihil integri relinquunt. Supererit illa tantùm dubitatio, cur non 18. aut 19. anno Iosaphat dicatur Ioram filium Achab regnasse, sed anno demum 21? nam duobus annis tantùm regnarat Ochozias, & regnare cœperat 17. Iosaphati anno, vt eadem habet editio. Verùm & huic scrupulo ita satisfiet ex eadem editione. Græca enim editio non nominat Ioram, sed Ieroboam filium Achab, & eum 21. anno Iosaphat cœpisse regnare scribit. Ergo alius intelligi debet ille Ioram, siue vt septuaginta nominant, Ieroboam, filius Achab, ab illo Ioram quem vtrag; editio scribit regnare cœpisse anno 18. Iosaphat libro 4. Regum cap. 3. & frater fortasis illius intelligi debet, & dicendum tres fratres, & Achab filios sibi ordine successisse, & Ochoziam biennio, Ieroboam altero itē biennio, ac tum denique Ioram tertium fratrem duodecim annis regnasse in Israël. Hæc proculdubio, si veræ sunt Græcæ editiones, optimè sibi constant. veras autem esse præcipuo hoc argumento vtor, quòd Euseb. Cæsariensis vir acutissimus, tantam discordiam non fuerit silentio prætermissurus, si exemplaria, vnde talis discordia oriri potuisset, habuisset. sed vtebatur nimirum editione Græca: quæ, vt præfatus sum, nullam huiusmodi discordiam inducit. Nos igitur illum & cæteros veteres secuti, octo integros annos regno Ioram deputauimus: nec cum Funccio inter patrem & filium partiti sumus: vt omittam tutum non esse, ex regni Israëlitici computatione, velle regni Iudaici calculum emendare aut reformare, cùm præcipua cura scripturæ in posteriore fuerit, cùm ex eo regno venturus esset Christus, in Israëlitico vero regno, minore periculo aliquid omitti aut reticeri potuerit, licet factum non sit.

Olympiades.		Reges Iudæ.	Anno vrb. cōd.	Secundū 70. interp.	Secundū Hebr.	Secundū Orig.

Ann. ab vrb. cõd.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roman.		Sec. 70. interp.	Secundũ Hebr.	Orig. Euseb.
31	γ	20	31		2	6	2
32	δ	21	32		3	7	3
33	IE α	22	33		4	8	4
34	ϛ	23	34		5	9	5
35	γ	24	35		6	2250	6
36	δ	25	36		7	1	7
37	Is α	26	37	*Romulus apud paludem Capreæ nunquam comparuit, quo mortuo Senatores per quinos dies rempub. rexerunt, atq; ita vnus annus expletus est. Quod tempus Interregnum appellatum est. Euseb. manuscript. sic habet, eum scilicet 38. annis regnasse, & postea vnius anni interregnum fuisse: quia scilicet anno 38. inchoato mortuus est, quia XI. Kalend. Maij regnare cœperat, & mortuus est nonis Quintilibus anno regni 38. et residuo eiusdem anni cum anno sequente computato fuit interregnum. Itaq; & hîc falsitur Onufrius, dum Euseb. excusum secutus, ait Euseb. dicere Romulum regnasse 37. annis. nam & lib. manuscrip. lectio inde etiam confirmatur, quòd nisi 38. ann. præter annum interregni Romulo tribueret Eusebius, nõ complerentur 240. anni, quibus regnatum esse tradit, sed dumtaxat 239. Sigonius 37. annos dumtaxat ei tribuit præter interregnum.*	8	2	8
38	ϛ	27			9	3	9
39	γ	28	38				
			1 Interregnũ Senatorũ.				
40	δ	29			4620	4	4490
			Numa.				
			1	*Numa Pompilius anno vrbis conditæ 40. regnare incipit. regnat annis 40. secundum Eusebium, sed secundum Solinum, Dionysium, &c. 43. quos sequuntur Sigonius & Onufrius, & ego hîc.*			
41	IZ α	Manasse.	2	*Apud Iudæos Manasses regnare incipit, & regnat annis 55. 4. Regum cap. 21.*	1	5	1
42	ϛ	2	3		2	6	2
43	γ	3	4		3	7	3
44	δ	4	5		4	8	4
45	IH α	5	6		5	9	5
46	ϛ	6	7		6	2260	6
47	γ	7	8		7	1	7
48	δ	8	9		8	2	8
49	IΘ α	9	10		9	3	9
50	ϛ	10	11		4630	4	4500
51	γ	11	12		1	5	1
52	δ	12	13		2	6	2
53	K α	13	14		3	7	3
54	ϛ	14	15		4	8	4
55	γ	15	16		5	9	5
56	δ	16	17		6	2270	6
57	KA α	17	18		7	1	7
58	ϛ	18	19		8	2	8
59	γ	19	20		9	3	9
60	δ	20	21		4640	4	4510
61	KB α	21	22		1	5	1
62	ϛ	22	23		2	6	2
63	γ	23	24		3	7	3
64	δ	24	25		4	8	4
65	KT α	25	26		5	9	5
66	ϛ	26	27		6	2280	6
67	γ	27	28		7	1	7
68	δ	28	29		8	2	8
69	KΔ α	29	30		9	3	9
70	ϛ	30	31		4650	4	4520
71	γ	31	32		1	5	1
72	δ	32	33		2	6	2
73	KE α	33	34		3	7	3
74	ϛ	34	35		4	8	4
75	γ	35	36		5	9	5
76	δ	36	37		6	2290	6

Anno ab vrb. cõd.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. 70. interp.	Secundũ Hebr.	Orig. Euseb.
77	Ks α	37	38		7	1	7
78	ϛ	38	39		8	2	8
79	γ	39	40		9	3	9
80	δ	40	41		4660	4	4530
81	KZ α	41	42		1	5	1
82	ϛ	42	43		2	6	2
83	γ	43	1	*Tullus Hostilius Romæ regnat annis 32. secundum omnes.*	3	7	3
84	δ	44	2		4	8	4
85	KH α	45	3		5	9	5
86	ϛ	46	4		6	3300	6
87	γ	47	5		7	1	7
88	δ	48	6		8	2	8
89	KΘ α	49	7		9	3	9
90	ϛ	50	8		4670	4	4540
91	γ	51	9		1	5	1
92	δ	52	10		2	6	2
93	Λ α	53	11		3	7	3
94	ϛ	54	12		4	8	4
95	γ	55	13		5	9	5
		Amon		*Amon rex Iudæ regnat annis 12. secundum septuaginta, at secundum Hebræam editionem regnat annis 2. 4. Regum cap. 21.*	6	3310	6
96	δ	1	14				
97	ΛA α	2	15			3311	7
98	ϛ	3	16		7		8
99	γ	4	17		8	*	9
100	δ	5	18		9	*	4550
101	ΛB α	6	19		4680	*	1
102	ϛ	7	20		1	*	2
103	γ	8	21		2	*	3
104	δ	9	22		3	*	4
105	ΛΓ α	10	23		4	*	5
106	ϛ	11	24		5	*	6
107	γ	12	25		6	*	7
		Iosias.		*Iosias apud Iudæos regnat annis 31. 4. Reg cap. 32. sed nos cum Eusebio 32. annos ei damus, vt in eis comprehendamus tres menses, quibus Ioachaz regnauit post eum.*	7		
108	δ	1	26		8	3312	8
109	ΛΔ α	2	27		9	3313	9
110	ϛ	3	28		4690	4	4560
111	γ	4	29		1	5	1
112	δ	5	30		2	6	2
113	ΛE α	6	31		3	7	3
114	ϛ	7	32		4	8	4
			Ancus.	*Ancus Martius quartus Romæ regnat annis 23. secundum Eusebium & Cassiodorum, quem numerum hic sequimur: non autem 24. vt cæteri, & Sigonius, &c.*			
115	γ	8	1		5	9	5
116	δ	9	2		6	3320	6
117	Λs α	10	3		7	1	7
118	ϛ	11	4		8	2	8
119	γ	12	5		9	3	9
120	δ	13	6		4700	4	4570
121	ΛZ α	14	7		1	5	1
122	ϛ	15	8		2	6	2
123	γ	16	9		3	7	3
124	δ	17	10		4	8	4
125	ΛH α	18	11		5	9	5
126	ϛ	19	12		6	3330	6
127	γ	20	13		7	1	7

Anno ab vrb. cõd.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. 70. interpr.	Secundũ Hebr.	Orig. Euseb.
128	δ	21	14		8	2	8
129	ΛΘ α	22	15		9	3	9
130	ϛ	23	16		4710	4	4580
131	γ	24	17		1	5	1
132	δ	25	18		2	6	2
133	M α	26	19		3	7	3
134	ϛ	27	20		4	8	4
135	γ	28	21		5	9	5
136	δ	29	22		6	3340	6
137	MA α	30	23		7	1	7
138	ϛ	31	1	*Tarquinius Priscus quintus Romæ regnat annis 37. secundum Eusebiũ & Solinum; vel 38. secundum Liuium & Dionysium: sed nos Eusebium hic sequèmur cum Sigonio, non cæteros cum Funccio.*	8	2	8
139	γ	32	2	*Ioacham regnat apud Iudæos menses 3.*	9	3	9
140	δ	Ioachim	3	*Eliachim, qui & Ioachim, regnat apud Iudæos annis 11. 4. Regum cap. 23.*	4720	4	4590
141	MB α	2	4		1	5	1
142	ϛ	3	5	*Anno 3. Eliachim Nabuchodonosor rex Babyloniæ Iudæam capit, & in ditionem suam redactis plurimis Iudæorum, cùm etiam partem vasorum templi inuasisset, tributario Eliachim facto, victor ad suos redit.*	2	6	2
143	γ	4	6	*In Babylonia geruntur, quæ de Daniele & tribus pueris narrãtur apud Danielem. Euseb.*	3	7	3
144	δ	5	7		4	8	4
145	MΓ α	6	8		5	9	5
146	ϛ	7	9		6	3350	6
147	γ	8	10		7	1	7
148	δ	9	11		8	2	8
149	MΔ α	10	12		9	3	9
150	ϛ	11	13	*Filius superioris Ioachim. In principio Ezechielis alius est Ioacin, ab isto Ioachim.*	4730	4	4600
151	γ	Ioachim	14	*Ioachim, qui & Iechonias, apud Iudæos regnat menses tres. Hic annus per diuersos impletur. hunc Ioachim rex Babyloniæ secundò veniens in Iudæam, captum secum pertrahit.*	1	5	1
152	δ	Sedechias 1	15	*Sedechias apud Iudæos regnat annis 11. in Hierusalem. 4. Regum cap. 24. & 25.*	2	6	2
153	ME α	2	16	*Massiliæ condita.*	3	7	3
154	ϛ	3	17	*Medorum Astyages regnat annis 38.*	4	8	4
155	γ	4	18		5	9	5
156	δ	5	19		6	3360	6
157	Mϛ α	6	20		7	1	7
158	ϛ	7	21		8	2	8
159	γ	8	22		9	3	9
160	δ	9	23		4740	4	4610
161	MZ α	10	24		1	5	1
162	ϛ	11	25		2	6	2
				Finis quartæ ætatis à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Incipit quinta ætas à transmigratione Babylonis vsque ad Christum.			
				QVINTA ÆTAS.			
163	γ	Captiuitas. 1	26	*Captiuitas Hebræorum & exterminium templi annis 70. vsque ad secundum annum Darij.*	3	7	3
164	δ	2	27	*Nabuchodonozor rex Chaldæorum Hierosolymis captis templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ permansérat annis 442. Clemens ait captiuitatem hanc contigisse 47. Olymp. Clemens in 1. Stromat.*	4	8	4
165	MH α	3	28	*Solis eclipsis seu defectio, quam futuram Thales longè ante prædixerat.*	5	9	5
166	ϛ	4	29		6	3370	6
167	γ	5	30		7	1	7
168	δ	6	31		8	2	8

Ann. ab vrb. cõd.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roman.		Sec. 70. interpr.	Secundũ Hebr.	Orig. Euseb.
169	MΘ α	7	32		9	3	9
170	ϛ	8	33		4750	4	4620
171	γ	9	34	*Mortuo Nabuchodonosor rege Babyloniorum suscepit imperium Euilmerodach, cui successit frater eius Balthasar, cui Daniel eam scripturam quæ in pariete apparuerat, interpretatus est, significantem imperium Chaldæorum in Medos & Persas transferendum.*	1	5	1
172	δ	10	35		2	6	2
173	N α	11	36		3	7	3
174	ϛ	12	37		4	8	4
175	γ	13	1	*Seruius Tullius ancillæ, sed nobilis captiuæ, filius, sextus Rom. rex, regnat annis 34. secundum Eusebium & Cassiodorum, aut 44 secundum Liuium et Dionys. quæ tamen diuersitas in annis Tarquinij Superbi sequentis regis conciliatur. nam ei 35. ann. dant Eusebius & Cassiodorus, cùm Liuius & Dionysius duntaxat 25.*	5	9	5
176	δ	14	2		6	3380	6
177	NA α	15	3		7	1	7
178	ϛ	16	4		8	2	8
179	γ	17	5		9	3	9
180	δ	18	6		4760	4	4630
181	NB α	19	7		1	5	1
182	ϛ	20	8		2	6	2
183	γ	21	9		3	7	3
184	δ	22	10		4	8	4
185	NΓ α	23	11		5	9	5
186	ϛ	24	12		6	3390	6
187	γ	25	13		7	1	7
188	δ	26	14		8	2	8
189	NΔ α	27	15		9	3	9
190	ϛ	28	16		4770	4	4640
191	γ	29	17	*Daniel. 7.*	1	5	1
192	δ	30	18	Secunda orbis monarchia Cyri Persarum.	2	6	2
193	NE α	31	19	*Cyrus, Medorum destruxit imperium, subuerso Astyage rege Medorum. Idem Cyrus Iudæorum captiuitate laxata, quinquaginta ferme hominum milia regredi fecit in Iudæam, qui constructo altari, templi fundamenta iecerunt. Sed cùm à vicinis gentibus ædificatio impediretur, imperfectum opus vsq; ad Darium permansit, solo tantùm altario consistente.*	3	7	3
194	ϛ	32	20		4	8	4
195	γ	33	21		5	9	5
196	δ	34	22		6	3400	6
197	Nϛ α	35	23		7	1	7
198	ϛ	36	24		8	2	8
199	γ	37	25		9	3	9
200	δ	38	26		4780	4	4650
201	NZ α	39	27		1	5	1
202	ϛ	40	28	*Ea quæ de Crœso apud Herodotum narrantur, quomodo tentaret oracula, his fuêre temporibus.*	2	6	2
203	γ	41	29		3	7	3
204	δ	42	30	*Hoc tempore Iesus filius Iosedech & Zorobabel filius Salathiel clarent, qui & principes fuerunt eorum qui regressi sunt in Iudæam. Eusebius. Theognis poëta clarus habetur.*	4	8	4
205	NH α	43	31		5	9	5
206	ϛ	44	32		6	3410	6
207	γ	45	33		7	1	7
208	δ	46	34		8	2	8
209	NΘ α	47	Tarquinius superbus. 1	*Tarquinius Superbus, septimus Rom. regnat annis 25. secundum Eusebium & Cassiodorum, vel 35. secundum Liuium & Dionysium, vt suprà scriptum est. nos Eusebium sequimur.*	9	3	9
210	ϛ	48	2		4790	4	4660
211	γ	49	3		1	5	1

Darij Persarũ regis.	Ann. ab vrb. cõd.	Olym-piades.	Reges Iudæ.	Reges Roman.		Sec. 70. interpr.	Secundũ Hebr.	Orig. Euseb.
	212	δ	50	4	*Hoc anno 50. captiuitatis, quidam complent septuagesimum annum captiuitatis, altius nempe eius initium repetentes à 3. anno Eliachim, vsq; ad præsentem annum qui erat Cyri Persarum regis 20. Sunt qui eandem à 13. Iosiæ anno inchoent, & in 1. Cyri anno terminent, quo templum ædificari permisit, laxata captiuitate. sed neutram sententiam sequitur Euseb. Funccius sequitur vltimam sententiam, nos Eusebium.*	2	6	2
	213	ΖΗ α	51	5		3	7	3
	214	ϛ	52	6		4	8	4
	215	γ	53	7		5	9	5
	216	δ	54	8		6	3420	6
	217	ΖΑ α	55	9		7	1	7
	218	ϛ	56	10		8	2	8
	219	γ	57	11		9	3	9
	220	δ	58	12		4800	4	4670
	221	ΖΒ α	59	13		1	5	1
	222	ϛ	60	14	*Tomyris regina Massagetarum Cyrum interficit, cui successit Cambyses, quem aiunt secundum Nabuchodonosor vocari, sub quo Iudith historia conscribitur.*	2	6	2
	223	γ	61	15		3	7	3
	224	δ	62	16		4	8	4
	225	ΖΓ α	63	17		5	9	5
	226	ϛ	64	18		6	3430	6
	227	γ	65	19		7	1	7
	228	δ	66	20		8	2	8
	229	ΖΔ α	67	21		9	3	9
	230	ϛ	68	22	*Pythagoras physicus philosophus claret.*	4810	4	4680
1	231	γ	69	23	*Anno 69. captiuitatis Iudaicæ Darius Cambysi regi Persarum succedit.*	1	5	1
2	232	δ	70	24	*Hic est septuagesimus annus captiuitatis Iudaicæ, & secundus Darij Persarum regis: quo anno captiuitas finita est, & templum instaurari cœptum, consummatur & opus anno quarto. hoc testatur Zacharias propheta,* DOMINE *omnipotens, quousque non miserebéris, &c. hic septuagesimus annus est, &c. Ab hoc tempore sacra scriptura incipit computare tempora per annos exterorum principum, monarcharum, scilicet Cyri, Artaxersis, Darij, & sequentium. vnde & nos similiter eosdem principes deinceps adscribemus, & eorum imperia & tempora.*	2	6	2
3	233	ΖΕ α		25		3	7	3
4	234	ϛ		26		4	8	4
5	235	γ		27		5	9	5
6	236	δ		28		6	3440	6
7	237	ΖΣ α		29		7	1	7
8	238	ϛ		30		8	2	8
9	239	γ		31		9	3	9
10	240	δ		32		4820	4	4690
11	241	ΖΖ α		33		1	5	1
12	242	ϛ		34		2	6	2
13	243	γ		35		3	7	3

FASTI

FASTI CONSVLARES

A PRIMO VRBIS ROMÆ CONSVLE BRVTO, AD VLTIMVM BASILIUM, & Iustiniani mortem.

Anno quarto Olympiadis sexagesimæ septimæ vterque Consul Patricius fuit.

	An. ab vrb. cond.		
	244	L.Iunius Brutus.	
Faclus 1. cum Paulo.	245	P.Valerius Poplicola II.	
	246	P.Valerius Poplicola III.	
